Pucci.
Decis.

1

DECISIONES

D. IACOBI PVTEI IVRISCONSVLTI PRÆCLARISSIMI AC SACRI PALATII CAVSARVM AVDITORIS ET DEMVM SANCTÆ ROMANAE ECCLESIAE CARDINALIS.

Ex causis tam per ipsum, quàm per alios Dn. auditores rotæ, in eodem sacro palatio relatis, necnon ex communibus & concordibus eorundem auditorum votis & suffragiis, summa cura, singularique industria collectæ, & in tres libros diuisæ.

NVNC PRIMVM AD VTILITATEM EORVM, qui in foro versantur, in lucem editæ.

Adiecta sunt Summaria, Indéxque Verborum, Rerum, Sententiarúmque insignium, locupletissimus.

MORI, ET NON PERIRE, DVRARE








LVGDVNI,
APVD CAROLVM PESNOT.
M. D. LXXXIII.

CAROLVS PESNOT BIBLIOPOLA LVGDVNENSIS STVDIOSO LECTORI S.



VM Incredibilem quendam fructum ex recenti admodum editione Decisionum D. IACOBI PVTEI à iuris studiosis perceptum intelligerem, tanto omniũ applausu eæ sunt vbique gentium exceptę: Ego, qui iamdiu me rei literariæ promouendæ omninò dicauerim, facere non potui, quin tanti huius emolumenti partem in nostram Galliam pro virili parte deriuarem. Nam, cùm liber hic in longè à nobis remotis regionibus excusus, maximis itineribus ad nos comportetur, futurum erat, vt eius cognitio huc ad paucos perueniret, quorum nonnulli ob pretij magnitudinem, ab eo sibi comparando deterrerētur. Quare mihi faciendum duxi, vt librum nostra opera à plurimis mendis repurgatum, & quanta maxima diligentia fieri potuit, illustratum, primo quoque tempore hac Gallicana luce donarem. Hunc igitur omnibus suis numeris absolutum tibi, studiose lector, defero. Atq; non admodum necessarium esse censeo, vt opus longè per se commendatissimum, ab auctore nunquam satis laudato profectum nostra tibi prędicatione commendem: nō enim te latet, quantum in iure ciuili ea tractatio cęteris antecellat, quę non res vniuersim ad nudam tantum cognitionem explicat, sed quę res singulas particulatim ad praxim deducit, simúlq; quid de similibus, quæ infinitę propemodum in diem vsu veniunt, statuendum sit, indicat. Si verò tantus honos particularibus huiusmodi decisionibus habetur, quanto iis maior est tribuendus, quæ inde sunt profectæ, vnde vniuersum ius ciuile manauit? Quis verò nesciat, Romæ leges, quibus tot seculis omnes ferè orbis prouincię vtuntur, & conditas, & semper, vbi aliqua difficultas incidisset, prudentum responsis explicatas? Quamobrem hilari vultu tantum opus complectere, est enim Romæ elaboratum, ibiq; non in quouis foro, at in celeberrimo illo, quem Rotam appellant, vbi in pręcipuorum totius orbis iurisconsultorum consessu omnium generum controuersię tantorum virorum disceptionibus & sententiis quodámodo rotatę, ac torno expolitę deciduntur. Atque eo tibi liber hic gratior esse debebit, quòd ex eadem nostra officina non diu alię decisiones Rotę prodierunt, quę cum his comites, imò penè eędem sint, simul absque vllo vnquam dissidio consociari poterunt. Vale, & alia nonnulla eiusdem argumenti à nobis propediem expecta.

INDEX RERVM ET VERBORVM LOCVPLETISSIMVS, QVÆ IN HISCE DECISIONIBVS D. IACOBI PVTEI CONTINENTVR.



Prior numerus Librum, alter Decisionem, tertius numerum marginalem denotat.



actus

¶ Audi

bonam

D

¶Domi

E.

proce

Excu

ma.

H

I

L

Legiti

Maior

M

N

¶ Nihil

Q.

Quaſi

te

Sequest

Statuto,

Successor

Tertius

V

Vacaturi

FINIS.



DECISIONVM R. P. D. IACOBI PVTEI SACRI PALATII APOSTOLICI CAVSARVM AVDITORIS.



LIBER PRIMVS.

EPITOME.

An constitutio cum decreto irritanti, tollatur per non vsum, seu saltem contrarium?

SVMMARIA.

1 *Clausula decreti annullatiua easdem sortitur conditiones, quas dispositio principalis. & nu.2.*
3 *Irritans decretum adaptatur ad interpositæ dispositionis naturam.*
4 *Quomodo doceatur, & valeat contrarius vsus.*

DECISIO I.



GEBATVR coram Reuerendo Contareno causa inter Canonicos & beneficiatos sancti Petri, in qua fuimus adiuncti, Ego Dominus Antonius Gabrielius, & Fabius Accorambonus aduocati, & per nos fuit datum dubium, An motus proprius Sixti & Clementis irritantes locationes siue annullantes & reuocantes cum decreto irritanti tolleretur per non vsum, vel saltem contrarium. Fuit dictum pro parte Canonicorum, qui instabant pro parte affirmatiua, quod sic, quia quælibet dispositio, etiam quæ habeat clausulam annullatiuam, recipit istam conditionem si constitutio illa moribus vtentium recipiatur, prout dicit Archid. Gemin. Card. & Alex. in c. quærit tex. §. leges. distin. 4. Felin. in c. 1. de
1 treug. & pac. Clausula ergo † decreti annullatiua sortitur easdem conditiones, quas dispositio principalis, cui adiicitur, vt est tex. in l. fi. ff. de consti. pecun. Cress.
2 decis. 78. Et † vulgò dicitur, quod clausula accessoria eandem naturam sortitur, quàm principalis dispositio, vt est gloss. in l. si patronus. §. præterquàm, & ibi dedi multa concordantia. ff. si quis in fraud. patr. & est communis reg. in l. quod per manus. ff. de iur. codic. & in regu. accessorium. de reg. iur. in 6. prout in istis terminis tradit Card. in Clem. 1. q. 18. de elect. Rom. consil. 330. col. 3. versi. quo ad tertium, & videtur sequi Card. Alex. in §. leges. vers. tertia cõclusio. & hoc videtur decidere Rhuc. de Curt. in c. fi. de consuet. in 5. limita. 7. conclus. iuncta 1. ampliation. Et ratio est, quia decre-
3 tum irritans regulatur secundum † naturam dispositionis, super qua interponitur, vt in Clem. 1. de concess. præben. & ibi Bonif. de vit. col. 1. & 5. & Rot. in antiq. 426. & in no. 936. & Rom. consi. 330. Io. Crot. in c. 2. in 3. not. de consue. in 6. Gundis. Villat. in tract. de leg. in 9. q. part. 3. Si ergo dispositio habet illam conditionem, ergo & clausula accessoria. Sed aduertendum
4 est, quod constitutio nõ tollitur, sed abrogatur per non vsum, sed oportet dare contrarium vsum, vt per Felin. in d. c. 1. in 4. declar. num. 10. de treug. & pac. & per Card. Alex. in d. §. leges oportet. Ergo vt detur contrarius vsus etiam requiritur scientia superioris, & tunc sufficit probare contrarios actus factos: & non sufficit probare vnum sciente & patiente superiore: aut sunt plures actus absque scientia, tamen probatur cursus decennij & tunc etiam sufficit, vt per Felin. in d. c. 1. & Alex. in d. §. leges. Sed ita in dicto dubio transiuimus cum ista distinctione, & propterea fuit processum ad probandũ & articulandum actus cõtrarius motu proprio cũ scientia Clementis, quod tamen non potuit probare.

necabrogatur

EPITOME.

An constitutio annullans locationes factas in personas Canonicorum, beneficiatorum, Clericorum, & eorum consanguineorum, annullet locationes, vbi reperiuntur factæ in euidentem vtilitatem ecclesiæ.

SVMMARIA.

1 *Vbi persona quid prohibetur, id etiam, quod vtiliter faciet, ei censetur prohibitum.*
2 *Propria habitationis locatione admissa vlterius locare prohibetur.*
3 *Remedium rescisiuum alium motum superfluum reddit.*
4 *Cardinali coram Papa aliquid asserenti fides est adhibenda.*

DECISIO II.

FVIT dictum secundum dubium, an motus proprius Clementis & Sixti annullans locationes factas in personis Canonicorum, beneficiatorum, & clericorum, ac eorum consanguineorum, annullet locationes, vbi reperiretur, quòd essent factæ in euidẽtem vtilitatem ecclesiæ. Nos inclinauimus in illam partem, quod sic. quia gloss. in l. cùm hi. §. eam transactio-

nem.ff.de transact.quæ voluit contrarium.communiter reprobatur, vt ibi per Ias.licet Dec.conetur defendere illam gloss.in c. quo in ecclesiarum. in 3.col. de
1 constitut. Et † quia dicebatur, q vbi persona prohibetur, etiam prohibetur, quod vtiliter faciet, & est text. iuxt. Dd. Paul.de Cast.in authen.quibuscunque. C.de
2 sacrosf.eccles. Et quia etiam in motu proprio † permittebatur locatio de propria habitatione: Ergo in contrariũ voluit prohibere omnes alias locationes, quantumcunque vtiles. Et quia cõsiderabatur, † quòd alius
3 motus proprius esset superfluus, cùm de iure cõmuni iam sit succursum remedio rescisiuo aduersus locationes dãnosas. Et quia pro parte Canonicorum conductorũ prætendebatur, quòd Clemens interpretatus fuerat dictos motus proprios, hoc modo videlicet, q locationes possent fieri in personis tertiis, accõmodando nomen ad vtilitatem Ecclesiæ, tunc insurrexerunt
4 duo dubia. Primũ, † an Cardinali aliquid asserẽti esset credẽdum. Secundũ: an tres testes excomunicati essent idonei. Circa primũ dicebatur, quòd Cardinali asserenti aliquid in præsentia Papæ esset credendũ, secundum Imol. & latius ibi Felin. in c.quod super his. de fide instrum. Card. Alex.in c.nobilissimus. 98. distin. Bartol.in tract.de testament. Card.in 1.q.2.part. Dec. in l.1.C.de mandat.princip. Et secundum alios Doctores quos Apostell.in vna addit.manu mea cõscripta in d.c.nobilissimus. & dicebatur, quod isti Dd.intelligebantur etiam vbi tractaretur de præiudicio tertij, quia ita distinctè Dd.loquuntur.

EPITOME.

Excommunicatus occultus, an sit idoneus testis ante declarationem.

SVMMARIA.

1 *Canonicus contra decretum alienationi consentiens, re ipsa est excommunicatus.*
2 *Camerarius duas habens locatas ædes, eásque non restituens excommunicationem incurrit.*
3 *Excommunicatus non est idoneus testis. & nu.4.*
5 *Habitus pro excommunicato à testificatione repellitur.*

DECISIO III.

Circa secundum, an testes excommunicati essent idonei testes, primò dicebatur, quòd Canonicus,
1 † quando consenserat alienationi, erat excommunicatus, iuxta formam motus proprij. Item & Camerarius,
2 † quia duas domus in locationem habebat, ex quo nõ restituebat, etiam erat excõmunicatus, iuxta formam motus proprij Sixti per Clementem. Et excommuni-
3 catus non est idoneus † testis. in d.c. decernimus. de sen ten. excommun. in 6. in c. veniens. 2. & c. testimonium. de testib. tenet Alber. de Rosa. in tracta. de testib. in §. quando testis repell. ratione criminis vel infamię. col. 5. versicul, subsequenter videndum est. Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra. in versic. testium depositio. col. 2. vers. quæro 4. nunquid excommunicatus. de probat. Respondebatur, q excõmunicatus ante declarationẽ non est prohibitus testificari: cum nõ sit vitãdus iuxta declarationẽ factã, de qua meminit Fel. in c. Rodulph. col. 24. vers. limita quartò. de rescri. Sed profectò, si Felin. benè inspiciatur, non dicit id, ad quod fuit allegatus, imò totũ contrariũ, vt patet ibidem in 26. col. vers. & hoc est vtile per id. & c. Et quod dictũ excommuni-
4 cati † occulti & tollerati nõ valeat, tenet Philip. Frãc. in c. pia. in prin. in 3. col. ver. in actibus verò qui gerun tur. de except. in 6. & facit quod dicit Cassad. deci. 1. de præb. pag. 2. nu. 4. ver. sed pro cõclusione. Secũdò di-
5 cebatur, † q excõmunicatus ita demum repellitur, vbi probatur, q non solùm erat excõmunicatus, sed etiam quia erat habitus & reputatus, per Dd. Bar. in l. 1. & ibi Ias. C. de testa. Sed ad istud respondebatur, q ex quo in exceptione excommunicationis opposita, etiam deducebatur causa excommunicationis, puta, quia dicebatur Canonicum & Camerarium excõmunicatos, & quòd contrauenerant motui proprio: ideò isto casu sufficit dicere eos excommunicatos & nõ oportet dicere eos habitos & reputatos, prout dicit Bald. in d. l. 1. in 2. quæst. contra Bar. C. de test. & ibi Alex. in 1. col. hanc opin. dicit communẽ idẽ Alex. cons. 182. viso processu. col. 4. circa fin. vers. non obstat etiam si dicatur. vol. 8.

EPITOME.

Testis idoneus an sit mercenarius.

SVMMARIA.

1 *An factor Capituli, qui ab eo habet salarium, possit esse testis. & nu. 9.*
2 *Mercenarius Cardinali cohabitans, pro eo testificari non potest. non cohabitans potest. & nu. 3.*
4 *Edictum de testibus est prohibitorium. & expressè non prohibitus non censetur prohibitus.*
5 *Quomodo & quãdo pro patronis mercede conducti deponãt,*
6 *Familiaris, sine salario qui seruit, pro domino testis esse potest.*
7 *Vt nec sola familiaritas, ita nec solum salariũ, & è contra, à testimonio repellit: sed hæc duo simul cõcurrere debent.*
8 *Quid familiaritas hic dicatur.*
10 *An testis excommunicatus occultus sit admittendus ad testimonium dicendum, & nu. 15.*
11 *Quando testis dicatur habilis.*
12 *Ratione priuati iuris non est inter occultum & notorium excommunicatum differentia.*
13 *In teste nihil operatur tolerantia.*
14 *Testis debet esse integra & inculpatæ vitæ.*
16 *Reputatio & fama ex illicitis procedens actibus non patrocinatur.*
17 *Quando & quomodo tacitè & occultè excommunicati testimonium valeat.*
18 *In testimonio tã extraiudiciali quàm iudiciali occulte quid valeat excommunicati depositio.*
19 *Excommunicatus qui est examinatus, & nondum absolutus quomodò validè deponat.*

DECISIO IIII.

1 Dvbitaui etiã, An factor † capituli, qui habebat salarium à capitulo, esset idoneus testis, prout dicit gl. in c. in literis. de testib. Spec. in tit. de testib. in §. 1. quę poss. con. test. oppo. in col. 4. versi. item excipitur quod est domesticus, & c. Alb. de Ros. & Alb. Maluet. in trac. de testib. in §. quando testes repellũtur ratione domesticitatis. col. 4. vers. vltra prædicta videndũ est. de ele. & c. & facit quod dicit in princ. d. col. 4. ad Card. in c. insinuante. de offic. deleg. sed aduerte, q iura, quæ alleg. Specul. in d. titul. de testib. versi. licet testis. in l. respiciendum. §. furta. & tex. in l. si libertas. loquitur in
2 mercenario familiari, id est, cohabitãte, † & tunc verũ est, q mercenarius Cardinalis cohabitans nõ potest esse testis. & ita etiã videntur loqui iura, quæ alleg. Alb. in d. tract. & glo. si benè inspiciatur. in d. c. in literis. & Imol. qui extra allegatur in c. insinuante. de offi. dele. loquitur in mercenario familiari, vt patet ibi in versi.
3 & aduerte. Et pro ista parte, † q mercenarius nõ familiaris, sed extra domũ habitãs, potest testificari pro cõ
4 ducẽte operas eius, facit, † q edictũ de testib. est prohibitoriũ. & est tex. in l. 1. & ibi Iacob. de S. Geor. de testib. vnde cùm aliàs nõ reperiatur expressè prohibitus,

ergo

ergo erit sibi permissum:& ꝙ talis nó prohibeatur,fa-
cit id,quòd dicit Bal.cons.50.in 2.vol. vbi consuluit,
in istis institoribus & fratricellis apothecarum cer-
5 donum & aliorũ artisicum,† qui habent mercedẽ tan-
tum,& non viuunt expensis patronorum suorũ,vt pos
sint testificari pro patronis suis,& etiam sequitur addi
tio ad Crot.super tract.de test.in 4.part.col.5.nu.17.
6 vers.3.fallit in illo tertio. Et facit ratio:nam si† fami-
liaris,qui seruit sine salario,potest esse testis pro domi
no,& dicit idẽ Crot. in d.versi.3.fallit. ita vt qois non
7 repellatur respectu† solius familiaritatis, sed cùm hoc
cõcurrere debeat etiã salariũ:Ita non debet etiã quis
repelli respectu solius mercedis,quã consequitur, sed
& cum mercede debet concurrere familiaritas, id est,
8 † cohabitatio,id est,vt simul viuat expẽsis domini, &
licèt Alex.cons.91.circa primũ.col.fin.vers.accedit &
ad perimendũ.vol.4.teneat,ꝙ mercenarius non fami-
liaris repellatur,tamen quia Alex.alle.Spe.& iura per
Spec.alleg.quæ,vt supertùs dictũ est,procedũt in mer
ceoario familiari,ideò nos potiùs inclinaoimus in il-
lã partẽ,vt talis mercenarius potest esse testis,& tanto
9 magis in casu,de qoo agebatur,vti† factor habebat sa-
larium de cõmoni massa Canonicorũ, beneficiatorũ,
& clericorũ,& ipse factor agebat negotia omniũ præ-
dictorũ. Et licèt potestas eum admittendi vel remo-
uendi esset in Capitulo, & sic in Canonicis,tamẽ qoia
in caso,de qoo agebatur,non deponebat in fauorẽ Ca
pituli,& sic Canonicorũ & capituli cõgregatorũ, sed
in fauorẽ aliquorũ Canonicorũ particulariũ,ad quos
locationes,de quibus agebatur, principaliter pertioe-
bant,ideò faciliùs in hac sententiã declinauimus. Et
quòd superiùs fuit dubitatũ,an† testis exaõmonicatus
10 occultus esset admittendus,dicebatur aduertendũ fo-
re,ꝙ licèt verum esset, quòd quando aduersus testem
specificabatur causa, quare esset excommunicatos,
& ideò esset præsumptio, quòd tunc testis haberetur
& reputaretur excommuoicatus, & ideò non admit-
teretur, per dictum Bar in d.l.1.C.de testi. qood vi-
debatur commune, per supra alleg. Tamen diceba-
tur, ꝙ adoersus istam præsumptionẽ volebant assume
re onus probandi contrariũ,videlicèt,ꝙ quia habebã-
tur,& reputabantur pro non excõmunicatis,deberent
admitti,prootita dicit in terminis Fel.ioc.veniẽs.col.
fio.vers.2.fallit.de testib.allegat Bar.in l.1.vers.quæro
quid de infamibus.C.de testa.Dum Bart.voluit,ꝙ, vt
11 † testis dicatur habilis, attenditur, quomodo habere-
tur & reperiretur tẽpore depositionis.& per Bar.com
muniter approbatur alia cõmunis opinio. licèt in di-
cto seq.Bar.reprobetur,putà,ꝙ excipitur contra testẽ
quia secundũ Bart.non sufficit dicere,ꝙ erat excom-
municatus,sed ꝙ esset reputatus, in hoc reprobatur
Bar. secundum Bald.sed ego dico ꝙ tunc reprobatur
non excõmonicatus : ꝙ sit habitos, in hoc cõmuniter
approbatur.& quia hoic opiniooi cõmuni Bar. repu-
gnabat alia cõmunis opinio Imo.io c. cũ venerabilis.
de cõsue.de qua per Abb.in c.Veritatis.de dol.& con
tum.col.fin.Fel.in c.ad probandũ.de re iud.Cass.deci.
12 2.de præben. ꝙ in his quæ geruntur † ratione priuati
iuris,non est differentia inter occultum & notorium
excommunicatũ,ita vt noo debeat attẽdi,an habeatur
vel nõ,sed sufficit,quòd sit,pro quo facit vltra dictum
Philipp.Franc.super alleg. Fel. in Rub.de testib.cog.
13 dũ dicit, † ꝙ in teste tolerãtia nihil operatur.Ideo ad
euitandum illud dictũ. Bart.fuerunt per nos tres datæ
plures solutiones.Et fuit primò cooclusum per tex.in
14 c.testimoniũ.de testib.quòd siue† occultus siue publi-
cus excõmuni...us repellẽdus erat.pro qua cõclusio-
15 ne militat ratio efficax,quia† testis debet esse integræ
& inculpatæ vitæ.c. ferus.in fin.de verb. sig.l.3.circa
prio.ff.de testi. sed certum est, quod cùm excommu-
nicatus mutauerit statũ suum, & recesserit ab Eccle-
sia,non integræ vitæ est,ergo non admittendus,& re-
putatio cõtraria ex illicitis actibus esset tacitum, puta
ex celebratione & immixtione in diuinis, quam fece-
rant,& excommuoicatione, quam fecerant cum fide-
libus,durante excõmunicatione, à quibus actibus de-
bebãt abstinere,sunt enim isti actus ipsis illiciti. Et sic
16 † omnis reputatio & fama ex eis procedẽs nõ debebat
istis excommunicatis patrocinari,imò potius ista ag-
grauabaot delictũ, & per cõsequens faciebant testem
non esse admittendũ,iuxta textũ in d.c.testimoniũ.de
testib.Ad dictũ Bar.in d.l.1.C.de testi. dedi ego duas
solutiones,quas dat Aret.io d.c.testimoniũ.col.2.vers.
melior ergo videtur ratio.de testib. quæ potuerũt vi-
deri ibi per eum:dedi etiã tertiã solutionem,quã etiã
dixit sa cogitasse D. Fabius, videlicèt, ꝙ text.in l.1.&
per cõsequẽs Dom.Bart.ibi iotelligatur,quãdo testes
17 adhibentur ad solemnizandum actum, & à tertio,qui
nescit defectum eorum & tunc attendatur eorum sta-
tus testamenti tempore,in quo reperiuntur: Secùs est
autem in actu iudiciali in præiudicium tertij, qui ad-
uersus testem inductum de legalitate opponit. & ista
videtur communis responsio ad text.illum.& istã re-
sponsionem videtur sentire Fel.in c.ad probandũ.col.
2.hæc intellige.2.de re iudi.Imò istam responsionem
ponont Bald.Imol.& Aret.in l.cùm lege.ff.de testam.
dicebat Dom.Aotonios,tertius deputatus, quòd oot.
18 in l.1.C.de testib.procedebant† in testimooio extra iu
diciali occulto,in quo satis est, qoòd commuois opi-
nio ita se habeat,vel etiam in testimonio occulto iu-
diciali,in quo de excommooicatiooe esset facta fides
iudici : quia tunc non procederet communis opinio,
de qua per Bart.in d.l.1.de testib.& ita tenuit Imol.in
d.l.cum lege.ff.de testam. refert & sequitor Feli.io c.
ad probãdum.col.2.versi.secundò siue quia dicit Imo.
de re iudica. Secundò dicebat Domious Antonius,
19 † quòd ex quo isti excommunicati deponebant in fa-
uorem eorum,qui sciebant eos esse excommunicatos,
puta Canonicorum, qui habebant notitiam etiã mo-
tus proprij, quòd eorum dictum non valebat,ex his,
quæ dicit Dec.in c.post cessionem.col.11.vers.a.limi-
ta secundum Bald.de proba. Et nota vnum dictum in
20 hac materia,quòd† excommunicatos,qui fuit exami-
natus,nõ petita absolutione,potest publicatio iterum
produci & absolui ad effectũ,vt validè deponat:quod
est verum, quando ille, qui eam produxit, ignorabat
esse excommunicatum:secùs si sciebat,secuodũ Berer.
quem refert & sequitur Card.in Cle.2.col.2.vers.& per
hoc inducit D.Bertran.de testib.

EPITOME.

Vbi pensio non est libera,& impræstita pooutur super fru
ctibus, qui de facili non possunt exigi, & pro exactione ipsorum
sequestraotur fructus, tenetur pensionarius ad contributionem,
cessa actione per tuulum.

SVMMARIA.

1 *Vtrùm Pensionarius pro rata sua pensionis ad imprastita contribuere teneatur, & nu. 5.*
2 *Vt impraestita super fructibus ponantur, quid probari conueniat, & nu. 3. 4.*

DECISIO V.

FRanciscus Soderinus habebat reseruatam pensio
nem,credo mille ducatorum,super fructibus me n-

fę Episcopalis Vticens. quem Episcopatum posside-
bat Cardinalls de Rodulphis pensio non erat libera:
præsupponebatur, quòd fructus Episcopatus essent va
loris 300. ducat. Senatus Venetus exegerat multa im-
præstita ab Episcopo tempore possessionls: solutione
facienda dicebat Eplscopus Francisco Pensionario,
1 † q contribuere debeat pro rata suæ pensionis in hu-
iusmodi impræstitis. Franciscus allegabat multa pro
parte, ex quibus volebat se defendere, q non teneretur
exsoluere: replicabatur per aduocatos. Fuit resolutum
2 per totũ, q † Episcopus probaret, q impræstita pooe-
reutur super fructibus, ita q deuenirerur ad ista impręe
3 stita, incipiendo per sequestrationem fructuum, & † q
ipse aliter non poterat habere fructus soluẽdo impræ
4 stita, & † quòd recuperatlo istorum impræstitorũ erat
5 difficilis, quòd Franciscus † Pensionarius teneretur ad
contributionem ipsorum, cessa actione sibi per Epi-
scopum pro rata super istis impræstitis. Et ista resolu-
tio fuit facta coram D. Mohedano de anno 1540.

EPITOME.

Quando duo notarij rogantur, an censeantur in solidum rogati.

SVMMARIA.

1 *Quando duo notarii rogantur, tribus casibus distinguendum est & nu. 2. 3.*
4 *Duobus iurisdictionem ordinariam habentibus cùm officium publicum committitur, in solidum demandatur.*
5 *Quo casu loquatur c si duo de procur. in 6.*
6 *Si duo ex statuto requiruntur notarij, alterum interuenire non sufficit.*

DECISIO VI.

FVit dubitatum, quando duo notarij rogaotur de
eodem instrumento, ao præsumantur in solidũ, an
1 verò simul rogati? in quibus fuerõt considerati † tres
casus: quandoq; duo notarij simul rogantur, & tũc pro
cedit doct. Bal. in l. iurisiurãdi. C. de testib. de qua per
Dd. in c. quoniã contra. col. 24. de probat. Aog. cõs. 49.
2 & ibi Bolog. in addit. † quandoque in solidũ rogatur,
& tunc procedit doct. Bal. in d. l. iurisiurandi. tex. in c.
cũ Ioann §. cùm igitur. de fid. inst. & ibi Card. in verb.
iurati deposuerunt. gl. in auth. de hæred. & falcid. si ve-
rò absunt. collat. 1. vt notat. in c. qui contra falsam. per
3 Hosti. & Io. And. extra de probat. † Quandoqoe dubi-
tatur an sint simul vel insolidũ rogati per D. Bar. in l.
2. §. si plures. col. 2. versic. vt igitur liqueat materia de
exercit. actio. vbi quãdo mandatur duobus habẽtibus
iurisdictionẽ ordinariã, cuius officium est poblicum
4 authoritate & vtilitate, censetur † insolidũ demandata.
& pro ista parte cons. Dec. in d. coos. 36. num. 4. Non
obstat tex. in c. causam matrimonij. de off. deleg. quia
loquitur in iurisdictione deleg. & in his facit Bar. in d.
§. si plures. in col. 2. differentiã inter iurisdictionẽ or-
dinariam & delegatam. Non obstat tex. in c. si duo. de
procur. in 6. & quod ibi dicit Dominic. in 1. not. qola
5 † non loquitur in habeotibus officiũ propria autho-
ritate & vtilitate publicũ. Nõ obstat, quod dicit Abb.
post Imol. in d. c. quoniã contra. de prob. dum voluit
6 q si ex forma statuti † requiruntur duo notarij, q non
sufficit, q vnus interueniat: quia loquitur Abb. in casu
claro. Et ita cauetur statuto vrbis situato, in 3. lib. c.
29. incipiente itẽ quod notarius: nos autẽ fuimus in
dubio, & ita die Lunæ 21. Iunij 1540. in vna Rom. re-
stitutionis dotis corã D. Hieronymo Verallo fuit re-
solutũ contra istã decisionem factã io isto membro.
vide Alex. in cons. 124. viso processu. 10. col. 1. vers. alia
ratione. vol. 7. ad quod cons. potest responderi ex his,
quæ ibi ponũtur. vide Præp. c. si duo. col. 3. insolidum
quæ distributio per banc dictionem cuilibet. de pro-
cor. in 6. & col. fin. vers. & communis conclusio.

EPITOME.

Dilatio ad partes conceditur isto casu, & interim non erit dandum mandatum de admittendo io possessionem.

SVMMARIA.

1 *Altero collitigatorum, lite pẽdente defuncto, & noua persona surrogata, quo casu dentur collitiganti dilationes ad partes. & nu. 4. & 7.*
2 *Ad videndum, qui de surrogatione & immissione in possessionem decernetur processus, citandus est collitigans.*
3 *Quid citato ad banc rem sit agendum. & nu. 5.*
6 *Pendente dilatione nihil debet innouari. & nu. 8.*

DECISIO VII.

LItigabatur inter duos, quorũ vnus obiit, io cuius
1 iuribos fuit † surrogatus tertins non collitigans
cum derogatione legis de surrogando. Et fuit surroga
tus ille tertius per Papam in forma gratiosa, videlicet
Episcopus, anteà Archidiaconus de Perez: nũcupatus
etiam quoad possessionem illius, defuncti, qui erat in
possessione beneficij litigiosi, Episcopus surrogatus
præsentanit literas surrogatorias in forma gratiosa
Auditori Domino Hieronymo Verallo, & etiã com-
missionem, in qua Papa mandabat Auditori, vt illum
induceret in possessionem. Episcopus petiit decerni
processum sibi, per quẽ Aoditor mãdaret, vt immitte-
retur in possessionẽ, iuxta tenorem literarũ. Ad viden
2 dum † decerni processum fuit citatus collitigans, qui
3 comparẽs, † petiit sibi dari dilationem ad partes, ante-
quàm idem processus de immittendo decerneretur al
legans decisionẽ 440. in no. Cassa. decis. 1. de dila. vndè
4 colligebatur, q ex quo Episcopus erat noua † persona
debebant dari collitigãti dilationes ad partes. & vlte-
5 rius dicebat petẽs dilationes, † vt pendente dilatione
Auditor nõ decernat processum, seu facultatem de im
6 mittendo: quia † pendẽte dilatione nihil debebat inno
uari. Fuit cõclusum in Rota corã Hieronymo Verallo
7 die 6. Octobris, 1540. quòd daretur † dilatio procurato
ri ad consulendũ, per dictas decisiones, & quòd inte-
8 rim † non daretur mandatum de immittendo: quia pen
dente dilatione nihil debebat innouari, & quia pote-
rat apponi cootra surrogationem. Erat intitulata cau
sa Carthaginen. Canonicatus & præben.

EPITOME.

Depositum, vt quis non incidat in pœnam priuationis, an sit necessarium.

SVMMARIA.

1 *Vtrùm si prædecessor non soluerit pensionem debitam, beneficium per priuationem an per obitum prædecessoris vacasse intelligatur.*
2 *Ad euitandum priuationis pœnam in terminis conuentis deponere quis num teneatur. & num. 3.*
4 *A mora debitor excusatur, cùm non constat creditorem in loco solutioni destinato comparuisse.*

DECISIO VIII.

VErtebatur lis inter Alfonsum de Villariel agen-
tem ad priuationem beneficij de Villars contra
1 Ioannẽ Pigmentel: & quòd † prædecessor non soluerit
pensiooẽ, prout tenebator, in ciuitate Barchinonen.

sic dr-

ſic dicebatur beneficiũ vacaſſe per priuationem, non
autem per obitum prædeceſſoris dicti Ioannis, ex quo
Alfonſus declarauerat voluntatem ſuam ante obitum
per commiſsionem cauſæ ſuper priuationem. Et dice-
2 batur, ꝙ ille prædeceſſor † ad euitandam pœnam priua-
tionis in terminis conuentis tenebatur deponere in ci
uitate Barchinonen. iuxta doctr. Bar. in l. ſi reus qui pa
ratus. in ſi. ff. de procur. Tamen 20. die Februarij 1540.
coram D. Ioanne Bartholomæo fuit conclusum con-
tra illud dictum Bart. & dictum, quòd eſt dictum con-
ſilij & non neceſsitatis, per conſil. Alex. 92. in 1. volu.
Aret. in conſi. 163. verum eſt ꝙ Canonicus. in deciſ.
556. & per Marc. Ant. & Bal. in tract. de mora. col. pe.
& fin. Purpuratus in l. vicinum. ff. ſi cert. pet. & ideò, ad
excuſandũ à pœna priuationis, fuit dictum, quod non
3 erat † neceſſarium, quod deponeret, ſed fuit tenta doc.
Barto. in l. item illa. col. 5. de conſt. pec. vbi vult, quod
4 † ex quo non conſtat, quòd creditor fuerit in loco de-
ſtinato ſolutioni, quòd excuſatur debitor in mora. &
D. Aquen. de anno 1535. ſic fuit reſolutus.

EPITOME.

Teſtis deponens ſuper valore fructuum quando probet.

SVMMARIVM.

1 *Patientia efficit, vt pro valore fructuum data quæ fuerint, ſufficiãt, imputeturq́; poſſeſſori, quòd plura non receperit.*

DECISIO IX.

FVit reſolutum coram D. Mohedano, quòd teſtes de-
ponẽtes ſuper liquidatione fructuum. qui deponunt:
ꝙ fructus poſſunt valere tantùm ſingulis annis com-
putatis fertili cum ſterili, & deductis oneribus, aſsi-
gnando bonam rationem, putà, vt erat in eo caſu. quià
teſtis dicebat, quòd ipſe arrẽdauerat per aliquod tem-
pus illud beneficium, quòd probat valorem fructuum
ſecus eſt ſecundum duos ad probandũ fructus quoad
regul. de non exprimendo vero valore: & dicebatur in
1 Rota, quòd † licet teſtis deponit per verbum, poteſt,
tamen ſufficit illa patientia, & imputatur poſſeſſori, ſi
non receperit.

EPITOME.

Citatio facta contra Capitulum quando afficiat ſingulares de capitulo.

SVMMARIA.

1 *Citatio quando non ſufficiat.*
2 *Ex citatione, contra Capitulum facta omnes particulares Capituli non afficiuntur.*
3 *Citatio contra ſingulares Capituli quomodo accipiatur.*
4 *Cùm variatur agendi modus, noua citatio requiritur.*
5 *Quando proceſſus fiat nullus.*

DECISIO X.

IN alia Anturpiẽ. pro Iacobo Bonniſio cõtra quoſ-
dam particulares, & corã eodem Mohedano fuerat
citatum Capitulum Anturpien. & ſingulares perſonæ
de dicto Capitulo, docto de non tuto acceſſu & vigo-
re dictæ citationis, Capitulum fuerat declaratum, & ha
buerat contra ſe cenſuras vſque ad brachium ſeculare.
Et non valens dictus Iacobus habere executionẽ ſui
brachij ſecularis cõtra Capitulum, obtinuit commiſ-
ſionem, in qua committebatur arbitrio Auditoris, vt
committeretur executio brachij ſecularis ſuper qua-
dam domo ſpectante ad quendam Canonicum extra
Curiam. Fuit proceſſum ad ſubhaſtationem & delibe-
1 rationem nulliter factam, ex quo quia illa † citatio, per
contradictas tantum facta, non erat ſufficiens, neque
etiam ſufficiebat citatio propria, quæ emanauerat con
tra Capitulum & ſingulares Capituli, quia videbatur
contra deciſio. 10. de ſent. excommu. in antiq. & deciſ.
2 1. Bilig. de dol. & contuma. vbi dicitur, quòd † ex cita-
tione facta contra Capitulum non afficiuntur omnes
ſingulares de Capitulo. Non obſtat, quòd dicebatur
quòd vltra citationem factam contra Capitulũ, erant
etiam citati ſingulares de Capitulo: quia reſpondeba-
3 tur, quòd illa † citatio contra ſingulares intelligebatur
quoad rem pertinentẽ ad ipſum Capitulum: Sed quan
do cõmittitur executio ſuper domo, non ſumus ſuper
reſpectante ad Capitulũ, ſed ad vnum de Capitulo. Et
4 ſic, quia † tunc variatur modus agendi, debebat ille Ca
nonicus de nouo citari, & citatio per Canonicos non
erat ſufficiens, quæ non fit, niſi data cõtumacia, prout
dicit deciſi. 12. de dol. & contuma. in antiq. dicebat e-
5 tiam proceſſum eſſe † nullum, quia ad illam ſubhaſta-
tionem erat proceſſum ad inſtantiam ſurrogati in vi-
ribus primi Iacobi, qui obtinuerat ſententiam contra
Capitulũ, & illa ſurrogatio non fuerat intimata, prout
dicebatur iuxta deciſio. 440. in non.

EPITOME.

Actionem qui habet aduerſus intruſum, cùm penſionem ſolueni ob fructus ſoluere tenetur, & intruſus ei ad fructus eſt condemnatus, actionis ceſſione à ſoluendo excuſatur.

SVMMARIA.

1 *Beneficium grauatum onere reali, ſtatim tranſit.*
2 *Qui habet actionem ad ipſam rem, ipſos quoque fructus habere cenſetur.*
3 *Ad fructus agens ad penſionis ſolutionem tenetur.*
4 *Qui habet ſeculare brachium, habet actionem.*
5 *Ad agendum poteſt quis compelli.*
6 *Qui habet actionem ad rem, ipſam rem per fictionem habere dicitur.*
7 *Actionem ad rem habens, nec rem in cataſtro deponere, nec rei onera, in quorum poſſeſſione ſoluendi alius eſt exſoluere tenetur.*
8 *Condemnatio ad fructus intelligitur deductis oneribus.*
9 *De oneribus opponens, præſumitur ea non ignorare, & per conſequens, ad fructus condemnatus, ea quoque ſoluere tenebitur. & nu. 10.*
11 *Fructus ſunt pro penſione obligati, remiſſiuè.*
12 *Intereſt Penſionarij plures habere obligatos.*
13 *Quoties quis eò, quòd habet actionem, obligatur eam cedendo liberatur.*
14 *Qui præciſè tenetur ſoluere, actionis ceſſione ſe non liberat.*

DECISIO XI.

COnſenſerat Antonius Sebter reſeruationi 24. ſu-
per fructibus Canonicatus, & præbendæ eccle-
ſiæ Tarracon. in fauorem Ioannis Ferrei: qui Anto-
nius obiit, & poſt eius obitum de Canonicatu anno
1522. fuit prouiſus Iacobus Vling. in dicto autem Ca-
nonicatu & præbenda ſe intruſit Ioannes de Cadina,
Epiſcopus Barchinonen. & introducta lite inter di-
ctum Iacobum & Ioannem Epiſcopum, Ioannes fuit
condemnatus ad reſtitutionem fructuum: & ſuper il-
lis decretæ exequutoriales, & brachium ſeculare. Po-
ſteà anno 1532. Iacobus ad inſtantiam Ioannis Ferrei
ſeruatis quatuor terminis ad docendũ ſe paruiſſe, &c.
Fuit declaratus proceſſus contra eum, & omnes cen-

sutæ vsque ad brachium seculare, à quibus fuit appel-
latum, & causa in Rota commissa, fuit per me dubita-
tum. ex quo fuerat declaratus Iacobus pro illo tẽpore
quo Docardoria possederat, an censuræ fuerant certò
latæ, & an Iacobus pro illo tempore tenebatur: quia
1 † beneficium erat grauatum onere reali, & ideò transi
bat beneficium, vt per Rom. consi. 388. Item secundò,
2 quia Iacobus habebat actionẽ † ad ipsam rem, scilicet
ad fructus, ergo ipsos habere videbatur. l. qui actionẽ.
ff. de reg. iur. Sicut ergo Iacobus tenebatur, si fructus
habuisset, ità etiam nunc habendo ipsam actionẽ. Ter
3 tiò, quia Iacobus † elegit istã viam agendi ad fructus,
ergo videtur voluisse teneri ad solutionem pensionis,
ex quo ex ipsis fructibus veniebat pensio soluenda: ex
quo ergo Iacobus istã viam elegit, patent sibi per iur.
vulg. Et pro ista parte fuit facta resolutio die 8. Octo-
bris 1540. Nam considerauit Rota, quòd ex quo iste
4 † habebat brachium seculare, & sic actionem, non fru
5 ctus; videretur ipsos fructus habere, & quia † potest cõ
pelli quis, vt agat per text. in l. cùm plures. §. mensent.
ff. locat. Tamen ad istud fundamentum potest respon
deri, quòd si tenetur Iacobus agere, quòd hodie quan
do constat, quòd tenetur, est paratus agere: sed quià e-
xactio est actualis, cùm multa possint interim contin-
gere, quòd ipse non effectu aliter exigat, quando non
tenetur ad solutionem dictæ pensionis: Respondebat
Rota ad fundamenta, quæ fiebant pro parte aduersa, &
6 dum primò dicebatur, quòd † qui actionem habet ad
rem, dicitur habere rem, per fictionem, & ideò non
7 tenetur † ponere rem in Catastro, & per consequens
nec rei onera soluere, prout not. Bartol. in l. forma. §.
si cùm ego. ff. de censib. quod verum est, quòd non te-
netur soluere onera, in quorum possessione soluendi
alius est: sed cùm in casu nostro intrusus non esset in
possessione soluendi, iure præteditur habere ignoran-
tiam reseruationis, nimirum si tenetur interim ad so-
lutionem illi, qui habet actionem ad fructus, Iacobus
pensionem aut rei onera soluere tenebitur. Nõ obstat
8 quòd secundò dicebatur, quòd † condemnatio ad fru-
ctus intelligitur facta ad fructus, deductis oneribus,
vnde non est verũ dicere, quòd Iacobus integros fru-
ctus per condemnationem assequi posset: Quare fuit
9 responsum, quòd istud esset verum, vbi per intrusum
esset de oneribus oppositum, sed quia non est opposi-
tum, tunc non constat, quod intrusus habeat sciẽtiam
10 de onere pensionis: meritò igitur Iacobus † potest vi-
gore sui brachij secularis ad integros fructus agere.
Non obstat quòd tertiò dicebatur, quòd cùm pensio-
narius habeat vim petendi ab intruso, qui fructus col-
11 legit, quia † sunt pro pensione obligati, iuxt. not. per
Fel. in c. ad audientiam. 2. de rescript. quòd non posset
contra Iacobum agere, cùm eadem actio contra pos-
sessorem pensionario competat: vnde imputandum es-
set ei, si non egit contra intrusum. per hoc tamen non
12 est ei deneganda actio contra Iacobum, & † interest
ipsius pensionarij plures obligatos habere. Fuit tum
in eadem audientia conclusum, quòd Iacobus ceden-
do actionẽ aduersus intrusum liberaretur: quia quo-
13 ties † quis ex eo, quia habet actionem, tenetur, tunc ce-
dendo eam liberatur, l. quod debetur. ff. de pecu. const.
gloss. in l. non aduersus. C. si cert. pet. Bartol. in l. 2. §.
idem. ff. ne quid in loco public. l. Iulianus. §. pen. ff. de
action. empt. & l. sic. §. fin. ff. de leg. 1. secus autem est,
14 quando † quis tenetur soluere: quia tunc non libera-
tur cedendo actionem, iux. glo. in l. legaui. §. fi. in glo.
magna circa fin. ff. de lib. leg. ponit Bal. in l. 1. in tit. de
benef. fratris. in vsib. feud. & facit d. l. non aduersus. C.
si certum petatur.

EPITOME.

Sententia lata in fauorem locationis an prosit conductori.

SVMMARIA.

1 *Locatore post literas executoriales à sententia in fauorem ipsius lata obtentas moriente, an possit conductor ea, quæ restant, prosequi. & nu. 7. 17. 24. & 25.*
2 *Sententia pro locatore lata conductori prodest ab eo causam habenti. & è contra. & nu. 5.*
3 *Sententia pro agente lata omnibus, quorum interest, proderit, & oberit. & nu. 4.*
6 *Ex sententia potest arrendatarijs dari actio, si eorũ interest.*
8 *Dominus cum procuratore suo rectè stipulatur, remissiuè & num. 22.*
9 *Idem & cum creditore suo.*
10 *Iudex quando possit alteri in actu suo stipulari remissiuè.*
11 *Quando transeat actio vtilis absque cessione. nu. 20.*
12 *Quæ possint allegari contra sententiam.*
13 *Tertius quando non nisi actione cessa possit agere.*
14 *Si contra aliquem de beneficio agatur, possessore sciente & patiente, sententia contra agentem lata pariet erga possessorem, si agere velit, exceptionem rei iudicatæ.*
15 *Sententia pro locatore lata tantum conductori prodest, vt agere volentibus obstet exceptio rei iudic.*
16 *Ad instantiam cõductoris non potest sententia pro locatore lata executioni mandari.*
17 *Ex sententia non datur cõductori actio, sed tantum exceptio.*
18 *In sententia nominato, cuius nihil interest, non potest quæri actio.*
19 *Dispositio legis aut statuti æquiparatur vltimæ voluntati.*
21 *Priuatus per contractum non potest mediante sententia alteri quærere actionem.*
23 *Ex sententia non nisi illi, qui ius habet, datur actio.*

DECISIO XII.

Arrendauerat Angelus de diuitiis fructus cuius-
dam monasterij, cuius erat commendatarius Si-
moni Centurioni: quo arrendamento facto Angelus
fuit spoliatus per quosdam fratres, contrà quos, tã no-
mine suo, Angeli, quàm nomine Simonis, cõmisit cau-
sam super spolio. Et obtinuit illos fratres condemna-
ri: & ista sententia transiuit in rem iudicatam. Fuit du-
1 bitatum, quia † Angelus decesserat post literas exequu-
toriales obtentas, an illa sententia, lata in fauorem An-
geli, prodesset Simoni: ita vt Simon post obitum An-
geli possit prosequi & petere, quòd sententia pro par
te sua mandaretur executioni. Et pro parte Simonis
2 multa deducebantur. Primò, quòd † sententia pro loca
tione lata prodest conductori ab eo causam habenti,
& si nocet authori meo, nocet & mihi. l. si à te. §. fin. ff.
de excep. rei iudi. Alex. post Barto. in l. Pomponius. §.
preterea. col. fin. versi. extra glo. ff. de acqui. poss. Item
3 † regulariter sententia lata pro agente prodest omni-
bus, quorũ interest, quamuis in iudicio non fuerint. l.
postumus. §. si quis ex his. ff. de inoff. test. not. Alex. in l.
sæpè. col. 9. nu. 31. ver. vbi antè dicta esset sententia. ff. de
4 re iudic. Secundò, præsupposito, q † sicut sententia no-
cere vni potest, sic etiã prodesse, quãdo habet causam
ab eo, pro quo est lata, vel habet ius connexum cũ eo,
iuxta tex. in l. 2. C. de re iudi. & not. per Sali. in l. 1. col.
1. in. 3. opposit. C. res inter al. acta alijs, &c. Tertiò se-
5 quitur, q † sicut sententia lata contra locatorem nocet
conductori, ita & contrà, pro locatore prodest condu
ctori, iuxta not. per Alex. in l. sæpè. col. 49. nu. 152. vers.
an sententia lata contra locatorem. ff. de re iud. Quar-
6 tò, quòd † ex sententia dari potest actio arrendatarijs,
quorum interest, faciunt not. per Bar. in l. seruo legat.
§. si te-

§.si testator.ff.de leg.1.in l.fideicom.§.interdum.ff.de leg.3.in l.2.§.si duo.ff.de collation.bono. Quintò, quia dicit Alex.in l.si cui legetur.§.si Titio.ff.de leg.1. vbi
7 dicit, quòd † possim petere & facere condemnari mihi ad soluendum, per no.in l.stipulatio ista.§.si insulam, de ver.oblig.& §.si quis alij.Insti.de inutil.stipu.vbi glo. ponit tres casus, qui videntur conuenire casui nostro:
8 Primus est, quando † dominus stipulatur procuratori suo, & tunc valet stipulatio: & iste erat casus noster, quia Angelus in instrumento arrendamenti constituerat Simonem procuratorem suum. Secūdus casus est,
9 † quando creditori suo: & iste casus est etiam casus noster, ratione anticipatæ voluntatis, quoniam soluerat totam pensionem anticipatam Simoni Angelo: sic Si-
10 mon erat creditor Angeli. Tertius casus est, in † actu Iudicis, quando Index potest alteri stipulari, & valet
11 stipulatio. Et † istis tribus casibus, vt sentit glo.in d.§.si quis alij.transit actio vtilis absque cessione, vt etiā voluit Bal.d.l.stipulatio.§.si insulam.in 2.col.ff.de verb. oblig. Et sic transit vtilis, nisi cessione Angeli procederet sententia Simonis saltem quoad illam vtilem actionem. Pro alia verò parte dicebatur, quòd sententiā, la-
12 tā pro Angelo, nō proderat Simoni: quia † licèt Simon fuisset nominatus in sententia, tamen non fuerat in iudicio, nec in causa aliquis eius nomine comparuerat, nec sententiam petierat, nec ad eius instantiam aliqui termini seruati fuerant: & ideò illa sententia, lata pro Angelo, non poterat prodesse Simoni: & licèt mentio de Simone facta esset, dicebatur, quòd facta fuerat secundariò, & accessoriè, non autem principaliter. Et licèt aliquis posset instare & petere, quòd ad eius commodum aliquem condemnet alteri, iuxta Dom.Alex.in l.
13 si cui legetur.§.si Titio.ff.de leg.1.tamen ille † tertius, in quem verba executiua erant directa, non poterat agere, nisi vtili actione cessa, vt declarat Alex.consi.73. col.5.vers.plus tenuit glo.vol.1.& idem Alex.cōs.118. col.5.vol.4.Et nomine Simonis erat appositum in sententia ad commodum ipsius Angeli, vt Angelus videretur restitutus, dum sui arrendatarij etiam ad possessionem restituerentur, non quia vellet arrendatarios principaliter ex sententia posse experiri. breuiter pro ista parte, pro qua Rota de rigore iuris se resoluit, fuit allegatum.consi.342.Rom.quoad primum.col.1.ver. & si dicatur. ex cuius dictis sumitur responsio ad maiorem partem argumentorū pro alia parte factorum.
14 Nam dicit Rom. d.cons. quòd † si agatur contra aliquem super beneficio: possessore sciente & patiente, sententia lata contra illum parit exceptionem rei iudicatæ contra possessorem. Intelligitur autē hoc modo, quòd si possessor, qui sciuit, voluerit agere super beneficio, obstet sibi exceptio rei iudicatæ. Sed dicit ibi Roman. quòd si possessor non vult agere, sed vult retinere beneficium, quòd tunc non debet mandari exequutioni illa res iudicata contra non nominatū in senten-
15 tia. Ita ergò est dicēdum in casu nostro, quòd licèt sententia lata pro Angelo † prosit Simoni ad hoc, vt si isti fratres spoliatores vellent agere contra Simonem super possessione, seu fructibus, obstaret fratribus spoliatoribus exceptio rei iudicatæ, sicut eis obstaret, si ageretur contra Angelum. Sed quod ad instātiam Simo-
16 nis non nominati, saltem principaliter, in sententia mandatur exequutioni, illud non est verum: Et sic vir-
17 tus sententiæ diffunditur, † non tamē quòd ex illa sententia alteri non nominato saltem principaliter actio detur. & istud est, quod sentit Alex.in l. Pomponius.§. propterea.col.fin.ff.de acquiren. posse. & sic cum ista di tinct.tollitur vna pars argumentorum. Non obstat not.in l. seruo legato.§.si testator. ff.de lega.1.in l.fi-
18 deicommissa.§.interdum.de legat.3.nā illa loquuntur procedunt, ex quo nominari, cui siue ad quem verba dirigguntur, non intererat, nimirum si ex illo actu agendi querebatur illi actio, cuius non intererat: sed in casu nostro principaliter intererat Angeli, quòd restitutio fieret, ideò non debet quæri actio Simoni, cuius secundariò intererat: quia iam sibi in arrendamenti instrumentis erat prouisum, quòd Angelus ei teneretur ad dānū & interesse. Vel etiam secundò potest dici, quòd illa loquuntur in vltima voluntate, seu in dispositione legis
19 vel statuti, quæ † dispositio æquiparatur vltimæ voluntati, secundū Bar.in l.1.C.de his quib.vt indig. Secus autem in stipulationibus, prout ita dicit ipse in d.l.seruo legato.§.si testator. Et ita erit dicendū in casu isto in sententia, cùm in iudicio quasi contrahatur.l.3.§. idem scribit.ff.de pecul. Non obstat illud, quod dici-
20 tur, quòd per † actum iudicis quæritur initio vtilis sine cessione: quia respondetur, quòd hic non sumus in actu iu-
21 dicis, sed in actu priuati. Vel † priuatus quasi mediāte contractu, quem facit, cum aduersario quæreret alteri actionem mediante scotētia: quod non potest fieri. & ideò dicit Alex.in d.l.si cui legetur.§.si Titio, quòd debet petere, vt condemnetur sibi, vt tertiò soluatur. Vel etiam secundò dicitur, quòd ex actu iudicis benè quæritur actio Simoni nominato, cùm sententia respectu eius non valeat, cùm venerit ad causam, nec pro eo sint seruati termini: & sic ex actu nullo, &c. Ad alios autem duos casus positos per glo.in d.§.si quis alij.Instit.de inut.stipul.dicitur, quòd licèt glo.dicat ibi, quòd quæra-
22 tur actio, † & sic stipulatio valeat in personam stipulantis, eò quia eius interest, non tamen dicit ibi glo. quòd in illis duobus casibus transeat vtilis absque cessione. nec etiam Bar.in d.§.si insulam, vbi examinat nouem casus, iuxta quos iste non ponitur. & pro conclusione, in quam inclinauit Rota, de rigore facit quod dicit
23 Bar.& Doct.in l.1.C.de sent.exec. vbi † nō datur actio ex sententia, nisi illi, qui habet ius: instando Simō non habebat, ergo, &c. Vnus tamen ex Dominis considerauit, & non malè, quòd isto casu, ex quo Angelus egerat ad vtilitatem Simonis: nam ex prima commissione causæ, in qua commiserat causam tam nomine suo, quam nomine Simonis, in qua narrabat se arrendasse Simoni & productioni iurium, qui produxerat instrumentum arrendamenti, apparebat, quòd ipse tenebatur Simoni, & ita in commissione sua dicebat, & Angelus
24 decesserat, † transiret vtilis absque cessione, & allegauit cons.441.præsens instrumentum, col.4 vers.si an tem cedere non potuit, vt quia absens, &c. Tandē Rota, quia Simon habebat commissionem, in qua erat admissus ad prosequutionem illius rei iudicatæ latæ in fauorem Angeli, & ita vigore illius commissionis per tres sententias cum procuratore fratrum erat disceptatum super liquidatione fructuum, sustinuit proces-
25 sum factum pro parte Simonis, & voluit † mandādum esse exequutioni contra dictos fratres, & causa erat intitulata Aurien. nullitatum prætensarum censurarum pro congregatione Cisterciensi contra Simonē Centurionem coram R.P.D.Io.Paulo.

EPITOME.

Colonus detinet possessionem domini,

SVMMARIA.

1 *Colonus directus non habet remedium possessorium.*
2 *Colonus & inquilinus sibi & suo nomine domino possessionem detinet.*

DECISIO XIII.

1 AN Colono directo detur remediũ possessorium,
2 consuluit,† ꝙ non detur, Stepha. Bert. cons. 210.
non puto. vol. 2. & quod Rota restituit ad detentatio-
nem, ponit Cassad. dec. 14. proposita fuit, &c. num. 8.
pag. 8. vers. allegabatur, &c. super reg. cancellar. & ibi
probat, ꝙ detentator habet remedium possessorium.
vide Rip. in c. sæpè. col. 7. vers. 7. dubitatur. de rest. spo.
quod conductori detur remediũ reintegrandi. Goza.
2 cons. 99. in hac causa. col. 1. nu. 4. Et nota,† ꝙ Colonus
& inquilinus detinent sibi & suo nomine possess. do-
minij, secundum Pau. de Cast. in l. 1. §. adipiscimur. in
final. ver. ff. de acquir. poss. vbi dicit, quòd pro deten-
tione datur officium iudicis. vide Rip. in l. rem quæ
nobis. col. 4. nu. 49. cum seq. ff. de acquir. possess.

EPITOME.

Colono non datur remedium possessorium.

SVMMARIA.

1 *Colonus nec ciuiliter nec naturaliter possidet.*
2 *Quando detur Colono remedium possessorium & nu. 3.*
4 *Interdictum vnde vi à possessione deiecto tantùm datur.*
5 *Ratio solius detentionis propter præcedentis possessionis re-
liquias confert interdictum possessorium.*

DECISIO XIIII.

FVit in eadẽ causa dubitatũ, an colono daretur re-
medium possessorium: & dicebatur pro vna parte:
quòd non, tex. in l. 3. §. ꝙ si seruus. ff. de acquir. poss. &
1 l. fi. ff. de vi & vi armat. quia† Colonus dicitur possidе-
re nec ciuiliter nec naturaliter. Pro cõtraria autẽ par-
te allegabatur tex. in l. Colonus. & in l. cùm fundũ. ff.
de vi & vi armat. vbi appatet, ꝙ Colono datur interdi-
ctum possessorium: & respondebatur ad d. l. fi. & ad §.
2 quod si seruus. ꝙ† licèt dicatur in dictis iuribus, ꝙ do-
mino detur interdictum, tamen non negant illa iura,
quin etiã detur colono ratione detentationis. Sed pro
parte contraria replicabatur, ꝙ licèt dicta iura. l. colo-
nus. & l. cùm fundum. dent remedium possessorium, ta
3 men illud remediũ non dant ei, nisi† postquã colonus
dominũ spoliauit: quo casu per illud spoliũ fuerit quæ-
sita possessio colono. tenet Pau. de Castr. in l. 1. col. 2.
vers. sed si interuenisset. per l. cõmunia. ff. de vsucap. &
4 probatur, ꝙ† interdictũ vnde vi nõ datur nisi ei, qui
fuit in possessione, & ab ea fuerit deiectus, l. 1. §. inter-
dum autẽ hoc. & ibi glo. ff. vnde vi. sed ibi colonus de-
iectus habet interdictũ contra deiicientẽ: Ergo dicen
dum est, ꝙ prius colonus possidebat. & hoc modo ar-
guẽdi vtitur glo. magna in prin. in d. l. vnica. vbi Alb.
& Paul. de Castr. facit quod dicit Alex. in l. si rẽ. in fi. ff.
de acq. poss. Bal. in l. si de fundo. circa prin. vers. quæro
an colono. C. loca. Rip. in c. sæpè. in col. 77. vers. 19. cir
ca 2. de rest. spolia. sed verũ est dicere, ꝙ colono, eò ꝙ
non possidet nec naturaliter nec ciuiliter, non datur
remedium possessorium. Nihil fuit determinatũ super
isto capite. & quòd colono non detur interdictum re-
cuperandi, facit, quod dicit Ann. in c. si cõstiterit. col.
2. vers. nota quod cõmendatarius, de accusat. vbi dicit
quòd cõmendatario non datur interdictum: quia non
possidet. dato, quòd sit in possessione. contra istam ra-
5 tionem facit deci. 158. in no.† vbi ratione solius deten-
tionis datur interdictum possessorium. nisi dicatur, ꝙ
ibi detur propter reliquias præcedentis possessionis,
cùm illa detentio sit sequela. & dependens ab illa pos-
sessione præcedenti, gloss. fi. in l. à quibus. ff. de donat.

SVMMARIVM.

1 *Et qui per edictum in partibus citatus comparet, non sunt
denegandæ dilationes ad partes.*

DECISIO XV.

FVerat citatus per edictum in partibus Didacus de
Balderas in quadã causa Parochiali Oxonien. de
Gasmar ad instantiam Hieronymi de Enclso. & post
exequutã citationem, imò decretã, cõparuit corã me,
& petiit dilationes ad partes, & de mandato domino-
rum fuerunt concessæ, die 20. Octobr. 1540. pro quo
facit decis. 395. in nõ. & decis. 1. de dilat.

SVMMARIVM.

1 *Cùm citatio per edictum facta est in Parochiali, de qua agi-
tur, & in cathedrali, negantur dilationes Procuratori
dantur.*

DECISIO XVI.

ISta Oxonien. fuit iterùm posita, quòd non erat in
1 facto, quòd† citatio fuisset facta per edictum, sed e-
rat facta in parochiali, de qua agebatur, & in cathedra
li, etiam fuerunt negatæ dilationes, & ideò non poni-
tur pro constanti decisio hic scripta de citato per edi-
ctum in partibus: & procuratori fuerunt datæ dilatio-
nes. Sed erat consulenda Rota.

EPITOME.

Capitulum, cui dirigitur breue, vt tradat possessionem bene-
ficij amoto quolibet detentore sine vitio spolij & attentatorum,
an liberetur nominando intrusum.

SVMMARIA.

1 *Verba illa amoto quolibet detentore, facti & non iuris in
breui censentur.*
2 *Per verba illa Papæ, sine vitio spolij & attentatorum, breui
inserta potest Capitulum iuris detentorem spoliare.*

DECISIO XVII.

EPiscopus Nucerinus habebat breue directũ Capi-
tulo Caurien. vt traderet possessionẽ Archidiaco
natus ecclesiæ Cauriensis, de quo erat prouisum ipsi
Episcopo, amota qualibet detẽtione sine vitio spolij
& attẽtatorũ. Præsentato breui Capitulo, Capitulum
respõdit, ꝙ ex quo erat intrusus in Archidiaconatu a-
geret episcopus cõtra intrusum: Episcopus producto
breui ex respõsione Capituli petebat Capitulũ decla-
rari incurrisse cẽsuras, de quibus in breui. Replicabat
Capitulum, ꝙ non debebat declarari, ex quo nomina-
uerat intrusum. Fuit causa posita in Rota per dominũ
Marsicanũ Episcopo informante tantũ. Et pro illa vo
ce, quia Capitulũ non curauit informare, Domini in-
clinabãt, ꝙ ex quo in breui dicebatur, amoto quolibet
detentore sine spolij vitio & attẽtatorũ, quòd Capitu-
1 lum veniret declarandum, quare verba† amoto quoli-
bet detentore, facti & non iuris sint: tũ quia Papa vlte-
rius processit dicẽdo, sine vitio spolij & attẽtatorum,
2 videtur voluisse,† ꝙ dato, ꝙ ille esset detentor iuris, tamẽ
ꝙ Capitulum potuisset eum spoliare, & detentor non
posset agere contra breue. Et dicebant, quòd si tũ fuis-
sent posita illa verba, amoto quolibet detentore, quòd
per nominationem intrusi Capitulum liberabatur.
Tamẽ pro illa vice nihil fuit determinatum: quia non
erat pro parte Capituli informatum, nec satis benè
pro parte Episcopi.

EPITOME.

An consuetudo, quòd solus Episcopus procedat in priuando
clericum sine consensu sui Capituli, sit contra ius.

DECI-

DECISIO XVIII.

FVit propositom per dominum Thomam de Thanis.die 20.Octobris 1540.dubium:an consuetudo
qoòd Episcopus solus procedat in priuando,& destituendo clericum seu Canonicum sine consensu seu
consilio Capituli, esset contra ius: Et fuit resolutum,
quòd sic.per tex.in c.nouit.& in c.quanto. de his quæ
fiunt à prælat.& gl.in c.non est.in verbo, teneatur.de
coosuet.in ~.& text.in c.irrefragabili. vbi dicit tex.in
col.2.vbi multa allegat.de offi.ordinar.

EPITOME.

Verba literarum merc.torum debent intelligi secundum stilum mercatorum.

SVMMARIA.

1 *Is,cui tres dati sunt mãdatarij,ad alterutrius præscriptum faciens excusatur.*
2 *Mandatum pluribus datum,apud mercatores in solidum intelligitur,non coniunctim.*

DECISIO XIX.

FVit die 20.Octobris 1540.in vna Mantuana Fuccarorum pro Vincentio Gurzono contra Pipeca
rios corá domino Aquen.resolutũ,ꝙ ex quo pro parte Vincentij erant mercatores examinati,dicẽtes,quòd
mandatũ datum Vinceotio,vt ipse faceret,secundum
1 qoodei †dicerent tres destinati per ipsos Pipecarios
ad insulam Siciliæ,intelligebant,ꝙ etiam posset facere secundũ dictum vnius illorum trium. Et si fecit tan
tum secundum dictum vnius illorum,quòd Vincẽtius
2 esset excusatus: Ex† quo mercatores dicebant,ꝙ mercantiliter & de stilo mercatorum est,quòd mandstum
datum ploribus intelligitur in solidum,non autẽ coniunctim:licèt iuris dispositio aliter dicat, vt patet in l.
pluribus.de procur.qood ex quo agebatur inter mercatores,verba erãt intelligenda,prout mercatores intelligunt,vt voluit Alex.consi.102.col.fin.vol.6.& in
commissione à mercatore mercatori data, quòd debent iotelligi secuodum quod mercatores verba intel
ligunt.ponit Corn.cons.319.col.9.vol.3.

EPITOME.

Post rem iudicatam,& omnes censuras,& aliqua interdicta, si committatur causa nullitatis dictarum censurarum,& petatur inhiberi extra Curiam,talis inhibitio non est concedenda.

SVMMARIA.

1 *Quibus casibus & quare causa nullitatis sententiæ,censurarum & interdictorum non attendatur.nu.2.3.*

DECISIO XX.

IN vna Bricharen. Capellaoia del Corporal coram
D.Hierooymo,io qoo Didacus Aluarez obtinuerat
sententiam, quæ transiuerat in rem iudicatam contra
Christophorũ de Cliuando, & omnes cẽsuras contra
eum, & nouissimè erat deuentũ ad aliqua interdicta:
eandẽ Abbas & monasteriũ, cui prætendebatur vnita
1 dicta parochialis,obtinuerat committi†causam oollicatis ipsius sententiæ, & omniũ censurarũ,& interdictorum,eáq; rursus petebat inhiberi. Fuit dictũ,ꝙ non
2 inhiberetur,tum† quia præsumptio calumniæ obstabat
quia per multum tempus Christophorus sustinuerat
censuras,& nunc,postquàm cioitas esset interdicta, veniebat ad impediendã exequutiouem: tum† quia tra-
3 ctabatur de præiudicio ciuitatis interdictæ:quia si fiebat inhibitio, staute inhibitione ciuitatis interdictæ,
non poterat compellere Christophorum ad satisfaciendum:&maximè quia in isto casu erat præfixus terminus vigore alterius commissionis ad docendum ‥
nullitate,& de aliqua non docuerat.

EPITOME.

Actiones contrariæ quomodo possint in eodem libello cumulari.

SVMMARIA.

1 *Propositis actionibus contrariis altera debet eligi.*
2 *Contrariæ actiones non possunt in eodem libello cumulari.*
3 *Actiones exercitio tantùm contrariæ non cumulantur.*
4 *Actiones & exercitio & origine contrariæ eidem libello commodè inferuntur.*
5 *Quæ dicantur origine contrariæ actiones.*
6 *Ratio cumulationis,remissiuè.*
7 *Quo casu libellus generalis & incertus admittatur.& num. 8.& 9.*

DECISIO XXI.

ANtooius Maria de Papazonibus agebat coutra
Ioannem Galeatiũ iure cessionario,& iure proprio:quia dicebat Flora instituta in quodã testamẽto,
in quo erat hęres iostitutus,erat prohibita alienare
bona testatoris,& io euentum alienationis erat hospitale mortis ciuitatis Bononiẽ.& quia ipse prætẽdebat,
quòd Flora alienasset,quòd locus erat substitutioni,&
vt cessiooarius hospitalis agebat contra Ioannẽ Galeatiũ hæredem Floræ.item agebat iore proprio, quia
Flora erat instituta,& si Flora decederet sine filiis masculis,erat substitutus pater eius,& sic ex persona patris
dicebat.Floram non potuisse procedere,quia bastarda
esset,& per boc pater eius petèbat hereditatem.Dice-
1 batur pro parte Galeatij,ꝙ Antonius Maria†debebat
vnam ex istis viis eligere, & ꝙ ambas non poterat intentare. Nã cũ istæ essent actiones contrariæ (quia in
vna approbat testamentũ,in alia reprobat)ꝙ non poterat vtráque intentare, iuxta primá reg. decis.io ma-
2 teria cumulationũ.in l.edita.C.de edeu.vbi vult, † ꝙ
cõtrariæ actiones non possunt in eodẽ libello cumulari,& ibi Dec.col.13. Tamen fuit resolutum coram D.
Hierooymo die 22.Octob.1540. quod posset cumulare, & non teneretur Antonius Maria alterá eligere:
3 non enim dicitur, ꝙ † non possunt cumulari actiones
contrariæ:quia intelligitur,vbi tantùm exercitio sunt
4 cootrariæ:secùs † si & exercitio & origioe,quia tunc
possunt cumulari,vt per Ias.in l.1.col.pe. C. de furt.&
5 †dicuntur origine coutrariæ,vt declarat Cur.Inn.in
l.1.C.de fur.quãdo eę,ex quibus nascuntur,sunt con-
6 trarię,vt est in casu nostro. & † rationem adsert Dec.
quare isto casu cumulari possiot io d.l.edita.C.de edẽ.
Secundò, ꝙ dicitur, quòd non possuot actiones contrariæ cumulari,vt intentẽtur cõditionaliter,vt ponit
Paul.de Cast.in l.Papinianus.§.sed si tantum.ff.de in-
7 offi.test.dicebatur,ꝙ †in casu admittitur libellus generalis,vbi agitur summariè,ꝙ libellus iocert' admittitur,etiã parte opponente,vt per Bar.in §.& si figura.
in Extrauaganti ad reprim.& Ias.in l.1.ff.si cert.pet.&
8 ideò ex quo libellus†generalis nõ admittitur(nã tunc
ex quo tenetur actionem exprimere,inconueniens esset,quod contrarias actiones exprimeret)illo casu exprimens contraria remedia nõ admittitur, vt io d.l.1.
9 C.de furt.secùs est,vbi† libellus generalis admittitur,
quia tunc uon exprimit eodem tẽpore contraria, sed
successiuè:quod potest fieri,vt suprà dixi.

EPITOME.

An commenda ad annum à die habitæ pacificæ possessionis currat, stante alio possessore, posito,quòd commendatarius nullam fecerit diligentiam contra possessorem.

SVMMARIA.

1 *Paria sunt habere pacificam possessionem, vel quòd alius in causa sit,quo minus eam habeat.*

2 *Antequam hæc pœna, eo quod non fecit, incurratur, interpellatio præcedens requiritur. nu. 5.*
3 *In commissione protestatiua non habet locum l. iure ciuili. de condit. & demonst.*
4 *Nemo cogitur adimplere conditionem protestatiuam.*
6 *Qui ex dispositione pura ius habet, imputet sibi, quod possessionem non apprehendat.*
7 *Diuturnam beneficiorum vacationem iura abhorrent.*

DECISIO XXII.

FVit dubitatum in vna Salaman. beneficij de Palatios Rubeos inter Io. Solano ex vna, & Petrum
Martinea ex alia, corã domino Marsicano, an cõmenda ad annum à die habitæ pacificæ possessionis currat,
stante alio possessore, posito quod commẽdatarius nullã
fecerit diligentiã contra possessorẽ. Et pro parte affirmatiua dicebatur: quod sic. per text. in c. cõmissa. de elec.
in 6. & text. in c. licet Episcopus. de præb. in 6. ex qui-
1 bus cauetur, quod paria † sint habere pacificã possessionem
vel quod per aliquẽ stet, quominus eam habeat: sed per
commendatariũ stetit, quo minus eam habuerit: ergò,
&c. Fuit contrarium resolutum die 22. Octobris 1540.
primò per dictũ Inn. de quo per Alex. in l. ita stipulatus. ff. de ver. obl. & per Felin. in c. si autẽ. de rescri. quod
2 ad hoc, vt † quis incidat in pœnã ex eo, quia nõ fecit, requiritur, quod præcedat interpellatio, quæ hîc nõ præcessit. Item & secundò fuit dictum, quod cũ commenda esset
facta sub conditione protestatiua, si & postquã possessionem pacificam adeptus fuisset, dicebatur, quòd in
3 † cõmissione protestatiua nõ habet locũ l. iure ciuili.
de cond. & demon. prout ponit Alex. & ibi Ias. in l.
centesim 15. §. si ita stipulatus. ff. de ver. obl. & Dec. in l.
4 iure naturæ. ff. de reg. iur. Et † ideò cùm quis nõ cogatur adimplere conditionem protestatiuã, per tex. in l.
cùm ab eo. ff. de contrah. emp. sequitur, quòd tempus
commendæ ante implementũ sequutum non curreret.
Et ideò ad decisionẽ istius quæstionis allegat Cuma.
In l. si plures. col. pen. circa fin. & ibi Alberi. de cond.
incert. & Soz. in l. iure ciuili. ff. de cond. & demon. col.
fi. & Oldr. consi. 142. col. 2. ver. 3. obiicitur & in terminis quæstionis nostræ. Alb. de Rosa. in l. & si potest.
col. 2. ff. si quis caut. Non obstat text. in d. c. cõmissa.
& in d. c. Episcopus, quia vltra ea, quæ addicta iura respondet Alber. in d. loco, potest etiã dici, quòd debent
5 intelligi, quòd incurrant pœnam, de qua in illis iuribus dicitur, monitione tamen præmissa, prout videtur
intelligere glo. fin. in c. ad apostolicæ. de re iud. in 6. &
ibi Dom. vol. 1. dicit quod illa iura loquuntur in dispo
6 sitione pura: & † ex quo ex ea ius quæsitum est, eis imputandum erit, si possessionem beneficij non adipiscun-
7 tur: & hoc in fauorem beneficij, ne † detur diuturna
vacatio, quam iura abhorrent. Non autem loquimur
hic in dispositione conditionali, quam commendatarius nõ cogebatur adimplere, vt suprà dixi. Et ita pro
ista parte fuit iterum posita ista causa super eodẽ puncto, & addita, quòd Episcopus Salamantin. ratum habuerat, & acceptauerat commendam, tamẽ quòd non
fecerat diligentiam capiendi possessionem intra annum, nec duos, an hoc casu haberetur pro possessore.
& tandẽ causa posita. 18. Februarij 1541. per eundem
Marsicanum, Domini per eadémmet fundamenta tenuerunt resolutionem iam aliàs factam.

EPITOME.

Successor non potest generalem acceptationem defuncti deducere ad speciem.

DECISIO XXIII.

FVit tentum in vna Verdunen. parochiali sancti Victoris. 22. Octobris 1540. coram domino Sarn. quod
successor non poterat deducere generalem acceptationem defuncti ad speciem, quia successor nõn potest declarare generalem acceptationem defuncti ad speciem, quia successor non potest declarare generalem acceptationem defuncti ad speciem, vt Pompon. scribit in l. si frumentum. §. fin. ff. de re iud.

EPITOME.

An gratiatus teneatur probare beneficia non excedere valorem, de quo in gratia, parte aduersa opponente de valore.

SVMMARIA.

1 *Cum gratia aduersarij non possessoris habet clausulam certi valoris, valor probari debet.*
2 *Valor certus est pars gratiæ. & nu. 12. 13.*
3 *Cum gratia est conditionalis valor probabitur.*
4 *Excessus valoris, cùm in vim datur obiecti nocet.*
5 *Materia obiectiua non tantum versatur in excludenda aduersarij gratia, sed etiam in meri tituli inclusione.*
6 *Plus nocent incerta quàm tacita.*
7 *Differentia inter gratiam certi temporis & incerti & nu. 8.*
9 *Beneficium impetratum & gratia generalis vigore acceptatum, præsumitur in gratia inclusum.*
10 *Acceptatio beneficij intra mensem valet. remissiuè nec præsumitur delictum. & nu. 11.*
14 *Gratiatus cùm contra possessorem agitur, tenetur probare beneficium sub sua cadere gratia.*

DECISIO XXIIII.

FVit dubitatum in vna Astoricen. beneficio coram D. Io. Paulo, 22. Octobr 1540. inter Didacum de
Vesga ex vna, & Alfonsum Diaz ex alia, an gratiatus
teneatur probare beneficia acceptata excedere valorem de quo in gratia, parte aduersa opponente de valore. Et pro parte affirmatiua, quod teneretur probare, di
1 cebatur, † quod ex quo gratia aduersarij non possessoria
habebat clausulam, quorum insimul fructus 150. ducat
2 non excedunt, debebat probari valor: † quia erat pars
gratiæ: & licèt dec. 6. de præben. Bisig. & alias 298. in
antiq. videantur dicere contrarium, debent intelligi,
parte non opponente, prout dicit Rot. dec. 800. in antiq. vel illæ decis. debent intelligi secundum illud tempus, secundum quod valor non ponebatur in parte dispositiua, sed tantũ posteà in fine limitatur. Secus autẽ
est secundũ formã hodiernam, secundũ quã valor ponitur in parte dispositiua, prout ita videtur declarare
Felin. in c. ad aures. in 3. conclus. de rescript. in a. fall.
3 & pro ista parte, quod teneatur probare, facit, quod † gratia est cõditionalis, cũ Papa dicit, si cura & personatus
&c. Si verò cura & personatus septuaginta valorẽ non
excedũt & quãdo valor ponitur in vim cõditionis, debet gratiatus probare. prout Fel. in c. ad aurea. col. 4.
de rescri. ver. sed caue etiã si tunc non opponitur. Sed
posset dici, quod licet, quod sit curatũ ponatur in conditione, nõ tamẽ valor ponitur hic in cõditione. In cõtrariũ tamẽ pro parte negatiua facit, quod dicit gl. in
Cle. cõstitutionem. in verbo, opponẽtis. & ibi Card.
Imo. & cæteri. de elect. vbi expressè loquitur de opponẽte excessum valoris. & Oldra. cons. 170. Sed potest re
4 spõderi ad dictã gl. quod loquitur † quãdo excessus valo
5 ris datur in vim obiecti: quoniã † materia non dicitur
obiectiua quãdo nedũ agitur de exclusione gratiæ aduersarij, sed etiã inclusione meri tituli, & nõ cõsideratur vt obiectus, sed vt ius partis. Rot. deci. 18. de excep.
in antiq. cum quibus tenet Cassad. non obstante cons.
Oldr. 170. dec. 2. de excep. pro ista etiã parte, quod non tenetur probare, ad idẽ facit deci. Egid. 132. & licet ad
illam

illã decis.posit responderi, non loquitur ubi appo
nitur,tamen ponderando causam illius decision.facit
mentionem inter impetrantẽ incertum. Nam dicit,
6 †plos oocent incerta quàm tacita,quasi sentiat,quòd
7 †in gratia certi tẽporis exprimitur per impetrantem
8 valor,& ideò tenetur illud probare, sed†in gratia in-
certi tẽporis non exprimitur valor per impetrantẽ,sed
9 per Pápam,ideò non tenetur probare. Secùs†est in im
petratione certi beneficij acceptati vigore gratię ge-
neralis:tũc enim præsumitur beneficium inclusum in
gratia,vt est decis. Potest dici loquitur in acceptan
te, qoi postquàm acceptauit , non potest dicere,quòd
beneficiũ sit acceptatum,an cadat in gratiã.quia valor
exceditur & excedit. Sed aduerte,quòd ista ratiocina-
tio non videtur satisfacere.facit etiã,quia scienti præ-
10 sumitur, † quis acceptauerit intra mensem,vt Rot.
in plurib.locis in nou.125.& in antiq.19.94.125.628
748. Egid.deci.654. circa fi.873. & sic arguendo de
tẽpore ad rem,ita etiam præsumitur, quis infra de-
bitam taxam acceptauerit:sed potest responderi,quòd
illæ decis.loquuntor respectiuè de diligentia:nos au-
tem loquimor in probando valore:sed ista differentia
non satisfacit. quoniam sicuti præsumitur acceptatio
11 facta infra tẽpus,†nec præsumimus delictũ:ita etiam
erit præsumetur acceptatio intra taxã factam : com
vtroque casu eadem militet ratio.Cùm ista causa fuis.
setposita , domini fuerunt varij: qooniam dominus
Mohed. tunc primus responsalis, D. Aquen. Ego &
D.Thomas dicebamus , qoòd si materia esset dispu-
tanda, quod tenebamus hanc partem per fundamenta
superius adducta : quibus non videtur congrua ratio
sic dari.D.Marsicanus dixit quòd aliàs tẽpore præde-
cessorũ fuit corã D. Siluestrocausa resoluta pro pri-
ma parte, videlicet tenetur probare valorẽ:quia in
12 forma hodierna videtur † valor esse pars gratiæ. &
quia videtur poni conditio natutaliter, patet respõsio
13 ex supradictis,quia nõ est †pars gratiæ respectu partis
impetrantis , licèt respectu Papæ. Sed D.Sarne. dixit
quod etiam corã eodẽ D.Marsicano in voa causa Ca-
laguritan. inter Martinom Ximenes, & bonæ memo-
riæ Martinum Augmanum fuerat facta resolutio pro
affirmatiua parte , quòd gratiatus teneretur probare.
Etcum istis duobos decis.adhærendo fuerunt D. Mar
sicanus & Hiero. Verallus.Marsicottus autem dixit,
se dubitare. Et sic nihil fuit cooclusum, quod de iure
esset tenendum. sed fuit dictum , qoòd non debemus
recedere à deci.aliàs factis, quam Auditor,si voluerit,
potest sequi.Hoc tamen possum dicere,quod de men
se Iunij 1540.dum ego ponerem eandem causamCa-
laguritan.inter Martinum Ximenes & Martinum Au
gmanum quis teneretur probare , angratiatus , putà
Martinus , an verò Augmanus,qui erat possessor:Dd.
14 voluerunt concorditeromnes, † qoòd ex quo ageba-
tur contra possessorem , quòd tunc illo casu gratiatus
teneretur probare beneficium cadere sub gratia sua.

EPITOME.

An collatio facta per obitum capiat vacationem per cessio-
nem Commendæ ex persona mortui.

SVMMARIA.

1 *Beneficium , commenda temporali per obitum vel alio quouis modo cessante, vtrum dicatur de nouo vacare.& num.8.*
2 *Commendare quid sit.*
3 *Commendatarius non facit fructus suos.*
4 *Commendatarius perpetuus degenerat à depositario & facit fructus suos.*
5 *Perpetui commendatarij non differũt à veris titularibus.*
6 *Regula de infirmis prout in vero titulo, sic & in perpetua commenda locum habet.*
7 *In prouisionibus vnus casus non extẽditur ad alium.*

DECISIO XXV.

IN vna Bellic. Prioratus ordinati inter Christia-
num Ferrati ex vna, & Petrum Ballar.fuit dubita-
tũ corã D. Marsicano: An collatio facta per obitum
Gulielmi caperet vacatiooem per cessationem Com-
mendæ ex persona eiusdẽ Gulielmi. Et pro intelli-
gentia dubij est sciendum , Prioratus vacauerat in
Curia in manibus Papę per resignatiooẽ cuiusdã Ste
phani: & fuerat cõmendatus Gulielmo: Quo defun-
cto & Cõmẽda cessante, quidã cõmissarius Papæ, ha-
bens etiã facultatem conferendi beneficia vacantia in
Curia,contulit illum D.Petro per obitũ Gulielmi,&
non erat apposita clausula:vel aliàs quouis modo : &
sic fuitdubitatũ, an collatio facta per obitũ Gulielmi
caperet beneficium per cessatiooẽ Commendæ cuius
dam Gulielmi. Et pro ista parte, caperet allegaba-
1 tur:Quòd licèt†cessante Cõmenda temporali per obi
tum vel alio modo beneficium non dicatur de nouo
vacare , sed vacatio,quæ prius erat delegata tãtùm ab
alterius possessione liberat.iux. glo.in l.manumissio-
2 nes.ff.de iust. & iure.Cùm † commendare nihil aliud
sit, quàm deponere. per tex.in l.commendare. ff. de
3 verb. sig. & †Cõmendatarius non faciat fructus suos,
vt voluit Arc.in c.si cõstituit.col.fi. de accus.& de ta-
li Commenda temporali videtur loqui tex.in c.nemo
deinceps.de elect.in 6.& Rom.cons.350. Tamen di-
4 uersa videbatur ratio in †Commenda perpetua,cuius
virtute noo est dicẽdus depositarius , sed facit fructus
suos.Card. Ale.in c.cùm autem.col. 6.44.distin.& in
c.si quis.col.penul.58.dist.& propterea tales perpetui
5 †Commendatarij non differunt à veris titularibus:&
tales Commendæ operantur illos effectus, quos solẽt
6 operari veri tituli.Et propterea † regula de infirmis
prout habet locum in vero titulo , habet etiam lo-
cum in Commenda.&multæ aliæ regulæ,quæ habent
locum respectu Commendę,prout omnes istę regulæ
loquuntur,quæ sunt allegatę in informationibus , &
alia fundamenta posita in informationibus istius par
tis. Sed his non obstantibus cum bis aut ter posita
esset 22.Octob.1540.fuit resolutum pro parte nega-
tiua , quòd non caperet , quia licet per cessationem
Commendæ beneficium non dicatur vacare de facto,
vt dicit Rom.in d.consil. 350. colom. peo. tamen illi
vacationi de facto Papa,seu executor eius nomine nõ
intendebat prouidere de vacatione iuris & facti, pró-
ut not. in c.cum nostris. de conces. præbend. & ideò
cùm de iure beneficium vacaret per resignationẽ Ste
phani,non autem per obitũ Gulielmi,sequitur, quòd
prouisio facta ad vnum casum non extenditur ad a-
lium.per text. in c.susceptum. de rescrip. in 6. & licet
speciali ratione in casu regularum illud impetrarent,
vel alia speciali ratioae, quæ posset colligi ex proui-
7 siooe illorum:tamen † in prouisionibus fuit dictum,
quòd vnus casus non extenderetur ad alium, & in
isto casu cùm appareret , quòd conferens ex persona
Gulielmi intenderet prouidere,non poteramus di-
cere,quòd extenderetur ad beneficium vacans ex alia
persona,vt sunt decisiones clarę.Item fuit dictũ,quòd
8 Rota semper tenuit,quòd siue†Cõmenda sit perpetua
siue temporalis, semper cessante Commenda benefi-
cium dicitur vacare,vt prius.Et ita Cancellaria & Ca
mera seruãt,quicquid senserit Sarnen.in reg.de trien-
nali.

nali.q.50.circa fin.vide Cassad.dec.5.in prin.de priuil.
pag.4.vers.vera Commenda.

EPITOME.

An noua prouisio sit nulla, in qua quis narrat se possesso
rem, licèt non faciat mentionem de mala fructuum perceptione.

SVMMARIA.

1 *Impetratio, in qua quis se ad fructus perceptos subticet esse
inhabilem, non valet.*

DECISIO XXVI.

IN eadem Bellicen. eadem die, 21. Octob.1540.coram D. Marsicano erat datûm dubium: an nouá
prouisio esset nulla narrando se possessorem, ex quo
non facit mẽtionem de mala fructuum perceptione.
Et q̄ esset nulla, allegabatur Ioan.And.in c.dudum.el
2. colum. 7.& seq. in verb. causæ. de elect. ibi voluit
1 †non valere impetrationem, in qua quis tacuit se super fructibus perceptis non habilitatum, vt Abb.in c.
prætereà.in vlti.not.de iur.patro.& in c.cùm dudum.
col. 1.de præb.c.cùm in cunctis, &c.quisquis.in prin.
de elect.& plenè per Felin.post Ioan. And.& imo.&
Anto.in c.postulasti.col.16.vers.circa quartum & vltimum.& versi.ista limitatio procedit. & vers. & vide
Abb.de rescrip.&in istam partem inclinauit Rota:tamen non fuit votata. Quia dominus Ponens habebat
pro resoluto, quicquid dicebat Spec.in tit.de dispens.
§.videndum restat.nu.22.vers.sed pone maximè quòd
bona fide illos percepit, tamẽ si videtur.ibi Ioan.And.
videtur sentire contrarium propter compositionem,
quæ datur Papæ:quæ compositio non censetur exclusa per illam regulam, quòd causæ annullatiuæ & infectiuæ exprimi posint.

EPITOME.

An in dubio prouisio alicui facta præsumatur per eum ratificata.

SVMMARIA.

1 *Actus modicam requirens impensam, ad instantiam eius
ad quem spectat, num præsumatur factus.*
2 *Præsens in loco præsumitur sciens, & per consequens ratificans, cùm de præsentis commodo agitur. num. 3.*
3 *Cùm collatio fit absenti tum vltra scientiam requiritur &
ratihabitio.*
4 *Non vbi per ratihabitionem alicuius induceretur iuris amissio, sed cùm in fauorem illius cedit, præsumitur ratihabitio.*
5 *Supplicatio in rebus magni momenti arguit supplicantis
præsentiam.*
6 *Ex sola impetratione non inducitur ratihabitio.*
7 *Gratia, si neutri, est materia ordinaria.*
8 *Noua prouisio pro præsente impetrata, de eius mandato impetrata non præsumitur, nisi aliter constiterit.*
9 *Renunciatio est actus fauorabilis.*
10 *Ratificata renuntiatione annihilatur & reuocatur appositum sequestrum.*
11 *Vbi noua prouisio potest supplicantis inducere odium, supplicatio ob modicas impensas, non præsumetur ad illius
instantiam, nisi probetur. f. Ita.*

DECISIO XXVII.

COram eodem Marsicano 25.octobris 1540. in vna
Salamantin. de Palatios Riuios inter Martinez &
Ioannem Salano scriptorem Apostolicum fuit dubitatum: an ex quo commenda certorum beneficiorum,
vt dicebatur valorum 15 .ducatorum erat facta tempore direptionis vrbis. Episcopo Salámantin.tunc existente in Castro sancti Angeli, ex quo non probatur,
q̄ illo tempore factæ Commendæ notitiam habuisset
an in dubio præsumatur ratihabitio. Et licèt Rota so-
1 leat tenere, q̄ vbi †actus requirit modicam impẽsam,
non præsumatur actus ad instantiam eius, ad quem spectat, factus, secundum doctrinam Dec.in c.1.4.col.de
iudi. quamuis illam videatur impugnare ibi Felin.&
Rip.tamen in isto casu propter præsentiam Episcopi
2 in eodem loco, putà in Castro, ex quo †præsens in loco, præsumitur sciens. vt per Bar.in l.is potest. col.5.
ver.quanquam ille qui dicit.de acq.hæred. Et si præsumitur sciens, ergo & ratificans, ex quo de eius commodo aliquo tractabant, iuxta D. Barto.in l.qui cum. ff.
rem ratam haberi.& l.qui dotis.ff.solut. mat.licèt contra istud videatur facere, quod dicit Collect. cum videtur dicere, quòd non sequitur, si collationem sibi factam sciuit, & nòn cõtradixit, ergo ratam habuit. Tamen potest responderi illud dictum procedere in ter-
3 minis suis, videlicet, quãdo collatio †fit absenti, quòd
tunc requiratur vltra scientiá ratihabitio: secus quando sit præsens, sed ista solutio non placet, & ideo dicatur, quòd Collect. loquitur, vbi per ratihabitionem
4 †induceretur amisio alicuius iuris: sed cùm est in fauorem illius (vt est casus noster) tunc præsumitur ratihabitio. vulg. l.qui patitur.& l.si mandasset.ff.mandat.
& l. Põponius scribit.& ibi per glo. Bar.& omnes.ff.de
neg.gest.plenè per Dec.in l.semper qui non prohibet.
in 1.not.ff.de reg.iur. Et pro ista parte, quòd præsumatur scientia à notitia, facit, quia licet in actis ordinariis, quæ via ordinaria concedit, putà in nouis prouisionibus, gratia si neutri, commisione causæ, citatione, & similiter, posit adaptari illa distinctio, an sit mo-
5 dica vel magna expensa, tamen †in his, quæ non conceduntur sine magna solicitatione, fauore & gratia, vt
putà, in prouisionibus, & maximè notabilis summæ,
non est verisimile, quòd alius, quam præsens, cùm de
eius commodo tractabatur, solicitasset expeditionem.
Nam cùm esset præsens, & persona extrinseca non præsumitur. l.ita stipulatus. §.Chrysogonus.ff.de ver.obl.
Præsumitur item, q̄ ipse præsens in loco, & non alius
sine mandato & scitu eius impetrauerit, maximè stante verbo, supplicat, vt in ipsomet Episcopo supplicante pro sustinendo actu verificetur, ex quo verba id patiuntur. per not. per Felin. in c.tenor.col.fin.de re iud.
Bar.& alij in l. Titia. §.fin.ff.de verb.oblig.gloss.circa
fin.in l.optimum.C.de contrah.stipul.quo casu videtur loqui Oldrad.in d.consil.136. & facit, quod dicit
Sarn.super regul.de annal.q.31.pag.fin.in prin.& pro
ista parte facit, quod dicit Felin.in c.nonnulli sunt.&
alij col.5.vers.his & obstare.de rescri.& Sarn.in reg.de
impetr.benef. viuen. q.5.in fi. Et quãuis in vna Salamãtin.S.Martini cõtra eundẽ Petrum corá D.Hiero-
6 nymo Verallo Rota iudicasset †ex sola impetratione
non induci ratihabitionem, fuit dictum, quòd in illo
casu eramus in impetratione facta pro absente in vita
7 & supplicatio erat signata in vrbe: Item †eramus in materia ordinaria, scilicet in gratia, si neutri. Et eadẽ die
25.Octob.coram D. Sarnen.fuit etiam conclusum, q̄
8 †noua prouisio impetrata pro eo, qui erat præsens,
non præsumeretur de mandato eius impetrata, nisi aliter constaret. Aduerte ad materiam istius decis.quod
in vna Segobien. Archipresbyteratus & Beneficiorum
inter Episcopum Salas ex vna & Sanctum de Vedina
ex alia parte coram D. Ioanne Paulo in 1.instantia, &
deinde coram me in secunda instantia voluerunt Domini, q̄ quia Episcopus resignauerat Archipresbyteratum

ratum

ratum,& alia beneficia in fauorem Gundisalui Perez, de cuius absentia vel præsentia non constabat,cùm ex-
9 tinctione litis quoad cedendum,quòd ex† quo renunciatio erat actus fauorabilis,concernens fauorē Gundisalui,supplicabat,quòd præsumeretur illa renunciatio ratificata per Gundisaluum,& propter impensam, quam fecit in expeditione supplicationis, in registratura & in distributione, quæ fit abbreuiatori, est satis notabilis,&imò in consideratione erat habenda:&ista per ea not.quæ dixi in sequen. pagin. dum facio definitionem de materijs ordinariis ad impetrationem notabilis summæ. Et tunc fuit dictum, quòd ex quo erat cessio litis & extinctio,quoad cedentem,quòd sententia lata in fauorem Episcopi Salas post renunciatio-
10 nem,† præsumebatur ratificata ex defectu iurisdictionis: & ita erat sequestrum appositum nullum & reuocatum per viam nullitatis. fuit facta die 1.Iulij.1541.

Item 15. Nouembris,1541.coram D.Thoma,in vna noua prouisione confirmatoria priuationis factæ in partibus de quodam Sebastiano dicebatur , quòd ex quo concernit fauorem ipsius præsentis , etiam quod non esset redempta per Sebastianum,qui tunc erat defunctus,à registro , etiam quòd esset modica impensa ad eius instantiam facta, & per consequens inducere-xur per illum actum ratificatio præsentationis de eo fa
11 ctæ:secus vbi† noua prouisio potest inducere odium supplicantis,vtporè,quòd tractaretur de consumptione gratiæ alicuius : quia nisi probaretur, quòd ad instantiam eius esset factum, propter modicam impensam non præsumeretur ad illius instantiam factum.

EPITOME.

Regula de annali annullat omnia retro vt extunc.

SVMMARIVM.

1 *Annali possessori succedens si non satisfaciat regulæ annali retro vt ex tunc,omnia retrò facta nulla censentur, & ius annullatur.*

DECISIO XXVIII.

Eadem die 25. Octobris, 1540. coram me in vna Gerunden. inter Iacobum de Sabaudia & Claudium Caranxonai fuit tentum,quod regula de annali annullat omnia retro vt extunc , ita quòd dato, quòd lite pendente in Curia ordinarius prouidisset in partibus de beneficio,de quo erat lis inter Franciscum & Claudium,& mortuo Francisco annali possessore , de cuius annalitate viuente Francisco non erat datum, & sic post mortem Francisci Iacobus erat prouisus, qui venit ad litem contra Claudium.& in secunda instantia Iacobus dedit de regul.de annali,dicēdo,quòd
1 Franciscus erat† annalis possessor,& Claudius non satisfecerat dictæ regulæ:in secunda instantia omnia retro facta essent nulla,& ius annullaretur,& per consequens ordinarius potuisset prouidere, sicut Cass.dicit decis.1.super regul.de annali. & Sarn.super dicta reg. xum voluit , quòd beneficium producta reg. dicatur non litigiosum,vt ex tunc:qui malè dixit.

EPITOME.

An valor beneficij liquidatus per testes de publica voce & fama ex auditu à Canonicis eiusdem Ecclesiæ sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo testes deponentes de auditu publica voce & fama probent valorem beneficij.*

DECISIO XXIX.

IN vna Colonien.coram Petro Vontio pro quodam Pœnitentiario Germano , die 29.Octob.1540.fuit
1 tentum,quòd† valor beneficij liquidaretur per testes deponentes de auditu,& publica voce, & fama a Canonicis illius Ecclesiæ , de cuius Canonicatus fructibus agebatur attenta difficili probatione,quæ in Curia haberi potest, & legalitate personæ Pœnitentiarij, petentis sibi deferri iuramentum:ad quod dixi,benè facere,quod ponit Aret.in c.qualiter & quando. col.9. versicu glo.quæ incipit,sed qualiter.de accusat.

EPITOME.

An collatio beneficij,facta per Papam,post priuationem per sententiam latam infra 10.dies,datos ad appellandum,ante transitum in iudicatum,sit nulla,& num postea reualidetur propter non sequutam appellationem.

SVMMARIA.

1 *Cùm prouisio sup prouisione fundata est , tunc quicunque sit,qui confert,post appellationem attentat.*

2 *An Episcopus sacerdotem a se depositum inuito patrono possit restituere.*

3 *Si depositus appellauit infra 10. dies inuito patrono potest restitui.*

4 *Cùm beneficium non vacat de iure & facto , impetratio est subreptitia.nu.5.*

6 *Si fiat pendente appellationis tempore beneficij collatio,appellatio à collatione non est necessaria , sed per nullitatis viam reuocatur.nu.7.*

8 *Qui à collitigante possessionem lite pendente acquirit , non dicitur attentare.*

DECISIO XXX.

FVit die 27.Octobris,1540.resolutum pro affirmatiua,quòd esset nulla, per dictum Ioannem Andr. Dominic.& Philip.Franc.in c.non solum.§.illa ver-
1 ba.de appellation.in 6.vbi dicti Doctores dicunt,† quando prouisio est fundata super prouisione, tunc quicunque sit ,qui conferat,post appellationem dicitur attentare.Item & Barto.Brix.q.Dominicali,53.& gloss.quæ in hoc communiter approbatur.in c.quam uis de rescript.in 6.Gundis. Villadiego,in tractatu de
2 legat.q.14.colum. 19. Nunc quæritur,cùm† sacerdos fuit priuatus beneficio,quod erat iurispatronatus post sententiam priuatoriam,& Episcopus vult eum restituere,an possit patrono inuito:& distinguitur,aut vult facere postquàm sententia trāsiit in iudicatum,&non
3 potest : cùm sit iam quæsitum ius patrono:aut † verò quando à sententia fuit appellatum,& tunc potest.Ratio est secundum Gundisal.vbi suprà,quòd postquàm à sententia est appellatum, adhuc ius non est quæsitū patrono,sed mansit in eo, qui est priuatus. Et ideò,
4 cùm ius remanserit penes priuatum,† impetratio facta tanquam de vacanti per priuationem est subreptitia: cum de iure adhuc non vacaret : & ideò est nulla. per no.in c.in nostris. de concess. præb. vbi si beneficium
5 non vacat de† iure & de facto , impetratio est subreptitia. Non obstat,quòd in casu nostro non fuit appel
6 latum,quia dicitur, quòd † collatio facta fuit durante tempore ad appellandum. & ista parificantur. vt in c. non solum. de appel.in 6.per Imol. & Are. in l. qui à latronib.§.1.ff.de testa.Non obstat quòd ista æquiparantur,quoad executionem iuris absque ministerio hominis,imò statim,quòd confertur per superiorem,dicitur esse facta executio facti. Non obstat quod ab aliquibus diceretur Imol. in d.c.in nostris. circa fi. col.

literis, constabat de nullitate. Nam erat reseruata pen-
sio 24. ducat. quæ tertiam partem fructuum non exce
dat, tamen in eisdem literis in regressu, ob non solutio
nem pensionis, dicebatur, quòd fructus portionis non
excedebat 50. ducatorũ. sic videbatur, quòd ex eisdem
literis appareret de nullitate, vnde talis nullitas non
videretur exclusa per illam clausulam, sine retardatio-
ne solutionis pensionis, vt per Cass. deci. 2. de rescript.
tamen ad istam exceptionem fuit respõsum, quòd ista
2 † non dicunt nullitatem, sed reductionem, & cum illa
portio & pensio teneret: Idem dicebatur, quòd licet
quoad vtilitatem regressus ille, qui expresit valorem,
non excederet 50. ducat. quia tamẽ iurisdictio erat da-
ta cum illa qualitate, quòd prius solueret, & posteà in
iudicio solutionis forsan probaretur maior valor ex-
pressus, opponebatur dicta nullitas. Nam cùm pensio
esset in fructibus reseruata, dicebatur, ꝙ erat probatũ
per testes: & ita in facto ego præsupponebã, ꝙ nulli e-
rant fructus, sed omnes erãt distributiones, quotidia-
3 næ: & † cùm appellatione fructuũ non veniant distri-
butiones quotidianæ, quod etiam pẽsio erat nulla, fuit
responsum per Rotam, quod etiãsi ille probasset nul-
los fructus extare, tamen quod erat in potestate nunc
4 probandi fructus extare, cùm † probatio non exclude
retur per probationem, & ex quo iurisdictio erat da-
5 ta cum illa clausula, sine retardatione, † ꝙ procede-
rem ad executionem, & facta solutione, audiretur in
his, quæ vellet opponere. Et ita fuit conclusum.

EPITOME.

Habens gratiam ad menses ordinarios de beneficiis reserua-
tis debet probare beneficium esse reseruatum.

DECISIO XXXV.

Die 8. Octobris 1540. fuit dictum coram D. Thõ-
ma de Thanis, & resolutũ in vna causa Placen-
tin. Sacristiæ pro Roderico de Carciano cõtra Fran-
ciscum de Miranda, ꝙ habens gratiam etiã ad menses
ordinarios, etiam quoad beneficia, de quibus ordina-
rij disponere non poterant, & sic, quoad reseruata, te-
netur probare beneficium, de quo agebatur, quod vi-
gore suæ gratiæ acceptare voluisset, videlicet, vel ꝙ
esset reseruatum, vel quòd vacasset in mẽse Apostoli-
co, præsumitur esse facta: infra tempus, etiam ita præ-
sumitur quis acceptare beneficium sub sua gratia ca-
dens, quia respondebatur, quòd illud erat quoad dili-
gentiam, vt quis præsumatur infra tempus acceptare:
sed in casu nostro, cùm gratia esset data limitata, debe
bat gratiatus probare, quòd beneficium sub sua gratia
caderet: nec in hoc attenditur, quòd opponens dicere-
tur obrepere, & sic teneretur probare.

EPITOME.

An regul. de triennali obstet petenti restitutionẽ in posses-
sorio.

SVMMARIA.

1 *Vtrum duæ sententiæ absolutoriæ in petitorio & spolio per eundem iudicem possint reuocari nu. 3.*
2 *Biennium censetur fatalis decursus.*
4 *In possessorio non dat restitutionem Rota.*
5 *Grauamen in possessorio illatũ potest reparari in petitorio.*
6 *In petitorio in beneficialibus non denegatur restitutio.*
7 *Regula de triennali spoliatori non prodest nu. 9.*
8 *An regula de triennali obstet ei, qui petit restitutionem in possessorio.*
10 *Res iudicata ex falso verum, æquum ex iniquo facit.*
11 *A receptione iudicis pendet fides probationis.*
12 *Iudex tam potest plenæ quàm semiplenæ probationi nul-
lam adhibere fidem.*
13 *Per transitum in iudicatum finitur instantia.*
14 *Probationes in prima non probata instantia, in secunda in-
stantia fidem facere non possunt.*
15 *Testes in remissoria producti faciunt fidem in possessorio.*
16 *Dicta testium in prima instantia probant quoque in succe-
dente instantia, non autem secunda.*

DECISIO XXXVI.

1 Habuerat Andreas Diaz duas † sententias absolu-
torias in petitorio & super spolio, & iudex, qui
tulerat secundam cõfirmando primam dederat prius
remissoriam Georgio aduersario, & posteà tulerat se-
cundam confirmatoriam primæ decreta remissoria.
Duæ primæ sententiæ fuerant reuocatæ ex nouiter de
ductis, & fuerant latæ duæ sententiæ reuocatoriæ pri-
marum sententiarũ. Et quia postea constitit, ꝙ istæ
2 duæ sententiæ erãt datæ post † fatalem decursum, putà
quia bienniũ erat elapsum, fuit dictũ quòd duæ vltimæ
3 † sententiæ erant nullæ, tanquã per iudicem non ha-
bentem iurisdictionem latæ, & sic fuerãt duæ vltimæ
sententiæ reuocatæ, & duæ primæ latæ super spolio
petitorio remanserunt, tanquàm si transiissent in iudi
catũ. Posteà Georgius voluit restitui in possessorio, ex
quo constabat de bono iure ipsius Georgij. quia dice-
bat Georgius, ego probaui Andreã esse spoliatorem,
& sic quia constabat de bono iure suo, petebat aduer-
4 sarij sententias super spolio latas restitui: sed † quia Ro
ta nõ solet restituere super possessorio, ex quo est mo-
5 dicum præiudiciũ, quia † grauamen super illo illatum
in petitorio potest reparari: ideò super restitutione,
posita in causa spolij, fuit Georgius reiectus. Petiit po
steà Georgius saltem restitui in petitorio, quia dice-
6 batur constare de bono iure eius, & † in petitorio non
denegatur restitutio in beneficialibus: sed replicabat
Andreas, ꝙ Georgius nõ erat audiendus in petitorio,
ex quo obstabat sibi regula de triennali: cùm præten-
deret Andreas, ꝙ antequàm lis fuerat mota ipsi, foret
nõ solùm triennalis, sed etiam decennalis. & vltra re-
7 plicabat Georgius, quod † regula de triennali nõ po-
terat ipsi Andreæ suffragari, ex quo Andreas erat spo-
liator, & ipse erat spoliatus: quod prætendebat proba-
tum fore per illos testes examinatos in remissoria. Fuit
dubitatũ in vna Vlissipon. de Iunibus Vidras coram
8 domino Mariscotto, an † regula de triennali obstaret
Georgio petenti restitutionẽ in petitorio, & pro par-
te Georgij dicebatur, ꝙ non. ex quo erat probatum,
9 quòd Andreas esset spoliator, & † regula de triennali
non suffragatur spoliatori, vt voluit Sarnens. in regu-
la de trien. q. 11. respondebatur pro parte Andreæ, ꝙ
10 ipse super spolio habebat rem iudicatam: & † res iudi-
cata de falso facit verum, & de iniquo æquum: & quan
tumuis Andreas haberet veritatem pro se, non erat ta
men standũ probationibus anteà factis, maximè cùm
illæ probationes probatæ fidem non facerent, ex quo
11 non erant receptæ per iudicem: nam † à receptione iu
dicis pendet fides probationis. l. 3. ver. tamen magis
12 scire potes. ff. de test. Hinc est, quòd † potest Iudex ple
næ probationi fidem non adhibere, vt semiplenæ, vt
per Bar. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. & sic cùm il
la probatio non esset adhuc recepta, dicebat Andreas
quòd res iudicata, tanquàm veritas, erat præferenda.
13 Item dicebat Andreas, quòd † per transitum in iudica-
14 tum instantia erat finita: ergo probationes † non pro-

conſ.35.col.fi. Alex.conſi.25.attentis narratis.col.pe.
verſ.circa aliud dubium.vol.5. Iaſ.in l.ſi non ſortem.
§.ſi libenter.col.10. ff.de cond. vnde ibi allegat Abb.
conſi.3.col.12.vol.2.Guil.Bened. in repet.cap.Ray-
nutius.in verbo, duas habens filias.col. 35.verſ.inter
cætera concludit. & ibi Bald.ita tenētem in tribus lo
cis,de teſtib.Ioan.And.Alex.conſi.96.Fab.de Monte,
in tract. de emp.& vend.in 3.q. principali. verſ.vnde
c.ſimo quæro, an Rex poſsit vēdere.Barb.in c.ad quę
ſtionem.in princ.de rerum permut. Abb.in c.audiris.
de reſcrip.Bal.conſi.97.in 3.vol.& ſecundum iſtam di
ſtinctionem fuit facta reſolutio die 12.Nouem.1540.
quicquid ſenſerit Roma.in d.l.2.ff.ſolut.matr.& Rip.
in reſponſ. 25. ſub rubrica de reſcript. fundamentum
autem eius,quod dicitur,quòd quando dominus alie-
nat cum vniuerſitate,quòd poſsit,eſt ipſa naturalis ra
3 tio,quia†rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.l.in
re mandata.C.mandati.l.dudū.C.de contrah.emp.nō
obſtat,quod dicit Corn.conſ.321.in 4.vol.quòd illud
eſſet verū,niſi à lege illi alienatio interdiceretur:quia
ad iſtud reſpondetur, quòd neſcio quomodo aliena-
tio caſtri prohibetur ſine conſenſu ſubditorum:quia
ſi allegatur tex. in l.inuitus. ff.de fid. liber.reſponde-
batur quòd ille tex.loquitur in alienatione ipſius ho-
minis,& tunc fateor, quòd talis alienatio non poteſt
fieri ſine conſenſu eorum,ad text. principalem in ipſa
materia in l.imperialē.§. prętereà. de prohib.feuda-
4 lienat.vbi Feder.dicit,quòd† Dominus ſine conſenſu
vaſalli non poteſt fundum alienare. Reſpondetur, ꝙ
ille tex.loquitur in vaſallo,qui ratione feudi conceſsi
ſibi ius habet in re,puta dominium vtile, nimirum ſi
intereſt vaſalli, & ſic dominus ſine licentia ipſius non
5 poteſt alienare:& in†materia feudi illud tenetur præ
ſtare dominus vaſallis,quod vaſalli domino.cap.1.de
6 noua for.fid. ſed vaſallus non † ſe alteri ſubiicere po-
teſt in præiudicium domini,vt dicit Corn.in d.conſ.
321.ita etiam non poteſt dominus abſque voluntate
vaſalli.Iſta autem ratio non militat in caſu noſtro.vbi
7 caſtrum ſeu villa eſt†libera ipſius Camerarij,ita quòd
ſubditi nullum ius in ea habent, & ideo illa iura feu-
dorum non currunt in caſu noſtro. Non obſtant no.
per Hoſt.vbi dicit,ꝙ dominus ſe non poteſt ſubiicere
8 alteri domino in præiudicium ſubditi, quia†intereſt
ſubditi non habere plures dominos: & iſtud etiā nos
fatemur:ſed non eſt caſus noſter.Secundò dixit,quòd
9 †dominus non poteſt feudum alienare ſine conſenſu
vaſalli.l.imperialis.§.prętereà.de prohib.feud.alie. &
etiam dicimus quòd nihil ad propoſitum.Et dum po-
10 ſteà inferunt Doctores,quòd Rex†ſeu alius dominus
non poteſt vnam ciuitatem alienare ſine cōſenſu ſub-
ditorū,intelligitur pro rege ſeu alio domino diſmem
brante à domino ſuo: quia iſtud non poteſt facere,
quia non poteſt rex Franciæ à ſuo regno vnam ciuita
tem alienare,quia intereſt eorum ſubditorū propter
eorum affectionem, qui ſemper fuerunt vniti regno
Franciæ,non volunt ſeparari à regno,& transferri ad
aliud dominium.& ita procedit,quòd dicit Neguſ.in
ter conſ.Rui.conſ.12.col.21.quia rex ibi ſeparabat ci
uitatem à Comitatu Aſceu.& propter illam duram ſe
parationem ſubditi poterant contradicere.Sed in ca-
11 ſu noſtro Camerarius†alienauit & villam & caſtra il-
li adiicientia iuriſdictionem & territorium, vnde nil
ſibi reſeruauit. Et ita reſolutum fuit,quòd id poterat
facere.

SVMMARIA.

1 *Res allodialis alienatur vt & feudalis.*
2 *Quando alienatur vniuerſitas, ſubditi etiam inuiti tran-ſeunt.*
3 *Quando tota alienatur proprietas,homines veniunt acceſ-ſoriè,nec poſſunt contradicere.*
4 *Directus dominus,reſpectu cuius res eſt allodialis,feudum cum vaſalli conſenſu inuitis ſubditis alienare poteſt.*

DECISIO XL.

Die 1.Octobris,1541.in eadem propoſuit D.Tho-
1 mas,poſito, quòd villa de Rens ſit†allodialis,&
non feudalis Papę,an potuit illam alienare ſine con-
ſenſu ſubditorum. & fuit dictum, quòd ſtante diſtin-
ctione,de qua in 1.inſtātia,quòd quādo alienatur ipſa
2 vniuerſitas, quod tranſeunt ſubditi etiam inuiti,quòd
multo magis ſi erat allodialis: quia iſtius membri illa
eſt ratio,quam ponit Bal.in l.1.§.ex eadem lege.col.3.
3 in verbo,non poteſt.de l.Corradi: quia†quādo aliena
tur tota proprietas,homines veniunt acceſſoriè,& non
poſſunt contradicere:quia rei ſuę quilibet. &c.& iſta
ratio militat in re allodiali,& quòd iſtud ſit verum,di
cebam,quòd probatur in d.l.lex Corradi.§.ex eadem
lege.& d.l.Imperiali.de prohib.feu.alie.vbi dicit tex.
dominus nō alienat feudum ſine conſenſu vaſalli,ſed
4 alienat, †quādo eſt dominus directus, reſpectu cuius
res eſt allodialis. alienat autē feudū cū cōſenſu vaſalli
inuitis ſubditis,ex quo de ſubditis nihil dicit,etiāquod
Perpin.in li.2.col.23.iſtud reiiciebat,dū dicit,vaſallus
vel alius ſubditus:primo caſu ſentiens de re feudali,ſe
cundo de allodiali. Non obſtat,quod dicebatur de re
ge Franciæ, qui non poteſt alienare vnam ciuitatem,
vt Cōſtantinus,qui donauit de conſenſu populi,quāuis
iſti videātur loqui de allodiali,& voluit,quod nō poſ-
ſit alienari ſine conſenſu ſubditorum. Ad iſtud fuit
reſponſum,prout in pręcedenti deciſ.39.

SVMMARIA.

1 *Rota ſemper à cenſuris in partibus ſolet abſoluere,quan-do cauſa appellationis & nullitatum ad cautelam eſt commiſſa.*
2 *A cenſuris in Curia non datur abſolutio,niſi aliter de nullitate conſtet.*

DECISIO XLI.

FVit dictum in vna Tarraconen.coram me 12.No-
1 uembris,1540.quòd Rota†ſemper ſolet abſoluere
à cenſuris in partibus, quando eſt commiſſa cauſa ap-
pellationis, & nullitatum in Rota ad cautelam,& ita
2 abſoluerunt ad cautelam:licèt† à cēſuris in curia non
detur abſolutio, niſi aliter conſtet de nullitate. vide
deciſ.Egid.811.in antiq.in contrarium videtur face-
re deci.Egid.174.& 436.in nouell.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in ſecunda inſtantia in beneficialibus non da-tur.*

DECISIO XLII.

1 REmiſſoria†in beneficialibus in ſecunda inſtātia
non datur,ita eſt concluſum in vna Legionenſ.
Archidiaconatus pro Reuerendiſſ.Ironenſ.In ſecun-
da inſtantia coram D.Thoma, vbi erant dati articuli
releuantes,11.Nouem.1540.

EPITOME.

Procuratori generali comparenti poſt citationem per e-dictam in partibus executam rūm de ea ageretur, dilatio-nes negantur.

EPITOME.

Alternatiuis per quæ verba censeatur derogatum.

SVMMARIA.

1 *An stante ali ui conce ssa alternatiua, alter vigore gratia sibi concessæ Canonicatum in mense ordinarij vacantem possit capere. & nu. 2. 5.*

3 *Concordatis non solet per verba generalia derogari, & sem per excepta censentur.*

4 *Ad cognoscend m mentem Papæ communis stilus & causarum cursus attenditur.*

6 *De stilo est, vt si Papa materias velit tollere perpetuas, de iis specialem facere mentionem conueniat.*

7 *Vnde colligatur Papam derogare velle alterna iuis capitulo concessis.*

8 *Vbi de alternatiuarum suspensione, non autem totali derogatione agitur, prius de alternatiuis perpetuis quam temporalibus est intelligendum.*

9 *In actu suspensiuo maius fit præiudicium habenti gratiam alternatiuam temporalem, quam perpetuam.*

10 *Alternatiua temporalis tantum reddi potest inefficax & inutilis, non autem perpetua. & nu. 12.*

11 *In alternatiua perpetua non potest euenire, vt amplius non operetur.*

13 *Qui vnum tantum habet beneficium, grauari non censetur.*

14 *Papæ prouisio præiudicat expectantibus.*

15 *Regula quæ reuocat gratiam ad vacatura, non reuocat gratiam alternat. perpetuam.*

16 *Minus grauatur habēs perpetuam gratiam alternat. quàm temporalem.*

17 *Virùm & quando magis iuri temporali quàm perpetuo derogetur. & nu 18.*

19 *Qui parùm habet, si id quoque diminuatur, nimium grauabitur.*

20 *Non grauatur, qui multa habet bona, si ei aliquid subtrahatur.*

21 *Concordatis per viam extensionis concessis Papa potest derogare.*

22 *An concordatis possit Papa derogare remissiuè.*

DECISIO XLVII.

Nicolaus V. inter concordata inter eum & nationem Germanicam concesseraa ipsi nationi, vt Capitula in sex mensibus possent conferre beneficia vacantia, ac si reformationes expectatiuè mandatæ, &c. non emanassent. quoad beneficia, quæ ad eorum collationem & prouisionem pertinebant, Leo X. extenderat huiusmodi concordata ad Ecclesiam Virdunensem, licèt ea non esset in Germania, in omnibus & per omnia. Nicolaus Vincilius habuit mandatum de prouidendo à Paulo III. ad Tullens. & Virdunen. Ecclesias ad duo beneficia (vnū in aliquod dictarum diœcesium ad collationem Episcopi & Capellani Virdunens. & Tullen. spectans, & in aliquod ex mensibus reseruatis aut ordinariis collatoribus prouisam) per literas Apostolicas aut alia priuilegia, &c. & posteà additaerant verba distrіctiua, inhibendo Episcopus & Capitulis, collatoribus prædictis, ne de vacaturis huiusmodi beneficiis se intromittant: & in clausula, non obstantibus, dicebatur (non obstantibus præmissis omnibus & singulis, &c.) ita vt referuetur ad omnia præmissa, & sic etiam ad alternatiuas: & posteà dicebatur (ad Tullens. & Virdunens. Ecclesiarum præfatarum, &c. etátque posita clausula (quorū tenores, &c.)
1 Fuit dubitatum † an stante alternatiua concessa Capitulo Virdunens. Nicolaus veniens vigore gratiæ sibi concessæ posset capere Canonicatum, qui vacauerat de mense Augusti, qui erat mensis ordinarij. Pro ne-
gatiua dicebant quòd cùm essent communicata, concordata Germaniæ Ecclesiæ Tullens. & Virdunensi.
2 in omnibus & per omnia: & † quia de concordatis & de alternatiuis perpetuis Capitulo concessis, non fiebat mentio in gratia Nicolai, non videbatur, quòd il-
3 lis esset derogatum: quia † concordatis non solet per verba generalia derogari. & semper censentur excepta ab omnibus derogationibus habentibus vim contractus, iuxta textum in c. ex multiplici. de decim. & not. in Clemen. in verbo, pacta. de 2. sepul. Petr. de Ancha.
4 consi. 19. column. 2. Et † quia ad cognoscendam mentem Papæ attenditur communis stilus & cursus causarum materiæ, Capitulum allegabat Felin. in cap. 2. super literas. colum. 8. versicul. prima regu. de rescriptis
5 & † de stilo est, vt si Papa velit tollere materias perpetuas, de eis conueniat facere specialem mentionem. vt patet in omnibus regulis derogatoriis, & aliarum materiarum. Item quia communicatio concordatorum erat data collegio, & de alternatiuis collegio concessis non fit mentio in gratia Nicolai: & per generalia non derogatur collegiis. per nota. per Rom. cons. 439. & 438. Item dicebatur, quòd clausula, (quorum tenores) in fine posita intelligitur in parte excommunicatiua. vt est text. in Clem. 1. de præbend. Contrarium
6 † tamen fuit decisum 16. Nouembris 1540. coram me:
7 & dicebatur ex narratis satis apparere, quòd Papa intendebat derogare alternatiuis Capitulo concessis, ex quo dabat gratiam ad collationem Capituli, & in mensibus ordinatijs vigore alternatiuarum competentium. Item quia inhibebat Capitulis & ordinariis collatoribus & collatricibus, vt supra dixi: & ideò quòd Papa expressè derogabat materiis perpetuis. & si illa
8 † verba, (per literas alternatiuarum) intelligebantur de alternatiuis temporalibus, à fortiori debebát intelligi de alternatiuis perpetuis: quoniam hic agebatur de suspensione, nō autem de totali derogatione alter-
9 natiuarum. Et ibi omninò † in actu suspensiuo maius præiudicium fit habenti gratiam alternatiuam temporalem, quàm habenti alternatiuam perpetuam: cùm posset esse, quòd sic suspenditur temporalis gratia. Illa
10 † potest reddi inutilis & inefficax, vt quia posset succedere mors Nicolai habeñtis alternatiuam. quæ ratio non habet locum in alternatiua perpetua: quoniam si non operatur in illo beneficio, quod Nicolaus acce-
11 ptare proponebat vigore suæ gratiæ † non tamen venire potest casus, quòd alternatiua amplius non operetur: ergò facilius debet suspendi perpetua alterna-
12 tiua, quàm temporalis, quæ † propter suspensionem potest reddi inutilis, non perpetua. Pro quo adduce-
13 batur ratio: nam † habens vnum beneficium non grauatur: quia facultas conferendi in totum extingüeretur, & deficeret, vt dicit Rota in nou. decisi. 216. de rescript. gratios. facit text. in Clement. si summus Pontifex. §. similiter. de sentent. excommunic. vbi Gemin.
14 consil. 35. Item † videmus quòd Papæ prouisio præiudicat expectantibus, quia non cupiunt illud, de quo Papa disponit: sed alius non per hoc præiudicat electis siue præsentatis: quia in totum ius illorum periret, Rot. decisi. 219. in nouel. & 162. in antiq. Fel. in c. in nostra. correll. 28. de rescript. Decisi. consil. 147.
15 column. 2. Et prætereà licèt † regula quæ reuocat gratiam ad vacatura, non reuocat gratiam perpetuam, tamen non sequitur: quia si vult remouere in præiudicium alternatiuæ. quoad vnum beneficium, non censetur tollere velle pro illa vice impedimentum gratiæ perpetuæ, prout temporalis: quia in isto casu mi-
16 nus † grauatur habens perpetuam, quàm temporalem:
17 ne dicatur, quòd † facilius tollitur ius temporale,

tum non est ita notorium, licèt regula sit publicata in
Cancellaria, vt considerauit Cassad. decisi. 1. de restitu.
spoliat. Sed per maiorem partem respondebatur, licèt
Cassad. dixerit. quòd maior pars tenuerit, tamen ipse
tenuit contrarium vnà cum aliis, vnde est difficultas.
3 Secundò dicebamus, quod erat † magna differentia inter
regulam reuocatoriam expectatiuarum, & regulã re-
uocatoriam facultatum. Nam regula reuocatoria ex-
spectatiuarum est odiosa: cùm expectatiuæ habeant fa
cultatem à iure, vt per Ioannem Andream in c. pau-
per clericus. de præben. in 6. & ideò quamuis eius re-
uocatio sit odiosa, tamen fuit per istos dominos plu-
ries restricta. Sed reuocatio facultatis resignandi erat
4 † fauorabilis quia inuenta ad tollendas fraudes & am-
bages, prout dicit ista regula. Item quia in regula re-
uocatoria facultatis vltra decretum irritans erant ap-
posita illa verba, hæc de cętero ad iuris irritationem
& annullationem aliquatenus alicui suffragetur, Item
5 quia erat † clausula, sublata iudicibus aliter iudicandi
& interpretandi facultate, quæ clausula operatur, vt iu
dices non possint aliter iudicare, vt voluit Cassad. in
c. quia diligentia. in 3. senten. 9. oppo. de elect. & Gun-
dis. olim auditor. in tractatu de legat. in 3. q. col. 5. & 6.
In regula autem reuocatoria expectatiuarum non e-
rat illa clausula: sed respondebant alij, quòd illa ver-
ba, sublata, & intelligebantur in petitorio: nã per hoc
quòd fieret restitutio in odium spoliatoris non aliter
iudicabant, quàm disponitur in regula. Prætereà pro
parte nostra considerabatur, quòd regula reuocatoria
facultatum habebat decretum annullans omnia secu-
ta, sed decretum in reuocatoria expectatiuarum erat
decretum simplex, non reuocans inde secuta, sed re-
6 sponderunt, quòd statim, † quòd apponitur decretum
irritans, intelligitur annullare inde secuta, per text. in
c. si eo tempore. de elec. in 6.

EPITOME.

Verba, volumus autem, quòd infra sex menses nouam pro-
uisionem expedire, & iura Cameræ soluere tenearis, quomo-
do intellecta.

SVMMARIA.

1 *Clausula illa, volumus autem quòd infra sex menses, &c. non inducit diligentiæ necessitatem, sed ne officiales fraudentur in literarum executione.*
2 *Regula, de pluribus expectantibus efficit, vt si expectans quod collatum est acceptauerit, nec vlteriorem fecerit diligentiam, à secundo acceptante maiorem adhibente diligentiam præueniri possit. & nu. 3.*

DECISIO LI.

FVit in vna Toletan. coram Domino Maceraten.
resolutum 29. Nouembris, 1540. inter Roderi-
1 cum de la camera, & Franciscum Ora, quòd † illa ver-
ba, volumus autem, quòd infra sex menses nouã pro-
uisionem expedire, & iura Cameræ soluere tenearis,
aliàs ipsis elapsis beneficium eo ipso vacare censebi-
tur: quæ ponuntur in fine omnium mandatorum non
dicunt diligentias necessarias quoad acquisitionem
iuris: sed tantum fuit inuenta in Camera, ne officiales
fraudentur in expeditione literarum. Sed diligentia
quoad acquisitionem cõsideratur in illis verbis, inter
quos locus sit præuentioni in diligentiis. Et pro ista
2 parte fuit considerata † regula de pluribus expectanti-
bus, quæ vult, quod si expectans acceptauerit, & non fece
rit vlteriorem diligentiam, quod secundus acceptans, qui
fecit alias diligentias, præualeat: & quòd prima acce-
ptatio habeatur pro non facta, nec beneficia ex per-
sona eius vacare censeantur, cuius contrarium hic di-
citur. Itẽ quòd si noua prorogatio & solutio iurium
Cameræ decerneretur, diligentia sequeretur. Quòd si
3 † vnus primò acceptasset, & alias diligentias nõ fecis
set, secundus verò acceptaret, & expediret nouá proui
sionem, & iura Cameræ solueret, quod esset præferendus.

EPITOME.

Regula *Pauli* III reuocatoria vnionum.

SVMMARIA.

1 *Regula reuocatoria vnionum suppressarum reuocat suppressionem portionum.*
2 *Sub generali reuocatione non venit reuocatio eius quod fit per contractus.*
3 *Inter Papam & Ecclesiam non dicitur contractus sed confessio ad validitatem actus interuenire.*
4 *Princeps non potest sibi legem dicere, à qua non liceat recedere.*
5 *In materia beneficiali non cadit contractus inter Principem & subditum, sed expeditur per viam gratiæ.*

DECISIO LII.

FVit conclusum in vna Abulens. portionis coram
D. Petro Vorstio in tertia instantia pro Francisco
de Hieronymis contra Didacum de Castillo 29. No-
1 uemb. 1540. quòd regula † Pauli III. reuocatoria vnio
num repressionum reuocabat suppressionem sex por
tionũ: non obstante, quod suppressione Leonis, quę non
fuerat sortita effectum diceretur, quòd videlicet, legi-
timi contractus inter eos, nimirum Sedem Apostoli-
cam ex vna, & Abulen. Ecclesiam ex alia, partibus, so-
lenni stipulatione, promissa, facti & celebrati vinculo
ita nos esse fatemur obstrictos, vt ab eo nobis & mi-
noribus nostris nulla ex causa liceat resilire: nam dici-
2 tur, quod † sub generali reuocatione non veniat reuoca-
tio eius, quod fit per cõtractus. per not. in c. 1. de pact.
quia illud est verum, vbi interuenisset vnus consensus
inter Papam & illam Ecclesiam: Sed hic non interue-
nit, licèt Papa fallatur, & nolit se teneri & obstringi,
3 nisi cõtractus interuenisset: vnde † est potius facta illa
confessio ad validitatem actus, & ad faciendum eam
irreuocabilem potiùs, quàm quod verus cõtractus inter-
4 uenerit: & † princeps non potest sibi legem dicere, à
qua non licuisset recedere. & hoc importabant verba
generalia regulæ Pauli, maximè cùm diceretur, quòd
5 † in ista materia beneficiali non cadat contractus in-
ter principem & subditum, cùm ista expediantur per
viam gratiæ, circa dictum Bal. in l. qui se patris, circa
fin. C. vnde liberi.

SVMMARIVM.

1 *Executorialibus post latas tres sententias nulliter decretis in curia tantùm ad vitandam fraudis suspicionem, non etiam extra curiam, datur inhibitio.*

DECISIO LIII.

1 IN vna Olisyponen. in qua erãt latæ † tres sententiæ,
& decretæ executoriales, & commissa causa nullita
tis super decreto executorialium, quia prętendebatur
executorialem nulliter decretam, cùm instaretur pro
inhibitione, ex vigore commissionis, voluerunt do-
mini ad tollendam omnem suspicionem fraudis 19.
Nouemb. 1540. quòd tamen inhiberetur in Curia, &
non darem inhibitionem extra curiam. Causa erat
Olisyponen. beneficij depones inter Ioannem de Bar-
res & Petrum Ludouici.

EPITO-

gando, quatuor fuimus in contrarium. fundamentum fuit, quia licèt Bal. in d. l. 1. loquatur cum distinctione, tamen Salic. ibi tenet contrarium distinctè, cuius opinionem Angel. Aret. defendit in l. nec non & si quis. §. exemplo. in fin. ff. ex quib. cauf. maior. in integ. & deci. Herp. 39. & licèt, vti loquuntur in vna sententia, dicebatur, quòd idem erat dicendum, quando quis liti-
3 gauit per tres sententias, quoniam remedium † appellationis introductum est de iure, nec ego tenentor stare
4 † sententiæ vnius iudicis. Cùm ergo illud remedium appellationis sit iuridicum, non debet aliquã pœnam
5 mereri, & ex hoc † quod quis facit aliquid lege permittente puniri nõ debet, volgata l. Gracchus. C. ad l. Iul.
6 de adul. Ego autem benè dicebã, quòd † propter illam temeritatem litigandi post tres sententias condemnabatur in expensas, & contra illos non poterat vti remedio c. Odoardus. de solut. & ideo isto casu, si non habebat in ære, debebat luere in corpore, prout dicit Abb. in c. fin. vt lit. penden. in 6. in vltim. not. quem sequebatur Dec. in l. si quis id quod. in 4. col. & ibi Clau. in 9. col. ff. de iurisd. omni. iud. & Præpos. in c. repre-
7 hensibilis. in fin. comment. de appellat. Et sic † quoad principale debitum dicebatur, quòd litigando per sententias, ex quo iure id permittente faciebat, dicebam, quòd non amittebat beneficium d. c. Odoardus. nec conueniretur, nisi in quãtum facere poterat: sed quoad
8 expensas, ex quo condemnabatur † ratione iniustæ & temerariæ vexationis, in illis amittebat priuilegium. dicebatur etiam, quòd pro illa parte erat text. in l. item miles. in princip. iuxta gloss. ff. de re iudic. Nam miles
9 † qui sub armata militia stipendia meruit, eatenus restituit, in quantum facere potest, quando est condemnatus: ergò de necessitate non posset intelligi post tres sententias, secundum gloss. ibi communiter approbatam. Ille text. legitur, & extenditur ad militem cælestis militiæ, ergò ibi est casus: tamen quia tres sententiæ erant latæ super spolio, Domini dixerũt, quòd non erat his amplius insistendum, an post tres darentur
10 dicta remedia: quia † dolosus amittit beneficium legis, nec commoneatur, vt Bal. in c. ex parte. de consuet. & in c. sedes apostolica. de rescrip. refert, & sequitur Corn. in repet. l. filiusfamilias. num. 20. ff. de leg. 1. non obstat tex. & ibi not. in c. stodeat. 50. distinct. vbi
11 † in delinquente, & sic doloso, dispensator in beneficio, licèt non in officio. quia illud non est in præiudicium superioris, sed in præiudicium tertij, vt ibi dicitur. Non obstat, quòd text. in c. olim. de restit. spol. dicit, quia spoliator nihil habet in bonis, & constabat, quòd erat spoliatus, ideò expectatur, vt restituatur, vt posit satisfacere. tamen in dicto casu dicerem, quòd
12 ad hoc, vt † spoliator volens audiri in petitorio, non audiretur, nisi integraliter satisfaceret, vt dicit Deci. consi. 33. Item dicerem, quòd licèt Clericus haberet illam integram portionem pro sui sustentatione, pro qua facit §. socij delinquentes. authen. de mandatis principis. tamen si constaret, quod ipse non posset satisfa-
13 cere, diceren, † quòd saltem euitaret pœnam priuationis, quoad euitationem carceris non auderem firmare, vt per Abb. in d. c. fina. in vlt. not. Quoad euitationem carceris fuit dictum in vna Calaguritan. coram
14 D. Auquen. 12. Octobris 1543. † quòd Clericus etiamsi teneatur ex delicto, nihilominus quoad euitandum carcerem admitteretur ad cessionem bonorum, vt per Abb. in c. Odoardus. colum. 2. versic. ponitur antea text. de solut. & ita in hanc partem domini inclinauerunt: quia non fuit nisi semel informatum, vt dixi suprà in illa Calaguritan. Causa erat intitulata Papiens. Parochialis.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus Parochianorum præsumitur in dubio ex vsurpatione acquisitum.*
2 *Idem extenditur ad ius patronatus alicuius magnatis.*

DECISIO LVII.

Fvit resolutum in vna Oneten. Parochialis S. Vincentij 23. Nouembris 1540. coram D. Sarnen. & sicut dicimus per dictum Butrij in c. cum dilectus. de
1 ordin. † quòd ius patronatus Parochianorum in dubio præsumitur ex vsurpatione acquisitum: & idem
2 † dicitur in iure patronatus alicuius magnatis, prout tunc disputabatur de iure patronatus infantis Hispaniæ. ratio est, quia in istis præsumitur, quod ordinarius non audeat contradicere, quod reus est in aliis priuatus, vt per Dec. consi. 146. col. 1.

SVMMARIA.

1 *Infanti an negetur Remissoria ad probandum possessionem immemorabilem. & nu. 3. 5.*
2 *An in magnate præsumitur ex vsurpatione immemorabilis.*
4 *Quando probata immemorabili possit allegari fundatio & dotatio & nu. 10.*
5 *Superiorem recognoscenti quare detur Remissoria ad probandam possessionem immemorabilem.*
6 *Possessio immemorabilis in priuato ex fundatione & dotatione præsumitur.*
7 *An vsurpationis præsumptio potest dosponi in potente, qui non recognoscit superiorem.*
8 *Imperator quoque habet superiorem.*
9 *Immemorabilis possessio quando est probanda, in quemcunque & quantumcunque potentem quicunque semper potest allegari titulus.*

DECISIO LVIII.

1 Qvia in causa Hostien. S. Vincentij fuit † negata remissoria infanti ad probandum immemorabilem: ex eo, quoniam dicebatur, quòd ex quo rota tene
2 bat, quòd † in magnate præsumitur ex vsurpatione, ideò standum dictæ præsumptioni, quòd ab initio illa immemorabilis semper diceretur continuata cum illa
3 vsurpatione: & ideò † tunc non fuit concessa, nisi infans doceret de aliqua iusta causa, ex qua ius præsentandi ortum habuisset. Et tamen postea in isto casu eodem fol. in apostilla dico, quòd fuit concessa remissoria à senatore Ioann. Paulo, ad probandum immemorabilem: & cum ista æquiparentur, videntur esse decisiones contrariæ. Ideò 20. Octobris 1540. fuit di-
4 ctum in vna Fauentin. coram D. Aquilla, † quòd aut sumus in domino aut in populo, qui superiorem non ignorabat, & tunc probata immemorabili posset alle-
5 gari fundatio, & dotatio: & ad probandum istam † immemorabilem esse dandã remissoriam. Ratio, quia ex quo isti recognoscunt superiorem, si ius præsentendi vellent vsurpare, de facili posset per superiorẽ proui-
6 deri. & ista ratione † in priuato, quãdo sumus in memorabili tẽpore, præsumitur ex fundatione & dotatione, quia etiã vsurpatio, tanquàm delictũ, nõ est præsumen-
7 da. Aut sumus in potẽte, † qui nõ recognoscit superiorem, & tunc potest disponi ista præsumptio vsurpationis. Sed in isto casu obstat, quia etiam in potente non est capiẽda præsumptio delicti: & semper dato quocun
8 que potente, quantũcunq; Imperatore, † etiam in istis habet superiorẽ, pura Papã, corã quo potest peti administratio iustitiæ, quia dictum Specul. de quo infrà fol. 91. super quo fundatur Rota, est dicendum, quòd præsumatur ex vsurpatione: tamen Specul. loqui-
tur

tur in Italia, ergo in aliis locis debet cessare ista præ-
sumptio vsurpationis. Et ideò ego dicerem, quòd vbi-
9 cunque † probaretur immemorabilis possessio, & in
quocunque & quantumcunque potente semper posit
allegari qoicunque titulus: & ita tunc placeat aliis do
10 minis, vt probata † immemorabili possessione semper
præsumeretur seu allegari posset fundatio & dotatio.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus in potente an ex vsurpatione præsumatur.*
2 *Prouisio Apostolica anterior quando deroget præsentatio-*
ni Imperatoris posteriori.
3 *Ius patronatus & beneficium vtrùm per 10. annos publi-*
cam vocem & famam instar seruitutis præscribantur. &
num. 4.
5 *Ius patronatus in priuatis in statu seruitutis, hoc est, ex fun*
datione & dotatione præsumitur

DECISIO LIX.

IDeò fuit dictum in vna Esnen. Prioratus de Cor-
liano 23. Nouemb. 1540. coram domino Mohed.
vbi tractabatur de quasi possessione præsentandi per
voum actum præsentationis factæ per Imperatorem
de dicto Prioratu in Comitem de Ruiseler, quod ex quo
1 † Imperator seu Comes erat potens, quòd præsumere-
tur ius patronatus ex vsurpatione: & ideò prouisio a-
2 postolica anterior, † quæ habebat derogationem, quan-
do ius patronatus non esset ex fundatione, ad Comi-
tem seu Ducem in totum esset præferenda præsenta-
tioni posteriori, factæ per ipsum Imperatorem. Non
obstat, quod Imperator noua vice præsentaret, & illa præ
sentatio esset sortita effectum, vt probatur, quòd erant
3 † 10. anni ante præsentatiooem, quòd erat publica vox
& fama, quòd dictus Prioratus erat de iure patronatus
ex dotatione & fundatione: & sic dato, quòd de patro-
natu & beneficio instar seruitutis præsumebatur be-
neficium ex fundatione & dotatione, iuxt. decis. Cass.
4. de prob. & 7. de iure patronatus: quia fuit respõsum
quòd illa fama publica decem annorum, erat recens
& sufficiens ad causandum bonam finem, iuxt. not. per
Abb. in c. diligenter. col. 4. de præsump. & Bar. in l.
Celsus. ff. de vsucap. Et ideò propter istam bonam fi-
dem ex vnico actu erat quæsita quasi possessio præsen-
4 tandi: sed illa † fama non erat potens, cùm esset de re-
centi, & plenè non probat, sed tantum semiplenè. Non
obstat decis. Cassad. 4. de prob. & 7. de iure patronat.
quia loquitur, dato patronatu, prout erat in eius casu,
vbi ex confessione constabat, sed hic non constabat
de patronatu, sed constabat de quasi possessione: &
aliud est in istis possessorium & petitoriũ, vt per Cassa.
decis. 2. de probat. Secundò dicebatur, quòd Cassad.
erat intelligendus, vt dato patronatu, hoc est dato be-
5 neficio, in statu seruitutis, † vt præsumitur, hoc est, ex
fundatione & dotatiooe procederet, vbi essemus in
personis priuatis: secùs est, vbi eramus in potente: ex
quo ex interpretatione Rotæ non præsumebatur ista
quasi possessio ex vsurpatione, sed ex fundatione.

SVMMARIA.

1 *An Imperatori detur remissaria ad probandum iuspatro-*
natus aut per immemorabilem, aut per solam famam. &
nu. 2.
3 *Fama sola etiam in antiquissimis non probat stante præ-*
sumptione vsurpationis in contrarium, & longissima pos-
sessione.
4 *Papa semper sine mentione iurispatronatus prouidet.*
5. *Fama sola in antiquis quando probet.*

DECISIO LX.

ET in eadem fuit dictum 27. Nouemb. 1541. in qua
1 petebatur † Remissoria pro parte Imperatoria ad
probandum ius patronatus, quòd si volebat probare
immemorabilẽ eo modo, quo poterat allegare quem
titulum volebat, & sic illa probabat præsumptionem
probationis. Et fuit dictum, quòd aliàs ad probãdum
immemorabilem fuerat concessa cuidam senatori D.
Ioanni Paulo, vbi tractabator de patronatu cuiusdam
2 ciuitatis. Si † autem volebat remissoriam ad proban-
dam famam: & ita dicendo in antiquis probatur ius
patronatus, vt est sententia Baldi in Auth. quas actio-
nes. in fin. C. de sacrosanct. eccle. & Cassad. decis. 2. de
3 præb. fuit dictum, quòd fama † sola, etiam quòd esse-
mus in antiquissimis, non probaret stante præsum-
ptione vsurpationis in contrarium, & possessione lon
gissima. quod constabat ex quatuor prouisionibus,
quę durauerant spacio centum viginti annorum: quia
4 Papa † semper sine mentione iurispatronatus prouidet.
5 Item Rota tenet, quòd sola fama in † antiquis non pro
bat iuspatronatus, nisi quando adest longissima posses
sio præsentandi, prout scribit Bal. in l. cùm super. de
rei vend. & Cassad. decis. 2. de probat. & dixi infrà fol.
65. pagin. 1.

EPITOME.

Doctor tantum per priuilegium præcedente examine præfe-
rendus est familiari Papę post assumptionem.

DECISIO LXI.

FVit resolutum 24. Nouembris 1540. coram domi-
no Aquen. in vna Vincentin. hebdomadariæ inter
Ioannem Cordilias, & Matthæum Cassalium, quòd
Ioannes Cordilias, qui erat doctor per priuilegium
præcedente examine præferendus (qui vigore exami-
ne fuerat decoratus iuxta formam commissionis) esset
Matthæo Cassalio familiari Pontificis post assum-
ptionem.

SVMMARIA.

1 *An procuratori cum ampla potestate & ad tertiam vsque*
instantiam possint decerni executoriales. & numer. 5
2 *Instantiis finitis finitur & lis.*
3 *Post conclusionem tertiæ censetur etiam lis finita.*
4 *Mandatum qui habet ad iudicium, non dicitur habere ad*
impediens executum.
6 *Sententia executioni mandata lis dicitur finita.*
7 *Mandatum ad instantiam tertiam datum per sententiam*
non censetur esse extinctum.
8 *Mandatum extenditur ad pertinentia & dependentia ex*
mandato.
9 *Executio, quæ dependet à iudicato, nullam requirit inter-*
rem cognitionem.
10 *Instantia multifariam capitur. remissiuè*
11 *Instantia largius ad sententiam, largissimè ad executio-*
nem extenditur.
12 *Instantia non extenditur in fundamento reali.*

DECISIO LXII.

IN vna Olisypponen. beneficij de Pones, quam pro-
1 posui die 29. 1540. in qua erat † constitutus Antonius
Cassalius cum ampla potestate, & tanta, qoanta de pri-
uilegiis habebant: & dicebat mandatum, quòd in dicta
causa

causa Olisypponen. cum constituebat procurato-
rem eum ampla potestate.& in fine dicebatur, quòd
procurator esset appellare, & appellatione prosequi
vsque ad tertiam instantiam. Accidit, quod procurator
Nicolai reportauit tres sententias contra, & postea
fuerunt decretæ executoriales citato illo procurato
re dicebatur de nullitate illarum executorialium, quia
mandatum erat limitatum vsque ad tertiam instan-
2 tiam.& certū est, quòd † instantiis finitis finitur lis,
l.properandum, in princip. C.de iudic. quem allegat
Alexander in c.postquam.in 1.col.& ibi Ioannes in
secunda colum.de pactis.gloss. in c. piamater.§. si ve
rò. in versicul.videt.de except. in 6.quam notat ibi
Archid. Et Francisc.dicentes notabiliter de consti
tution.seu dispositione.de iustitia loquentes. Imo dice
3 batur quòd † post conclusionem tertiæ erat finita lis
vt dicitur in volumine Bar.in l.2.col.2.vers.quæro.ff.
de furtis.expresse ad hoc in l.properandum C.de iu-
dic.& ideò non solum executoriales, sed etiam tertia
sententia videtur esse nulla.& quòd executio non es-
set pars instantiæ,& per consequens procurator non
potuisset citari dicebatur illud primum ponere Alc-
xan in l.properandum volu. 1.C.de iudic.& in illo ar
ticulo, an in executoriis vt in re iudicata instrumento
grauanti,&c.sit dare instantiam pro ista parte dice-
batur esse dictum Archid.& Dominic.in d.c. pia.§.fi.
4 col.1.versic. nota ex illo.de excep.in 6.vbi dicit † quod
habens mandatum ad iudicium, non dicitur habere
mandatū ad impediēs executum,& Dominic. sequi-
tur Fel.in c.quò ad consultationem.vers. insuper per
petuo.de re iudi.col.12. Tamen istis non obstantib.
5 fuit determinatum † contrarium: quia dicebatur, quod
mandatum habebat partes: In prima parte procura
tor constituebatur,& habebat illam potestatem, quā
dominus in lite: modo ponderabatur, quòd causa nō
6 dicitur per sentētiam finita, sed † dicitur tunc finita,
quādo sententia executioni demandata est, prout an-
notaui in vna additione quam feci ad vnam decisio-
nem Rotæ in nouis. Et ideò nō poteram hoc dicere,
7 quòd † mandatum esset per sententiam finitum vsq;
ad tertiam instantiam. In secunda parte mandati dice
batur, quòd vsque ad prosequutionem appellationis
& grauaminis. quæ acceptatio & prosequutio non
potest vltra tertiam instantiam durare. Præterea dice-
8 batur, quòd † mandatum extenditur ad pertinentia
& dependētia à mandato, prout notat Felin.in l.dili-
genter.ff.mandati.ad illud de executione: quia nulla
præcessit cognitio executionem ipsam, ideò est adhi
benda causæ cognitio prout est in instrumento gra-
9 uanti, & in forma Cameræ, secus † est in executione,
quæ dependet à iudicato in qua non requiritur vlte-
10 rior cognitiò, Ita dicebatur, quòd † verbū, instātiam,
multis modis capitur, prout intelligit Specul.in tit.de
recō.§ ergo. vbi dicit quòd capitur strictè ad doctri-
nam iudicis dicebatur durare vsque ad condemna
tionem, quia post conclusionem † dicitur institui
11 & considerari largius & dicitur vsque ad sententiā,
largissimè etiam vsque ad executionem, sed in † hoc
12 non: quia primum fundamentum est reale, ex quo
mota fuit Rota ad dicendum contrahane.

EPITOME.

In beneficialibus post quadriennium an detur restitutio integram & intellectus c.1. de restitut. in integr.

SVMMARIA.

1 *Regula restitutionis in integrum in ecclesia limitatur ad quadriennium.*
2 *Clericus eiusdem est fauoris cuius est ecclesia.*
3 *Ecclesia cùm non est enormiter læsa non dicitur damnum pati, sed ius suum amittere.*
4 *Sententia nō transit in iudicatum vbi periculū est animæ.*
5 *Sententia vt in matrimonio carnali an sic etiam in matrimonio spirituali, non transeat in iudicatum.*
6 *Cùm datur remedium ordinarium non est recurrendum ad extraordinarium.*
7 *Nōn Datur restitutio nisi ex enormissima læsione.*
8 *Quare in beneficialibus nemo dicatur lædi.*
9 *Cùm de lucro captando agitur non datur restitutio.*

DECISIO LXIII.

PRopofuit in vna Astorien. Portionis dominus
Moriscotus 29. Nouembris 1540. an in beneficia
libus post quadriennium non detur restitutio: inue-
1 nio regulam † limitatam in ecclesia cùm ergo Cleri-
2 cus † sit eiusdem fauoris, cuius est ecclesia, sequitur,
quòd idem textus in c.1.de restitutione in integrum,
non habeat locum. Præterea in dicto c.1. tenuit gloss.
quòd ex causa datur restitutio, vbi gloss. considerat
causam, quando est enormissima læsio, sed dato pòst
3 cōstet de bono iure, per hoc Clericus † non dicitur
enormiter læsus cùm nullum damnum patiatur Ec-
clesia, sed potius ius suum dicatur amittere: ergò ex
tali causa non datur sibi restitutio in integrum. Non
obstat fundamentum tenentium contrarium videli-
4 cet quòd † vbi est periculum animæ sententia non
transit in iudicatum.& ideò quandocunque potest pe
5 ti restitutio vt dicimus † in matrimonio carnali, ita
etiam diceremus in matrimonio spirituali, per not.
per Felin. in cap.lator.de re iudi. quia dicitur quod
sicut in matrimonio carnali sententia non transi-
bat in iudicatū, ad c.lator.de re iudic.tamen in matri-
monio spirituali quo ad victum, ex quo nullum im-
minet periculum respectu eius sententia bene transit
in iudicatum, prout ibi declarat Felin.in c.1. col.fin.
6 de præscript.licet victor † sit in peccato, & quo ad
hoc non transit in iudicatum, tamen cum dicitur re-
medium ordinarium. quare potest contra illum inqui
ri per ordinarium, seu contra eum procedi per viam
7 denunciationis. Cùm ergò † hic datur remediū ordi-
narium, non est recurrendum ad extraordinarium re-
stitutionis: gloss.in d.c.1.in verbo, beneficij,& officij,
8 cum alijs. Et quia † non datur restitutio, nisi ex cau
9 sa enormissimæ læsionis,& in istis † beneficialibus
nemo dicitur lædi cum in eis non consideretur ali-
quod interesse, ad dec.8.de procur. in nouis. Et quia
10 agit de † lucro captando, dicebam quod non datur
restitutio.& allegabatur Cassad.decis.2.de restitut. in
integ. fuerunt aliqui, qui pro ista parte allegabant
But.in c.ad audientiam.2.col.fin.de prescript. sic ter-
tia Nouembris 1540. fuit conclusum.

SVMMARIA.

1 *An in beneficialibus post quadriennium detur restitutio in integrum. vt præc.decis.*
2 *Quando constat de bono iure Ecclesiæ læditur in totum.*

DECISIO LXIIII.

DE anno 154. mense Ianuario in vna Cæsarangu
stanæ Iurisdictionis Perdia. pro Bartholomæo
Fortunij contra Petrum Valero proposuit D. Tho-
1 mas, an † in beneficialibus post quadriennium pos-
sit peti restitutio in integrum, & fuit per omnes reso-
lutum, quòd daretur restitutio Solus Mohed. dubita-
bat, ex quo textus in capitulo primo. de restitutione
in integrum. dicit, quòd restitutio ex causa datur. glos
2 sa amplificat, quando est enormissima læsio: & † quan
do constat de bono iure læditur in totum, ergo &
enormissima læsio est. Sed ad motiuum D. Mohedani
patet responsio ex his, quæ dicuntur in præcedenti
decisione inde in secundo libro annotationum meo-
rum fol. 129. pag. 1.

EPITOME.

Excommunicatio ad effectum annullandi prouisionem alteri factam an probetur per sententiam declaratoriam, & brachium seculare.

SVMMARIA.

1 *Sententia declaratoria & brachium seculare num solum probet excommunicationem, & quando. & nu. 3.*
2 *Actum præteriti unitestanti non creditur nisi eum doceat.*
4 *Insertio in executorialibus facta in materia obiectiua concludenter non probat.*
5 *Denunciatio probat excommunicationem.*
6 *Insertio in iudicialibus probat, in extraiudicialibus minime. & num. 7.*

DECISIO LXV.

DVbitaui in vna Grunen. parochialis de Serra-
nali, an ad effectum annullandi prouisionem fa
1 ctam Iacobo excommunicato † sufficeret docere de
excommunicatione per sententiam declaratoriam,
alias de anno 1523 per dominum Camillum de Bal-
lionibus in Rota latam, & vltra dictam sententiam de
claratoriam erat productum brachium seculare, an
sufficeret, quòd solùm probabat inuocationem bra-
chij secularis, non autem aliquàm declarationem ex-
2 communicationis, ex quo nominatus † testabatur de
actu de præterito, cui non creditur ad not. per Abb.
Innoc. & alios in c. quoniam contra de probat. &
per Iurecons. in authen. si quis in aliquo. Et dato,
3 quòd brachium † singulare probaret declarationem,
tamen ex quo de huiusmodi excommunicatione op-
ponebatur in vim peremptoriæ exceptionis, tunc de-
claratoria sine denunciatione non probat excommu-
nicationem: sed aliter oportet, quòd constet de ex-
4 communicatione, vt per deci. octau. in non. & Egid.
dec. sexta. Et insertio † facta in executorialibus in ma
teria obiectiua non probat concludenter, ad not. per
Egidium in decis. 528. & clarius decis. 56. In ver. hæc
5 denunciato Pro parte contraria dicebatur, quòd † de
nunciatio probat excommunicationem, vt per Hos
stien in c. prudentiam. de off. deleg. & tanto magis in
casu illo, in quo constat in sententia declaratoria de
specie excommunicationis, vt per Doct. qui opi-
niones in contrarium reducere videntur in c. pia con
sideratione. §. si quis. de except. in & quia erat produ-
6 ctum brachium seculare, & † inserto in dicto brachio
seculari creditur, iuxta Rotam decis. 93 in antiq. vbi
insertis in executorialibus creditur. ratio, quia sumus
in iudicialibus, iuxta deci. Rot. 93. & 271. in antiq. &
pro illa parte fuit facta resolutio 20. Nouembris
1540: quia ex quo eramus in censuris latis in Curia
7 ex quo † de facili poterat recurri ad registrum; quòd
crederetur insertioni, & si volebat obijcere de nullita
te censurarum, quòd ipse reduceret registrum.

EPITOME.

An licentia disponendi de bonis feudalibus intelligatur non solum de feudo nouo, sed etiam de feudo antiquo.

SVMMARIA.

1 *Indultum disponendi de bonis feudalibus an intelligatur de nouo an verò de antiquo feudo. & nu.*
2 *Quotiescunque aliquid fieri permittitur, ita oportet permitti, vt sine iniuria cuiusquam fiat.*
4 *Priuilegium debet strictè interpretari, vt minus lædatur ius commune.*
5 *Talis præsumitur esse principis mens & intentio qualis de iure esse debet.*
6 *An in feudo antiquo, sicut in nouo, præiudicium quoque fieri possit agnatis.*
7 *Cum Princeps dat indultum, in casu qui de iure clarus & apertus est, non qui obscurus, intelligetur.*
8 *Appellatione feudi quomodo in dubio intelligatur de antiquo feudo.*
9 *Appellatione excommunicationis quomodo veniat maior.*
10 *Alienatio feudi in præiudicium successorum an valeat cum consensu domini. & nu. 13.*
11 *Pater stipulando pro se & filijs suis, tam filijs quàm sibi potest præiudicare.*
12 *An testator possit vni filiorum in testamento totum feudum prælegare remissiue.*
14 *Clausula tollens ius decendi quando in feudo nouo aliquid operetur.*
15 *Verba non sunt sine effectu operandi, & cum operantur tollunt dubitationem.*

DECISIO LXVI.

IN vna Parmen. Vallum fuit dubitatum coram
D. Verallo decima Decembris 1541. an licentia,
1 seu † indultum imperatoris concedentis facultatem
disponendi Ioanni Galeatio de Corregia de bonis
feudalibus, intelligebatur non solum de feudo no-
uo, sed etiam de antiquo: Et pro illa parte, quòd
tantum censeretur licentia disponendi de feudo no-
uo, facit Afflictus in constitutione vigesimaquarta
incipiente vt de successorib. columna decimaoctaua.
versiculo sed iuxta hoc glo. libro tertio. const. reg. &
2 vltra in fine consideratum est, quod eramus in † du-
bio, vt minus censeretur præiudicatum iuri tertij. l.
secunda. §. meritò. ff ne quid in loco publico & in l.
nec vnus. C. de emancip. liber. & ideò intelligi debet
3 de feudo † nouo, in quo minus præiudicatur agna-
4 tis, quàm in feudo antiquo Ita quia † priuilegium
debet strictè interpretari, vt minus lædatur ius com-
mune: quod fieri possit iuxta dictum Saliceti in l. se-
cunda. C. de noxalib. actio & gloss. in l. finali. §. in
5 computatione. de iure deliberandi, Et propterea † ta-

les

lis præsumitur esse nicus principis, qualis de iure es-
se debet, l ex facto. vbi Baldus & Aretinus. ff. de vul-
6 gari & pupillar. substitut. Sed an in † feudo antiquo
possit esse, vt princeps præiudicet agnatis, est ar-
duum dubium: & Doctores quasi pro maiori parte
videntur inclinare, quòd non, vt ponit Cardinalis in
capitulo si de feudo. §. Titius. in titulo si de feud. de-
fun. sit content. inter dominum & agnat. vasal. ergo
7 cum princeps † concessisset licentiam in casu claro &
aperto de iure, videntur in feudo nouo, in quo non
dubitatur quin princeps potest. & pro ista parte fuit
allegatum consil. Sozin. 164. & Paulus de Castro con
8 silio 163. Non obstat, quòd dicebatur, quòd † in du-
bio, feudi appellatione intelligitur de antiquo, quod
accipitur vbi agitur de feudo iam possesso, vt per Bar-
tolum in capitulo primo, in principio, si de feud. sit
contentio inter dominum & agnatum, quem sequi-
tur Alexander consilio decimoquinto, columna se-
cunda, volumine quinquagesimo. Decius consilio
269. columna secunda. & 3·5 columna prima & 445.
column tertia. & Curtius Iuuo in tracta. de feud. nou.
3. p. quæst. 1. parte 1. columna 3. versiculo ista regula
paritur. quia dicebatur, quod illud non fiebat. vbi agi-
tur de præiudicio tertij, vt dicit Afflict. in dicta con-
stitutione, suprà allegata in decimaoctaua columna
pro quo facit, quod dicit Felinus in capitulo primo,
columna quinta in principio, versiculo declara duo-
bus modis de rescriptis. & dicit Præpos. in capitulo se-
cundo, de cleric. & Felinus in capitulo venerabilis. de
9 exception. vbi licet † in dubio appellatione excom-
municationis veniat maior, tamen secus est, quando
agitur de præiudicio tertij. Nõ obstat clausula posita
in dicto priuilegio succedendi duntaxat in feudo no-
10 uo, cum † consensu domini valeat alienatio in præiu-
dicium successorum, reputatur ardua quæstio, & quan
11 do feudum non fuisset simpliciter receptum, sed † pa-
ter fuisset stipulatus pro se & filiis & in nouo, iure
communi pater potest illi præiudicare. prout notat
Paulus de Castro per Angelum & alios, qui eum se-
quuntur, in l. apud Iulianum. § si quis alicui. de legatis
primo. in l. cùm seruus. ff. de stipulat. seruo. hanc dicit
communem esse opinionem Alexand. consilio 106.
columna penultima, vel quarta. Et propter plu-
rium doctorum distinctiones varias habetur pro quæ-
stione multum notabili. & patet ex not. per Dominic.
in tractatu feudorum. in quarta parte princip. in ma-
teria alienationis. versiculo ex regula prędicta ex com
muni conclusione. columna tertia. dum per quinque
12 questiones examinat quæstionem, An † testator pos-
sit vni filiorum in testamento totum feudum præle-
gare. & Iason in l secunda, versiculo vigesimosecundo.
& vltimo. C. de iure emphyteu. & Afflict. 162. in pro-
priis tractatibus feudi noui, examinat in capitulo se-
ptimo, columna tertia, versiculo modo peto quid in
feudo nouo, de alien patron. feud. Et quia per multos
13 Doctores resoluitur commune, in † feudo nouo &
antecedentia de domini licentia posse successores cõ
trauenire & in pluribus remanet quæstio dubitabilis.
14 Clausula † tollẽs ius dicẽdi etiã in feu. nouo nil ope-
ratur, tamen quò ad casus in quibus nõ potest habens
domini consensum præiudicare factũ, quó ad eos, in
15 quibus res remanet in dubio: nam verba non sunt sine
effectu operandi, & cum operantur tollunt dubitatio
nem maximè vbi agitur de tertij præiudicio, Abb. in c.
certificari, de stipul. col. 3. vers. & hic non obstat.

EPITOME.

An collatio facta excommunicato citato per edictum ad comparendum, & non comparuit ad declarandum, sit nulla.

SVMMARIA.

1 *An collatio facta excommunicato stante intimatione sit nulla.*
2 *Scientia certa & indubitata ante excommunicationem propter contumaciam irrogandam requiritur.*
3 *Excommunicator si quem per epistolam scribat excommunicatum, statim si voluerit erit excommunicatus, non tamen prius oberit, quam a tertio rescieuerit.*
4 *Collatio in excommunicatum inscium facta ab iis, qui hoc quoque ignorant. Valida censetur.*
5 *Qui absens est, tenetur procuratorem dimittere qui ab ipsius notitiam omnia deferat: alioquin nec procuratore nec amico pro eo comparente, facta denunciatione contra ipsum procedetur ad excommunicationem.*
6 *Gratia licet quo ad pœnam irregularitatis ignorantiam, tamen, quo ad nullitatem actus, non excusat.*

DECISIO LXVII.

FVit dubitatum in vna Iennen. Parochialis de Sar
ranala. decimaoctaua Nouembris 1550. stante in-
timatione executorialium in locis quibusdam cui-
dam Iacobo de Sabaudia cum declaratione incursus
censurarum ob non partitionem postea subsecutam,
1 an collatio † facta tali excommunicato sit nulla. Et
pro parte affirmatiua dicebatur, quòd negari non po
terat, quin ille esset factus contumax, & tamen ex-
communicari non poterat. l. neque. §. qui in ius. ff.
de procuratoribus. l. item ait prætor §. vlt. & l. sequen-
ti. ff. ex quibus causis maiores. capitulo prout. de dolo
& contumacia. & ibi glossa ad verb. diffinitiua. in fine.
l. si quis vi. § primo. ff. de acquirenda possessione l. &
quod dicit Innocen. in capitulo finali. de eo qui mitt.
2 in possess. quòd † requiritur certa & indubitata noti-
tia. & cùm in executorialibus semper ponantur illa
verba (quòd si contempserit vel distulerit) & hic
3 non sit talis contemptus & contumacia, & † ex men-
te iudicis, qui tales executoriales decreuit, constat,
quòd aliter non voluit excommunicare, & quòd talis
excommunicatio non potuit alienare collationes in-
terim factas, prout in executione data contra testes
impeditos non venientes, vt dicit Abbas & ibi sequi-
tur Felinus in capitulo secundo, de testibus. & ad istud
benè facit, quod dixit decisione 187 de dolo & con-
tumacia. in nouella & quod scripsit Bellen. in tra-
ctatu de charitat. subsidio. quæstione 101. Itaque Ia-
cobus quòd excommunicationes ignorauit, ergo
4 † collatio verè tenuit, ad textum & ibi gloss. in capi-
tulo apostolicæ. de cleric. excommunicat & decisione
44 de rescript. in antiquit & quod dicit Antonius &
5 Abb. in d cap. ad probandum. de re iud. quòd si † sen-
tentia est lata in longinquo, tamen nullibi non po-
test transferri ad notitiam, sic vt actus valeat. &
pro ista parte consuluit Card. consilio. quadragesimo.
& sequitur. sed his non obstan. fuit conclusum con
trarium & dictum quod istam causam determinat
Cassad. deci. 1. de præben. & glossa. Antoni. de Bu-
tr. & Abbas, & alij in d. capitulo. apostolicæ. de cler.
6 excom. vbi licèt † quò ad pœnam irregularita-

tis gratia excuset, tamen, quò ad nullitatem actus ignorantiam non excusat, & hic sumus in principe. qui mandat, vt constito de non tuto accessu ille possit citari, & si non comparet, procedatur ad excommunicationem. vnde, imputandum est ei, qui in tali loco moratur, ad not. in Clem. 1. de iudic. & ex his patet clara responsio ad dicta extremò.

EPITOME.

An testes examinati in vno iudicio per viam exceptionis inter easdem personas faciat fidē per viā actionis in alio iudicio.

SVMMARIA.

1 *An testes examinati in vno iudicio faciant quoque fidem in alio.*

2 *Testes examinati per viam exceptionis, non faciunt fidem in iudicio per viam actionis.*

DECISIO LXVIII.

1 FVit dubitatum in vna Spoletan. propositi decursus aquarum, an † testes examinati in vno iudicio per viam exceptionis, & in altero per viam actionis inter easdem personas facerent præiudicium partibus, in quibus agebatur de spolio super certo decursu aquarum contra Angelum. ipse Angelus, pro defensione sua per viam exceptionis dedit exceptiones, in quibus dicebat, ab antiquissimo se tempore dictas aquas possidere. & in fine posuerat, quod peteret sibi ius & iustitiam ministrari omni meliori modo, & per testes examinatos super antiqua illa possessione, illam probabat: tamen quia Coriolanus docuerat de sua possessione & spolio fuit restitutus, tanquàm quod vltimum spolium esset purgandum, prout posteà fuit iudicatum: dicebat Angelus, quòd esset restituendus ad antiquam suam possessionem, quòd dicebatur probâsse per illos testes examinatos per viam exceptionis in articulo discusso.
2 In Rota fuit conclusum, quòd illi † testes examinati per viam exceptionis non facerēt fidem in isto iudicio per viam actionis, & inter easdem personas. per gloss. in c. cùm dilectus. in verb. exceptiones. vers. sed quia. & ibi Abb. col. 9. vers. quæro. de ord. cognit. vbi dicit, quòd in illa glo. teneretur magis communis opinio. quo dato est ratio. quia quando intendo repellere & sic intendo ad vnum fin. vt videtur innuere Dec. in l. 2. col. vlt. ver. sed annotandum. numero 62. C. de eden. & pendebat causa coram D. Rainaldo & decisio facta 17. Decembris 1540.

EPITOME.

Innocentiana seruat terminos nulliter seruatos pendente termino ad comparendum.

SVMMARIA.

1 *An Innocentiana seruet terminos nulliter seruatos pendente ad comparendum tempore.*

2 *Iudicis officium pendente lite de dilationibus debet cognoscere.*

3 *Pendente dilatione conquiescit officium Iudicis.*

DECISIO LXIX.

IN vna Lugdunen. seu Burgen. Prioratus fuit conclusum coram Dom. Hieronymo vigesimaprima
1 Decembris 1540. quòd † Innocentiana seruat nullitates terminorum malè & nulliter seruatorum durante termino sexaginta dierum ad comparendum fuerunt seruati tres termini ad dicendum contra commissionem libellando & articulando, & postea seruatis aliis fuerat pronunciatum, & dabatur de
2 nullitate sententiæ. Fuit conclusum, quòd † lite pendente de dilationibus iudicis officium deberet cognoscere, ita quòd quantumuis executio non competebat, tamen competat iurisdictio, & iudex videatur habere dilationem, vt per decisionem centesimamoctauam & trecentesimamquinquagesimamse-
3 ptimam, in nouuella. & sicut dicimus, quòd † pendente termino ad articulandum iudicis officium debet conquiescere, nihilominus etiamsi pendente tali termino alij termini obseruarentur, damnatur per Innocentianam: ita erat dicendum in casu isto.

EPITOME.

Testator an possit grauare hæredes ad soluendum

SVMMARIVM.

1 *An legatum quinque pro centenario sit vsura.*

DECISIO LXX.

TEstator legauerat vxori suæ dotem 1400. florenorum ad vsumfructum possessionis, & prohibuerat in testamento, ne vxor durante vita sua posset petere dotem nec antifatium, sed quolibet anno hæredes tenerentur soluere ei quinque pro centenario: Fuit dubitatum in vna Placentin. legati coram Dom. Sarnen. pro Lucia de Asinella contra illos de Peruchis, trigesimaprima Ianuarij 1541.
an † illud legatum testatoris quinque pro centena-
1 rio esset vsura: in qua causa erat lata sententia in partibus, quòd esset vsura: & pro parte negatiua, quòd non esset vsura allegabatur Sozin. in l. finali. columna finali. ff. de his, quæ pœn. nomi. vbi hoc dicit. & aliàs ita fuit iudicatum in Curia. Pro parte tamen affirmatiua allegabatur Decius consilio trigesimonono. columna prima. cum sequent. & quod dicit Ias. in l. 1. col. 1. C. de sum. trinit. & fid. cat. Purpur. allegat in ista materia plenè Soc. in consilio sexagesimoquinto. viso testamento, in prima difficultate. versiculo tertio.

EPITOME.

Procuratores duos constituens absque clausula in solidum cum plena & libera potestate, an censeatur constituisse per talia verba in solidum.

DECISIO LXXI.

QVAndo quis constituit procuratores absque clausula in solidum, quibus dedit plenam & liberam

liberam potestatem, fuit dubitatū in vna Olisyppo-nens. contractus Emphiteotici coram D. Thoma 31. Iannarij 1541. an per illa verba, plena & libera, censeatur quisque eorum constitutus. Et quia allegabatur Barto. in rubrica de exceptionibus. Franc. in capitulo si duo. columna prima, de procuratoribus, in sexto. vbi Capra. & Philip. Prob. In contrarium tamen fuit allegatus Aretinus consilio 66. columna quarta. versiculo vnde ipse. Idem Bart. per Bald. fuit allegatus, & Decius consilio 292. non patitur. columna secunda. Et die quarto Februarij 1541. causa iterum posita, facta fuit resolutio per dictum Aretinum dicto consilio 66. columna quarta. & eandem opinionem censuit Bald tenet Aretio. in l. eadem. columna penultima. versiculo & prædicta quæstio limitatur. ff. de legatis 3.

EPITOME.

Matrimonium ad effectum legitimationis prolis quando habeatur.

DECISIO LXXII.

IN vna Venetiarum, Matrimonij coram Do. Voistio 31. Ianuarij 1541. fuit resolutum, quo ad effectum legitimationis prolis sufficit probare matrimonium per instrumentum dotale, reputationem & famam, vt per Dec. consil. 155. colum. 24. versicul. & videamus.

SVMMARIA.

1 *Cùm terminus in citatione positus fallit, exsequutoriales eo die decreta nulla sunt.*
2 *Executoriales decernuntur in domo absque alia causæ cognitione, sententia verò cum causa cognitione.*
3 *Si postridie feratur sententia, quàm citatio indicat, tunc ad primam in Rota diem sententia trahitur.*

DECISIO LXXIII.

IN vna Toletan. coram me 4. Februarij 1541. fuit
1 resolotum, quòd si † die Martis quis fuit citatus
ad videndum decerni executoriales, & die Lunæ ad
videndum in domo, & tunc fuerit seruatus terminus
die Veneris in Rota, quod executoriales essent nul-
2 liter decretæ: quia † executoriales solent decerni in
domo absque alia causæ cognitione: Non obstat,
quòd in registro dicatur, Datum apud sanctum Pe-
trum, in loco vbi dominum sedere contigerit, quia
dixerunt domini, quod ego mandarem registrum cor
rigi, iuxta formam citationis originalis: & correcto
registro decernerentur executoriales nulliter decre-
tæ: Secus dixerunt domini quando † die Martis fuis-
3 set citatus ad sententiam, & die Mercurij fuisset sen-
tentia lata in domo: quia ex quo sententiæ non feruntur, nisi cum causæ cognitione, quòd tunc citatio intelligebatur ad primum diem in Rota.

EPITOME.

Articuli super execrabilitate in materia spolij an sint admittendi.

SVMMARIA.

1 *Articuli super execrabilitate non sunt in spolio admittendi.*
2 *Ex probatis non ex probandis resolutio impeditur.*

DECISIO LXXIIII.

IN vna Columbrien. Parochialis de Pamacera coram Dom. Thoma quarta Februarij 1541. fuit
1 resolutom, quòd † articuli super execrabilitate in
2 materia spolij non essent admittendi: quia † ex pro-
batis non ex probandis resolutio impeditur, capitulo cùm super. de causa possess. & propriet. & Oldradus consilio 227. incipit de toto themate. Rota decisione octaua. de restitutione spoliatorum. in nouel. in vltima additione. & vide quæ ibi posuit Sarneu. vbi dixit quòd in illa Gienen. de qua meminit ipse in regula de annali, quæstione secunda. execrabilitas erat probanda.

EPITOME.

Vbi in executione Citationis dicitur quod nil omittatur de specialibus verbis, quando prosit.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio & citatio originalis tempore diuinorum ad valuas affixa & postea amota, dimissaque copia non valeat.*

IN vna Legionen. Parochialis de Carrecalez, quam
proposui septimo Februarij 1541. fuerat facta
1 † executio in Cathedrali ad valuas tempore diui-
norum, & affixa citatio originalis, posteà amota, & dimissa copia, & quia non dicebatur, qood esset facta tempore diuinorum, Domini dixerunt, quòd executio non valeret. Tamen quia nominatus in dicta executione in finalibus verbis dicebat, quòd citatio esset bona, & benè executa, cùm esset tempore diuinorum, etiam si substantiale executionis dimissum esset.

EPITOME.

In antiquissimis primum extremum probatur per testes de auditu à maioribus iuncta fama.

DECISIO LXXVI.

IN vna Placentin. Iurisdictionis castrorum pro Dom. Camerariatio contra Comites de Rubeis prima februarij 1541. fuit conclusum qood primum extremum in spolio in antiquissimis, puta in materia excedente centum annos, probaretur per testes, qui deponebant audiuisse se à patribus eorum, qui audierant à maioribus suis, quòd monasterium fuerat Camerario commendatum, processerat contra loca & oppida maximè coniuncta, eo quòd dicebatur, quòd ista publicè audiuit: quia in istis antiquissimis testes de auditu iuncta fama probant, c. licet ex quadam. de test. & ibi Dd.

do voluerit relinquere cum vniuersitate bonorum ad
personā quæ de necessitate instā importat hęredis in-
stitutionem, vt per Abb. & ibi Guliel. Benedict. in c.
Raynutius. de testa. Ergo dicēdum est quod titulo in
stitutionis omnia Portiæ relinquere voluerit, nec ob
stat, quòd extremo dicebatur ꝙ ex quo testatrix vsa
5 fuerit † verbo relinquo, quod erat cōmune & pote-
rat trahi ad directam & obliquā institutionem, ꝙ si nō
poterat valere iure directo, quòd valeret saltem obli-
quo vt testator videtur facere modum omni meliori
modo, quo poterat ad l. 1. ff. de testā. mil. quia respon
6 sum fuit, ꝙ illud † erat verū nisi impugnaret cōtrarię
voluntati testatoris: quia apparebat, vt superius dixi,
ꝙ testatrix volebat omninò priuare filias alias, & totū
Portiæ relinquere vnde diceremus vt opus substinere
remus ꝙ si nō poterat valere iure testamēti quod vale-
ret iure Codicillorū. Certū est ꝙ aliæ filię nō fuissent
exclusæ ab aliqua parte hæreditatis matris ꝙ est cōtra
volūtatē matris: ergo de necessitate est cōcludēdū, ꝙ
illa testari voluerunt, non codicillari, & quia iure te-
stamenti non valebat, neq; valeret iure Codicillorū,
valeret vt valere posset. Et istam partem maior pars
7 Dominorum fuit amplexa maximè quia † agebatur
inter filias, & inducceretur inæqualitas inter eas, dice-
8 batur, quòd † quando casus fuisset dubius, debebat
contra dispositionem matris interpretari.

EPITOME.

Gratia subreptitia præstat titulum coloratum.

DECISIO LXXX.

IN vna Bononien. Capellæ S. Lazari coram D. Mace-
raten. fuit resolutum 8. Ianuarij, 1541. ꝙ gratia subre-
ptitia præstaret titulum coloratum, facit decis. 14. de
caus. poss. & propriet. in antiq. prout dicit Felin. in c.
in nostra. in 2. correl. de rescript. in spolio & clausula,
etiam si in corpore iuris clausula resultet, caperet va-
cationem apud sedem, prout etiā erat dictum in vna
Bellicen. coram D. Marsicano.

EPITOME.

Priuilegium Paraphernariorum quòd non teneantur ad diligentias, quomodo intellectum.

SVMMARIA.

1 *Paraphernarij ad diligentias non tenentur.*
2 *Absente Papa: an paraphernarius habens gratiam ad acceptandum teneatur ad aliquot dies acceptare.*
3 *Priuilegium durante concessum absentia, cessante ea cessabit & istud.*
4 *Ius semel in absentia Pontificis ex gratia quæsitum, per aduentum eius non tollitur.*
5 *Nocere est contra mentem priuilegii.*

DECISIO LXXXI.

COram D. Marsicano in vna Terraconen. canoni
catus & pręben. in qua erat productum priuile-
gium paraphernariorum Pauli III. in quo dicebatur,
1 quòd † Paraphernarij nō teneantur ad diligentias, vi
delicet acceptationem publicationē durante absentia
Pontificis: sed perinde est, ac si acceptasset, & aliæ dili
2 gentię factæ fuissent: dubitabatur an † ex quo Papa
fuerat absens per 27. dies an Paraphernarius habens
gratiam ad acceptandum, saltem teneretur acceptare
in aliquibus diebus remanentibus, videbatur ꝙ sic,
3 quia ex quo priuilegium † erat concessum durante
absentia, cessante ea debebat cessare priuilegium, & si
essent elapsi 27. dies, tamen acceptatio, & alia erant
facienda infra 25. dies extantes. Contrarium fuit reso
4 lutum 28. Februarii 1541. quia ex quo durāte absentia
perinde est, ac si diligentiæ essent factæ ius † semel in
absentia à Paraphernariorum quæsitum non poterat
per aduentum Pontificis tolli: item quia aliàs retor-
queretur in odium, quia si alius expectans acceptasset
per duos vel tres dies antea, quòd si iste teneretur ac-
ceptare intra 25. aut 26. dies, quòd prior acceptans ei
præferretur tanquàm diligētior, & sic absentia pōtifi
5 cis Paraphernario noceret † quod est contra men-
tem priuilegij.

EPITOME.

Petitorium quo casu absorbeat possessorium.

SVMMARIA.

1 *Quo casu petitorium absorbeat possessorium: & executio licet sententia super possessorio in iudicatum transiuisset, non sit facienda.*
2 *Iudex qui de vtroque cognouit, de vtroque simul pronunciabit.*
3 *In possessorio prior est pronunciatio, in proprietate prior executio.*

DECISIO LXXXII.

IN vna Sabinen. coram D. Aquen. inter Octauium
Vrsinum & Felicem de Vrsinis ex alia, quoniam in
vna & eadem sententia continebatur cōdemnatio in
spolio, in fauorem duarum sororum super certis ca-
stris. & statim illa castra cum aliis castris adiudicaban
tur spectare ad dictum Vrsinū, die 22. Februarii 1541.
1 fuit resolutum, quòd petitorium † absorberet posses-
sorium, & quòd executio, licet sententia super posses
sorio transiuisset in iudicatum, non erat facienda, per
tex. in c. cùm dilectus. vbi glo. & Ed. de cau. poss. &
propriet. vbi Dd. dicunt, quòd isto casu, licet † iudex,
2 qui cognouit, super vtroque debeat pronunciare, &
sic condemnare ad restitutionem fructuum in execu-
3 tionem talis sententia tamen in possessorio sit qualit†
ventosa, & inanis propter proprietatem præualētem
in executione, quamuis in pronunciatione prior sit
possessio. d. c. cùm dilectus.

EPITOME.

Ius superueniens post commissionem causæ potest canonizari.

SVMMARIA.

1 *Ius superueniens post commissionem causæ qui canonizetur.*
2 *Commissiones causarum non suffragantur literis non expeditis & intra quod tempus expedir. debeant.*
3 *In beneficialibus ius quod non solum ratione commissionis*

eam probare.

EPITOME.

Citatio commissa cuicunque Clerico Tabellioni Notario, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *An possit Clerico committi citatio, & quomodo. & numer.3.*
2 *Coniuncta pro disiunct.s accipi qui præsumatur.*

DECISIO LXXXVI.

IN vna Columbricn.de Pennatora coram D.Thoma fuit dictum 9. Martij 1541. quòd † citatio
1 commissa cuicunque Clerico tabellioni notario potest exequi per Clericum, solùm dato, quòd non
2 esset tabellio: & dictum, quòd illa † solum intelligebantur distributiuè, non autem copulatiuè, iuxta not. in l. sępè ita, ff. de verb. signifi. vt probatur per
3 testes, quòd in illis partibus † erat stilus, quòd citationes committebantur Clerico, & exequebantur: & tales exequutiones factę coram duobus testibus faciebant fidem: ita quòd stante hoc, quòd credebatur in partibus illis citationibus factis per Clericos, Rota tenet, quòd illa verba intelligebantur distributiuè: cùm possit illa clausula qualibet in parte verificari.

EPITOME.

Ad impetrandum beneficium c. peruenit de fideiuss. requiritur speciale mandatum.

SVMMARIA.

1 *C. peruenit. de fideiuss. vt impetretur, quid requiratur.*
2 *Paupertas non opus habet probatione.*
3 *Procurator pro principali de rato spondens se, si obligationem principalis non ratificauerit, debitum soluturum, cautione data audietur.*

DECISIO LXXXVII.

FVit conclusum in vna Terraconen. Prioratus S. Michaelis, coram D. Io. Paulo 9. Martii, 1541.
1 quòd ad † impetrandum beneficium c. peruenit. de fideiuss. pro Monasterio Grandimonten. contra Capellanum de Tudela requirèbatur speciale mandatum, per not. per Bart. in l. filius familias, col. tertia. vers. dic ergò quoniam sequitur. ff. de
2 donat. Et quia † non probatur paupertas, fuit tamen dictum pro maiori parte, quòd ex quo
3 procurator † promiserat de rato pro principali suo, vt in obligatione facta in euentum, in quem principalis non ratificaret, quòd solueret debitum, dando cautionem banchariam, quòd admitteretur.

EPITOME.

An constitutio loquens de persona extendatur ad Capitulum.

SVMMARIA.

1 *Constitutio loquens de singulari, an quoque ad vniuersitatē possit extendi. & nu. 5. 8.*
2 *Prima charitas incipit a seipso.*
3 *Sub particularium nomine quando in materia fauorabili comprehenditur vniuersitas. & nu. 7.*
4 *Constitutio puniens delicta est fauorabilis. & quare.*
6 *Statutum, quod est contra ius cōmune strictè est intelligendum.*
9 *In quum est quemquam in propria causa esse iudicem.*
10 *Persona loquentis non comprehenditur in generali sermone.*

DECISIO LXXXVIII.

ERat constitutio facta per Capitulum ecclesiæ Carthaginen. quòd si aliquę contentiones iniuriosę orirentur inter aliquos de suo Capitulo, quòd duo vel tres ex antiquioribus Canonicis tenerentur expensas refacere satisfacere iniuriato: & si aliqua partium erat rebellis, & nollet obedire mandato, pœna imponeretur, quę ipsis videretur, & illi tenerentur eam seruare, & ab ea non appellare, & Capitulum faceret executionem tam pœnæ, quam mandati. Dubitaui de mense Martii 1541. quia coram me prædicta causa Carthaginen. spolij inter Thesaurarium ex vna, & Capitulum ex alia pendebat, an prædicta constitutio facta per Capitulum comprehenderet casum, vbi Capitularis persona prætenditur deliquisse contra Capitulum. Dice-
1 batur † quoque spectare eam ad vniuersitatem, quoniam verisimile est, statuentes, dum disponerent, si interrogati fuissent, ita respondissent, iuxt. vulg. glo. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. per Alex. consl. 119. nec arguendi sumus. col. 9. & seq. vers. ad certum argumentum, vol. secundo. quod & sentit Dominic. in c. in multis. col. 22. in fi. vers. sed isti prætensi. de rescriptis. in 6. Et sic constituendo voluerunt emendare damna particularibus in-
2 ferenda, quantò magis Capitulo: cùm † prima cha-
3 ritas incipiat à seipso. Item, in materia fauorabili sub † nomine particularium comprehenditur vniuersitas, seu Capitulum, ad not. per Feli. in c. cum te. col. 2. vers. quarto. declara. de rescriptis. Materia
4 autem † constitutionis est fauorabilis, cùm puniat delicta, & intendat ponere pacem & quietem, qua nihil dulcius, vt in Auth. omnes nobis, vt iudic. sine quoquo suffragio fiant. in prin. in nouel. 8. & in authen. omnibus. vt non luxurient homin. contra naturam. nouel. 77. in prin. & in authen. semper. de quæ-
5 stor. nouel. 80. His tamen non obstan. fuit † resolutū contrarium: quia constitutio contra ius commune, vt iurisdictio pertineat ad Episcopum cum consilio Capituli, vt in c. nouit. de his quę fiunt à pręlat. & in c. non est. de constit. in 6. tamen quia per constitutionem remouebatur largior appellatio, & in materia
6 † strictè intelligenda, vt in statuto: quod est contra ius commune, in quo † appellatione personæ non comprehenditur Vniuersitas, & corpus Collegii, Bald. in rubric. C. ad Trebell. Roma. consil. 400. & consil. 936. At verò constitutio loquitur apertè de singularibus, dum dicit, inter aliquos de nostris socijs: Et ideò constitutio † loquens de conueniendis homini-

hominibus de tali religione, non intelligebatur de Collegio, sed de singulis: cùm alij sunt singuli, alii vniuersi, vt per Felin. in d.c. cùm te. col. 2, de rescriptis. Item & quando agitur contra Capitulum, est pars, & habet interesse, & constitutio etiam vult, quòd contra nolentes parere cum duobus vel tribus Canonicis Capitulum faciat executionem. & ideò ratione euitandi absurdi non debet intelligi, quòd Capitu
9 lum læditur: cùm sit valdè † iniquum. quod in causa sua quis iudicet. l. vnica. C. ne quis in causa sua. Et vbi etiam de iure communi per ordinarium requirendum est in causa Canonicorum consilium Capituli tenuit non procedere, si ageretur contra Capitulum vel capitulares, maximè ratione consanguinitatis, vel ex alia causa, vt per Hostien in sum. de his quæ fiunt à prelat. sine consen. cap. §. in quibus consilium. prope fin & Villard. in c. edocen de rescript. col. octaua versi. omittitur in expectand. vbi adducit rub, & Abb. in c. nouit. de his quæ fiunt à
10 prælat. sine consen. capit. Accedit † etiam, quòd persona loquentis, & si Capitulum faceret constitutionem, non comprehenditur in generali sermone. l. inquisitio. C. de solut. & pro ista parte fuit facta resolutio.

EPITOME.

Clausula, quorum tenores. derogat priuilegiis Auditorum.

SVMMARIA.

1 *Clausula, quorum tenores, an priuilegijs aliorum, quibus cautum est ipsis non nisi accedente eorum consensu posse derogari, deroget. & nu. 2.*

DECISIO LXXXIX.

Coram D. Verallo in vna Lucan. Canonicatus & Præbendę pro Ioan. Baptista de Bernardis cõtra D. Syluestrum Decanum nostrum, fuit resolutũ, quòd clausula derogatoria apposita in gratiam Ioãnis, in qua dicebatur, quòd præferendus esset auditoribus Rotæ & aliis officialibus, non obstanti. priuilegiis eorum collegiorum, quorum tenores &c. per ta-
1 lem † clausulam, quorum tenores, esset derogatum priuilegiis multorum, in quibus caueretur, quod illis non posset derogari, nisi expresse eorum inueniretur consensus. Quoniam propter clausulam, quorum tenores: poterant omnia in priuilegiis concessa extendi & aliis derogare. Benè verum est, quòd dicebant Domini, quò si fuisset dictum, Non obstanti. priuilegiis
2 concessis quibusuis. † quòd sic illa dictione generali, quibusuis, non censeretur derogatum priuilegiis Auditorum, vt per Rom. consi. 436. sed quia dicebatur, non ostanti, priuilegiis Auditoribus &c. in specie poterãt priuilegia auditoribus concessa extendi. Et ista resolutio fuit facta de mense Martii, 1541.

EPITOME.

Clausula, dummodò non sit alteri ius quæsitum, quomodo accipiatur.

SVMMARIA.

1 *Gratia habens hanc clausulam, dummodo ius non sit alteri quæsitum, non suspendit priorem gratiam. & nume. 5.*
2 *Collatio beneficii vacatur quando tribuit ius ad rem non in re.*
3 *Verba illa, plenum ius, in vacaturo beneficio conferendo non verè, sed fictè inserta esse intelliguntur.*
4 *Ius in re ante factum non quæritur.*

DECISIO XC.

Et † quia in gratia Ioannis Baptistæ posteriori dicebatur, dummodo non sit alteri ius quęsitum, & in gratia D. Syluestri facta, puta, quia erat creatus in canonicum cum expresione præbende, quam ex nũc prout extunc, sibi conferebat, itaque sibi esset ius quæsitum & solum per perceptionem fructuum expectaret, An regula de non tollendo iure quæsito gaudere dicatur. Ex quo itaque Papa conferebat ipsi ex nunc, dicebatur Domino Syluestro ius quæsitum, & tantò magis, cùm Papa vlterius processisset, volendo, quòd esset plenè ius quęsitum, & posset gaudere regula, de non tollendo iure quæsito. Cùm ergò gratia Ioannis
1 Baptistæ esset limitata per illam † clausulam, dummodò alteri, dicebant Domini quòd gratia Ioannis Baptistę non suspendebat gratiam Domini Syluestri, licet gratia Ioannis esset posterior, & cum derogatione priuilegiorum Auditorum iuramento, & quòd non solum ius quæsitum in re censeretur esse præsumendum, sed ius quæsitum ad rem: & illud ius est in consideratione, vt per Sarnens. regul. de non tollendo iure quæsito. q. Papa. num. 21. Istis non obstan. fuit resolutum contrarium de eodem mense Martij, & tentum per ea quę dicit Dominic. in c. fin. In prin-
2 cip. de conceß. prębend. in 6. dum dicit, quòd † semper de mente Iulij, quando reuocat gratias, remanet ius quęsitum, ad eum modum collatio beneficij vacaturi tribuit ius ad rem, non autem in re, vt per Dominic. & Franc. in c. final. §. final. de concesio. præbend. in 6. Ergò sic tali reuocatione vel suspensione venit tale ius quæsitum. Item & secundò collatio beneficii ante acceptationem non tribuit ius in re, sed ad rem, Dominic. & Franc. in d. c. fin. §. fin. ergo venit sub re-
3 uocatione. Non obstat, quòd † in gratia sint illa verba plenum ius, nam fictè, & per priuilegium, non autem verè inserta intelliguntur: quod patet, quia si essent verè, sequeretur, quod duo in eodem haberent eodẽ tempore ius in re: non autem ante vacationẽ ille, qui
4 tenet beneficium, habet ius in re. Patet † ex eo, quod collatio fiebat in euentum acceptationis, & sic requiritur factum secuto illo facto, non retrahitur in preiudicium alterius: & ante illud factum non potest esse ius quæsitum in re. Et idem sępè dictum fuit in Rota, pro qua dictum fuit facete decisi. 10. de præbend. in nou. & consil. Rom. 256. de quo per Felin. in c. su-
5 per literis. column. 7. & 8. de rescriptis. vbi † clausula, dummodò alteri ius quæsitum, intelligitur de iure quæsito quo ad canonizationẽ dicebatur quòd ius illud ex verbis non est conditionale ad rem, eo quòd de eo debebat fieri mentio, ad decisi. Rotæ 26. aliàs 445. de præbẽdis. in noui. & tenet Staphyl. in tractatu de lit. gratię & iustitiæ. fol. 8. in prima forma gratiæ expectatiuæ. Et quia etiam gratia Ioannis Baptistę erat clausula, quę communiter solet apponi, videlicet etiam si aliqui in Canonicos sint recepti, ex qua (secundum quod dicit Fran. in c. postquam. de præbend. in 6.) tollit ius ad rem. & facit decisi. Rotæ 224. in no.

EPITOME.

Error iuris præstat causam præscribendi de iure Canonico spacio longissimi temporis.

Summa-

SVMMARIA.

1 *Spurius nulliter legitimatus an posit succedere patri, & ius præscriptionis interrumpere.*
2 *Legitimatio facta in terris Ecclesiæ à Cæsare aut eius Palatino est nulla.*
3 *Error iuris an & quomodo causam præscribendi spatio longissimi temporis præstet.*
4 *Aliud est errare ignorando ius commune, & aliud errare in iure ignorando communem opinionem.*

DECISIO XCI.

COram Do. Verrallo de mense Martij, 1541. fuit
resolutum, quòd licet spurio resistat ius commu
ne ad succedendum patri suo, ita vt spatio longissimi
1 temporis succedere non posit: tamen si † spurius fo-
ret legitimatus, & nulliter, vt erat in casu illo, quia le-
2 gitimatio † erat facta per Comitem Palatinum Cęsa-
ris in ciuitate Bononiensi, & sic iuris Ecclesiæ, & sic
legitimatio est nulla, vt per Ferrat. secundum com-
munem opinionē, cautela apparet, si errauit spurius
3 in iure, tamen fuit dictum, † quòd error iuris pręstat
iustam causam præscribendi de iure Canonico spatio
longissimi temporis: non pronuntiatur nisi de bona
fide. secundum gloss. in c. 1. de rescript. Paulus de Cast.
in l. Celsus. & ibi Baldus in tractat. de rescriptis. in 4.
parte quartæ partis princip. q. 18. & remissiuè in l.
Celsus. in 2. not. in 2. colu. versicul. quod facit ad quę
stio. Nec est verum, quòd ex quo iste spurius nulli-
ter legitimatus, puta per Cęsarem in terris Ecclesiæ,
qui errauit in iure, credens valere, quòd ex hoc dica
4 tur ei resistere ius commune: quòd † aliud est, quòd
quis erret in iure, ignorando communem opinionē:
& aliud est, quòd alicui resistat ius cōmune, per not.
per Alexand. & Ias. in l. cùm prælatus. ff. de re iudic.
vbi sententia lata contra ius commune. Et fuit facta
resolutio in vna Bononiens. hęreditatis de Papazoni
bus pro Horat. contra Antonium Mariam.

EPITOME.

An in eadem Diœcesi possint acceptari duo beneficia, ordinario contradicente, stante priuilegio. Vide Cassad. decis. 3. & 2. de concess. præbend.

SVMMARIA.

1 *An priuilegium huic concessum, cùm alteri communicatur, idem operetur atque id, ad quod extenditur & num. 4.*
2 *Acceptatio gratiæ secundum suam interpretationem fieri debet.*
3 *An habens gratiam expectatiuam in mensibus Apostolicis posit acceptare beneficium vacans in mense ordinarii.*

DECISIO XCII.

DE eodem mense Martij, 1541. dubitauit D. Mar-
sicanus ex quo parafrenarius Pauli habebat gra
tiam in Calaguritan. ordinario contradicente, ex quo
1 de illo prouiderat: & dubium faciebat, quia † parafre
narius habebat priuilegium Pauli, quòd omnia priui-
legia & gratiæ concessæ per Clementem essent com-
municatæ parafrenariis Pauli: sed dicebatur, quod pa
rafrenarii Clementis habebant gratias suas ad tres, &
dicebatur ad vnum, duo, tria, & tot: & sic cùm daren-
tur in tribus collationibus. vltra tria ergò erat per Cle
mentem concessum, vt sui parafrenarii poterant in v-
na diœcesi duo beneficia acceptare: & sicuti poterant
parafrenarii Clementis, ita etiam potuissent Pauli: ta-
men hoc non obstante, de eodem mense, 1541. fuit de
2 terminatum contrarium, quia † ex quo vigore gratię
antiquę erat concessa in duabus diœcesibus, & ibi e-
rat facta acceptatio, debebat fieri talis acceptatio, se-
cundum quod de iure illa gratia erat sortita suam in-
terpretationē, scilicet, vt vnum expectaret beneficiū
3 diœceseos ordinario reclamante. Non obstat † etiam
communicatio gratiarum, quia dicebatur, quod tunc
verum erat, quòd virtute commissionis poterant pa-
rafrenarii Pauli expedire tales gratias, quas expediue
rant parafrenarii Clementis, si in casu isto non erat
expedita gratia ad duas collationes, quòd per hoc nō
poterat vltra tenorem illius gratiæ acceptare. Et pro
ista parte 8. Martii eiusdem anni fuit similis quęstio
determinata coram D. Ioāne Paulo in vna Salutiarū
Cantorię pro Gasparo Capharello, contra Iosephum
de Spaldis, & Ioānem de Ferratis. Nam habebat para
4 frenarius Pauli gratiam † expectatiuam in mensibus
Apostolicis, vigore cuius volebat, potuisse acceptare
beneficiū vacans in mense ordinarij, & quòd parafre-
narii Clementis habebant gratias suas etiam in men-
sibus ordinariis. Et propter communicationem gra-
tiarum volebat capere beneficium vacans in mense
ordinarii. Fuit resolutum, vt supra, quòd ex quo acce
ptatio vigore certæ gratię fuerat restricta ad menses
Apostolicos, quod ipsi non poterant acceptare in mē
se ordinarii, & si volebāt vti gratia Clemētis commu
nicata, quòd eam debebant expedire, & vigore illius
acceptare.

EPITOME.

Statutum Vrbis de creditoribus negligentibus petere debitum per 18. annos, exceptis dotalibus, vtrum habeat locum in fructibus debitis ex causa non solutæ dotis.

SVMMARIA.

1 *Dote per statutum excepta, an quoque censeantur dotales fructus ob non solutam dotem exempti.*
2 *Vt dos petitur ratione de dote, ita & fructus dotis, tanquā augentes dotem.*
3 *Sublata actione censentur etiam sublata accessoria, & cōtra, num. 11.*
4 *Licet dos ex parte vxoris dicatur ius vniuersale, ex parte tamen mariti non item.*
5 *Fructus dotales non conuertuntur in dotem.*
6 *An fructus ob non solutam dotem competentes possint peti actione de dote, an officio iudicis & nu. 13.*
7 *Fructus qui debentur marito constante matrimonio nec augent nec conuertuntur in dotem.*
8 *Fructus qui debentur ex dote post mortem, dicuntur actiones de dote officio iudicis. & quare nu. 9.*
10 *Statutum de casu ad casum in materia odiosa non extenditur de iure.*
12 *Petitio interesse dotis est odiosa in c. salubriter. de vsur.*

DECISIO XCIII.

CAuetur statuto vrbis, quòd si creditor fuerit negli
gēs in petēdo debitum ex mutui, depositi, vel cu-
iuscunque rei causa per 18. annos, non audiatur vl-
terius: sed sibi efficaciter obstet præscriptio tempo-
ris prælibati, exceptis dotibus & donationibus pro-
pter nuptias: fuit dubitatum, an huiusmodi statutum
excipiens dotem, dicatur etiam excepisse fructus, qui
debentur marito ex causa non solutę dotis, sicuti ex
causa, quæ tunc ventilabatur coram Dom. Marsica-
no

no ue mēſe Martij,1541.fuerat maritus ſtipulatus ſibi
dotem ſolui vnà cum fructibns ad rationem ſeptem
annorum cum dimidio,iuxta formam ſtatuti vrbis:&
pater vxoris dederat ſeu hypothecauerat omnia bona
1 ſua &inter alia quoddā Caſale,dubitabatur,an† ſicuti
in ſtatuto excipiebatur à præſcriptione 18.ano.dos ip
ſa,etiā cēſerētur excepti ſructus,qui deberētur marito
ex cauſa nō ſolutæ dotis. Et diecbatur pro parte mariti,
q ſic,per text.in l.ſi marito,§.ſin autē.ff.ſoluto matri-
2 monio. Vbi ſicuti† dos petitur ratione de dote, ita &
ſructus dotis,tanquam augeant dotem,vt ibi dicitur.
Sic ergò in eadem ratione eadem ſit diſciplinà,vt po
ſita ſeu cōſeruata ſit hic etiam actio quoadfructus. Et
pro i ta adducebantur multa generalia,quòd ſublatá
actione cenſeantur etiam ſublata acceſſoria. Tamēhis
non obſtantibus,de menſe Martij cauſa poſita per D.
Marſicanum,ſuit tentum contrarium per maiorēpar-
3 tem Dominorum, quòd licet ſtatutum † ab illa pręſ-
ſcriptione præſeruat dotem,non tamen cenſetur præ-
ſeruare fructus,per ea quæ dicit Alex.in d.l.ſi marito.
4 §.fin.ff.ſolut.matrim.vbi voluit, q † licèt dos ex par
te vxoris dicatur ius vniuerſale,tamen ex parte mari-
5 ti non. Item quòd† fructus,qui percipiuntur ante ma
trimonium,ſeu ſoluto matrimonio , dicuntur augere
dotem,prout dicit Alex.in d.§. final.non dicuntur tā
les fructus conuerti in dotem,prout dicitur in l.dotis
6 fructus.ff.de iure dotium. Licet ergò tales fructus †
poſsint peti actione de dote,vt dicit Alex.in d.l.ſi ma
7 rito.§.fin.illud ideò eſt,† quia ſicuti fructus naturales
etiam cōuertuntur in dotē,vel ſaltem cauſam augent
dotis: Frnctus autem,qui debentur marito, cōſtante
matrimonio,nō augent dotē,nec cōuertūtur in dotē,
8 vt dicit Alex.in d.l.dotis fructus.Immò † cùm debeā
tur poſt moram,dicuntur actiooes de dote,ſed officio
iudicis,vt dicit Alex.in d.l.ſi maritus.§.final.poſt Bal.
& Anchar.ibi.& Bald.in l.final.ff.pro ſocio.l.fin.C.de
9 iure dot.Cùm ergò† iſtę actiones odioſę ſint & non
naturales,vt dicit Alexan.in d.l.ſi marito.§.final.ideò
non debētur actiooe de dote,ſed officio iudicis,cùm
10 de iure habeant, quòd † ſtatutum non extendatur de
caſu ad caſum: Tantò magis erat dicendum de caſu
fauorabili ad caſum odioſum non fieri extenſionem,
vt eſt iſte caſus iſtorum fructuum. Non obſtat, quòd
11 dicebatur,quia† diſpoſitio loquens de principali extē
ditur ad acceſſorium:quia illud habet locum,vbi etiā
eſt eadem ratio in principali , & in acceſſorio , vt
per Deci.in l.cùm principalis.ff. de regul. iur. Cùm
autem diſpoſitio reſpectu preſeruationis dotis ſit fa-
uorabilis,non debet extendi ad fructus, qui eſt caſus
odioſus. Et quòd etiam in caſu c.ſalubriter.de vſor.
12 petitio† illius intereſſe ſit odioſa,tenet Alciat. in tra-
cta.preſumpt pagin.133.cum tribus ſequentib.pagin.
not.Ripa in d.l.ſi marito.§.fioal.qui tenet qoòd fru-
ctus,qui debentur actione ex dote, petantur officio
iudicis,& idem videtur tenere Bal.in Nouel.2.19.61.
91.illud non affirmat,ſed videantur ea, quę dicit ipſe
in d.ſecunda part columna.5.vbi nihil affirmat, ſed re
mittit ſe ad not.per Bartol.& Petr.in l.final.§. præter
eà. C. de iure dot. vbi illi tenent contrarium , quòd
13 immò† illi fructus petuntur officio iudicis : & id te-
net Petr.Bald.& Alex.in d.l.ſi marito. §. fin. ff. ſolut.
matrim.

EPITOME.

Facultas data vicario per Epiſcopum conferendi omnia be
neficia,etiam quæ Epiſcopus habet in perſonam ſuam,præſtat
quoque facultatem prouidendi.

SVMMARIA.

1 *An vicarius, cui Epiſcopus facultatem dedit omnia be-
neficia conferendi,facta tacita renunciatione poſſit de be-
neficio commendato in fauorem alicuius diſponere. &
nu.3.*

2 *An renūciatio beneficij valeat ſine ſuperioris authoritate,
remiſſiuè,vide gl.in c.ex ore.de his quæ fi.à maio.p r. ca-
pit.*

4 *Renunciatio non in vicarij ſed ſuperioris manibus debet
fieri.*

DECISIO XCIIII.

FVit tentum in vna Salamantin.de Palatios Riuios
pro Ioanne Solano contra Petrum Marti-
nea,quòd Epiſcopus Salamantin. qui dedit Vicario
ſuo poteſtatem conferendi omnia beneficia; de quia
bus ipſe poterat prouidere,tam authoritate Apoſtoli
ca quàm ordinaria;& de his, quæ ipſe Epiſcopus ha-
bebat in perſonam ſuam,intelligitur dediſſe facnlta-
tem prouidendi:dum tamen ipſe Epiſcopus cederet
1 pro beneficiis,ſeu Commenda beneficii , in manibus
ſuperioris,quæ ſint in expreſſa renuntiatione , itaetiā
in tacita renunciatione,quo ad præiudicium ſuperio
ris,iuxta communem opinionem ſecundùm Imol.re-
probantem gloſſ.ibi in c.ex ore.in verbo, renunciaſ-
ſe.de his quę fiunt à maiori parte capit.vnde cùm hic
tractaretur de præiudicio ſuperioris,videtur noluiſſe
Epiſcopatum Salamantin. liberare à vinculo Com-
2 mendæ.dictom eſt,quòd† talis renunciatio non pote-
rat quantumcumque tacitè fieri,niſi in manibus ſupe
rioris:ſi ergò renunciatio non erat facta, ſequitur, q
3 Vicarius† nou poterat diſponere de beneficio com-
mendato in fauorem ipſius:nec aliquid faciebat dicta
clauſula poſita in commenda:quia dicebatur Domini
4 quòd intelligebatur† in manibus ſuperioris,nō enim
poterat in manibus Vicarij ſui cedere , quia erat in
manibus propriis cedere,cùm ipſius & Vicarii idem
ſit tribunal.c.Roma.de appell in 6.& c.2.de conſuet.
in 6.& fuit facta reſolutio de menſe Martij 1541.

EPITOME.

Facultas abſoluendi conceſſa in mari magno fratribus Præ-
dicatoribus abſoluendi fratres ſui ordinis à cenſuris,intelligitur
in foro pœnitentiali,& non tribuit abſolutionem in foro conten
tioſo.

DECISIO XCV.

DE menſe Martii,1541.coram D.Io.Paulo in vna
Valentin.nullitatis profeſsionis inter Moniales
S.Catharinæ de Senis ciuitatis Valētin.& Beatricē aſ
ſertā profeſſam monialē ex altera,ſuit tentū q facul-
tas conceſſa in mari magno fratribus Predicatoribus
abſoluēdi fratres ſui ordinis à cenſuris, de iure com-
muni intelligeretur de foro pœnitentiali, per extra-
uag. ſuper cathedram. & in extrauag.Sixtus Epiſco-
pus. §. per hoc tamen. & in Clem. dudum §. ſi ve-
rò

rò.vbi dicit Bonifa.quòd ex eo,quòd concedit fratri-
bus prædicatoribus & Minoribus facultatem absol-
uendi,& pœnitentiam iniungendi, per hoc non inten
dit fratribus potestatem impendere ampliorem,quàm
Curatis vel parrochianis sacerdotibus est à iure con-
cessi. Et ex eo,quòd constat,quòd concedendo facul
tatem ipsis fratribus, tantum concedit in foro pœni-
tentiali,prout sentit Ioann.Monach.in gloss. magna.
versicul.sed quæ est ita potestas sentit, quòd potestas
data Curatis, tantum est in foro pœnitentiali , prout
ita sensit Abb.in c. Deus qui.in 3. not.de pœniten. &
remiss.& ad idem est tex.in Clemen.dudum.in §.si ve
rò.de sepult.& ibi Cardin. 9.q. & ibi Abb.in d.c.du-
dum.colum.penult.versic.secundum.& ita procedunt
de iure communi: sed quia in dicto prin. erant nõulla
verba,per quæ cõprehendebatur,quòd plus erat con-
cessa facultas absoluendi in foro pœnitentiali , quàm
contentioso , fuit per maiorem partem Dominorum
conclusum,quod ex forma priuilegij daretur etiam fa
cultas absoluendi in foro contentioso,& sic rehabili-
tandi à suspensione,de qua in c.non solùm.de regula-
ribus.in 6.

EPITOME.

Tacitè admissus ad causam,quinam quis censeatur.

SVMMARIA.

1 *Citatis ad causam omnibus , quorum interest , cùm vnus sua interesse allegans,ad causam venit,antequam admittatur summariè id probare tenetur.& nu.5.*
2 *Libellans potest libellum suum interpretari.*
3 *Contra eum,qui in executione non nominatur, quando non committatur causa,quamuis in prima commissionis parte contra omnes interesse putantes committatur.& nu.6.*
4 *Index ad instantiam procuratoris alterius decernendi compulsoriales,videtur eum venientem,cuius nomine procurator agit,tacitè admisisse,nec propterea probationem interesse necessariam esse.*
5 *Citatio tùm est æquiuoca veniens ad causam antequam admittatur,sua interesse probabit.*

DECISIO XCVI.

COmmiserat causam Ioannes Clericus Maioric.
contra Ioannem Petrum, & Antooium omnésque alios,sua communiter vel diuisim interesse putantes:& in eadem commissione dicebatur cum potestate citandi Ioannem Petrum,& Antonium,omnésque alios in executione nominandos.commissa causa sic, & habita citatione per Ioannem , Ioannes recessit ad partes relicto mandato contra partes,nominatos,omnesque alios,sua interesse putantes. Venit posteà Franciscus, & citauit procuratorem ad videndum decerni literas compulsoriales , quæ fuerunt decretæ:& Procurator Ioannis in actis videndo extractionẽ iurium, constituit procuratorem principalem suum, & Franciscum Calli,qui posteà citatus in partibus,licèt ipse Ioannes principalis interfuit extractui iurium. Franciscus cum suis,seu eius procurator venit ad Curiam, &per contradictas reportauit sententiam contra Ioannem,quę transiuit in iudicatum,vigore cuius fuit facta executio contra Ioannem. Posteà Ioannes venit ad
1 Curiã,&commisit † causam nullitatis illius sententię,
dicendo,quòd esset nulla,ex eo,ꝙ nõ fuerat admissus ad causam: & casu , quo fuisset tacitè admissus per decretum compulsorialium , debebat prius docuisse de suo interesse.per decis.1.Bisig.de rescrip.& 53.in antiq.& Fel.in c.auditis.col.14.versi.dixit de rescriptis.
2 Item quia † libellans potest libellum suum interpreta-
3 ri.Cùm ergò licèt in prima † parte commissionis causa
sa esset commissa contra omnes interesse putantes,tamen quia posteà restrixit se ad nominandos per eam in executione , & Franciscus non fuisset nominatus, sequitur,quòd contra eum non sit commissa. Item tertiò dicebatur,quod illa citatio , ad videndum decerni compulsoriales,erat generalis & vnita:nam poterat intelligi ad effectum,vt mediantibus compulsorialibus extraherentur & iura:& ipsis habitis posset docere de iure suo,& admitti,velut simpliciter,& per tale decretum compulsorialium esse censeretur tacitè admissus ad dictam causam. Ergò cùm esset generalis & vnita non debebat afficere,ad nota.per Baldum,in l.aut qui alicui.in princip.ff.quod vi aut clam. Istis tamen non obstantib.in vna Maioricens.pro Francisco Aquileia contra Ioannem Calli, 24. Martij, 1541.fuit resolu-
4 tum contrarium,quòd iudex † ad instantiam procura-
toris Francisci decernendo compulsoriales videretur ipsum Franciscum tacitè admisisse , nec erat necessariũ,quod docuisset primò de interesse, quia illud ha-
5 bet † locum,quando commissio mandat,quòd constito de interesse admittatur : sed quia in commissione continebatur causa,simpliciter contra sua interesse putantes principaliter,sufficit,quòd ipse Franciscus diceret sua interesse putare. Et hoc modo respondebatur ad decisi.1.de rescript.& 53.in antiq.quòd illæ decisi.loquuntur,quando causa committitur contra in-
6 teresse putantes. Ita dicebatur quoque , quòd † verba
commissionis , omnésque alios in executione nominandos,noo obstabant,ex quo illa verba erant in parte potestatiua, commissio autem in parte principali erat contra omnes sua interesse putantes. Et ideò dicebant Domini , quòd si commissio in parte principali dixisset,omnes alios sua interesse putantes in exequutione nominandos,quia tunc tantùm causa esset com
7 missa contra nominandos. Non obstat, † quòd ita cita
tio esset æquiuoca,quia dixeruot Domini,quòd illud procederet quoad hoc , antequàm admitteretur esse necessarium,quòd doceat de iure suo:sed quia ipsi tenebant , quod non erat necessarium, illud decretum compulsorialium non poterat intelligi,nisi ex effectu & habitis iuribus posset procedere in causa.

EPITOME.

Clausula sine præiudicio expectantium,& mandata Apostolica prosequentium,quomodo sit accipienda.

SVMMARIA.

1 *An clausula , sine præiudicio expectantium , & mandata Apostolica prosequentium, solùm prædecessoris,an verò successoris quoque gratias præseruat.& nu.3.*
2 *Verbum præsentis temporis : intelligitur de ipsis expectatiuis,quæ sunt in præsenti.*
4 *Gratia futurorum Pontificum, etiam per verba de præsenti,an censeantur præseruata.*
5 *In collatione beneficij vacaturi futurum tempus attenditur.*
6 *Omnes gratia expectatiua quando generaliter censeantur præseruata.*

DECISIO XCVII.

IN vna Lamacen.Canonicatus &præbend.pro Domino Matthæo contra Georgium Goffredi Gerardus ex causa cessionis boni iuris in fauorem Capituli

Virdunensis,fuerat creatus in Canonicum cum expe
ctatiua dictæ præbend.& fuerat facta confirmatio die
creationis per Clementem VII.cum istis verbis & ni
hilominus præbendam vacaturam ex nunc, prout ex-
tunc,cùm vacauerit, conferimus sine præiudicio ex-
pectantium, & mandata Apostolica prosequentium.
1 fuit dubitatumper me,an dicta †clausula solum præ-
seruet gratias ipsius Clementis, vel etiam gratias
successoris. Et pro ista cuiuslibet futuri parte nega-
2 tiua ponderabatur † verbum, prosequentium quod
est præsentis temporis: ergò intelligitur de ipsis ex-
pectatiuis, quæ tunc erant de præsenti. ad l. nomen
filiarum.§.fin.ff.de verb.signifi.Card.in Clemen.quę
de Ecclesiis.de officio Vicarij.q.2.& secundò ex stilo
Pontificis, tantum de præterito & præsenti.& cuili-
3 bet notissimum †est,quòd noluerit intelligere de illis
post mortem suam,de quibus nunquam cogitauit. &
ideò Rom.cōsi.231.dicit,quòd vbi ex pręsumpta men
te disponentis cadit maior affectio:ita dicebatur con
siderandum esse verisimilem mentem disponētis,quia
nunquam censuerat factas gratias præseruare, neque
de illis rationem post mortem habere,& quòd ita in-
terpretatio contineret absurdum,& posteriores in da
ta,& præcipuè successorum Pontificum, præferren-
tur iam creatis in Canonicum. Tamen illis & aliis
rationibus non obstantibus 9. Martij, 1541. maior
pars Dominorum tenuit contrarium,videlicèt,quòd
4 †censerentur etiam præseruari gratiæ futurorũ Pon-
tificum.Fundamentum istius resolutionis fuit, quòd
ex quo collatio fiebat de beneficio futuro,ex quo con
ferebatur in tempus futuri Pontificis,ita etiam & ex-
ceptio, & limitatio. Item & secundò, cùm collatio
5 †conferretur in tempus futurum,illud tempus debe-
bat attendi,& ideo dicebatur non obstare illud de ver
bis præsentis temporis:quia ex quo erant collata in il
lum futurum euentum, debebant intelligi secundum
illud tempus,prout erat decisi.Rotæ 857.& 858.in an-
tiq.Item tertiò,sic per illam clausulam voluit pręser-
6 uare gratias prædecessorum: Et quia Clemens†præ-
seruauit gratias expectatiuas. Apostolicas, & non di-
xit à se concessas, ergò generaliter censetur omnes
gratias expectatiuas præseruare voluisse. Et tandem
post multas & longas informationes,9.Martij,1541.
fuit pronuntiatum pro ista parte.

EPITOME.

Quando causa criminalis sit præiudicialis ciuili.

SVMMARIA.

1 *An pendente lite super hæresi,quæ est criminalis possit agi actione ciuili.& nu.7.*
2 *Causa criminalis absorbet ciuilem.*
3 *Criminalis negotij finis,à sententia lata,initium ciuili quæstioni tribuit.*
4 *Hæreticus canonicus diuisus est à Capitulo.*
5 *Cùm ciuilis intentatur ab vno & criminalis ab altero,criminalis non perimit ciuilem.*
6 *An sufficiat ciuilem intentari à certa persona, & ab vniuersitate criminalem,vt possint hæretico denegari fructus beneficij.*
7 *Quo casu criminalis non supprimat ciuilem.*
8 *L.fin.C.de ord.iud.quomodo intelligatur.*
9 *Quomodo in causa hæreseos criminalis præiudicet ciuili.*
10 *Ratione contingētia & status præiudicat hæretica criminalis ciuili.& nu.12.*
11 *Criminalis de hæresi lata sententia determinat ciuilem.*
13 *Dum de statu controuertitur,reliqua interim silent.*
14 *Præiudicialis causæ titulus determinatur de iure.& nu.16.*
15 *Reus criminis quamuis appellatione pendente non contra accusatores,contra debitores tamen agere potest.*
18 *Hæretica criminalis præiudicat ciuili.*

DECISIO XCVIII.

AGebat Alexander Fouleti Cannnicus Narnien.
contra Capitulum Narnien.vt sibi daret fructus
Canonicatus,& præbendæ,ex quo iusto metu non po
terat residere in Ecclesia Narnien.iuxta tex.& ibi no.
1 in c.1.de cleric.non resid.in 6.cùm esset ipse† Alexan-
der exul factus per regem Poloniæ à suo regno,&per
consequens à sua Ecclesia,& omnia eius bona seque-
strata. Replicabat Capitulum,quòd Alexāder erat Lu
terana hæresi infectus, & super hæresi pendebat iudi-
cium inter Alex.& Fiscum, coram A.C.Et ideò fuit
pręsentata commissio mihi pro parte Capituli, à quo
quærebatur,an causa criminalis esset præiudicialis ci-
uili. Dicebatur pro parte affirmatiua,quòd sic: quia
2 †causa crininalis absorbet ciuilem,Sylua.in l.fi.in gl.
ibi in verbo,euenit.C.de ord.iudi.quæ glo.dicit quod
ita intelligunt ibi Franc.Bart.Bald.Paulus de Cast.&
Salic.Anchar.consi.62.duplici respectu.Primò ratio-
3 ne finis:quia finis†criminalis negotij,à sententia lata,
initium ciuili quæstioni tribuit:item & secundò ra-
tione maioritatis causę ista criminalis est pręiudicia-
lis,prout dicit tex.in d.l.fi.& in l.adulterij.C.ad l.Iul.
de adulter.l.1.C.qui accus.non poss.l.per minorem.&
ibi Bar.ff.de iud.& in Anch.d.cons.62.in casu nostro
causa criminalis absorbebat ciuilem:nam si iudicabi-
4 tur Alexandrum esse hæreticum,tunc erat † diuisus à
Capitulo Narnien.& tunc Capitulum iustè potuit de
negare fructus: cùm causa iusta Alexander illos ami-
serit.sed posset ad istud fundamentum dici, quòd il-
lud quod allegatur, quando causa criminalis absor-
bet ciuilem, quod tunc supersedetur in causa ciuili,
(in not.per Docto.in d.l.fin.)procedit,prout commu
5 niter intelligitur.d.l.fina.licèt†quando ciuilis moue-
tur ab vno,& criminalis mouetur à conuentu,tunc ci
uilem criminalis nō tollat,vt illud l.fi.intelligitur per
Alex.in l.res ciuilis.col.2.circa fi.de procu.Et ita cō-
muniter intelligitur illa lex, vt Dec. dicit in l. edita.
col.14.vers.quinta reg.C.de eden.Non autem proce-
dit,quando certa persona,sed conuentus mouet actio
nem criminalē,nec quando fiscus,qui est tertius,pro-
ut ita dicit Alex.in l.reum criminis.col.2. circa fi.C.
de proc.&Sal.sentit idem in l.vnic.vers.concludenūc
prædicta.col.3.C.quando ciuil.actio crimin.præiud.
& hoc vult etiam Paul.de Cast.cum amplificat.d.l.fi.
6 Itaque†non sufficit, ꝙ ab vno intentatur ciuilis, & à
conuentu criminal.sed etiam oportet,quòd ita crimi-
nalis absorbeat illā ciuilem.& ita si videatur,loquitur
Pet.de Anch.in d.cons.26.Et ideò dicit Pau.de Cast.
7 post Iac.de But.& Bald. quòd†si ego pecuniam mu-
tuauero Titio,&Titius conueniat me super homici-
dio,quia causa criminalis, posito,ꝙ ille esset homici-
da,nō est præiudicialis ciuili, antequā condemnetur,
& publicentur bona.ideò nō facit,ꝙ supersedeatur in
ciuili:etsi Bellan.& Sozin.ibidē dicant, quod est cō-
munis opinio,quod criminalis faciat cessare ciuilem.
siue absorbeat,siue causa cōtingat,siue nō.tamē Ang.
dicit ibidē in d.l.fin.licèt non sint ad inuicē præiudi-
ciales,aut principales,tamen ꝙ de cōsuetudine nō ser
8 uatur,†& ꝙ etiam illa l.fi.intelligatur, quādo crimi-
nalis absorbet ciuilem,non autem quando non pręiu
dicat,tenet Dec.in d.l.edita.col.14.in fi.vers.2.limita.
ibi intelligitur super minore de iud. loqui in causis
annexis

annexis, nõ autem in causis separatis:& stantibus istis
authoritatibus nõ potest decerni, quę istarũ auctoritatum vel opinionum sit cõmunis, quicquid dicat Salic.in d.l.fin.maximè cùm hanc opinionem videatur
tenere gloss.in d l.fin. vers.de crimine. Si ergò in casu
nostro ab illo, contra quem intentatur ciuilis, non intentatur criminalis, quæ absorbet ciuilem, (secundũ
cõmunem opinionẽ, vt dicit Salic.in d.l.final.cùm in
istis duobus casibus loquatur d.l.fi.) sequitur quod,
cum causa non faciat ad casum nostrum, (cùm non
à conuentu intentetur criminalis, sed à tertio, vt dicit
Alex.in d.l reum criminis, colum.2.circa fin.) criminalis super hæresi non faciet cessare ciuilem, sic vt
9 nõ simus, in materia illius l.fi.cùm † alio duplici respectu in casu nostro Criminalis sit prçiudicialis ciuili.
10 Primò, ratione † cõtingentiæ, quia sententia ferẽda
11 super crimine hæresis † habet parere iudiciũ in causa ciuili, iuxta materiã l.fundi.ff. de exceptionib. Et
hoc modo dicitur Criminalis præiudicialis ciuili,
prout considerat Bartol.in l.per minorẽ. ff.de iud in
1.exẽplo. Quòd autem sententia declarãs Alexandrũ
hçreticum, facit fidẽ quo ad omnes & sic præiudicet,
tex.est in l.ingenuum.ff de stat homin.& in c. penult.
12 de re iudic. Item secundò est † præiudicialis quia agi
13 tur de statu. Et † ideò omnis alia causa debet interim
silere, prout dicitur per Bar.in d.l.per minorem. ver.
tertio modo dicitur.& hoc stante quod ista causa criminalis sit præiudicialis, tunc verificantur verba cõ
missionis in quibus dicitur, prout iuris fuerit superse-
14 deat: Nã de iure est, † quòd causa prçiudicialis prius
terminetur.§.prçiudiciales.inst.de actio.& in d. l.per
15 minorem Non obstat, quod † reus criminis pendente
appellatione, licèt nõ possit agere contra accusatorẽ,
possit tamen agere contra debitores, prout dicit Bellan in d.l.fin.& Paul.de Cast.in d crimine hæresis dicit Petrus de Anchar.in c, cum secũdũ. in 2.no de hçreticis, in 6.quia potest responderi, prout dicit gloss.
16 in d l final.de ordin.iudic.quòd quis † non prohibetur agere, tamen differtur donec criminalis terminetur. Tamen ista responsio non satisfacit prędictis Doctoribus. Vel etiam secundò potest responderi, prout dicit Salic.in d.l.fi quod possum recipere à sponte soluentib.tamen non possum exigere à debitore opponente. Sed ista etiam responsio non placet. sed in casu nostro respondebatur realiter, quòd doctores supradicti loquuntur in terminis consideratis iuris causis, sed quia in casu nostro adest consillo quatenus criminalis sit præiudicialis ciuili, in ea, prout iuris fuerit
supersedeatur, vt per superius dicta sit præiudicialis
ciuili:& sic cum sit preiudicialis, prius & ante omnia
est expedienda:& ideò potest reformari commissio,
quod constito, quod de iure non constaret, q causa
criminalis non præiudicet inter fiscum & Ale. super
17 asserto crimine hæresis, quòd † Alex. potest cõtra Capitulum tanquam suum debitorem procedere, quod
auditor moderetur inhibitionẽ: præsertim quòd ista
causa posita 23.Martij.1541. Domini inclinarunt in
18 hanc partem quòd † causa criminalis esset præiudicialis in hoc casu ciuili.

EPITOME.

An execrabilitas impediat restitutionem in spolio.

SVMMARIA.

1 *An execrabilitas impediat restitutionem in spolio.*
2 *Qui duas habet Ecclesias, altera spoliatus, in vna earum quam elegerit, restituetur.*
3 *c.licèt Episcopus.de prabend.in 6. quomodo intelligatur*
4 *Multa prohibentur, quæ cum facta fuerint, rata sunt.*
5 *Spoliatus hodie nisi de titulo colorato doceat, non est restituendus.*
6 *Execrabilis an possit probare aut docere titulum coloratum.& nu.10.*
7 *Dispensatio nisi ab execrabili probetur, manet titulus discoloratus.*
8 *Discoloratus titulus non est aptus ad restitutionem*
9 *Titulus quando dicatur coloratus.*
11 *Decretum irritans, appositum in reuocatorijs expectatiuarum, non inficit possessionem vigore expectatiuæ reuocatæ captam.*
12 *Exceptio omnis defectum possessionis concernens est in possessorio admittenda.*
13 *Extrauag. execrabilis. quomodo intelligatur.*
14 *Execrabilitas non impedit restitutionem*
15 *Spoliato si execrabilitatem patiatur probari, non datur restitutio.*

DECISIO XCIX.

1 DOmino Thoma proponẽte 27.Martij 1541 fuit
dubitatum, † an execrabilitas impediret restitutionem in spolio: & pro parte negatiua dicebatur,
quòd non impediret. adducebatur tex.in c.referen-
2 te.de præbend. vbi † habens duas Ecclesias vna spoliatus, fuit restitutus, & ipsum text. allegat.dec. illi.
Rot 371.in fin.in antiqu. sed profectò si benè inspiciatur ille textus, nihil facit, quòd ibi tantum ponitur
contingẽtia facti, non autem principaliter super illo
fuit dubitatũ. Secũdò fuit adductus text.in c.licet Episcopus.in fin de præbẽ.in 6.quia text.est principalis
3 in hac materia Sed posset † ad illum text. responderi,
quòd licèt text.ibi dicat, quòd non debet inde amoueri, nihilominus non dicit, si fuerit amotus, quòd de-
4 beat restitui cùm multa † prohibeãtur, quæ posteà facta tenent.ad l patre furioso.cum alijs vulg.ff de his
qui sunt sui vel alien.iur. Et tantò magis, cum licèt
quis nõ debeat amoueri non citatus, tamẽ quia hodie
5 receptum est, vt, † postquàm quis est spoliatus. nõ de-
6 beat restitui, nisi doceat de titulo colorato, & † execrabilis non potest de hoc titulo docere, ergo ille textus
non facit ad propositum. Et licèt ratio illius text. dũ
dicit, quod non debet amoueri, quia potest competere defensio, vt puta (vt dicit ibi Rota) quia forsan habebat dispensationẽ, licèt non sufficit in materia restitutionis, quòd possit competere defensio, necessariũ est, quòd actualiter doceat de ipso titulo colora-
7 to nam cum primus † titulus per extrauagan. execrabilis sit discoloratus (vt statim dicetur) nisi doceretur de dispensatione, statim remaneret primus titulus
8 discoloratus, & non aptus ad restitutionem. Tertiò
dicebatur pro ista parte quòd ad petendum restitutionẽ sufficit docere de titulo colorato vt per Abb.
9 in c. literis.de restitutio.spoliat. Titulus autem dicitur coloratus, quando procedit ab eo qui habet potestatem dandi, vt per Abba in. c.cùm in nostris.co-
10 lumn.final.de concess.prębend. Execrabilis † autem
habet titulum, qui dari potuit: ergo dicitur habere titulum coloratum, & inquantum dici possit, quod ille
titulus est discoloratus, per extrauag.execrabilis, propter decretum ibi appositum, quod non solum inficit
titulum, sed etiam possessionẽ, iuxta decisio.16.nam rñ
detur, (sicut multoties fuerat dictum in Rota) quod
11 † decretum irritans appositum in reuocatorijs expectatiuarum, non inficit possessionem captam vigore
expectatiuæ reuocatæ, vt proximis diebus fuerat tentum in vna Carthagniens. coram Domino Verrallo.

impetratæ, & tunc in impetratione non est executio, sed solum dispensatio venit addenda. Aut per argumentum contrarium à priori,&tunc oportet in secunda facere mentionem de priori, secundum Dominic. & Fran.in c.2.de fil.presby.in 6.Item fuit dictum, ꝙ illa clausula in dispensatione apposita beneficium dimittere,& loco primi aliud obtinere,debet intelligi, ita vt non per hoc, sed præstante beneficio,debeat fie-
2 ri collatio:sed†potius debet beneficium dimittere,&
postea fieri collatio secundi beneficij.per tex.in c.ordinarij.§.in conferendis.in fin.de off.ordi.in 6.& glo. in Clem.si plures.in verb.vacare.de præben.& digni.

EPITOME.

In terminis constitutionis Alexandrinæ cùm non appareat alia causa,censentur vulnera occasione litis illata.

SVMMARIVM.

1 *Qui vulnera aut homicidium ex præsumptione,eo quòd nulla alia appareat causa,dicit illata,probare tenetur.*

DECISIO CII.

IN vna Vrbeuentan. castri Castellionis coram Do. Mohedano pro Ioanne Francisco 28.Martij,1541. fuit conclusum,quòd in terminis constitutionis Alexandrinæ,si non appareat alia causa,præsumantur vulnera seu homicidium ex causa litis illata,sed apparen-
1 te alia causa,non præsumitur:sed †dicens ex causa li-
tis illata tenetur probare,vt per Rom.cons.183.& Bar. in l.ante acta.ff.de pœnis. cum aliis, de quibus in l.si quis sociorum.ff.de pœn.

EPITOME.

Vulneribus occasione litis illatis Alexandrina an locum habeat.

DECISIO CIII.

IN eadem Vrbeuentan.coram.D.Moheda.quia pendente lite super castro Castellionis Vrbeuentan.districtus inter Ioannem Franciscum de Sabellis ex vna & tres fratres ex alia,qui emerant bona Ioannis Francisci,vt prætendebatur:itaque non solum emerãt bona litigiosa , sed etiam non litigiosa. Et post emptionem sequutam fuit per Io.Frãciscum interfectus vnus ex fratribus.Fuit dubitatum, præsupposito,quòd homicidium fuisset perpetratum ex causa emptionis bonorum,&sic ex noua causa,an esset locus Alexãdrinæ. Et videtur,ꝙ sic:quia Alexandrina vult,quòd quis occasione litis sit vulneratus & interfectus,ex notatis,ꝙ per verbum,occasione,dicit causam tacitam:cùm ergò ex causa emptionis fuerat interfectus,&emerat bona:ergò erant verificata verba Alexandrinæ, & sic illi locus erat. Tamen istis non obstãtibus præsumebatur in Hieron.quòd ab altero, non solùm bona litigiosa, sed etiam non litigiosa fuerant empta. Vnde dicebatur , ꝙ ista erat noua causa , & non dependens ex illa lite : præsumebatur & reputationi ex sola causa illa principali homicidium esse commissum : ex quo ante emptionem ex sola causa litis Io.Franciscus nihil contra eo litigantes fecisset,cùm iam obtinuisset sententiam super spolio. Et si litem ita vt remotam consideremus,sequeretur,quòd si duo viri,alter Gallus & alter Hispanus litigarent,in Curia, & lite pẽdente propter verba iniuriosa vnus alterum vulneraret,quòd locus erat Alexandrinæ,cùm similiter dici posuit, quòd occasione litis ad verba iniuriosa deuentum fuisset.

EPITOME.

Alexandrina habet locum in eo,qui verberauit Procuratorem litis reuertentem ad Curiam occasione litis eo reuertente & accedente.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem, iudicem, testes,aut alios executores,occasione litis, vel intra vel extra Curiam verberare, aut iis iniuriam inferre non licet.*

DECISIO CIIII.

COram Domino Ptolomæo Domini voluerunt,ꝙ Alexandrina haberet locum in eo,qui verberauit procuratorem litis reuertentem ad Curiam , licèt ille procurator fuisset verberatus in itinere Placẽtiæ, qui tamen accesserat ad illam ciuitatem ad causam exequendam remissoriam super liquidatione bonorum occasione legitimæ & Trebellianicæ detrahendę: Licèt verba Alexandrinæ in pluribus partibus illius constitutionis videantur prospicere,vt executores in Cu-
1 ria sint tuti & liberi:tamen Domini voluerunt, †quòd
intelligatur de verberante procuratorem, testem,vel iudicem,etiam extra Curiam lite pendente occasione litis:tum quia Alexandrina , tanquàm fauorabilis est applicanda , tum etiam ex quo talis procurator causa exequendi recesserat , reuersus post executionem factam ad Curiam,non dicebatur à Curia abesse:tũ quia eo modo iudicium impediretur per indirectum exerceri in Curia , si licitum esset procuratores, testes, vel iudices à Curia absentes extra Curiam verberare.

EPITOME.

Mandatum ad compromittendum arbitrio intelligitur , vt toties quoties posset compromittere.

SVMMARIA.

1 *Mandatum compromittẽdi semel datum,extenditur vsque ad litem finitam.*
2 *Statutum de pactis & donationibus non valituris,an quoque in muliere compromissum faciente locum habeat.*
3 *An ad compromissum partes possint compelli.*
4 *Tutor quando possit super pupilli causa compromittere*

DECISIO CV.

FVit resolutum in vna Lucana hæreditatis coram Domino Io.Paulo 4.Aprilis,1541. quòd mandatum ad compromittendum datum procuratori non tantùm intelligitur de primo compromisso,ita vt pro-
1 curator † non tantum intelligatur habuisse semel fa-
cultatem compromittẽdi,sed toties quoties posset,& lis esset finita,compromisso,prout dicimus,de statuto concernente compromissum,vt per Bal.in l.fideicommissum.§.si quis.de leg.1.& per Felin.in c.1.de treug. & pace,&tanto magis fuit tenta ista opinio:quia præsupponebatur in facto , quòd propter terrores tenebantur ex statuto compromittere, vt per Bald.in d.§. si quis.Nec obstat,ꝙ dicebatur ex aduerso,quòd istud erat verum,quando ipse principalis fecisset compromissum,& dixisset , quòd vigore statuti fecisset ;quia quando videtur coactè fecisse,non haberent locum superius dicta:secùs in mandato ad compromittendum ad intelligendum illud factum. iuxta dictum Sal.in l. si.C.de iud.quod tamen non obstat,nam fuit responsum quod illud dictum Saliceti reprobatur per Dec. in c.cùm N.Ferrar.col.2.versi.Abb.refert per totam illã col.de re.spo.in l.qui Romæ.§.duo fratres.col.13.

verſ.nota etiam pro complemento.ff.de verb.obl. Et
2 in eadem fuit dictum,† quòd ſtatutum vrbis de pactis,
& donationibus non valituris non haberet locum in
muliere faciente compromiſſum:nec ſecunda pars, in
qua dicitur,quòd mulier vltra tertiam partem. Ita &
3 ſecundò,quia præſupponitur, quòd ad† compromiſ-
ſum partes potuerunt cogi per ſtatutum : ergò ad fa-
ciendum actum neceſſarium non erat neceſſaria ſolen
nitas ſtatuti.l.1.§.ſed ſi patri ſtipulanti.ff.de rebus eo-
rum.& tex.& ibi not.per Dd.in l.pecuniam. in 4.not.
ff.ſi cert.pet.ibi glo.pen.& Bal.qui dicit communem.
& Sal.& Ang.in l.fi. C.de legit.tuto. Rom.conſ.380.
4 in 3.q.4.& licèt tutor† non poſsit compromittere ſu-
per cauſa vel lite pupilli, Ang.in l.nuper. ff.de pactis,
Paul.de Caſt.& Alex.& Iaſ.in l.iuriſgentium.§.fi.ff.de
pactis.tamen poteſt compromittere ex neceſsitate ſta
tuti,vt Inno.Ang.& Bal.ibi dicunt ſeruari in practica
& ſequ.ibi per Alex.& Iaſ.in d.l.iuriſg.§.fin.

EPITOME.

Teſtator an poſsit grauare hæredes dando ſingulis annis certum quid ratione retardatæ ſolutionis.

SVMMARIVM.

1 *An id, quòd ratione moræ ſoluendæ dotis legatur, ſit vſura.*

DECISIO CVI.

TEſtator legauerat vſumfructum cuiuſdam poſ-
ſeſsionis vxori ſuæ:item prohibuerat,q. in vita
ſua non poſſet petere partem ſuam ab hæredibus ſuis,
ſed quòd hæredes tenerentur ei dare quolibet anno
ad rationem quinque pro centenario:item prohibuit
quòd vxor ſimpliciter non poſſet petere ante hypo-
thecam, niſi debitum ab hæredibus ſuis: Fuit dubita-
1 tum in vna Placen.coram D.Sarnen.an† ea,quæ tene
bantur dare ſingulis annis hæredes, eſſet vſura. Et 4.
Aprilis,1541.vota fuerunt paria.nam quinque dicebát
quòd non eſſet vſura, per id,quod dicit Socin.in l.1.
circa fi.ff.de his qui pet.hær.nam ibi dicit conſuluiſſe,
& ſic iudicatum fuiſſe. Item ſecundò,quia videbantur
data eſſe illa quinque in recompenſam ante facti ade-
pti,& ſic non dicitur vſura. Quod fundamentum ad-
mittebant alij quinque,ſi fuiſſet in facto. Verùm dice
bant,q. ex verbis teſtamenti apparebat,quòd nõ eſſet
data in aliquam recompenſam,ſed potius in declara-
tionem retardatæ ſolutionis dotis. Et pro illa parte,q.
eſſet vſura,alij quinque erant,qui allegabant,quod di
cit Iaſ.in l.1.col.7.in 2.lectur.verſi.vltra dotem.& fir-
mat Socin.conſi.56.vol.3.Alex.conſi.27.vol.4.Barb.
conſil.6.vol.1.& Ana.in c.ſuper eo.de vſuris. Quod
grauamen iſto caſu reiicitur per aliquos Dd.Io.Anto.
Alexan.conſi.108.Tandem 2.Martij.1541.per ſeptem
ex Dominis votantibus fuit reſolutum, quòd eſſet v-
ſura,tribus contradicentibus. & ad iſtam deciſ. facit,
quod dicit Aymo.& Aret.conſ.129.vide Cagn.in re-
pet.l.curauit.colum.2.verſic.ex quibus inferimus.C.
de act.emp.

EPITOME.

In materia præſcriptionis iuriſdictionis non fit extenſio de caſu ad caſum.

SVMMARIA.

1 *Epiſcopo ſine Capituli conſenſu in præſcriptione proceden te, non fit de caſu ad caſum extenſio. & nu.3.*

2 *In iuriſdictionibus ad alios eiuſdem ſpeciei caſus fieri poteſt extenſio.*

DECISIO CVII.

DVbitaui in vna Carthaginen. ſpolij fructuum
pro Theſaurario Carthagin. contra Capitulum
Carthaginen.4. Aprilis, 1541. an actus iuriſdictionis
Capituli in capitulares non pro ratione iuris contra
Capitulum & capitulares facti, Epiſcopo exiſtente in
poſſeſsione procedendi contra capitulares delinquen
tes,potuerit iure procedere contra Theſaurarium re
clamantem. Et fuit reſolutum, quòd non:& dictum,
quòd anno præterito in vna Legionen. Archidiaco-
natus de Saldagnia. coram D. Ptolomeo fuerat ten-
1 tum,quòd in mater.a† præſcriptionis procedendo ſi-
ne conſenſu Capituli nõ fit extẽſio de caſu ad caſum,
& eiuſdem ſpeciei contentæ ſub vno gradu iuriſdi-
ctionis : & communiter quaſi poſſeſsio per allegandi
2 ius extenditur ad caſum priuationis. Et licèt in† iuriſ-
dictionalibus fiat extenſio ad alios caſus eiuſdem ſpe-
ciei,vt per Io.& Paul.de Caſtr.in l.imperium.col.pe.
ff.de iuriſdict. omn. iudic.hic tamen intelligitur,niſi
3 †ius commune præſcribendi obſtet, tunc non fit ex-
tenſio,etiã in quibus aliàs fieri debebat, vt per Fel.in
c.auditis. vbi refert limitationem regulæ, tantũ præ-
ſcriptionum,quantũ poſſeſsionum,vt nõ procedat ad
alios gradus in extenſionem eiuſdem ſpeciei, colu. 4.
verſicu. intellige hoc procedere in his,in quibus non
præſcribitur iure communi reſiſtente:cùm alius ſit in
poſſeſsione, per no. per Abb. & Inno.in c.1.de relig.
dom.& ita tenet Raynal.in c.imperium .col.2.verſ.in
quantum dicitur.10.diſt.vbi cõcludit ad excluſionem
requiri vtrumque copulatiuè tam conformitas iuris
communis,quam etiam quòd alter poſsideret. Rom.
conſi.369.tenet & rubr.in tracta.de præſcript.

EPITOME.

An per c.non ſolum. de reg.iur.in 6.Moniales admittentes ad profeſsionem infra annum probationis excuſentur à ſuſpenſione illius Canonis.

SVMMARIVM.

1 *An profeſſio intra annum fiat vt non incurratur ſuſpenſio c.non ſolum de reg.iur.in 6.*

DECISIO CVIII.

FVit dubitatum in vna Valentin nullitatis Profeſ-
ſionis coram Domino Io.Paulo, 1541.an in ter-
minis c.non ſolum.de reg.iur.in 6.moniales S.Cathe
1 rinæ de Senis ciuitatis Valentin. quæ† admiſerunt ad
habitum & profeſſionem intra annum probationis ex
cuſentur à ſuſpenſione, de qua ibi per canonem. Et
fuit reſolutum,quòd non: quia aliter dicendo redde-
retur illuſoria communis ſententia Canoniſtarum,in
d.c.non ſolum.

EPITOME.

An in gratia poſteriori ad effectum vt ſuſpendat priorem, non ſolum ſit facienda mentio de regula derogatoria,ſed etiam de derogatoriarum derogatoria.

SVMMARIA.

1 *An in gratia poſteriori, quo ſuſpendatur prior, ſit de derogatoriarum derogatoria facienda mentio. & nu.4.*

2 *Per ſecundum priuilegium perſonale cenſetur Princeps velle derogare primo, niſi adiectas derogatorias tollat clauſulas.*

3 *Derogatio generalis indiuidua non, ſed ſpecialis ſufficit.*

5 *Papa reuocando gratiam cum quibuſuis reuocationibus cenſetur*

censetur comprehendere velle omnes species sub illo derogationis genere contentas.

6 *Clausula ex certa scientia, habet vim derogationis.*

7 *An gratia primæ per posteriorem sit derogatum dependet ex mente disponentis.*

DECISIO CIX.

IN vna Zamoren. Canonicatus & prębend. pro Petro de Villahueua ex vna, contra Gasparem de Monteroso ex alia, prima Aprilis, 1541. dubitaui, an in gra-
1 tia† posteriori ad effectum, vt suspendat priorem, non solùm sit facienda mentio de regula derogatoria, sed etiam de derogatoriarum derogatoria: Et fuit resolutum, quòd sic. nam conditio illa quæ vult, quòd sit facienda mentio de regula derogatoria præcedenti est, vt constet de mente Principis volẽtis suspensione sua reuocare primam gratiam, vt Bal. in l. si quis. in prin. ff. de leg. 3. Et ideò pro concordia non est verisimile
2 ꝙ† per secundum priuilegiũ personale Princeps voluerit derogare primo, nisi tollat clausulas derogatorias adiectas in principio, per quas princeps declarat mentem suã futuram esse ex secũdo priuilegio contrariam primo, & derogatiuę in primo priuilegio con
3 tentæ. Et Rota tenuit semper, ꝙ† non sufficit derogatio generalis induidua, sed sufficit specialis derogatio, vt per Paul. de Cast. in d. cons. 55. aliàs 178. in 1. vol. & consi. 316. incipient. eum adiectione non indigeat. in c. nonnulli. colum. 3. de præscript. versi. amplia primò. & in c. accedentes. col. 3. d. titul. nec ergò oportet
4 dicere, quòd sit tãtum facienda† mentio regulæ derogatorię, sed etiam derogatoriarum derogatorię, vt tollatur omnis protestatio primæ gratiæ, vt voluit Bald. in d. l. si quis. in princip. colum. 4. in fin. versic. quæro quod si Castren. in d. con. 278. col. pen. ad fin. versi. hic ergò, quòd dicta clausula. Dixerunt tamen Domini septem contra tres, quòd licèt istud sit verum, ꝙ requiratur mentio derogatoriarum derogatoriæ, quòd tamen in gratia Alfonsi sufficiebat in dictis clausulis esse factam mentionem omnium gratiarum præcedentium cum quibusuis clausulis suspensiuis derogato-
5 riarum derogatoriæ: Nam sic Papa reuocando† eam cum quibusuis reuocationibus voluit comprehendere omnes species comprehensas sub illo genere derogationis, & ad hoc fuit allegatum d. cons. Dominici.
6 Item in gratia Alfonsi posteriori† erat clausula ex certa scientia. quę habet vim derogationis: Et licèt idem Felin. c. nonnulli. colum. 16. vers. fallit. 4. prædicta regula ita limitando regulam, de qua column. 4. versic. regula prima est ita vtilis canonica vel ciuilis habens clausulam derogatoriam. & licèt idem Felin. column. 19. hoc tenuerit, quando agitur de præiudicio singularis personæ, dicta immutatione excipit beneficialia propter plenissimam potestatem, & casum etiam modici præiudicij, quæ ambæ exceptiones non conue-
7 niunt. Et quia an sit† derogatum, vel non primæ gratię, dependet ex mente disponentis, quæ sic in isto casu allegabatur, ex quo gratia prima erat generalis, & ista secunda specialis, & canonizata: & cùm in secunda Papa vellet, quòd preferretur omnibus etiam familiaribus etiam antiquis descriptis Rotæ Auditoribus ex actis apparebat de mente Papæ, quòd secunda primæ gratiæ derogaret.

EPITOME.

Decretum, quòd possessione habita infra sex menses teneatur literas expedire, vide Staphil. in tract. de lit. grat. & iusti. fol. 33. pag. 1. versic. vltetius, cum sequentib.

SVMMARIA.

1 *An sex menses, intra quos post possessionem ex decreto apprehẽsam quis literas expedire teneatur, currere incipiãt à die habitæ possessionis simpliciter, an vero pacificæ.*

2 *In dubio possessio pacifica tanquam significata intelligitur.*

DECISIO CX.

IN vna Gerunden. Canonicatus & præbendę in vna gratia erat apposita clausula, quòd à die habitæ possessionis pacificæ infra sex menses teneretur expedire literas: de mense Martij. 1541. coram Domino Da-
1 nialdo fuit dubitatum, an† illi sex menses inciperent currere à die habitæ possessionis simpliciter, an verò habitæ possessionis pacificæ: & vota fuerunt paria: & quinque, qui tenebant, quòd loquitur de decreto, quo vtitur cancellaria, vt considerent possessionem pacificam vel non: cùm satis sit discussum, quòd in euentum, in quem beneficium euincatur, officialis tenetur restituere pecunias illi, qui literas expediuit. Alij verò quinque dicebant, quòd iura semper considerabant possessionem pacificam, vt in c. commissa. de elect. in 6. & in c. licèt. Episcopus. de præb. in 6. & ali-
2 bi sæpè: & quia in †dubio de pacifica possessione esset intelligendum, tanquam de possessione significata. & ibi allegauit Aret. in rubr. ff. de acquirenda possessione, col. pen. qui ad hoc allegat gloss. in Clem. 1. in vers. mentio. vt lit. penden.

EPITOME.

Sex menses appositi ad expeditionẽ literarum de beneficiis reseruatis an incipiet à currere die notitiæ reseruationis.

DECISIO CXI.

ET posteà, eadem 23. Martij, 1541. quòd illi sex menses erant appositi ad expeditionem literarum de beneficiis reseruatis, fuit dubitatum coram eodem, an illi sex menses currerent à die notitię reseruationis, & fuit conclusum, si illa reseruatio erat occulta, & pręsupponebatur in facto, quòd erat reseruatio multum antiqua de familiari tempore Alexandri, quòd tunc non currerent à die notitiæ reseruationis, ad not. per Bald. in l. genere. de his qui notantur infamia. Alex. consi. 316. in 6. col. cum aliis.

EPITOME.

Quando in præstimonio censeatur procurator contra certam personam constitutus.

DECISIO CXII.

IN vna Valentin. Præstimonij coram Do. Britonorien. 15. Martij 1541. fuit dictum, quòd si ego constituo procuratorem in tali causa contra Titium, & in omnibus aliis litibus & causis, per d. Bald. in l. quod dicit. ff. de tutela militari. in verbo, procurator. censetur constitutus contra certam personan. & ita in l. si vnus. in princip, in fin. colum. 3. in princip. versic. 2. cum aliis sequentibus.

EPITOME.

Consuetudo religiosorum procedendi summariè, qui post latem sententiam comburant processus, quanto tempore præscribatur. vide Felin. in c. cum olim. col. 4. versi. vlt. quęrit hic Ioan. Andreas. de consuet.

SVMMARIA.

1 *Lis ex consuetudine contra bonos mores mota non valet.*

2 *Consuetudo contra bonos mores & ad malum incitans, nihil operatur.*
3 *Possessio contra ius commune, antequam acquiratur quid requiratur.*
4 *Monasterium seu fratrum congregatio habet facultatem reos & delinquentes fratres a canone destituendi.*
5 *Quomodo Prælati, & congregationum rectores in correctionis causa procedere possint.*

DECISIO CXIII.

IN vna Rom. prætensi spolij coram Domino Marsicano pro Francisco Georgij contra societatem S. Saluatoris, fuit dubitatum 23. Martij, 1541. an consuetudo, quam seruant religiosi S. Saluatoris in priuando aliquem à congregatione, videlicet vt summariè capiant informationes, & constito de delicto per suas probationes religioso eiecto vt comburatur & laceretur processus, ne de causa eiectionis appareat, sufficit, quòd per 4. annos ea consuetudo obseruetur ad hoc, vt dicatur præscriptum. Et pro hac parte Geor-
1 gij dicebatur, quòd ista † esset consuetudo contra bonos mores, præstans occasionem delinquendi & expellendi sine causa: & sic in tali casu lis non valeret, vt per Dominic. in c. 2. col. fi. vers. quòd si Episcopus. de fil. presb. in 6. & de sent. cons. 75. incip. casus talis. Bart. & Aretin. in l. testamentum factum. ff. de testam. d. c. a. in princip. not. in 1. lectura. de consuet. & consuetudo
2 † contra bonos mores, quæ incitat ad iniquum, non operatur, vt dicunt Dd. de consuet. approbata præsertim de succedendo, per quod inducitur votum captandæ mortis ad not. Bart. in l. omnes populi. in 3. q. principali. ff. de iurisd. & Alex. in l. pactum quod dotali. co-
3 lum. a. in 2. limit. C. de pactis. Item cùm ista † quasi possessio habeatur secundum iuris communis resistētiam ergò vel requiritur primum legatum, vel quasi possessio temporis immemorabilis. c. ad decimas. de restit. spol. in 6. Bald. in l. solennibus. de probat. sed istis non obstantibus fuit conclusum pro parte affirmatiua, per
4 text. in c. per nos. in fin. de simo. Secundò, quia † congregatio ex suis constitutionibus habet facultatem destituendi à Canone reos & delinquentes: quo fit, quòd
5 cùm Prælati, priores, & rectores congregationis † procedunt contra delinquentes in causa correctionis ad pœnam contentam in statutis, possunt procedere omissa omni forma iudiciali, vt dicit gloss. in verbo, à correctione, quam omnes approbant. in c. ad nostram. 1. de appellation. & hinc est, quòd in tali reiicitur appellans, vt est tex. in d. c. ad nostram. & in c. reprehensibilis. & in c. speciale. §. final. de appellat. & hoc quod dicit Ioannes Monach. in c. 1. in fi. de religios. domib. in 6. quod est regularum renunciatio, vt in d. c. dicitur: facta potius in obseruantiam regularum, & ob diuersas religionum institutiones, quàm secundum iuris subtilitatem, & simplicem expedium in qua nō est appellatio admittenda. Item ex text. in c. qualiter & quando. in fine, de accusati. iuxta text. in d. c. per tuas. de Simon. Roman. in c. auditis. de præscript. & in c. cum Ecclesia Sutrina. de causa possession. & proprie. est tex. in c. non est. de consuetudin. in 6.

EPITOME.

Vt quis obligetur per epistolam, oportet, vt transmittatur, & in vita eius excipiatur:

DECISIO CXIIII.

IN vna Massanens. coram Domino Mohedano inter Simonem Centurionem, & hæredes Petri Albani. 25. Martij, 1541. fuit dubitatum, ad hoc, vt quis obligetur per epistolam vel literas, sit necessarium, quòd literæ transmittantur, vel sufficiat, quòd scriptæ reperiantur penes scribentem. Et conclusum fuit, quòd requiritur transmissio, vt dicit Bald. in c. de dot. promiss. in fin. & in not. per glo. in l. consensu. ff. de actio. & oblg. & per ea quę dixi in apostilla ad glos. Et ratio est, quia licèt litera sit subscripta, potest tamen scribens pœnitere, antequàm deducatur ad actum id, quod scriptum reperitur, & interim non dicitur obligari. Immò non solùm requiritur transmissio, sed etiam receptio literarum ante obitum transmittentis, vt per Rom. in l. nuda ratio. ff. de dona. col. pen. & Ias. in repe. l. admonendi. col. 56. vers. secundò limita. ff. de iureiur. Hipp. de Marsil. in l. is qui in bello. nu. 42. versi. item vltra prædicta. ff. ad l. Corneliam de fals.

EPITOME.

Remedium can. reintegranda, 3. q. 1. quanto tempore præscribatur, quòd spatio 10 annorum præscribatur, tenet Cassad. decis. 15. pag. 2. versic. idem tenendum est de restitut. spol. quòd spatio 30. annorum præscribatur, tenet Rom. consi. 44. in medio cons. col. 16. vol. 4.

SVMMARIA.

1 *C. reintegranda, 3. q. 1. quanto tempore præscribatur. & num. 17.*
2 *Eiectis vel expoliatis perpetuò competit actio seu conditio ex c. reintegranda.*
3 *Inuestitura ad 40. & ad 100. quoque annos competit.*
4 *Dictio, quocunque, efficit, vt dispositio, quæ ex se habet terminos, extendat se in infinitum.*
5 *Natura dictionis, perpetuò, est vt se in infinitum extendat. & num. 8.*
6 *Actiones personales quamuis sint perpetuæ non durant nisi ad 30. annos.*
7 *Quid sit actiones dici perpetuas.*
9 *Præscriptio propter dominia, non autem propter possessiones est inuenta.*
10 *Possessio probato dominio de facto recuperatur.*
11 *Actiones perpetuas ad 30. annos restrinxit ius ciuile.*
12 *Remedium c. Reintegranda, an sit perpetuum, & præscriptione ciuili tolli possit. & nu. 14. 22.*
13 *Quomodo hic can. reintegranda, qui sine temporis præfinitione competit, & actiones dict. Ciuili perpetuæ, quæ 30. annorum spacio præscribuntur, inter ius Ciuile & Canonicum non inducunt diuersitatem.*
15 *C. Reintegranda non datur illi, qui ex iusta causa recedit à possessione.*
16 *Negligens possessionem per 30. annos perdit eam.*
17 *Vbi præscriptio longi temporis potest habere locum ibi non intelligitur de longissima: at vbi longissima præscriptio habet locum, ibi non accipitur de longi temporis præscriptione.*
18 *Si ecclesiæ concedatur priuilegium, quod nulla contra eam currat præscriptio, intelligitur de 40. annis, non autē 100.*
19 *Tempus centum annorum habet vim constituti.*
20 *Quamuis ca. reintegranda. perpetuò competere dicatur, restringendum tamen est ad 30. vel 40. annos.*
21 *Post spacium 40. annorum nullus super possessione vel dominio inquietari debet.*

DECISIO CXV.

DIe 25. Martij, 1541. in vna Placentin. Castri pro Reuerendiss. Ioanne Flore contra Comites de Rubeis fuit propositum, quanto tempore præscriba-
1 tur † remedium canon. reintegranda. 3. quęst. 1. cùm in

illo

illo casu Comites de Rubeis esset in possessione quorundam Castrorum, spectantium ad quoddã monasterium, quod ipse Cardinalis habebat in Commendã
spatio 30. annorũ, & vltra forsan: & Camerarius tanquam commendatarius agebat remedio cano. reintegrãda 3.q.1. petendo possessionem eorundem. qa
probauerat per famam publicam, & auditum à maioribus, quòd sui antecessores possederãt dicta castra. Et
pro parte negatiua, quòd etiam spatio 100. annorum
non esset præscriptum, adducebatur text. in d.c. reintegranda, vbi text. dicit, quacunque conditione temporis non obstante & Anchar. ibidem, remittit se ad
gloss. in c. sollicitè de restitu. spol. dum vult, quòd perpetuò competat. idem Dominic. in d.c. reintegranda.
in 3 not & clarius propè fin super gloss. in ver. captiuitate. ibi post Bal vbi tenet, quoad hoc, vt inducat
pœnam, argui debet infra tẽpora à iure statuta: tamẽ
2 † ad rem ipsam non recuperandam, nullius temporis
conditio sufficit. Et hoc idem tenet Cardin. Alexand.
ibi col. fina & Canonistæ idem tenent in d c. reintegranda. licet Archid. Dominic. Calder. & Card. Ale.
eãdem opinionem teneãt cum gloss. fin de restit. spol,
& ibi Goffred. Hostien. Ioã. And. Card. Imol. Anto.
Rossal. in tracta. de potestat. Papæ. col. 7. ita quod non
debet dubitari, quin ista sit communis opinio apud
Canonistas, & etiã sensit Deci. consil. 57 circa fin. versi,
ex supradictis etiam tollitur & ita Cassad. tenet decis.
6. de restit. spol. Sarnen. reg. de triennali. q. 15. circa fin.
qui dicit, quòd illud remedium datur vsque ad centũ
annos. Et in vna Florentin. bonor. coram D. Vgone
pro fratribus Carthusian. Rota tenuit † inuestituram
3 vltra 40. annos competere, vt testatur Simoneta. &
vsque ad centum annos fuisse tentũ in vna Asculana.
Fundamenta istius partis sunt verba text. in d.c. reintegranda. dum dicit, quacunque conditione temporis
non obstante, dictio † enim, quacunque, facit, vt
dispositio, quæ de se habet terminos, etiam se extendat
4 in infinitũ vti dicimus in cocessione feudi sue emphyteuseos, quòd si cauendo simpliciter pro se & hæredibus intelligitur de decernentibus & hæredibus tantùm,
sed si est dictum, pro se & hæredibus quibuscunque
tunc comprehendit etiam hæredes extraneos vsque in
infinitum vt per Ioannem in l. quædam. § nihil interest
C. de edend. Hoc etiam videtur voluisse gloss. final.
dum dicit, quòd perpetuò competat, & in infinitum. &
5 est † natura ipsius dictionis, perpetuò, quę significat in
infinitum, vt dicit Paul. & probatur in capitu secundo.
ibi Archid. circa fin de hæred instit. in sextò in l. purè.
in fi. ff. de except. dol. mal no. in l. falsò. C. de diuer. rescrip. Non obstat, quòd † actiones personales dicantur
6 perpetuæ, & solùm durent spatio 30 annorum, l. cùm
notissimi, & in l. si quis emptiones. C. de pręscri. 30.
annorum ad not. in l. Iulianus. ex quib⁹ causis. maior.
in integ. quia dicebatur, quòd ab initio dum inuentæ
7 fuerunt † actiones, dicebantur perpetuæ, nec aliqua
præscriptione temporis concludebãtur de iure: & antequàm forent dictæ actiones inuentæ, non erat cognita præscriptio 30. annorũ: fuit resolutum tempus
tamen, ex quo illud nouum habebat, per prius non
8 fuit posteà adeptum. Et ideò vbi dicitur † perpetuò
competere; intelligendum est sine temporis præfinitione. Nec obstat quòd præsumebatur, quia ex magis
præiudicialib. multò magis dicitur præscribi possessio
9 ne. quia dicebatur quòd præscriptio † semper inuenta
fuit propter dominia, ne supersint in eo puncto. l 1. ff.
de vsucap non autem propter possessionem, quæ
10 † de facto postea recuperatur probatur dominio.

Vnde non est inconueniens, quòd ei non præscribatur,
& maximè in ista materia dominium occupãti res alienas. Non obstat, quòd præscribatur remedium etiam
actionibus: quia omnes actiones ab initio † vel erant
11 perpetuæ nec durabant in infinitum, sed postea ius
ciuile per leges imperiales & rescripta restrinxit ad 30.
annos, & vnà illud nomen, perpetuæ actiones, sicut antea habebatur: sed can. reintegranda fuit inuentus præter ius ciuile à iure Canonico, & ab ipso † ini-
12 tio fuit inuentum etiam remedium perpetuum, vt patet, dum dicit, quacunque conditione temporis non
obstante: nec posteà per iura ciuilia fuit remedium
pręscriptum: ergo dicitur manere perpetuum. Nec
obstat, quòd tunc dicitur † induci diuersitas in ius ci-
13 uile & Canonicum, quia respondetur, quòd nulla inducitur diuersitas: cùm istud remedium cano. reintegrãda, tantùm sit inuentum de iure Canonico. & non
fuit cognitum de iure ciuili, ideò non possum dicere,
quòd per iura ciuilia fuit restrictum pro ista parte,
quòd perpetuò competat sine temporis præfinitione.
Et fuit hoc dictũ tentum 24. Martij 1541. & fuerunt
14 septem: alij verò tres tenuimus † partem contrariam,
videlicet, quòd remedium præscribitur 30. vel 40. annorum spatio. Et hanc partẽ tenet Soz. in l. rem quæ
nobis. col. 9. in 8. q. ff. de acquir. possess. Dec. in cons.
302 colum. fin in princ. Bald. in tracta. de pręscrip. 4.
part quartæ partis principal. q. 24. tunc antea debet. &
Abb. in c. solicitè. super glo. fi. de restit. spol & Ang. &
Aret. in § quadrupli col. 10. & 11. Insti. de actio Fũdamentum huius partis fuit, quod adduxit Marsican. vi-
15 delicet canon † reintegranda, non datur illi, qui ex
16 iusta causa recedit à possessione, sed † qui tenuit
per triginta annos, dicitur negligens. & sic ex iusta causa eãdem possessionem perdit: Ergo de necessitate
habemus dicere, quòd spatio 30 annorum dictio canoni pręscribatur & istud fundamentum tenuit Socin.
in d l. quæ nobis col. 4. versi. 5. dubitabatur de acquir.
possess. sed retorquebatur istud fundamentum, quia
spatio 10. annorum propter obliuionem, iuxta not. per
gloss in l si de eo. §. quòd si fortè. ff. de acquir. possessi.
præscribitur hoc remedium. Et ideò dicebam, quòd
intelligebantur de negligentia, quæ interuenisset ab
initio, non autem ex post. Secũdò dicebam ego, quòd
contra opinionem superius dictam erat text & Docto.
in authen. de cetero coniuncta § nos igitur. col. 2. de
rebus eccles. nõ alienand. vbi text. dicit nullã præscriptionem obstare: & tamen Angel. dicit, 30. annorum
non tamen excludit præscriptionem 40. annorum: aut
longiorem. an id teneatur, & de illo dicto Ang. vide
Felin in rub. de præscrip. col. penul. vers. considera. 2.
& 3. not. Non obstat communis opinio, de qua in c. 1.
§. pretor. vbi gloss. & omnes tenent istud dictum, quòd
si statutum dicit, quod in aliqua materia non currat
17 pręscriptio si † non possit verificari in pręscriptione
longi temporis, vt puta in actionibus personalibus,
vel in reb. ecclesiæ, tunc intelligitur de præscriptione
longissimi temporis, ad hoc vt aliquid operetur: sed
si possit verificari de præscriptione longa, de illa intelligitur, non autem de longissima, vt minus corrigat ius commune quàm sit possibile, & prima pars
iuris canonici minus corrigat aliã, videlicet c. ca parte, de præscript. in quibus habet locũ pręscriptio quadraginta annorũ. & sic can. reintegranda. excludamus
quãcunque conditionem temporis, ac intelligitur vsque ad 40 annos. non autem etiam facit quòd per hęc
verba, semper, omni tẽpore, perpetuò, quocũque, &c.
non videtur quis exclusus pręscriptione tẽporis, secũ-
dum

dum Tiraquel. in tract. de vtroque retract. fol. 95. pag.
1. ver. quibus adde Marian. Sozin in consil. 145. viso
puncto maxime. col. 7. circa fin facit etiam Grat. con-
sil. 101. ver. respondetur quòd illa non procedunt. lib.
3. vt idem Tiraquel. in tract. de vtroque retract. fol. 303.
pag 1 nume 6. vers sed non parum dubij. cum seq pag.
Paul. de Castr. in l. neque vsura C. de vsucap. facit etiã
pro ista parte, quod dicit Aretin. consil. vbi supra. Et
18 quòd † licet priuilegium alicui Ecclesiæ cõcedatur, q
nulla præscriptio currat intelligitur de præscriptione
40. annorum, non autem 100. Propterea est animad
uertendũ, quòd can. reintegranda. excludit tantùm con
19 ditionem temporis, sed † temp'. 100. annorũ habet vim
constituti & priuilegij: ergo talia præscriptio non est
præclusa. Alia fundamenta, colligit ex his, quæ dicit
Bald in d tract in loco superius allegato. & Felin. in
d. rub. de præscript. col. penultima. Sed vide ad istam
materiam Caldet. consi. 66. & 81. num 38. Chass in
tract. consuet. Burg. fol. 31 1. ver. attende quia cùm lex
communis, & de cõclusione excludente quamcunque
præscriptionem, etiam temerariam, vide Afflict. in cõ-
stit. reg incipient. consulendum tamen, in 8. not. in li-
bro 3. si dubitetur. vers. quartò pondera in eodem
lib. 3. Et ex omnibus tu poteris colligere super qua
stat totum fundamentum pro parte prima, quia licet
20 glo dicat, † quòd d can. reintegranda. competit per-
petuò, tamen intelligendum vsque ad 30. vel. 40. an-
nos, vt voluit Aret. & Abb. & quamuis actiones sunt
perpetuæ, vt patet in rubric. de perpetuis & tẽp. actio.
attamen finiuntur spatio 30 vel 40 annorum. & ad ver
bum, perpetuò vide pulchrã doctrinam, quam tradit
Ghassan in tract. consuetud. Burg fol. 301. col. 2. in fin.
vers. aduertendum est, quòd can reintegranda. præscri
batur spatio 30. vel 40. annorum Castr. consil 105. in
cipient. quòd ex quo. in princip. col. ad fin. quod repe-
ritur annotatum in memorialib' D. Simonetæ. & pro
ista parte videatur bonus text. in c. placuit. vt quæcun-
que ex negligentia. & c. inuenimus. 16. q. 7. vbi dum †
21 post spatium 40. annorum nullus super possessione
vel dominio molestari debet. Et causa iterum posita
27. Aprilis 1541. fuit allegatus Socin. consi. 59. inc ip.
um. in quæstione, quæ vertitur. col. 5. ver. præterea re-
medijs dicti canonis. volu 3. qui tenet, quòd spatio 30.
annorum præscribatur pro alia parte, videlicet quod
perpetuò competat. vltrà allegata per Sarnen. Ant.
Confert Ang. Felin in d. c. 2. de restit spol. tenent, q
perpetuò: sed respondetur quod perpetuò, id est, vsqs
ad 30. annos. Istis non obstantibus vota fuerunt
paria: nam quinque tenuerunt, quòd nullo tempore
præscribitur vt sic sine temporis præfinitione compe
tat vsque ad mille annos Pro alia 27. Aprilis 1541.
causa iterum posita pro parte, verò parte fuimus alij
quinque. Et quòd præscribatur spatio 40. annorum
fuit alleg. Bertrand. cõsil 44. Venerabilis, & egregius.
col. 3. numer 8. versic. & quia si probaretur. vel 30.
annorum. Et dominus Verallus mutauit votum
per ea, quæ dicit Ioannes in lege. 1. & l. si de fundo.
ff. de vi & vi armat. vbi dicit. quòd de iure perpetuò
spoliatus ageret, sed dabatur responsio, quæ fuit data
ad glo. in c 2. de resti. spol. Et 2. Maij 1541 causa posita
D. Verallus mutauit votũ, & sic fuerunt sex pro Re-
uerendiss. Camerario. videlicet. quòd nullo tẽpore &
sine præscriptione temporis remedium can. reinte
granda, cõpetat. Et quatuor fuerunt pro parte nostra,
quod competeret spatio 30 vel 40. annorum. Et fuit
22 facta resolutio, quòd † remediũ d. canon. reintegrã-
da, perpetuò & sine temporis præfinitione competat.

EPITOME.

Statutum quòd instrumenta post 16. annos fidem non faciant, habet etiam locum in instrumento iurato.

SVMMARIA.

1 *Statutum de instrumentis post 16. annos non valituris an quoq; comprehendat instrumentũ iuratum. & 5. 7.*

2 *Sublato instrumento tollitur & iuramentũ in eo appositum*

3 *Iuramentum habet vim litis contestationis, & profert actionem vsq; ad 40. annos.*

4 *Omnis dispositio quantumcunq; generalis non intelligitur de dispositione in effectu.*

6 *Diuersum est instrumentum & iuramentum quod continetur in instrumento.*

DECISIO CXVI.

Die 10. Aprilis 1541. fuit conclusum quòd † statu-
1 tum in 4. lib. sub rubr. 18. de præscrip. persona-
lium actionum, dum in fine dicitur, quod instrumen
ta & catalogi cationum post cursum certi temporis,
videlicet 16. annorum nullam faciãt fidem, quòd ha
bet locum etiam in instrumento communi tenente
iuramentum. Et causa erat coram D. Marsicano inti
tulata, Romæ dotis pro Ioanne Baptista de Tebol s
contra Marcum Antonium Capocium. Fundamen-
tum erat, quoniam tale statutum detrahens fidem in
strumento post cursum certi temporis est validum,
vt dicit Socin. consi. 12. col. penult. & cons. 35. col.
8. vol. 2. Alex. consi. 7. ver. 7. Corne. cons. 326. nu. 22.
volu. 1. & 180 col. 2 num. 28. volu. 3. & Socin cons.
2 87. vnde cũ statutũ valeat, † & tollere vires instru
mento potest per 16. annos, sic etiã nõ probet iura
mentum, licet sit aliquod in ea appositum, & veniat
accessoriè ad instrumentum Vnde sublato instrumẽ
to tollitur etiam iuramentum, tanquam accessorium
vt voluit Rom. cons. 10 . & per hoc cessat, quòd dice-
3 batur, quòd † iuramentum habet vim litis contesta-
tionis, & perpetuat actionem vsque ad 40. annos, vt
per Bart. Alex. & Ioan. in l. manet postea. §. si is qui
temporali. ff. de iureiur. quia istud esset verum, quan
du iuramentum appositum in instrumento proba-
retur nisi per instrumentum: at quoniam illud
non facit fidem, sequitur, quòd cessat talis per-
4 petuatio. Non obstat, quòd dicebatur, quòd † omnis
dispositio, quantumcunque generalis, non intelligi
tur de dispositione in effectu, vt plura accumulat.
5 Felin. in c. constitutus. de rescript. Et sic † statutum
quòd loquitur, quòd nulla fides adhibeatur instru-
mento, non intelligitur de instrumento iurato, quia
6 † aliud est instrumentum & aliud iuramentum quod
cõtinetur in instrumẽto, iuxta Bal. in l. si qs legauerit.
ff. de leg. 1. vnde non est verũ quòd instrumentum sit
iuratum, sed id, quod continetur in instrumento. &
ideò tollitur id, quod dicit Capel. Tholos decis. 22.
quia verum est, quòd debitum non præscribitur præ-
scriptione statutaria vnde probatur iuramentum, sed
hic non probatur: ergo, &c. Eodem modo responde-
tur ad consi. Corn. 326. num. 22. volum. 1. & consi. 180
col. 2. nume. 28. volu. 3. Nõ obstant adducta in authen.
sacramenta puberum. col. fi. vers. nota tandem, quòd
si statutum. C. si aduers. bon. quia loquitur de contra-
ctu iurato. Secus autem de statuto. & in contrarium
fuit allegatus Crot. in repet. l. omnes populi. ff. de iu.
7 & iure. qui voluit post alios, quòd † statutum detrahẽs
fidem iuramento intelligitur etiã de iuramento iura-
to, quando instrumẽtum capitur pro illa persona
mortua, & illa non est iurata, sed benè contractus
conditus in ea.

EPITO-

EPITOME.

Iuratoria cautio non admittitur, vbi tertius veniẽs pro ſuo intereſſe vult admitti ad impediendam executionem.

SVMMARIVM.

1 *Iuratoria cautio, etſi ſit idonea, quando non ſufficiat.*

DECISIO CXVII.

FVit dictum coram me 27. Aprilis 1541. quòd Petrus Ridico, qui petebat executionem, & volebat cauere per cautionem iuratoriam, quòd tali caſu iura
1 toria iſta † cautio non eſt admittenda, etſi ſit idonea: quia quoties quis vult aliquid ab alio conſequi, non ſufficit cautio iuratoria, vt per Ioan. in l. 1. col. fi. verſ. tertiò limita. ff. qui ſatiſd. cog. & ibi poſui in additione per eum: & ideò Petrus qui petebat poſſeſsionem partis, qua erat ſpoliatus, & fructus conſequi à ſequeſtratoribus, debebat tertiò dare cautionem idoneam.

EPITOME.

In caſu iſto licèt non cenſeantur attentata, tamen non fuit auditus niſi reſtitutis fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Attentans in acceptione fructuum, de quibus adhuc lis pendet, procurator, qui tantùm datus eſt ad arripiendam poſſeſſionem, non auditur niſi fructibus perceptis reſtitutis.*

DECISIO CXVIII.

IN vna Caurien. coram D. Maceraten. in qua Ioannes acceperat poſſeſsiouem Caſtri Attiliani oomine Hippolyti, à quo fuit mandatũ datũ. Et poſtea idem Ioannes acceperat certos fructus eiuſdem Caſtri, ſuper quibus pendebat lis, & erat commiſſa attentatorum. In actis fuerat proteſtatum, quod noo ratificauerat procuratorem ſactum nomine ſuo per aſſertum procuratorem, de cuius mandato percipiendi fructus præſentes noo conſtabat, licet teſtes deponerent, quòd Ioannes tanquàm negotiorum geſtor eſſet, & nomioe Hippolytę perciperet: tamen voluerunt Domini, quod licet prædicta non eſſent reuocanda per omnia, tanquam attentata, cùm non conſtaret de mandato expreſſo, nec ratificatione Hippolytę, quia tantùm conſtabat, quòd Ioannes fuit procurator Hippolytæ ad capiendam poſſeſsionem. & quia gubernabat Caſtrum nomine Hippolytæ. Et propter longitudinem temporis pręſumebatur domina Hippolyta aduiſata, & poterat facere, quòd dicti fructus reſtituerentur quoodam Antonio ſiue eius hæredibus, vo
1 luerunt, quòd † ſupradictus non niſi teſtitutis fructibus perceptis audiretur. Et dixit D. Marſicanus, quòd ita in vna Rhodien. militis Caſalis olim fuerat iudicatum. Et die 9. Maij 1541. ſimilis deciſio fuit facta in vna Placentin. pro Comitibus de Rubeis contra Reuerendiſ. Camerarium corã D. Io. Pau. in qua lite pendente inter præſatos legatus Ciſpadanus poteſtatem in vna poſuerat cum externis ſuis in vno caſtro, cuius erat Dominus prædictus Camerarius, & ſi non fuiſſet factum lite pendente, licèt oon probaretur quòd ad inſtantiam Camerarij, tamen quia erat poſita poteſtas in caſtro ſuo, quam poterat ad libitum reuocare, fuit dictum, quòd non audiretur niſi poteſtate amota.

EPITOME.

Defectus iuriſdictionis non inducit nullitatem ex defectu citationis.

SVMMARIA.

1 *An defectus citationis poſſit ſanari per commiſſionem.*
2 *An defectus citationis ad ſententiam ſit defectus iuriſdictionis & mandati.*

DECISIO CXIX.

DIe 29. Aprilis 1541. in eadem dixit D. Marſicanus, quòd defectus iuriſdictionis, (putà in dicta cauſa deficiebant aliqua ad productionem, & erat facta citatio,) nõ inducit nullitatem ex defectu citationis: Di
1 xerunt Domini, quòd † talis defectus non poſsit ſanari per commiſsionem, etiamſi dicatur præterquàm ex defectu non datæ citationis & iuriſdictionis: quòd aliàs ita fuit reſolutum, quoniam intelligitur de defectu citationis ad ſententiam. Poſteà in vna Rom. cenſus coram domino Mohed pro Bernardino de la Cithara contra Paulum Martinez per duas vel tres au
2 dientias diſcuſſas fuit reſolutum, quòd † defectus citationis ad ſententiam ooo erat defectus: iuriſdictionis & maodati defectus inficit totum proceſſum, ita vt ex illo nullo modo iudicari poſsit: ita non erat in defectu citationis: quia licèt ſententia ſit nulla, poterit tamen ex eodem proceſſu iudicari ad ſententiam de citatione & deuolutione cauſæ, oon autem de defectu citationis terminorum prædictorum: quia in illa fuerunt ſeruati termini, dum deficiunt per commiſsionem, in qua dicebatur, quòd refectis expenſis procederet ad coofirmationem vel infirmationem: tameo quia commiſsio dicebat, refectis expenſis, voluerunt Domini quòd non ſufficeret depoſitum factum de menſe Iulio cum oblatione reſidui, ſed oportebat taxare, & realiter ſoluere.

EPITOME.

Deciſio Egidij 438. quæ vult, quòd Iudex appellationis poſt directionem poſsit confirmare ſententiam, quomodo intelligenda.

SVMMARIA.

1 *Iudex appellationis poteſt poſt directionem ſententiam ſimpliciter confirmare, non autem infirmare.*
2 *Qui habet iuriſdictionem in abſoluendo, habet & iuriſdictione in infirmando, maximè cùm non opponit pars de re iudicata.*
3 *Quare iudex appellationis infirmare ſententiam non poſſit.*
4 *Cùm alteri cauſa eſt commiſſa, & pars de re iudicata non opponat, poteſt ſecundus iudex pronunciare, & pronunciando primæ rei iudicatæ præiudicare.*

DECISIO CXX.

IN vna Legionen. Prioratus de Saldamia inter Bernardioum de Ordas, & Lupetium coram D. Rainaldo fuit concluſum 29. Aprilis 1541. quòd deci. Egid. 438. dũ vult, quòd † iudex appellationis poſt directionem poſsit confirmare ſententiam, intelligitur ſimpliciter, prout loquitur, videlicet, vt poſsit cõfirmare nõ autem infirmare. & fuit allegata deciſ. 24. in nouis, aliàs 94. & alia deci. etiam in antiq. 41. de appel. & 433. Et ad ea, quæ dicebantur, quòd ſi iudex appellationis poterat ſeotentiam confirmare, poterat etiam infirma
2 mare, quia † qui habet iuriſdictionem in abſoluendo habet iuriſdictionem in condemnando, maximè cùm non opponat pars de re iudicata. Quia ad primum, q licèt poſsit confirmare, non poſsit infirmare, reſpõdet additioni deciſ. 14. de appel. in nou. Ad ſecundum eſt conſiderandum, quòd aut iudex infirmat, aut iudex
3 appellasionis: & † quia non habet iuriſdictionem, non

non valet infirmatoria, etiam parte conſentiente, per
tex. in Clem. de appel. & ſi iudex appellationis, non po
teſt iudicare contra ſententiam, quę tranſiuit in iudi-
4 catum. Sed ſi alicui eſſet commiſſa † cauſa, & non op-
poneretur de tali re iudicata, tunc ſecundus iudex po-
teſt pronuntiare, & pronunciando præiudicat primæ
rei iudicatæ, ita vt dicatur illa prima res iudicata ener
uata & infirmata. Et ita intelligendum eſt, quod dicit
Felin. in d. duabus limitationibus, & ita declarantur
hæc ex his, quæ dicit Alex. conſ. 14. in 5. volu. Philip.
Franc. in c. de citatione. col. 14. verſ. circa tertium. &
verſ. circa ſeptimum. de appel. in c. ſæpè. col. 5. verſi. is
caſus. de appel. Petrus de Anchar. conſi. 342. ſiue 345.
Geor. in Cle. ſæpè. col. 282. in antiq. impreſſ. verſ. ſed
tunc circa prædicta oritur dubitatio. de verb. ſignific.
Et ita fuit atteſtatus Marſicanus, quòd ita aliàs Rota
iudicaſſet. Vide Bonifac. in decret. de appell. nu. 3. ver.
conclude quod ita Clemen. de appell.

EPITOME.

Inhibitio vigore commiſsionis reſtitutoriæ prout de iure poſt tres ſententias, non facit, vt iudex in tertia inſtantia procedens ad executionem, dicatur attentare.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio non ritè aut rectè facta, id eſt, ſine cauſæ cognitione, cum nulla declaratur, an nihilominus liget.*

DECISIO CXXI.

VOluerunt Domini in vna Placentin. crediti pro
Paſchali contra N. coram me. 29. Aprilis 1541.
quòd cùm eſſet commiſſa cauſa reſtitutionis in inte-
grum aduerſus tres ſententias, & ſignatura diceret,
prout de iure, & per me fuiſſet inhibitum iudici, qui
protulerat tertiam ſententiam, & proceſſerat ad ele-
ctionem calculatorum, & ibidem ad executionem ſen
tentię, & calculator retulerat, quòd illa electio calcu-
latorum, & relatio non eſſet reuocanda per viam at-
tentatorum, quamuis eſſet commiſſa, prout de iure,
inhibitio contra ſententiam iuxta formam commiſ-
ſionis, vt poſt tres ſententias commiſsionis reſtituto-
riæ non impediat executionem ſententię, quòd talis
inhibitio non ligauerat manus Iudicis, à quo attento,
quòd eſſet calumnioſa, licèt diceretur, quòd ex ſtilo
Rotæ, prout dicunt Dd. in d. c. non ſolum. Inhibitio
ſine cauſæ cognitione facta ligat manus Iudicis: à quo
1 dato, quòd poſtea declararetur, quòd † illa inhibitio
non eſſet ritè & rectè facta, putà cum cauſæ cognitio
ne, quod eſſet declarata nulliter facta, nihilominus li-
garet, vt tentum fuerat coram D. Moheda. pro Io. Pe-
tro Caſareto contra Aloiſium de Salario: vbi fuit di-
ctum, quòd illud procedit, quando illa inhibitio ab i-
nitio conſtat, quod eſt calumnioſè facta, vt in caſu no-
ſtro, videlicet poſt tres ſententias ad impediendam e-
xecutionem, licèt dicerent, quòd etiam iſtud erat com
miſſum per commiſsionem prefixionis termini.

EPITOME.

Denegatio publicationis teſtium de iure communi non inducit validitatem.

SVMMARIA.

1 *Denegatio publicationis teſtium, ſi non fuit appoſita, ſententiam reddit nullam. & nu. 3.*

2 *Ad inducendam nullitatem ſententiæ appellandum eſt infra 10. dies à tempore denegationis, vel etiam ſtatim a prolatione ſententiæ.*

4 *Cum tempore audientiæ pars altera pro tribunali non comparet, credibile eſt eum pœnituiſſe petitionis ſuæ.*

DECISIO CXXII.

IN vna Terraconen. villę de Rens, pro Capitulo
Terraconen. contra vniuerſitatem coram D. Thu
ma fuit reſolutum 29. Aprilis 1541. quod de iure Ca-
1 nonico † denegatio publicationis, ſi non fuit appoſita,
non reddit ſententiam nullam. vt per Innocen. & Do-
ctores in c. cùm I. & A. de re iudic. & iſtud dicit com-
mune Card. & Alexander in c. etſi ſententia. §. ſenten-
tia. in 1. col. num. 9. de re iudic. in 6. & D. Marſicanus
2 dixit, quòd † ſi appellatur infra decem dies à tempore
denegationis, quòd talis appellatio inducit nullita-
tem ſententiæ ſtatim probare: licèt aliqui Domini vel
lent, quòd ad inducendam nullitatem oportebat, quòd
ſtatim appellaretur à prolatione ſententię, aliàs ſen-
tentia eſſet valida. Tamen ſuper hoc tantum non fuit
3 diſputatum: fuit tamen dictum, quòd † denegatio pu-
blicationis petitæ de ſtilo Rotæ reddit ſententiam nul
lam, vt dicit Felin. in d. c. cùm I. & A. Domini tamen
dixerunt, quòd illa publicatio eſſet petita ab auditore
& denegata: ſecùs tamen, quando eſt petita à nomina-
4 to, erat dicenda eſſe petita, maximè, quia † tempore au
dientiæ pars non comparuit in tribunali, potuit cre-
dere auditor, quod pœnituerit eum ſuæ petitionis.

EPITOME.

Expenſæ in cauſa attentatorum non compenſantur cum expenſis in cauſa ſpolij.

SVMMARIA.

1 *Expenſæ attentatorum non compenſantur cum expenſis ſpolij.*

2 *An in cauſa ſpolij alterius cauſæ non admittatur compenſatio, niſi in priuilegiata re.*

DECISIO CXXIII.

DIe 2. Maij 1541. fuit reſolutum coram D. Aquen.
pro Ludouico de Ludouicis contra Blaſium de
Ceſena in vna Ceſenaten. Compenſationis, quòd Bla
1 ſius, qui fuerat condemnatus in cauſa † attentatorum
in expenſas, & ſententia tranſiuerat in iudicatum, non
poterat operari exceptionem compenſationis ſuper
expenſis, quæ debebantur ei ex cauſa rei iudicatæ, vt
ſuper beneficio, & in quas Ludouicus fuerat condem
natus, tanquam intruſus in beneficio. Fundamentum
2 fuit, quia † in cauſa ſpolij non admittitur compenſa-
tio alterius cauſæ, prout eſt text. in c. fin. in ii. de reſcr.
nec obſtat, quod dicit Felin. in c. ſub certa. de re indi.
col. 3. in princip. dum vult, quòd in cauſa priuilegiata
poteſt apponi. & idem tenet Bald. & Salic. in l. fina. de
ordin. cognit. His non obſtantibus fuit dictum, quòd
iſta cauſa non erat ita priuilegiata, prout cauſa atten-
tatorum.

EPITOME.

Dilationes ad dicendum contra commiſsionem, & iura producta fuerunt denegatæ.

SVMMARIA.

1 *Dilationes extra terminum non dantur, ad partes maximè.*

2 *Veniens ad cauſam vigore cõmiſſionis dependentis ex intereſſe, citatus cõparebit ad dicendum contra iura producta.*

3 *Petens dilationes in termino, poſt eum ſeruatum eas poſtrà petere non poterit.*

DECISIO CXXIIII.

FVerunt denegatæ dilationes in vna Conchen. Pa-
rochialis de Montilla coram Do. Saznen. inter Pe
trum de Valẽzuole & Petrum Valtorilla, 2. Maij, 1541.
1 Petrus de Valtorilla † petebat dilationes extra termi-
num, putà per terminum ad dicendum cootra com-
missionem, & iura producta, per decisio. Cassad. 1. de
except nam licèt quando quis venit vigore specialis
commissioois, putà quia causa principaliter est com-
missa inter talem & talem, possunt peti dilationes ad
partes, an terminum ad articulandum benè seruatum,
&c. vt dicit Cassad. decis. 1. de dilat. tamen quando
2 quis † venit ad causam vigore commissionis depen-
dentis pro interesse, tum si ita petat, veniet saltem ci-
tatus ad dicendum contra iura producta: & in termi-
3 no noo petens † non potest posteà petere post termi-
num seruatum. Ratio est, quia ex quo veoit pro inter-
esse in eisdem statu ac terminis, perinde est, ac si tan-
tùm fuissent seruati contra eum. & ratio est, si io ista ci
tatione ad dicendum cõtra iura producta nõ petat di-
lationem, debet sibi iuputari, si posteà ei denegantur.

EPITOME.

C. si à sede. de præben. in 6. tantùm habet locum, si posses-
sio eadem die est capta. Cassad. decis. 14. de præbend.

SVMMARIA.

1 *Prouisione Apostolica & ordinaria eadem die facta vtra in dubio præferatur.*

2 *Beneficium non potest eodem, quo fit per Papam prouisio, tempore post possessionem adipisci.*

3 *Dubia collatio non debet aduersus posteriorem præualere.*

DECISIO CXXV.

FVit dubitatum iu vna Aquilan. Archidiaconatus
coram D. Raynaldo ioter Baptistam Thomasium
& Benedictum Stiria, an c. si à sede. de præben. in 6.
habeat locum, cùm possessio est capta eadem die, qua
fuit facta prouisio: an verò etiam, qoando possessio su
peruenit post aliud tempus, putà prout erat io casu il-
1 lo. Extabat † prouisio Apostolica, & ordinaria sub ea-
dem die, tunc ignorabatur quę causa esset anterior
aut posterior. Octaua die prouisus ab ordinario asse-
quutus fuerat possessionem, dubitabatur, quis esset
pręferendus. Tres domioi voluerunt, quòd ob dome-
sticam possessionem ex ioteruallo præferendus esset
Apostolicus, & sic volebat tex. in c. si à sede, valere tũc
quando statim interuenisset possessio. fuodamentum
est io c. si à sede. dum dicit, quod dato concursu pro-
pter prærogatiuem conferentis, præfertur prouisio
Apostolica: ergo per superuenientiam possessoris 7.
vel 8. die non poterat amittere beneficium iam quæ-
sitũ. Et fuit dictum, quòd istam partem tenebat Fran.
quem refert Dominic. in d. c. si à sede. & Cassad. decis.
15. de præbend. Maior tamen pars Dominorum, vi-
delicet septem alij teouerunt contrarium, quòd c. si à
sede. loquitur indistinctè, vnde ista tenet restrictio
magna, restringendo illum tex. quando possessio eo-
dem tempore esset capta: & quia nunquam posset ille
tex. verificari in prouisione Apostolica facta de bene-
2 ficio vacante extra Curiam: cùm † impossibile su eo-
dem tempore, quo fit prouisio, per possessionem adi-
pisci. Et ita fuit dictum teuere Cassad. cons. 7. de præ-
beo. Istam quæstionem tangit ad ratiouem supradi-
ctam: tunc respousum fuit, beoeficium anteà quæsi-
tum, & cùm sumus in dubio, quę collatio sit prior, ista
3 † dubia collatio non debet aduersus posteriorem prę-
ualere: & ita fuit conclusum 4. Maij, 1541. ad dictum
cap. & Franc. in c. si à sede. & ad decis. Castad. de pręb.
fuit dictum quod non loquitur in nostris terminis.

EPITOME.

Quis præferatur nobilis an Doctor, vide Rob. in c. statu-
tum. in additio. ad Io. Monach. col. 2. nu 107. de rescript in 6.

SVMMARIVM.

1 *Si intersit iuris communis nobili præferetur Doctor de iure Canonico.*

DECISIO CXXVI.

FVit dictum in vna Abulen. beneficij de Barro pro
Christophoro Martinez, contra Petrum de Moli
na: coram D. Aqucosi, quis esset præferendus nobilis
an Doctor ex primo genere nobilitatis. Et licèt regu
la Cancellariæ in 2. col. ponat primò Nobilem, & po-
steà Doctorem, & sic ex ordine nobilis debeat pręfer
1 ri, tamen eadem regula dicit, quòd si † interesse occur-
rat secundum ius commune, tenuerunt Domini, quod
de iure Canonico Doctor præferatur nobili ex infe-
riori genere, vt loquitur regula in d. c. statutum. per
argumentnm quod adducit Staphil. de lit. grat. & iust.
fol. 137. Non obstat, quod dicitur, quòd primò descri
bitur Nobilis in illa regula, quia respondetur, quòd
per hoc non debebat iuris ordo seruari, ex quó regu-
la dicebat, quòd concurrentes inter se ius commune
seruatur, & sic ordo literæ ostendebatur: & fuit facta
resolutio 2. Maij, 1541.

EPITOME.

Probato stilo procedendi coram ordinario oon probatur
stilus procedendi coram delegato.

SVMMARIA.

1 *Delegatus tenetur procedere secundùm stilum delegantis.*

2 *Delegatus ad procedendum non stilum ordinarij, sed ius scriptum attendet.*

3 *Quod a mercatoribus in vna curia obseruatur, id in omnibus ab iisdem obseruari debet.*

DECISIO CXXVII.

IN vna Calaguritan. Matrimonij pro Comite de Fu
rentes contra Mariam Saoctiam, coram D. Marsica
no, 24. Maij, 1541. fuit resolutum, quòd stilus proce-
dendi coram ordinario absque citatione ad senten-
tiam probatus, non inferebat, quòd esset idem stilus
1 coram iudice delegato: † ex quo delegatus debet pro-
cedere secundum stilum delegantis, cuius vice fungi-
2 tur. Ergo attendendum est † ius scriptum ad procedeo
dum, & nõ stilus ordinarij Et quia cùm tractaretur de
consuetudine, & stilo probando, non inferebatur de
stilo probando corã ordinario ad stilum probandum
coram delegato, quia tam præscriptum quàm posses-
sum. Non obstat 2. coosi. Corn. 39. in 3. vol. col. 11. dum
3 soluitur, quando † probatur, quòd in curia mercato-
rum hic obseruatur, quod in alia quacunque curia da
tur fides iisdem: quia istud habet locũ in materia pro-
batoria inter easdem personas, quia si libri probant in
curia ioter mercatores, debent probare in quacũque
curia inter eosdem mercatores.

EPITOME.

Regula de annali et triennali est inuenta in odium im, etrantis
& in fauorem possessoris, secundum Cassad super reg. Cancel-
lariæ decis. 14 proposita fuit & io fine 2. pag & ibidem in prin-
cip. 3. pag. quod est realis.

SVMMARIA.

1 *An non satisfaciens annali sit audiendus.*
2 *Reg. de annali intuetur possessorem.*
3 *Reg. de annali non est in possessoris sed impetrantis fauorem inuenta.*
4 *Annalis non inducit de nouo vtilitatem.*

DECISIO CXXVIII.

IN vna Nullius S. Salnatoris pro Petro Aurelio contra Ioan. Feliecem 21. Aprilis 1541. in qua Ioan. Felix
commiserat causam contra Petrum Aurelium, & obtinuerat brachium seculare, quo medio Io. Felix assecutus fuit possessionem: qua possessione adepta, Petrus Aurelius commisit causam nullitatis & omnium inde secutorum, & in ista instantia dedit de regula de Annali, dicens quòd tempore quo Ioan. Felix impetraucrat beneficium, ipse erat annalis possessor committendo causam in 1. instantia, in qua reportauerat sententiam & rem iudicatã, quod nõ satisfecerat reg.
1 de annali. Fuit dubitatum, an † Petrus Aurelius esset au
diendus in tali obtentione. Et pro parte Ioannis dice
2 batur ꝙ non ex † quo ipse erat assertus possessor bene
ficij, & cùm reg. de annali intuebatur possessorem, &
ipse recordabatur, de reg. ꝙ Petrus Aurelius nõ erat
possessor, sequebatur, quòd non potuerat dare de reg.
de annali. Cõtrarium autem fuit resolutum. quoniam
regula est realis, & quilibet etiam non possessionem
habẽs potest de ea dare. Et sic Petrus Aurelius etiam
quòd non esset possessor poterat eam allegare. Nec
3 erat verum, quòd reg. de annali † esset inuenta in fauo
rem possessoris, quia dicebatur, quòd erat inuenta in
fauorem impetrantis, & quòd licèt hodie daretur de
reg. nõ per hoc possessio Felicis legitimè erat adepta:
4 cum reg. de annali producta † non induceret de nouo
vtilitatem, quæ erat tempore sententiæ, & ideò cùm
sententia esset præscripta vigore sententiæ, & quę erat
nulla, non dicebatur illa possessio legitima.

EPITOME.

Non statur narratiuæ Papæ asserentis aliquem rebellionem cõmisisse seu crimina perpetrasse, vt propterea esset priuandus.

SVMMARIVM.

1 *Quando stetur narratiua Pontificis Max. & num. 2.*

DECISIO CXXIX.

1 QVòd non staretur † narratiuæ Papę asserentis aliquem commisisse rebellionem seu alia crimi-
na perpetrasse, & propterea eum priuandum bonis,
fuit tentum in vna Vrbeneuentana Castri Castellio-
nis pro Sabellis contra Monaldenses, per ea quæ dicit
Abb. in Clem. 1. de probat. & idem in c. quæ in ecclesia
rum. col. pen. & ibi Fel. col. 33. in prin. de const. Gem.
consi. 53. col. 4. de consti. 544. 445. col. antepenult. &
Aret. cons. 155. col. 3. Iason cons. 34. col. 6. vol. 1. & col.
5. vol. 3. Rebuff. in concord. nou. fol. 241. licèt Felin.
tenuerit contrarium cons. 766. & 12. & Bal. consi. 314.
col. 4. vol. 1. & Sozin. consil. 87. col. 6. vol. 3. tamẽ pro
opinione facit, quòd quando agitur de alicuius graui
præiudicio, non statur assertioni Papæ, ad consil. 46.
col. fin. vol. 2. Petrus de Anchar. consi. 357. & in c. quæ
ecclesiarum. col. 12. de constit, & in sermone eodem
consilio. col. 4. Staphil. de lit. grat. & Iust. cart. 155. Nec
2 obstat, ꝙ quãdo Papa † se fundat in sua narratiua tunc
statur illi. Item quando Papa procedit, tanquàm informatus, quòd non statur assertioni, quia hoc non procedit in criminalibus ad probandũ delictum, & maximè electione, & cõfiscatione. Et fuit dictũ quod aliàs in vna Bentiuolorum fuit tentum contra Fesulanos.

EPITOME.

Quando breue est expeditum post vacationem beneficij gratiatus tenetur probare collationem in breui parte tempore concessionis gratiæ fuisse expressam.

SVMMARIA.

1 *Breue expeditum ad collationem alicuius ecclesiæ vel capituli post vacationem beneficij, non solùm ex data, sed per testes quoque probari debet.*
2 *Stilus Papæ quomodo in collatione sit attendendus.*

DECISIO CXXX.

IN vna Terraconen. Archipresbyteratus pro Gamica cõtra Petrum de Vergas coram D. Marsicano, in
1 qua constabat, quòd breue † ad collationem Terraco
nen. esset expeditum post vacationem beneficij, volue
runt Domini quòd Petrus, qui nitebatur super dicto
breui, debebat probare aliunde, quòd ex data breuis,
quæ erat de mense Martij, quod tempore collationis,
& sic datæ, fuisset expressa collatio Terraconen. cùm
vacatio dicti Archipresbiteratus esset de mense Mar-
tij, & præsupponebatur, quòd expeditio esset de men-
se Augusti. Et fundamentum fuit stilus concludens,
quia dicebant Domini, quòd Papa concedit in gratia
ad vnam vel duas collationes. Et quia breue erat ex-
peditum post vacationem, & sic tunc esset expressa va
catio, dicebant Domini, quòd aliunde quòd ex ipsa
data, putà per testes deberet probare, quòd Papa
tempore gratiæ datæ commisisset ad collationem
Terraconens. Pro parte Petri dicebatur, quòd ille
2 † status erat verus, quando Papa faciebat gratiam ali-
cui collegio, putà auditoribus seu referendariis, quia
tunc solet dare ad duas collationes exprimendas, &
stat posteà expressio cum vacatione: sed quando fa-
cit collationem, quando non erat talis stilus, & quod
satis erat probare ex ipsa data, quia non est creden-
dum, quòd si Papa concessisset de mense Martij
quàm in genere ad vnam collationem, quòd de men-
se Augusti Secretarius expediuisset ante collationem
Terraconen. Tamen præualuit prima opinio. & ista
resolutio fuit facta 2. Maij 1545. quòd transferretur
onus probandi in Petrum, qui fundabat se in dicta
gratia concessa de Martio, quod tempore datæ fuit
facta concessio dictarum expensarum, in breui expedito, an sufficiat probatio ex breui prouueniens, vt suprà dixi.

EPITOME.

Taciturnitas modicę quantitatis fructuum indebitè perceptorum reddit gratiam surreptitiam.

SVMMARIA.

1 *Quamuis in impetratione nouæ prouisionis fuisset facta mentio de intentione impetrantis, attamen si modicæ quantitatis fructus indebitè percepti subiiceantur, reddunt gratiam subreptitiam.*
2 *Subreptio quantumcunque minima vitiat gratiam in beneficialibus.*
3 *Perceptio fructuum in gratia subreptitia dicitur indebita.*

DECI-

DECISIO CXXXI.

VOluerunt Domini in vna Bellice. Prioratus pro Petro Bugliardi contra Christophorum Ferrati
1 coram D. Marsicano 29. Aprilis, 1541. quòd † taciturnitas modicæ quantitatis fructuum indebitè perceptorum, putà vnius scuti, siue dimidij, redderet gratiam surreptitiam, quamuis in impetratione nouæ prouisionis fuisset facta mentio de intentione impetrantis:
2 ratio fuit, quia † in beneficialibus surreptio, quantumcunque minima, vitiat gratiam, ad tex. in c. si proponeo te. de rescript. & in c. si motu proprio. de præben. in 6. Item quia non curat prætor in his, quæ de iure competunt & fieri debent, ad Bart. in l. si proprietarius. ff.
3 de dam. infect. Sed de † iure communi perceptio fructuum in isto casu indebita dicitur, vt per Felin. in c. postulasti. in fin. de rescript. & in c. inueniam. Correl. eo. tit. propter compositionem, quam facere tenebatur, etiam de fructibus modicis. Ergò licèt videatur rigorosa, ita est tenenda in cõtrarium, facitque quod dicit Aym. circa certa. consil. 182. col. fi. ou. 17.

EPITOME.

Citatio ad instantiam partis quando præsumatur facta.

DECISIO CXXXII.

TEnuerunt etiam Domini in vna Padoana feudi pro Hieronymo de Siluaticis contra Gasparem de Dandis coram D. Thoma 2. Maij, 1541. quòd præsumebatur citatio ad instantiam partis facta, tum quia est actus, qui requirit impensam, ad not. per Bart. in l. cùm seruus. ff. de verb. oblig. tum quia ita fieri communiter concludunt Dd. prout refert Feli. in c. 1. col. 1. & ibi Aret. in 3. col. de iudic.

EPITOME.

Sequestrum in iudicio restitutorio ad rem iudicatam an sit decernendum.

SVMMARIA.

1 *An vigore sententiæ restitutoriæ liceat in fauorem alterius decerni sequestrum.*
2 *Cùm prius iudicium est variatum prima sententia non potest aliquam boni iuris facere præsumptionem.*
3 *Res inter alios acta non potest alteri vel obesse vel prodesse, & tamen præsumptionem pro bono iure facit.*

DECISIO CXXXIII.

DE mense Maij, 1541. in vna Astoricen. in qua erat data sententia in fauorem Ioannis Andreæ cõtra Petrum de Candia, quæ transiuit in iudicatum, & postea Petrus de Candia cesserat ius suum in fauorem Ioannis Iunios, qui parendo sententiæ latæ contra Petrum possessionem dimiserat in fauorem Garsiæ Bernardi, qui successerat eidem, & parito iudicato Ioannes Magnus obtinuerat sententiam in iudicio restitutorio in fauorem suum contra Garsiam: Fuit dubita-
1 tum, † an vigore istius gratiæ liceret decerni sequestrum in fauorem Ioannis, & post sequestrum dicebatur, quòd sic, ex quo in secundo illo iudicio erat prima sententia, & sic erat locus Clemen. ad comparendum. Et quia erat paritũ indicato, videbatur quòd illud prius iudicium erat variatũ: & sic illa prima sententia nõ poterat aliquã præsumptionem boni iuris in casu isto facere, in quo erat nouum iudiciũ, maximè cùm erat noua persona, quæ successerat Ioanni Andreæ, qui ha-
2 buerat sententiam pro se, & secundum regulam, † Res inter alios acta nõ debebat sibi prodesse vel obesse. in Speculat. in 4. des senten. §. nunc de effectu. col. 2. ver. item pone. Istis tamen non obstantibus fuit tentũ contrarium per decis. 2. Cassad. de sequest. poss. & fruct. & quod illa prima sententia faciebat præsumptionẽ pro bono iure. Non obstabat dictũ Spe. in d. §. nũc de ef-
3 fectu. quia licèt res † inter alios acta alijs nõ præiudicet vel prosit, tamen facit præsumptionem pro bono iure, & istud sufficit ad impediendum sequestrum.

EPITOME.

Gratia in alia gratia narrata canonizari non potest.

DECISIO CXXXIIII.

DIe 2. Maij, 1541. in vna Nullius seu Genuen. beneficij pro Petro de Barrionueno contra Sebastianum Ponte fuit resolutum, quòd gratia in alia gratia narrata cum annotatione datæ, licèt probaret concessionem gratiæ, quòd tamen gratia narrata cum illa annotatione datæ aliter non potest canonizari. & fuit solutum coram D. Mohedano.

EPITOME.

Collatio Præbendæ in ecclesia Collegiata spectat ad Capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Collatio præbendæ in collegiata ecclesia per solum prælatum facta absque capitulo est nulla.*

DECISIO CXXXV.

DIe 29. Aprilis, 1541. coram D. Mohedano in vna Placentin. Canonicatus Vallisoletti inter Doct. Guesta, & Franc. del Rio ex alia fuit resolutum, quòd collatio præbendæ in ecclesia collegiata spectat ad Capitulum, licèt aliàs variæ fuerint opiniones inter auditores, vt per Rot. decis. 4. de concess. præben. in nou. tamen secundum istam opinionẽ fuit aliàs dictum, ac per. Cass. decis. 22. nu. 3. de præb. Et ideò dicebatur, quòd antè appellatione Capituli venerat Prælatus, & tunc collatio spectabat ad prælatum. Et sic in casu illo, cùm
1 solus † prælatus Collegiatæ ecclesiæ cõtulisset, vel non, dicebatur, quòd collatio erat nulla.

EPITOME.

Ex gestatione habitus non præsumitur possessio.

DECISIO CXXXVI.

IN vna Callaguritan. coram D. Marsicano inter Dominum Ioann. Angelum & Antonium Fener 14. Maij, 1541. fuit tentum, quod sola delatio habitus S. Antonij, putà illius signi, quod gestauerat Antonius, vltra decem annos, & quòd seipsum nominauerat cõmendatarium, quòd non induceret professionem, per tex. in c. vt clerici. de regul. in quibus locis dicitur, quòd gestatio habitus extra religionem quantumcunque temporis non inducit professionem. vide Alexand. in c. interrogasti. circa fin.

EPITOME.

An post præfixionem termini possit dari de regula de annali.

SVMMARIA.

1 *Regul.de annali annullat & sententiam latam & executionem decretam.*

2 *An per præfixionem duorum terminorum, quis ab annali excludatur. & nu.3.*

DECISIO CXXXVII.

IN vna nullius S.Saluatoris inter Petrum Felicem,
& Io.Aurelium coram me, in qua D. Marsicanus
vnam protulerat sententiam, quæ transiuerat in iudi-
catum, quæ fuerat per commisionem commissa, dice
batur de nullitate per illum qui obtinuerat sentētiam
fuit obtenta alia commisio temporis ad dicendū de
nullitate, quo elapso, & non docto, fuerat processum
ad executionem, & fuerat facta: quo facto fuit com-
missa causa nullitatis, & datum de regul.de annali. &
1 erat reformatum & resolutum, quòd† reg. de annal.an
nullaret etiam sententiam latam & executionem. Fuit
dubitatum, an ex eo, quòd bis fuerat præfixus termi-
2 nus, & non erat datum de regu.annullante, an† esset
exclusus per illam præfixionem, quòd posset vlterius
dari in illo iudicio nullitatis tertio loco intentato. Et
fundamentum principale fuit, quia illa vltima præfi-
xio fuerat facta ad effectum, vt executio esset bona. &
ad illum effectum nō poterat audiri: & sic si non fuis-
set facta executio, deberet tamen fieri ad effectum, vt
si volebat, doceret de nullitate principaliter dicebatur
3 †quòd per illam præfixionem non erat exclusus, & po
terat dari quandocunque de nullitate sententiæ.

EPITOME.

Pensio transferri potest in articulo mortis.

DECISIO CXXXVII.

IN vna Gerunden.pensionis coram D.Thoma inter Antonium Mandoza, & Lazarum Garzie 13. Maij, 1541. fuit resolutum, quod pensio poterat transferri in articulo mortis, dato quòd in facultate aderat clausula, & in mortis articulo, quia non reperiebatur propositum. dato quòd ex stilo deberet talis clausula apponi, & Dominus Sarnen. in reg. de infirmitate resignanda videtur tenere hanc partem.

EPITOME.

Excusatio malæ expressionis valoris.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur ad excusandum aliquem à mala veri valoris expressione.*

DECISIO CXXXIX.

1 PRima Iulij, 1541. fuit dictum in Rota, quòd† ad ex
cusandum quem à mala expressione veri valoris
tria copulatiuè requirantur. Primum arrendamenta
præcedentia, impetratio authoris in quibus beneficia
ad talem valorem fuerunt impetrata, & testium publi
ca vox & fama, quòd beneficia tantum valeant. Pro
quo facit decis.1.super reg.Cancellariæ, in qua dici-
tur, quòd ista tria requirantur copulatiuè. Sarnen. q.
11. super reg.de valore.

EPITOME.

Ius patronatus in antiquis quando probetur per publicam vocem & famam.

SVMMARIVM.

1 *Cùm possessio cum præsentatione conuenit, potest ius patronatus in antiquis per publicam vocem, famam & auditum probari, sin verò minimè, non potest.*

DECISIO CXL.

SExta Iulij, 1541. in vltima audientia in vna Ter-
raconen.S. Antonij pro Petro Marmotio contra
Antonium, voluerunt Domini, quòd ius patronatus,
quod ciuitas Pipernien. prætendebat habere in dicto
prioratu competeret ex quadam fundatione Sergij
Episcopi, in qua Episcopus ad instantiam iudicis ciui
tatis fundauit ecclesiam prædictam S.Antonij cum
promisione habita, quòd communitas eam dotaret,
quia non constabat de dotatione, sed tantum de pro-
misione. Item erat quoddam statutum dictę ciuitatis
in quo dicebatur, quòd officialis teneretur obserua
re ius patronatus Ecclesiarum, & pręcipuè S.Antonij.
Sed nec istud sufficiebat. Primò quia statutū factum
fuit lite pendende, & sic nulliter: secundò, quia illa nar
ratiua statuti per hoc non probabat ius patronatus.
tertiò, quia erant excommunicati quatuor testes, quo
rum duo erant minores 24. annorum, qui omnes de-
ponebant de auditu à maioribus suis, quòd ius patro
natus dicti prioratus erat dictæ communitatis Piper-
nien. de publica voce & fama, & quòd audiuerat de
repręsentationibus factis per communitatem ad di-
ctum prioratum: & pro hoc faciebat, quia à tempore
Georgij fundatoris transierunt 100. anni & vltra. er-
go per famam ius patronatus probasset. Tamen Ro-
ta tenuit contrarium, quod per talem probationem
1 non probatur: quia illud,† quòd ius patronatus proba
tur in antiquis per famam, habet locum, quando con
uenit possesio pręsentandi: hic autem non conuenie-
bat, & ideò talis fama non probat: & ita colliges ex his
quæ dicit D.Lambert.tract.de iure patro.fol.332.col.
3.art.4.circa fin.in prin.q.1.2.lib.& fol.332.in versi.si
verò apparet vbi istud sentit.

EPITOME.

Propter breuitatem temporis, quo causa est commissa, non pronunciatur.

DECISIO CXLI.

EAdem 6.Iulij, 1541. in vltima audientia voluerunt Domini in vna Placentin. citatoriæ pro Do.Ant. Romero cōtra Gundisaluum Luzon. in qua erat commissa causa 23. Ianuarij 1541. ad instantiam Antonij, & citatio executa 3. Aprilis, & processus decretus 3. Maij quia tamen dabantur 60. dies, processus autem habebat incipere 3. Iunij, quod licèt Gundisaluus comparuisset per procuratorem, & sicut misit procuratorem ita potuisset mittere alia iura, licèt causa fuisset instructa cum ipso procuratore: quod tamen propter temporis breuitatem non pronunciaretur, & ita pronunciaui.

EPITOME.

Clausula cum auocatione & extinctione litis quoad cedentem.

SVMMARIA.

1 *Sententia quamuis ex defectu iuris sit nulla, cùm tamen ex defectu iurisdictionis non collabascit, sequestrum an sit renucandum.*

2 *Clausula, cum extinctione litis & causa quoad cedentem an intel-*

an intelligatur quoad cedentem & cessionarium, si qualis erat inter eos, an verò quoad extraneos collitigantes etiam. & nu.4.

3 *Papa non censetur velle extinguere litem in præiudicium alterius.*

DECISIO CXLII.

EPiscopus solus resignauerat Archidiaconatum & certa alia beneficia, quæ habebat in Ecclesia & diœcesi Segobien. in fauorem Gundisalui Suarez, & in supplicatione resignationis in clausulis dicebatur, etiam cum auocatione & extinctione litis, aut alia vtiliori via, etiam fatendo nullum ius sibi competere, liberè expediri posset. post istam cessionem & extinctionem litis Episcopus obtinuerat sententiam, & sequestrum contra Sanctium, contra quem litigabat, antequam fieret cessio per eũ super Archidiaconatu: post latam sententium & sequestrum veniebat Sanctius, & producta cessione Episcopi ante sententiam dixit de nullitate sententiæ, & petebat sequestrum reuocari per viam nullitatis. Coram me dicebatur in secunda
1 instantia, quòd † licèt senteutia esset nulla, quoad Episcopum, ex defectu iuris, ex quo cessio præsumebatur attentata: tamen sententia non dicebatur nulla ex defectu iurisdictionis: & ideò sequestrum non erat reuocandum, iuxta Clem. vnic. in gloss. fin. de sequest. poss. & fruct. & licèt in supplicatione cessionis dicebatur, & cum extinctione litis & causæ quoad cedentem, ta-
2 men dicebant ipsi, quòd † illa clausula intelligebatur quoad cedentem, & cessionarium, si qua erat lis inter eos, non autem quoad extraneos collitigantes: quia
3 absurdum esset, † quòd quoad illos in eorum præiudicium Papa voluisset litem extinguere. Tamen hoc non obstante fuit determinatum cõtrarium, cùm hoc
4 dicunt Domini, quòd propter † illa verba, cnm auocatione causę & extinctione litis quoad cedentem, iam lis erat penitus extincta quoad ipsum cedentem, ita vt non solùm contra cessionarium, sed nec alios collitigantes agere poterat: & sic in eius præiudicium lis erat extincta ex quo cessionarius erat surrogatus in ius suum per cessionen: sed non dicebatur extincta, quoad extraneos collitigantes, ita quòd si voluisset ita agere contra Episcopum, non potuisset. Et sic fuit resolutum, quòd in præiudicinm Episcopi lis contra quoscunque erat extincta, ita vt Episcopo non liceret agere contra eos, sed & alij collitigantes non poterát contra eum agere. Et ita 6. Iulij in vltima audientia confirmani sententiam D. Io. Pauli in vna Segobien. Archidiaconatus.

EPITOME.

Non est quis audiendus in petitorio, donec satisfaciat de omnibus, de qoibus est condemnatus in possessorio.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius quantumuis pauper, non admittitur ad petitorium, nisi fructus & expensas satisfaciat in possessorio.*

DECISIO CXLIII.

IN vna Oneten. Canonicatus & præbendæ coram me Ferdinandus habuerat duas sententias in petitorio contra Andream: posteà Andreas venit per viam possessionis, & habuit vnam sententiam contra Ferdinandum cum fructuum & expensarum condemnatione, quæ transiuit in iudicatum. Ferdinandus cessit in fauorem Didaci Verga. qui Didacus petebat confirmationem duarũ sententiarum in petitorio. Rota
1 voluit, ꝙ dato, † quòd Didacus esset cessionarius Ferdinandi, ꝙ non admitteretur ad possessionem, donec satisfaciat Andreæ de fructibus & expensis super sententia lata in possessorio: videns sententiã Didacus fecit cautionem, vt alter Andreas haberet duas suas sententias in petitorio è contra: & quoniã erat pauper, sic vt satisfacere expensis per Ferdinandum factis nõ posset, volebat dare cautionem Andreæ de eis restituendis in euentum succumbentiæ, ac etiam facere depositum de minima quantitate reddenda, cum obligatione de satisfaciendo fructus liquidandos, cumq́ue simili cautione de restituendo: & ita auditor procederet, & prout de iure signatura respondebat. Attamen de iure voluerunt Domini, quòd dato, qnòd constaret de paupertate, nihilominus prædictus cessionarius non audiretur, nisi refectis expensis & restitutis fructibus absque alia cautione. Quia ex quo Andreas fuerat spoliatus, inprimis & ante omnia esset restituendus: quia si non fuisset spoliatus, fructus percepisset: ita si non fecisset eum super spolio litigare, non fuissent factæ expensæ. vnde imputandum est ei, si spoliauit, & litigauit: vt ideò debeat satisfacere. & ita fuit decisum 6. Iulij, 1541.

EPITOME.

Regressus.

SVMMARIVM.

1 *Regressus quomodo absque authoritate superioris valeat.*

DECISIO CXLIIII.

IN vna Valent. decanatus de Xatina me proponen-
1 te, an regressus † in decanatum ad fauorem Didaci t nullus de consensu Nicolai, & potuisset extingui per ipsum Nicolaum coram notario & testibus absq; authotitate superioris: D. Marsicanus dicebat, quòd bis viderat casum decisnm in Rota, quòd sic. & alij Domini sequuti sunt eum 6. Iulij, 1541.

EPITOME.

Noo habens facultatem restituendi, non est de iure condemnandus: sed quomodo debeat fieri, vide Bald. in l. stipulationes non diuiduntur. ff de verb. oblig.

SVMMARIA.

1 *An cedens cogatur onera post cessionem imposita, eò quòd certam annuam ex beneficio pensionem accipiat, vnà cum cessionario soluere.*

2 *Qui in cessione errat, non potest posteà agere de spolio.*

3 *Restitutio & condemnatio cum in iudicio restitutorio fieri non potest, canonizatur alterius ius, & immittitur in possessionem, non autem ad rem ipsam restituitur.*

4 *Spoliati est eligere, an contra spoliantem ad æstimationem, an verò in succedentem spoliatori ad rem ipsam velit agere.*

DECISIO CXLV.

IN vna Vincentin. parochialis de Longares coram D. Britonorien. in qua Ambrosius de Auria resignauerat parochialem prædictã in fauorem Hieronymi de Nugis, reseruata sibi annua pensione libera & exempta ab omni decima, & non aliàs, aliter. nec alio modo, qua reseruatione facta, & soluta pensione per Hie-
1 ronymum per aliquot annos, dum † posteà erát imposita onera per Dominos Venetos, & vellet Ambrosius ꝙ Hieronymus cessionarius concurreret in illis, di-

cebat Ambrosius, quòd non tenebatur, attento, quòd
pensio erat libera: dicebat Hieronymus, quòd in man
dato ad cõsentiendũ resignationi non erat illa clausu-
la, vt pensio esset libera, & consequenter quòd procu
rator constitutus malè consenserat. quod ita compertum
2 tum fuit: Vnde † Ambrosius egit cõtra Hieronymum
de spolio, dicẽs ipsum spoliatũ fuisse suo beneficio, ex
quo resignatio erat data sub conditione, dũmodo pen
sio esset libera, & ꝙ ius & possessio erat ideò abdicata,
ad l. qui absentia. ff. de acquir. poss. Et ita D. Sarnen. iu
dicauit super spolio Hieronymũ fore absoluendum.
Posteà cùm in secunda instãtia Hieronymus docue-
rit, quòd ante litem per tres annos, antequàm dictam
parochialem resignasset alteri, vt resignatarius possi-
debat, fuit dubitatũ, an sentẽtia D. Sarnen. esset consi-
deranda, quoad caput restitutionis. 18. Maij, 1541. fuit
3 resolutum, quòd † quia in commissione erat intenta-
tum iudiciũ restitutorium, & condẽnatio, & restitutio
fieri non poterat, ꝙ tãtùm canonizaretur ius Ambro
sij, & declararetur nullum ius Ambrosio competere: &
Ambrosium quidem immittendũ in possessionẽ, non
autẽ restituendũ, intellige ad rem ipsam, secùs ad æsti-
mationem, secundum tex. in l. 1. §. ex interdicto. iun-
cta gloss. ff. de vi & vi arma. & ꝙ recipiatur æstimatio-
nem dixi suprà allegando Abb. in c. conquerente. col.
13. de rest. spol. ex quo Hieronymus non habebat fa-
cultatem restituendi, quia quoad litem sine dolo desie
rat possidere, licèt haberetur pro possessore, non ta-
men ad ipsam rem condemnari possit, sed ad omnem
æstimationem, prout dicit glo. in c. possessio. ante gl.
magnam. de reg. iur. in 6. sentit Imol. & Abb. in c. su-
per. cir. fin. de rest. spol. dum † voluit quòd esset in ele-
ctione spoliati agere contra spoliantem ad æstimatio
nem, vel succedentem in eo ad ipsam rem.

EPITOME.

Mater deputata tutrix in testamento præsens quando dica-
tur administrasse vt tutrix & administratio non impediat, quo-
minus non fiat executio.

SVMMARIA.

1 *Mater est tutrix voluntaria.*
2 *Mater in indiuiduis nuptiis renuncians Velleiano expressè obligat bona sua.*
3 *Tutorum bona tacitè sunt obligata pupillo.*
4 *Mulieris tutricis bona sine expressa obligatione non sunt pupillo obligata.*
5 *An tutelæ administratio impediat executionem instrumenti dotalis.*

DECISIO CXLVI.

DIe 13. Maij, 1541. corã D. Io. Paulo in vna Vincen
tin. seu Sedenti. dotis fuit resolutum, ꝙ licèt ma-
ter fuerit deputata tutrix filiorum per maritum in te-
stamento, & probatur, quòd ipsa post mortem admini
strauit pupillorum bona, vti per hoc nõ probatur, ꝙ
1 administrauerit vt tutrix. Ratio, † quia mater est tutrix
voluntaria, secundũ Aret. in authen. mater. & auth. ma
ter tutrix. col. 2. vers. quæro vtrum tutela, quando mu
lier tutrix efficitur. & non efficitur tutrix nisi seruata
forma tradita per Bar. in d. auth. matri. ante col. penu.
2 vbi dicit necessariũ fore, † ꝙ quando mater renũciet
Velleiano in indiuiduis nuptiis expressè obligat bona
eius, sed in casu nostro ista non interueniũt, quia non
constat, quòd mater administrauerit vt tutrix. Et licèt
3 † tex. in l. pro officio. C. de administ. tut. dicat, ꝙ bona
tutoris tacitè sint obligata pro administratione, re-
spondetur, quòd illud est verum, vbi quis est tutor [illegible]
mulier non est tutrix nisi seruata forma, vt dixi, & ꝙ
4 † requiratur expressa obligatio omniũ. Fuit in eadem
5 dubitatum, an dicta † administratio matris impediret
executionem instrumenti dotalis, quia maritus insti
tuerat filium, & eius bona administrauerat mater, &
filio in euentum mortis fuerat substitutus frater ma
riti: euenerat conditio fideicommissi, & mater fa-
bat contra fideicommissarium executionem instru-
menti dotalis, fideicommissarius petebat inprimis [illegible]
bi reddi rationem administrationis, dubitabatur, a[illegible]
lis conditio impediret executionem instrumentorum
& quòd impediret, allegabatur Sozin. con[illegible]
genter. vol. 6. In contrariũ [illegible] allegatus [illegible]
Dec. consil. 533. in princi. in tracta. de pig. in 1. memb.
5. part. num. 3 . vers. ic. eodem. circa fin. vbi repetebat
consil. Sozin. & dicit contrarium iudicatum fui[illegible] in
iure. & fuit resolutum circa istud caput.

EPITOME.

An scientia reseruationis probetur ex testibus de publica
voce & fama.

SVMMARIA.

1 *Ignorantia non potest in publicè notis allegari.*
2 *Vbi agitur de præiudicio grauissimo scientiam per famam præsumptam probare non sufficit.*
3 *Præsumptio scientiæ quæ ex publicè notis prouenit sufficit, si legitimè probetur.*

DECISIO CXLVII.

FVit dubitatum coram D. Rainaldo in vna Gerun-
den. Canonicatus, & præbendæ inter Sebastianum
Bret, & Antonium Cordelar, an scientia reseruatio-
nis probetur ex testibus deponentibus de publica vo-
ce & fama, quòd in partibus & in curia talis defunctus
habeatur pro protonotario & familiari Cardinalis: &
agebatur, vt in concessione super dicto Canonicatu
concesso per datũ illius familiaris, ex quo ille nõ expe
diuerat literas infra sex menses, iuxta formam decreti
appositi in mandato de prouidendo. Et pro affirma-
1 tiua dicebatur, quòd præsumebatur scientia: & † quod
ignorantia tunc non posset allegari, ex eo, quòd era-
mus in publicè notis, vt in c. 1. de postul. prælat. c. cum
in tua. qui mat. accus. non poss. gloss. & Docto. in l. tu-
tor. C. de administ. tuto. Fuit resolutum contrarium
2 16. Maij 1541. quia hic † agitur de præiudicio grauis-
simo, scilicèt, de amissione iuris quæsiti: ergò non suf
ficit illa scientia præsumpta per famã, vt not. per Fel.
in c. cùm contingat. col. 2. vers. & dicit Bald. hic, de re
script. & per gloss. in Clement. vnica. in fin. de con-
cess. præben. & ibi gloss. ad verbum nota erit. & quod
vult Cardinalis ad d. Clement. col. penult. vers. tertiò
3 quæ ratio. Sufficit autem illa † præsumptio scientiæ,
quæ oritur ex eo, quòd publicum est, sed opportet,
quòd illud legitimè probetur. facit quod dicit Lap.
alleg. 78. de iure patron. col. penult. vers. an quartam
quæstionem.

EPITOME.

An collatio possit declarari in literis post vacationem be
neficij.

SVMMARIA.

1 *An supplicatio gratiæ expectatiuæ possit ad collationem extendi post acceptationem alterius, à vacatione beneficij. & num. 4.*

Contra

2 *Contra impetrantem Apostolicum, postquàm impetrauerit, non possunt à vacatione expediri litera.*
3 *Impetrantium & literas expedientium differentia, & diuersitas.*

DECISIO CXLVIII.

IN vna Cessaren. Archidiaconatus de Vallibus coram me pro Ioanne Fort contra Ioannem de Sori-
1 da, fuit dubitatum, an † supplicatio gratiæ expectatiuę, quæ dicebat collationem in literis exponendam, posset extendi, seu declarari in collatione fienda, expediendo literas post vacationem beneficij, & post acceptationem alterius. dicebatur, quòd licèt aliàs Rota te-
2 nuerit, † quòd contra impetrantem Apostolicum post ipsius impetrationem non posset quis literas post vacationem expedire: tamen in impetratione alia erat dif-
3 ferentia, † quomodo impetranti statim est quæsitum ius, nimirum si nō potest expectans per expeditionem literarum illud sibi auferre: quod secùs est inter impetrantes & literas expedientes. Tamen 16. Maij 1541.
4 fuit resolutum contrarium, † quòd post vacationem & alterius acceptationem collatio non poterat declarari. hoc enim modo non poterat declarari: quia hoc casu non poterat fieri fraus, & tollere ius alteri quæsitum, licèt acceptantes possint quæcunque acceptare, dum tamen infra mensem: intelligit Rota etiam in literis expeditis, non tamen ante expeditionem literarum. pro quo facit, quod pulchrè dicit Felin. in c. 1. col. 8. vol. 3. restringe dummodo. de rescri. & vide tex. in c. pastoralis. §. quoniam crat. de rescr. & facit, quod dicit Sarnen. in tract. expectatiuarum. nu. 17. & 18.

EPITOME.

Confessio cedentis an noceat cessionario.

DECISIO CXLIX.

IN vna Tirasonen. Archipresbyteratus inter Petrum de Ariaz, & Gasparem de Cortes, coram Domino Marsicano fuit resolutum 27. Maij, 1541. quòd confessio cedentis noceat cessionario: quando cessio est facta ad commodum cessionarij: & cessionarius non potest habere regressum aduersus cedentem. per not. per Bart. & latius per Castren. in l. facta. & l. si hæres. ff. ad Trebell.

EPITOME.

An valeat sententia lata in negotio principali omisso articulo grauaminis in appellatione.

DECISIO CL.

IN vna Siracusan. feudi coram me inter Alexādrum de Vrsino procuratorem, dominum litis effectum, & Petrum de Volanis fuit dictum 26. Maij, 1541. quòd valebat sententia lata in negotio principali omisso articulo appellationis & grauaminis, parte non opponente. per decis. 60. t 16. & 158. in antiq. vnde ad hoc Innoc. in illis verbis, & super articulo grauaminis.

EPITOME.

In instrumentis antiquissimis non requiritur recognitio.

DECISIO CLI.

COram Domino Britonorien. in vna Parm. Vallium inter Dominos Corrigien. & Comitem de Sala voluerunt Domini 16. Maij, ꝙ in instrumentis antiquissimis excedentibus hominum memoriā, seu centum annos, non erat necessaria recognitio. vt per dec. Neap. 245. Imò in illo casu, in quo agebatur de instrumento 80. ann. ex quo illud instrumentum vtebatur aliis adminiculis, dixerunt, non esse necessariam aliam recognitionem, Sozin. cons. 186. in controuer. vlt. q. ver. ad secundum respondetur. vol. 2. facit quod dicit Alex. cons. 17. viso instrumento. col. 2. in fi. versi. nec obstat quòd not. Host. & Io. Andreas. vol. 4. Item fuit resolutum 6. Aprilis, 1541. idem in vna Tudertin. portionis coram Domino Mohedano in instrumento excedente 100. annos. & Alex. cons. 1 o. super primo. col. 3. versic. non obstante quod non apparet. vol. 7. aliàs vol. 2. vers. circa secundum.

EPITOME.

Ad effectum regressus reseruati non tenetur quis iustificare ius cessum.

SVMMARIA.

1 *Regressus liberat à iustificatione iuris cessi.*
2 *Pro titulo colorato sufficiunt ordinarij literæ in forma rationi ibi expedita.*

DECISIO CLII.

DIE 16. Maij, 1541. in vna Hispal. beneficij de Carmona coram Domino Marsic. pro Centurione contra Ioānē Briecllinum fuit resolutum, ꝙ Episcopo, qui cesserat ius suum in fauorem Episcopi Castelli maris, reseruato sibi regressu, & Episcopus posteà cesserat in fauorem Frācisci Pinelli, per cuius obitum Cēturio veniebat, non esset locus regressus. Et diceba-
1 tur, † ꝙ Dominicus tenebatur iustificare ius suū cessum, sed vigore regressus, quē habebat ad beneficium
2 poterat illud capere: & † pro titulo colorato sufficiunt literę ordinarij expeditæ in forma rationi congrua.

SVMMARIVM.

1 *Literæ ordinarij in forma communi expeditæ, coloratum titulum præstant.*

DECISIO CLIII.

IN vna Regien. Capellaniæ S. Iacobi corā D. Aquen.
1 fuit resolutum 16. Maij, 1541. † quòd pro titulo colorato sufficiunt literę ordinarij expeditę in forma communi, prout conuenit Petro legato Bononien.

EPITOME.

An conuentio circa decimas operetur non solùm respectu priorum quæsitorum, sed etiam de nouo quærendorum.

SVMMARIA.

1 *Decima ad eam spectant Ecclesiam, intra cuius fines fructus colliguntur. & nu. 4. 6. 8.*
2 *Præscriptio quando operetur in decimis.*
3 *Nec præscriptio, nec priuilegium, nec legatum, aut quantumuis fauorabilia ad pòst quæsita se extendunt.*
5 *Pactum non operatur in posteà quæsitis.*
7 *Consuetudini immemorabili standum est.*

DECISIO CLIIII.

FVit dubitatum coram Do. Ioanne Paulo in vna Cæsaraugustana Decanatus. 16. Maij. 1541. inter fratres Sanctæ Fidei & Dominum Centurionem, præsupposito, ꝙ parochialis del Vilar erat solita vel ratione cōcordię vel pręscriptionis percipere decimas ab eius

 paro-

parochianis cultiuatoribus & colligentibus fructus
in termino de Cerbera,an dicta concordia,& pręscri-
ptio vendicaret sibi locum in possessionibus positis in
terminis de Cerbera,quas parochiani vel villarum in-
colę sibi de nouo acquirunt. Et dicebatur,aliàs foret
dissensio sanctorũ patrum,quando parochianus vnius
parochiæ colit terras in alia parochiali, an parochia-
no debeantur decimę,vt inquit tex.in c.cùm homines,
de decim.tamen illa dissentio hodie sublata erat pro-
pter communem opinionem gloss.Inno. Host. Abb.
1 in d.c.cùm homines.qui tenent † de iure decimas spe-
ctare ad Ecclesiam,intra cuius fines terræ sint positę,
quarum fructus colliguntur: & ideò non ex pręscri-
ptione decimæ debentur in casu isto.dicebatur,quòd
2 † præscriptio non operatur in posteà quæsitis,sed tan
tùm in anteà,iuxta tex.in c.cùm contingat, de decim.
3 & ibi Abb.1.no.Immò & præscriptio † immemorabi-
lis non operatur in iis, quæ de nouo superueniunt,
Corn.cons.134.col.7.versic.sed tamen constitutum.
vol.1.immò nec priuilegium,quod facilius extẽditur,
secundum gl.in c.cùm capella.de priuil.immò nec le
gatũ se extendit ad loca posteà quæsita, secundũ Bal.
in l.qui filia.in prin.de legatis 1.& pro ista parte alle-
4 gatur tex.in c.pen.de priuilegiis. Ibi † priuilegium de
decimis soluendis non extendit se ad terras quæsitas
post priuilegium.ad idem tex.in Cle.1.de caus.posses.
5 & propriet.Et idẽ dicebatur esse in † pacto,quod non
operatur in posteà quæsitis,sed quoad præteritã præ-
sentationem,de quibus potuit esse agitatum,l.cùm sti
pulamur.ff.de verb.oblig. Tamen istis non obstãtib.
6 fuit decisum contrarium † per tex.in c.cùm homines.
& ibi gloss.de decim. quod licèt super hoc fuerit dis-
sensio inter sanctos Patres, tamen quod attenditur
7 † consuetudo immemorabilis, ergo illi consuetudini
stãdum erat.Immò dicebatur, quòd in terminis illis
ex hoc non requirebatur probare consuetudinem im
memorabilem, sed sufficiebat probare cõsuetudinem
decem annorum,ex quo erat positum ius, prout dicit
Abb.in d.c.cùm contingat.col.fi.non obstat,quòd est
8 communis opinio,quòd debentur † illi parochiæ, in
qua sitæ sunt terrę,in quibus fructus colliguntur:quia
respondetur,quòd illud est verum seclusa consuetudi
ne,cùm autem hic probaretur consuetudo in contra-
rium,ergo illi standum erat. Et ita conclusum est per
maiorem partem Dominorum.

EPITOME.

An processus factus per procuratorem minorem sit nullus.

SVMMARIA.

1 *Processus per procuratorem minorem factus indistinctè, etiam parte non opponente,est nullus.*
2 *In beneficialibus processus à minore factus valet,etiamsi opponatur.*
3 *In momentanea possessione itidem minor pot est agere procuratorem.*
4 *Quare processus à minore factus non valeat.*

DECISIO CLV.

FVit dubitatum in vna Bononien.Capellaniæ S.La
zari inter Nicolaum Campanũ & Ioannẽ Leas-
chio 29.Maij,1541.an processus factus per procurato
rem,qui erat minor,esset nullus. Et quòd esset nullus
allegabatur tex.in c.qui generaliter. §.fi.de procur.in
6.& dum dicebatur,quòd illud erat verum,si pars op
1 posuisset,quia dicebatur,quòd † indistinctè, & parte non
opponente processus erat nullus,vt per Rotã dec.801.
in antiq.quod videtur sentire Aeg.in dec.infr.allega-
ta,in priu.& istã opinionem sequuntur communiter
legistę in l.exigendi.vbi Alex.& Ias.C.de proc.Abb.
in c.non iniuste.in isto verbo,gl.1.de procu.Dominic.
in d.c.qui generaliter.& Fran.ibidẽ circa finem,qui di
cit esse communem opin. Tamen istis non obstãtib.
2 fuit resolutum contrarium, † & dictum, quòd in bene
ficialibus,vt est tex.in d.c.qui generaliter.§.fi.non ha
bet locum.vt per Fran.Limitatur ille text. in d.§.fin.
dum dicitur, neque id debet intelligi omninò offen-
dere.vt per Aegid.decis.143.& 183.cum allegata limi
tatione, quòd in beneficialibus minor possit esse pro
curator. Procedebat etiam ista resolutio, dato,quòd
fuisset oppositum. Item & secundò limitatur ille §.fi.
3 in † casu momentaneæ possessionis, in qua minor po-
test esse procurator in casu, de quo agebatur iudicio
possessorio, etiam per Fran.in d.§.fin. Præterea ideò
4 † processus factus per minorem non tenet propter pe
riculum restitutionis in integrum,vt per Bart.in l.mi
nor.de procur.cùm ipse obtinuisset sententiã in suum
fauorem,& sic processus tenebat, vt per Ange.& Pau.
de Castr.in d.l.minor.

EPITOME.

Possessio superueniens non connumeratur inter diligentias.

SVMMARIVM.

1 *Præuentioni locus est inter expectantes,qui similes gratias habent in diligentiis.*

DECISIO CLVI.

TErtia Iunij,1541.in vna Tuden.Canonicatus&
præbendæ coram D.Thoma. pro Nicolao Le-
bron.contra Ioannem Fusori,tentum fuit,quòd pos-
sessio superueniens non connumeratur inter diligen-
tias:sed attento, quòd erant expectantes, in quorum
1 mandatis erat gratia, quòd † inter similes gratias ha-
bentes,locus sit præuentioni in diligẽtiis,& vnus eo-
rum præuenerat in acceptione per vnum diem in ac-
ceptando:quia illa diligentia opus est,quòd sit appo-
sita,& possessio posteà superueniens dicebatur potius
venire ad executionem gratiæ iam firmatæ, & in esse
deductæ,quàm ad deducendum.

EPITOME.

Quis teneatur probare possessionem præcisè.

SVMMARIA.

1 *Cùm ratificatio beneficij per vnum,& possessio eiusdem beneficij per alium accepta eodẽ die concurrant,vter teneatur probare,ratificans an possessionem acquirens.*
2 *Vt possessor à possessione sua amoueatur tenetur ratificans apertè probare ratificationem suam alterius possessionem præcessisse.*

DECISIO CLVII.

CArdinalis Gursius nomine Cardinalis N.de cuius
mandato non constabat, acceperat possessionem
beneficij 8.Iulij,& 25.eiusdem ratificauerat Cardina-
lis possessionem, nomine eius captam:&etiam eadem
die 25.alius acceperat possessionem eiusdem beneficij
nomine suo. Itaque Cardinalis dicebat se spoliatum.
& agebat spolio contra illum:& fuit dubitatum, cùm
1 † ratificatio Cardinalis, & possessio alterius eodem
die concurrerint, ad quem pertineret probare vel
pertinentiam ratificationis, vel pertinentiam posses-
sionis.

sionis. Et tandem 8.Iunij, 1541.in vna Perusin.prioratus S.Gulielmi,pro Petro Paulo contra prædictum Cardinalem coram Domino Sarnen. fuit resolutum, quòd ad Cardinalem spectabat probare ratificationem suam præcessisse: quia cùm Petrus Paulus esset
2 in possessione,ad hoc,vt† à possessione sua amoueretur,deberet agens ratificationem suam clarè probare. cùm illa ratificatio potuisset euenire ante adeptionem possessionis alterius, vel dubia probatione agentem non reuelabat. Item quia ipse habebat præsumptionem pro se, quòd tempore licito, & sic ante ratificationem adeptus fuisset, per Dd. & Bart.communiter approbatum in l.res sola.§.sed probandum.ff.de nou. oper.nunciat.

EPITOME.

Commenda perpetua beneficij an afficiat beneficium.

SVMMARIA.

1 *Commenda beneficij perpetua afficit beneficium,sic vt vacante ea per obitum commendatarius de beneficio disponere non possit.*

2 *Commenda perpetua habet vim possessionis*

3 *Præter papam nullus se ad beneficium Commendæ perpetuæ potest intromittere.*

4 *Commenda perpetua quomodo habeat vim collationis.*

DECISIO CLVIII.

IN vna Florentin.S.Felicis coram me inter Balthasarem de Pesaro,& Rainaldum fuit dubitatum, an
1 †commenda beneficij perpetua ad vitam afficit beneficium,ita vt eueniente vacatione Commendæ per obitum commendatarij ordinis de beneficio disponere non potest. Et 3.Iunij, 1541.fuit resolutum, quòd Commenda afficeret beneficium,dato,quòd esset perpetua.vt per glo.in c.is qui.de elect.in 6.& per Rom. cons.320.col.7.vers.cæterum.Non obstat, quòd sint
2 aliquæ decis.Rotæ dicentes, quòd †Commenda perpetua haberet vim possessionis:quia stat benè,quòd talis Commenda extinguat reseruationem prædictam,
3 & quòd afficiat etiam futurum beneficium, & †nullus præter Papam de eo se intromittere possit. Et li-
4 cèt Sarnen. dicat in multis locis, quòd † Commenda perpetua habet vim collationis:quod verum est in illis casibus:sed non sequitur,ergo simpliciter,& indistinctè,& in omnibus casibus. Vide Cassad.decis.15. pag.3.in prin.vers.& sciat quòd Commēdatarius.3.de priui.& deci.2.pag.5.& idem,quod ad hoc de reseru. super Regulis Cancellariæ.

EPITOME.

Exemplum instrumenti quando faciat fidem, & an præsumatur citatio in exemplo antiquo.

SVMMARIA.

1 *Exemplum instrumenti parte non citata non probat, & maximè in beneficialibus in antiquis probat. & nu.3.*

2 *Exempli instrumenti defectus post terminum opponendi elapsum non potest amplius allegari.*

4 *Exemplum exempli quamuis solemne tertio non probat.*

DECISIO CLIX.

IN vna Cassalen. S.Victoris coram D.Marsicano,2.
1 Iunij,1541.fuit dictum,quòd †exemplum instrumenti parte non citata non probaret.Item,quia eramus in materia beneficiali,& erat transsumptum per iudicem seculare,& ideò etiam non faciebat fidem,secundum Abb.& Felin.in c.fi.de fide instr.Tamen fuit dictum
2 quòd si in†termino,ad dicendum contrà,nihil fuisset oppositum,saltem generaliter contra,quòd non esset posteà talis defectus allegandus,vt dicit Fel.de fid.in-
3 strum. Et quòd†in antiquis exemplum probat, ponit Arc.cons.36.casus talis est.col.pen.in prin.vers.ad secundū.vol.2.vbi ponit communē opinionem: Exem-
4 plum†exempli licèt solemne tertio non probat.secundum Corn.cons.24.licèt in themate, col.4.& ibi ponit, quando non est citata pars.& ibidem in sequenti col.ponit de exemplo antiquo.

EPITOME.

Remissoria compulsorialis quando possit decerni.

DECISIO CLX.

DIe 7.Iunij,1541.fuit determinatum,quòd pendente termino remissoriæ ad partes poterant decerni cōpulsoriales generales,non obstante tex.in l. siue pars.C.de dilat.quia procedit in pronunciatione,non autem in his,quę fiunt ad expeditionem causæ.

EPITOME.

Acceptatio præsumitur in tempore.

SVMMARIA.

1 *Prouisionem acceptantis gratiæ canonizari possunt, & ab iis rursus appellari.*

2 *Mandatum suspensionis omnium aliarum gratiarum post vacationem & ius per acceptationem quæsitum,non aufert ius quæsitum.*

3 *Cùm incerta est vacationis dies ius certo tempore quæsitum esse dici non potest.*

4 *Quando præsumitur acceptatio in tempore facta. & quare.num.5.*

DECISIO CLXI.

GRegorius Bellagier habebat mandatum de prouidendo cum clausula,ex nūc prout ex tunc,sub data 2.Ianuarij, 1534. & acceptauit prouisionem, de qua nunc agebatur sub 15.Ianuarij eiusdem anni:vigo-
1 re huius †mandati, & acceptationis coram Domino Vorstio fuerunt gratię ipsius Gregorij in prima instantia canonizatæ:à qua sententia appellatum est pro parte Gometij de Auila, & causa mihi in 2.instantia est commissa.Pro parte Gometij dictum fuit de quodam mandato prouidendo,concesso Domino Ioanni Mohedano suspensionis omnium aliarum gratiarum sub 4.Ianuarij eiusdem anni.Dicebat Gregorius quòd
2 ex†quo mandatum erat concessum Domino Mohedano post vacationem, & ius sibi quęsitum per acceptationem,quòd illud mandatum, posteà concessum Mohedano,non auferebat sibi ius quæsitū.Ex aduer-
3 so dicebatur,quòd †ex quo non habebatur certa dies vacationis,sed tantùm,quòd de mense Ianuarij vacauerat,quod nō poterat dicere Gregorius sibi ius fuisse quæsitum.Et sic dubitaui,an Gregorius haberet intentionem fundatam ex acceptatione facta 15.Ianuarij ad effectū excludendi mandatum suspensionis omnium gratiarū Domino Mohedano concessum. Fuit conclusum 13.Iunij, 1541.quòd ex quo probatur va-
4 catio de mense Ianuarij,†quòd præsumatur acceptatio in tempore facta. Et fuit dictum,quòd hoc semper
5 tenuit Rota,ne†pręsumatur quis gratiam suam consumere velle, & maximè in isto casu, in quo Gregorius habebat suam gratiam impetratam,vacauerit.

EPITOME.

An minor constitutis procuratoribus ad lites non seruata forma statuti, adhibendo proximiores & alias solemnitates, in sententia succumbens restituatur in integrum ob non seruatam statuti formam.

SVMMARIA.

1 *Mandatum ad lites non est de se actus læsiuus.*
2 *Statutum prohibens contrahere, non permittit quoque compromittere & transigere.*
3 *Compromissum est contractus præiudicialis.*
4 *Minor in possessoriis legitimam habet facultatem standi in iudicio.*
5 *Mandata tot sunt quot negocia sunt vel species.*

DECISIO CLXII.

FVit dubitatum in vna Balueoreginen. restitutionis in integrum, & nullitatis coram Domino Rainaldo inter Michaelé Vrsinum ex vna, & Vincétium Vrsinum ex alia, An ex eo, quòd Michael constituerat procuratores ad lites, non seruata forma statuti vrbis, adhibendo proximiores, & alias solemnitates, de quibus in statuto, & Michael succubuerat, an talis constitutio valeret. Et dicebatur, quòd non: quia statutum dicit in omni actu, in quo minor læderetur. Contra-
1 rium tamen fuit resolutum 13. Iunij, 1541. ex quo † mandatum ad lites non est de se actus læsiuus, & statutum respiciebat actum læsiuum, quòd ei non conueniunt verba constitutionis. Tamen obstat, quod sufficiebat, quod ex ipso mandato posset quis lædi, prout dicitur, quòd
2 quando stante † statuto, quod quis non possit contrahere, non possit etiam compromittere & transigere, quod licet non sit actus de se læsiuus: sufficit tamen, quòd possit tendere ad læsionem, quod de compromisso dicit Lanfranc. decis. 419. per l. diem. ff. de arbit. & Dec.
3 consi. 302. quia respondebam ego, quòd † compromissum est quidam contractus præiudicialis. Lanfr. in l. Lac. de acq. re. do. Et si statutū probibeat contractum per consequens prohibet cōpromissum & transactionem: sed in casu statuti vrbis cōsideratur actus læsiuus & mandatum de se non est actus læsiuus. Item alia ratione, quia fuit dictum, quòd mandatum esset legiti-
4 mum, quia eramus in † possessoriis, in quibus minor habebat potestatem legitimam standi in iudicio. & in l. final. C. qui legitim. person. stand. in iudic. hab. & per Lanfranc. in c. qui generaliter. §. final. de procur. in 6. Non obstat, quòd in mandato erant multa alia, quæ concernebant petitorium, & mandatum dicebatur a-
5 ctus indiuiduus: quia respondebatur, quòd † tot erant mandata, quot erant negocia: & non conueniebat, quod mandatum pro vna parte valeret, & pro alia non, l. scire debemus. ff. de verbor. oblig.

EPITOME.

Cedula Bancharia quando habeat vim solutionis.

DECISIO CLXIII.

DIe 2. Iunij, 1541. in emptore & venditore, quorum vnus in alio non confidebat, voluerunt Domini coram Domino Sarnens. in vna Rom. domus, quòd Cedula bancbaria deposita in manibus Auditoris haberet vim solutionis, per dictum Bartol. in l. si solutiones. ff. de solut.

EPITOME.

Quomodo tutum ad exequendam citationem non patuisse accessum probetur.

SVMMARIA.

1 *Quomodo probetur non tutus accessus. & nu. 3.*
2 *Depositio in primo iudicio quando non faciat fidem in altero.*
4 *Vim & metum semel factum esse si probetur sufficit.*

DECISIO CLXIIII.

DIe 2. August. 1541. fuit facta congregatio in S. Ludouico, in qua fuimus octo, proposui in vna Nepesin. excessuū pro Sixto contra Alphonsum de Auoltis, nam clemens concesserat mandatum de capiendo quendam malefactorem, vigore cuius captus fuerat in ciuitate Nepesin. per Barisellum: quo facto familia potestatis rapuit illum à manibus Bariselli, & fecit eum aufugere in arcem: quo in arce recepto Alphonsus Maria noluit eum dare. Quo facto Auditor Cameræ decreuit monitorium ad personaliter comparendum, & executor prima vice, qua fuit in ciuitate Nepesin. fuit benè receptus, & monitus quod recederet, quia posset ei aliquid accidere, quod non putaret, & sic fuerunt ei illatæ minæ. Auditor Cameræ diuina via ordinaria processit via commissionis, & constito de non tuto accessu decreuit citationem per edictum in duobus locis exequendam, extra vrbem in Cathedrali Sutrina, & in vna Capella prope Nepesin. ciuitatem ad
1 dimidium miliare. Et † quia ad probandum nō tutum accessum fuerat recepta depositio Bariselli in primo iudicio examinati, & repetitus Cursor, qui retulit ad primam depositionem, fuit dubitatum, an constaret
2 per hoc de non tuto accessu. Fuit dictum, quòd † depositio Bariselli in primo iudicio facta non faceret fidē in isto iudicio, in quo procedebat Auditor Cameræ, & index delegatus. Item licèt Cursor deponeret, quòd sibi fuit dictum, quod recederet, & quod si non recederet, aliter sibi accederet, quòd non putabat: tum constabat, quòd ille, qui talia dixerat, esset de familia ipsius An-
3 tonij. Tamen dicebatur, quòd † ex quo eramus post factum, & sic citationem exequutam, & sententiā latam & commissio dabat de non tuto accessu, summariè & extraiudicialiter Auditor Cameræ poterat moneri, vt constaret sibi de non tuto accessu. Voluerunt Domini quòd ista succederent, & allegabant no. per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. In 6. quæst. quam ibi ponit Ias. ff. de no. ope. nuncia. & Dd. in c. fi. de appel.
4 vnde, ad † probādum vim & metum, sufficit, quòd vna vice fecerint: cùm constaret, quòd Alphonsus Maria cōtrauenerit in captura delinquentis per familiam, vt per Pens. in c. fin. col. 2. & etiam, quia constabat, quòd erant illatæ minæ cursori.

EPITOME.

An ad effectum validitatis citationis sufficiat citatio per affixionem absque lectura.

DECISIO CLXV.

FVit dubitatum, ex quo cursor in relatione dixerat se affixisse citationem, tantùm non valeret execucutio, an vltra affixionem requiratur lectio. Fuit dictum, quòd de stilo cursorum sit, & quod in relationibus suis, & executionibus, quas faciunt extra Curiam, patere tantum oporteat se affixisse, & non facere mentionem de lectione: & ideò fuit dictum Auditori, vt informaret se super facto à cursoribus.

EPITOME.

An per verba promissionis, in locatione factæ de restituendo

domum

domum vacuam in fine locationis, censeatur decreto Camerali renunciatum.

SVMMARIA.

1 *Inquilinus quando possit ante finitam locationem expelli. & nu.3.*
2 *Quando censeatur renunciatum priuilegio decreti Cameralis.*
4 *Expressio pacti de non expellendo, an operetur aliquid, & quare. & nu.6.*
5 *Exceptio vnius est confirmatio alterius.*
7 *Promissio de restituendo decem in omnem casum, quomodo intelligatur.*
8 *Per legem generalem in conditione contraria priuilegio renocari censetur.*
9 *Conditio illa in locatione, si medio tempore aliter non conuenerit, quomodo accipiendo.*
10 *Locatio aut pacto obscura vel ambigua contra stipulatorem, locatorem, aut intentionem suam intra fundantem interpretatur.*

DECISIO CLXVI.

PRomiserat conductor locatori, finito termino 4.
annorum, pro quibus locatio facta fuerat, si eum
eo dicto tempore aliter non conuenerit, domum restituere vacuã & expeditam in fine quadriennij. Nondum finito dicto tempore alia conuentione locator
instabat, vt domus relaxaretur iuxta formam instrumenti: Conductor verò vti volebat decreto Camerali. Fuit dubitatum extra Rotam, an dictum Angeli in
l.æde. C. locati. quæ est probata, vt ibi posui apostil-
1 lam ad eum, vbi voluit, quòd † pactum locatoris de nõ
expellendo conductorem, duraret conductionis tempore, operaretor, quòd etiam non possit expelli, etiãsi
voluerit domũ pro vsu suo, nisi locator probaret sufficienter nouum casum superuenisse, ob quem legitimè possit expelli, sic vt illa verba aliquid operentur renunciare priuilegio illius legis. Idem ergo erit in casu
2 nostro, vt illa † verba, promissionis de restituendo domum in fine vacuam & expeditam, tantum operentur
vt censeatur renunciatum priuilegio decreti Cameralis. Ad istã doctrinam Ang. potest responderi, quòd in
3 casu Ang. non † expresso illo pacto inquilinus pro vsu
5 proprio poterat expelli, d.l.æde. Expressio † ergo debet operari aliquid: sed in casu nostro, dato, quòd illud pactũ dimittendi domum vacuam non esset appositũ, tamen finita locatione semper intelligitur, ꝙ de
iure tenetur: & expressio eius tenet, & nihil operarur
vltra dispositionem iuris cõmunis. nã sicut nõ apponendo pactũ non tenebatur dimittere, iuxta formam
decreti, ita etiam expressio pacti, quod tacitè inest, nõ
debet operari: Nisi repliectur ad istam responsionem
quòd expressio eius, quod tacitè inest, quando aliquid
operatur, quod in eum, qui operatur d. l.3. hic aliter
exprimitur: quia fuit dictum, si medio tempore aliter
non conuenerit, sic voluit excludere omnem alium
casum, propter conuentiones casuum faciendorum
5 medio tempore: quia exceptio † vno casu firmat contrarium. l. qui libertatis. ff. de euiction. l. qui libera. de
legationibus. & quod aliud exprimit, videlicet quod
decretum det conductori retentionem contra voluntatem testatoris: & tamen ex pacto apposito, si aliud medio tempore non conuenerit, clarè apparet,
6 † quòd vult conuentũ in casu nostro retentionẽ contra voluntatem testatoris: ex quo reseruat, quòd medio tempore conuentio fieri possit. & sic apparet, ꝙ
procedat mediante voluntate locatoris & conductoris. In contrariũ tamẽ per illa verba, promissionis de
restituendo domum, non videtur quis renunciare de
7 creto facto: quia † si promitto tibi restituere decem in
omnem casum, intelligitur promissio secundum formam statuti vel consuetudinis tantum. Bal. in l.2. in si. C. de bon. quæ liber. & in l. fin. C. ad l. Faleid. Secũdò,
8 † quia per legem generalem in quacũque dispositione
etiam contraria videtur quis renũciare priuilegio. & quod ille actus sit proximior renũciationi, dicit Cor. consi. 401. col.2. num.3. & 4. & multa accumulat Afflict. in constit. reg. incip. ea quæ ad dec. fol. 122. col. pen. vers. in gloss. secund. in 1. lib. constit. reg. Aduerte quòd illud fundamentum procederet, vbi fuisset facta locatio, & pactum simpliciter in fine locationis restituere domũ liberã, & expeditam: quia intelligitur promissio secundũ formam decreti, per fundamenta superius dicta. Et quia in casu nostro fuit dictum, nisi medio tempore aliam conuentionem fecerit, & sic patet, quòd voluit contrarium priuilegio, per talem casum & actum contrariũ dicitur renunciare priuilegio iuxta not. in c. cùm M. Ferrarien. de constitut. & ideò pars aduersa in respondendo ad contrariam decisionem 412. dicit, quòd ibi nihil faciebat contrariũ priuilegio, nimirum cùm illa generalis prouisio limitetur secundum formam statuti seu cõsuetudinis. Ad ea, quę dicit Afflic. in dicta constitutione, respõdetur, quòd illa generalis constitutio contraria non intelligitur in casu priuilegij, ex quo de illa specialiter, est mentio facienda. In casu nostro sumus in speciali dispositione, non autẽ generali. & quia continet contrarium dicto decreto. per talem actum censetur renunciatum ipsi decreto: aduerte in quantum præsupponitur, si illa verba, si medio tempore aliter non conuenerit, sunt contraria decreto, quia partes ita se habent & vniuersa Dominus Antonius promisit ad vsum fundare more boni conductoris, si medio tempore aliter non conuenerit, restituere domum vacuã & expeditã, quæ intelliguntur secundũ formam statuti: & ita de iure illam interpretationem recipiunt per doctrinas
9 superius allegatas. illa autem conditio † apposita, si me
dio tempore aliter non conuenerit, si venit ad qualificandum dispositionem illam à iure sic interpretatam intelligitur, quòd taliter conuenit, quòd decreto Camerali vti voluerit, & sic nullam dispositionem importabant: prout quælibet dispositio ita saluari dicitur, ne importet conditionẽ, iuxta Doct. & Bald. in l. scripturæ. C. de fid. instrum. Et cùm saltem negari non possit
10 quin † ista verba sint dubia, debent interpretari cõtra
fundantem se in illis verbis, & contra stipulantem, l. veteribus. ff. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij, extra Curiam vacantis, potest in Curia fieri.*

DECISIO CLXVII.

1 QVòd collatio beneficij † vacantis extra curiam possit fieri in curia, vide Rebuff. in tract. Nominat. pag. 58. col.2. in fin. vers. etiam ponunt beneficia. Et ita aliàs coram me fuit resolutũ, quòd ordinarius posset conferre in Curia, vide gloss. super reg. 15. de concur. pag. pen. in princi. vide Sarnen. in reg. de non iudican. iuxta for. supplicat. sed libera. q.3. & in addit. quam ibi ponit Fel. Aeneas de Falco. in trac. reseruat. in 2. part. tract. q.4. principali in 16.

EPITOME.

An vicarius Episcopi possit locum tenentem deputare non expressa causa.

SVMMA-

batiustam, accepit possessionem, mutauit sibi detentionem, & collegium possessione præuenit: licèt eum
9 † possessione spoliauerit, tamen quia per talem mutationem quæsiuit sibi possessionem, non licuit Collegio authoritate propria spoliare. argu. tex. in l. si colonus. & in l. cùm fundum. ff. de vi & vi arma. Nec obstat
10 quòd isto † modo Collegium, & sic locator priuatur ignorans sua possessione: quia dico, quòd istud nõ inconuenit, vt sensit Paul. de Cast. in dictis locis, ex
11 quo vult, quòd † mutetur detentio in possessionem:
12 cùm duo in solidum † non possint possidere, vt est tex. in l. possideri. § ex contrario. & l. peregrè. §. quibus explicitis. ff. de acquiren. poss. & gloss. in d. l. 1 C. com-
13 mun. de vsucap. ad illud, quòd † dicitur mutata causa possessionis oportuit primò dimittere, & postea de nouo assequi, quod hic non interuenit, secundum docto. superius allegatos: tamen ex hoc dicam, quòd Sozin. in d. l. possideri. 3. §. ex plurimis. col. 2. ff. de acquirend. possess. dicit, quòd quis quærendo ex nouo causa dicitur in dubium vertere ex antiquo, & illud tantò
14 magis procedit, vbi † antiqua & noua se compatiuntur: quia tunc non videtur quis velle ex vtraque possidere, prout dicit Castren. in dictis locis, quòd super-
15 ueniente † iusto titulo detentatio, mutatur in possessionem. Cùm istæ duæ causę non se compatiantur: Nihil fuit resolutum: sed gratia excitandi negotium ista dicta fuere, & causa coram Do. Io. Paulo proposita. 10. Octobris 1541.

EPITOME.

Testes examinati in possessorio non faciunt fidẽ in petitorio.

SVMMARIA.

1 *Petitorio suspenso, testes in possessorio examinati non faciunt fidem in petitorio.*
2 *Causa petitorij & possessorij sunt annexa.*
3 *Possessio nihil habet commune cum proprietate.*

DECISIO CLXXI.

ERat commissa causa in possessorio tantùm, & testes examinati, & dubitatur, an isti testes fidem facerẽt in petitorio: fuit resolutum coram Domino Thoma in vna Ouetens. Parochialis de Ruueras 10. Octobris 1541. quòd, quando † suspẽsum est petitorium, testes
1 examinati in possessorio, non faciunt fidem in petitorio, respectu iurisdictionis iudicis: & quia quidam dicunt in petitorio actum extra articulum, dicit decisi. 393. aliàs 16. de restitut. spol. in nou. & ita hoc vbi causa erat commissa in possessorio, tamen non faceret fidem in petitorio, & testes erant examinati circa habilitatem vacationis. Non obstat, quod dicit Abb. in c. causam quæ. col. 3. in fin. versi. item dubitatur nunquid inter easdem personas. de testam. circa finem illius quæstio-
2 nis, dum sentit quòd † causę petitorij & possessorij sunt annexæ. & ita c. 1. & 2. & c. cùm dilectus. de causa possess. & propriet. & Rot. decis. 369. aliàs 9. de caus. poss. & propr. in nou. & quod dicit Ias. in l. 2. column. penul. versi. limita quatuor modis. C. de edend. quia procedit in omnibus connexis, non in his, quæ aliquo modo respectiuè sunt connexa, vt sunt possessorium & petito-
3 rium: quia licèt † in aliquibus conueniãt, tamen regulariter possessio & proprietas nihil commune habent, vt in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. pos.

EPITOME.

Ex narratiua ordinarij deputationis in instrumentis petitionis an probetur quasi possessio præsentandi.

SVMMARIA.

1 *An ex narratiua in fundationis instrumẽto posita probetur quasi possessio præsentandi. & nu. 3.*
2 *Rotæ decis. 423. alias 11. de iur. pat. in nou. quomodo accipiatur.*
4 *Narratiua probat præsentationem & non institutionem.*

DECISIO CLXXII.

PER obitum Ioannis de Railmar ad quandam Capellam S. Ioannis, Salamantin. diœceseos seruiebat Ioannes Guidera ex prouisione Cardinalis Sanctæ Crucis, qui habebat indultum conferendi in diœcesi Salamantin. Ex aduerso veniebat Hieronymus Lopes, tanquam præsentatus à personis laicis. dicens beneficium esse de iure patronatus: & quòd præsentantes eũ erant in quasi possessione præsentandi. Et ad eam probandam producebat institutionem de dicta Capella factam in personam Ioannis de Railmar. vbi dicebantur hæc verba, quam Capellaniam fundauit & dotauit talis N. ad quam præsentatus fuisti per ipsum patronum, & ideò te ex te instituimus. Dicebatur ex
1 parte Hieronymi, quòd † ex tali narratiua posita in instrumento probatur quasi possessio, quòd ex decisi. 423. aliàs 11. de iure patronat. in nou. ponderabant, & ibi erat vetus patronus: quòd secus est in casu nostro. Tamen dicebatur, quòd istud nihil erat, quia ita eueneratibi in facto, quod colligitur ex his, quæ dicit Roman. in l. sciendum. column. 14. versiculo 9. quod si constat. ff. de verbor. obligat. & Roman. ponderat duo extrema, videlicèt, vacationem & institutionem, & nõ dicit, quòd esset patronus. Secundò dicebatur, quòd
2 illa † decisio 423. non habebat locum in præiudicium tertij, secundum Felin. in c. sicut. column. 12. versicul. extrinsecus solennitas. de re iudic. Roch. de Curt. in tractatu de iure patronat. versic. honorificum 6. q. Ad istud respõdebatur, quod etiã in dictæ decisionis casu agebatur de præiudicio alterius colitigantis, & nihilo minus probatur ex narratiua præsentantis: vel secũdò, & melius, quod dicit Felin. habet locum, quando agitur de præiudicio tertij, sed ipsiusmet ordinarij, seu loco eius succedentis, qui habebat indultum in illa diœcesi: vnde non est præiudicium, quod inferatur tertio, quod potiùs nobis ex facto proprio, ex quo decesserat is, qui veritatem sciebat & ita institutionem factam narrauerat. Et ita pro ista parte tenuerunt quinque ex
3 Dominis discrepante solo Sarnens. dicente, † quòd probabatur præsentatio, sed non quasi possessio, 10. Octobris. 1541. Et pro ista parte Sarnen. facit, quia licet
4 quoad validitatẽ actus, illa † narratiua probaret præsentationẽ, tñ quia principaliter nõ agebatur an interuenisset ad effectum cõstituendi certos procuratores in quasi possessione, per l. optio. C. de contra. stip. & per dictũ Antonij in c. illud. de quibus ibi per Abb. de præscript. tum dicebatur, quòd sic probaretur institutio, & quòd erat sortita effectum, quia vterque veniebat per obitum, ergò probatur status & non libertas: & si quis volebat dicere, quod forsã ex alio capite veniebat, quòd debebat probare.

SVMMARIA.

1 *Prouisio Apostolica narratiua coniuncta facit fidem.*
2 *Narratiua quomodo in præiudicium tertij probet.*
3 *Possessio per narratiuam qualitatis non potest infringi.*

DECISIO CLXXIII.

ISTA causa fuit iterum posita 16. Nouembris, 154. Et in dubio fuit additum, dato, quòd Ioannes habe-

beret

1 beret † prouisionem Apostoliesm: & fuit decisum
quòd illa narratiua faceret fidem. Nec obstat, quòd
dicit Rota decis. 423. in nou. ponderat ibi, quòd con
stabat de vero patrono: quia dicebatur, quòd il-
lud in facto ita contigerat; prout etiam fuit dictum
2 aliàs. Et quòd dicebatur, quòd † in præiudicium ter-
tij, puta Apostolici, narrata nó faciant fidem, per do-
ctrinas hic allegatas, ad hoc respondebatur, quòd tem
pore narratiuæ non agebatur de præiudicio Apostoli
ci: quia nullus erat, qui concurreret cum Ioanne, qui
per tot annos possedit. & quòd defuncto eo & sic illo
tempore non tractabatur de alicuius præiudicio: & i-
3 deò postquàm per illam † narratiuam quæsita erat
possessio, illud ius semel quæsitum non poterat infrin
gi per prouisionem impetratá per obitum illius, sed
debebat acceptari cum suis qualitatibus.

EPITOME.

Intimatio quomodo annullet actum posteà factum.

SVMMARIA.

1 *Terminus cum intimatione præfixus, ea non secuta, annul-*
lat actum post factum.
2 *Dilatio non nisi ab intimatione currit.*
3 *Pendente dilatione quiescit officium iudicis.*

DECISIO CLXXIIII.

FVIT dictum in vna Roman. Pecuniaria coram
Domino Prolomæo, decimo Octobris, 1541.
1 quòd † si terminus est præfixus cum intimatione, &
non sit facta intimatio, actus posteà factus est nullus:
2 quia dilatio † non currit, donec sit facta intimatio. &
ideò reperitur actus factus pendente dilatione, qua
3 † pendente quiescebat officium iudicis. l. siue pars.
C. de dilat.

EPITOME.

Priuilegium de percipiendis fructibus in absentia ligat à
die intimationis.

SVMMARIA.

1 *Fructus an debeantur vigore priuilegij à die intimationis,*
an verò à die commissionis causæ.
2 *Priuilegium vt operetur, sufficit deuenire ad notitiam eius,*
contra quem reseruatio conceditur.
3 *Priuilegium habens decretum irritans operatur ante certi*
ficationem, & ligat ignorantes.
4 *Reseruationis priuilegium perditur per negligentiam.*

DECISIO CLXXV.

FRanciscus de Miranda obtinuerat prouisionem
de percipiendis fructibus in absentia de anno
1524. cuiusdam Archidiaconatus de Andorra, quem
habebat ex resignatione Capituli Castelli maris in
Ecclesia Auriens. super medietate fructuum cuiusdã
Parochialis de Turribus vnitæ dicto Archidiacona-
tui: & sic constabat, quòd vigore prouisionis factæ de
Archidiaconatu mouerat litem: quia eius priuilegiũ
de percipiendis fructibus non expediuerat, nec
intimauerat Capitulo. posteà primò anno Pauli, vide-
licet 24. fuit dubitatum corã me, decimonono Octo-
1 bris, 1541. an fructus † vigore priuilegij debeantur
Francisco. à die intimationis vsque ad resignationẽ
per eum factam (quia per quatuor menses post inti-
mationem resignauerat) an verò deberentur à die
commissionis causæ, quod fuit de anno 1526. vsque
ad diem resignationis. Et pro affirmatiua dicebatur,
2 quòd ad hoc, vt † priuilegium operetur, sufficit, quòd
transeat in notitiam eius, contra quem conceditur re-
seruatio. c. 1. §. dicebatur. cum sequentib. de concess.
præbend. in 6. & quod dicit Francl in c. 1. §. ex parte.
de reuocat. priuileg. Item & secundò dicebatur, quòd
3 † ex quo priuilegium habebat decretum irritans, il-
lud operatur ante certificationem, & ligat ignoran-
tes: & si quid perceptum fuit per Capitulum, indebi-
tè detinebatur. Ex aduerso autem allegabatur Oldra.
4 qui voluit, quòd † per negligentiam tale priuilegium
perderetur: vel saltem non esset agendum contra Ca-
pitulum, sed contra Capitulares, in quos fructus erant
distributi, stante fundatione dicti Archidiaconatus
per Papam apposita.

SVMMARIA.

1 *An reg. de triennali plures Parochiales possidentem tuea-*
tur, qui non docebat de dispensatione.
2 *Eum, qui vltra 4. habet parochiales, superior tolerasse non*
præsumitur.
3 *Vltra 4. parochiales etiam per viam vnionis quis habere*
non potest.

DECISIO CLXXVI.

FVIT dubitatum coram Domin. Sarnens. die 17.
Octobris, 1541. an † regula de triennali tueatur
possidentem parochiales, qui non docebat de dispen
satione. Fuit dictum, quòd omnes rationes, per quas
Dominus Sarnens. in regula de triennali mouebatur,
militabant in illo, qui tenebat septem: imò multò for
2 tiùs: quia si † non haberet dispensationem, verisimile
est, quòd superior eum non tolerasset. Non obstat,
quòd per Concilium Lateranense dicebatur prouide
3 ri, vt quis vltra quatuor parochiales, etiam per viam
vnionis obtinere nó possit: quia dicebatur, quòd cùm
super tali Concilio Papa dispensare posset, sufficit di-
cere possibilitatem causæ.

EPITOME.

Obligatio fuit impetrata pro rata, non obstante clausula
renunciationis legum, dicentium duos reos conueniendos
pro rata.

1 *An duo rei promittendi renunciantes ll. indulgentibus vt*
vnusquisque pro rata teneatur, in solidum. & nu. 5.
2 *An renunciatio beneficij de duobus reis valeat.*
3 *Scriptura ita est interpretanda, ne in ea remaneat repu-*
gnantia.
4 *Quando interpretatio debeat contra prouisionem fieri.*
Clausula renunciatoria quomodo principalem debeat auge
6 *re dispositionem.*
7 *In contractibus verba debent intelligi prout sonant, & non*
vt ex tacito consensu inducant obligationem.

DECISIO CLXXVII.

QVinq; mulieres promiserunt in instrumẽto tran
sactionis dare alteri mulieri certa bona, & in
clausulis reuocatorijs fuerat dictum, renuntiantes le
1 legibus, dicentibus quòd si sunt † duo vel plures, vnus
quisque pro rata teneatur. Fuit dubitatum decimosep
timo Octobris, 1541. coram Domino Thoma in vna
Placentin. transactionis, an dictæ mulieres promitten
tes teneantur in solidum. Et pro affirmatiua diceba
2 tur quòd illa † renunciatio beneficij de duobus reis va
lida erat, vt per gloss. in Auth. hoc ita. in gloss. final.
quæ ibi probatur. colum. 10. in 11. q. C. de duobus reis

renunciatorijs

Et

Etetat valida, licèt poneretur in parte executiua,tamē tales clausulæ declarant partem principalem, per Iaſ.conſil 65. colum. 3. volum. 3. & ſumus in eadem diſpoſitione, in qua ſequentia declarant præcedentia, l.ſi ſeruus ſeruum. §. final ff.de leg.1. in illa clauſula declarabat, quòd principalis diſpoſitio in ſolidū eſſet
3 facta. Præterea ſemper debemus † facere interpretationem, ne in eadem ſcriptura adſit repugnantia.l. ſcriptutæ. & ibi Bartol.C.de fide inſtrument.ſi non intelligamus,quòd principalis diſpoſitio in ſolidum eſſet facta, dabitur repugnantia in eadem ratione & ſuperfluitas:quod in contractibus non debet fieri, vt per Bald. in Authent.de contrahend. emptio. Item an iſta dubitatio oriatur ex illis clauſulis renunciationum, & ſic oriatur ex verbis promiſſorijs, † tunc interpretatio dubia debet contra prouiſionem fieri. Iaſon in l. ſtipulatio iſta §.ſtipulationibus.ff. de verborum obliga-
5 gationibus. Tamen illis no † obſtātib. fuit reſolutū cōtrariū:quia ex quo principalis diſpoſitio intelligitur non in ſolidū, ſed pro rata, l.reus §.cùm in talibus.de duob. reis.l. Paulus.ff.de re iudic.l. 1.C.ſi plures vna ſentent.
6 clauſula † in parte executiua appoſita debeat principalem diſpoſitionem augere. Clement. prima. de præbēd. vbi apoſtilla:& quia illa clauſula, renunciante eo, tantùm inducebat renunciationem, vnde ex tacito conſenſu debebat induci, iuxta gloſſ.in Clemē.ſæpè. in verbo; pontificibus.de verborum ſignificatione. Et
7 † in contractibus debemus verba intelligere, ptout ſonant: non aūt vt ex tacito conſenſu inducant obligationem, & fuit allegatus Bartol.in l.3.ff.de pœnis. Et quia in eadem obligatione reperiebantur aliæ clauſulæ impertinentes, puta renunciatio Velleiani, & epiſtolę diui Adriani, & beneficij de fideiuſſoribus. non eſt impertinens, vt per Bart.in Auth.hoc ita.col. 16.verſic.it.quæro.C.de duob.reis. fuit dictum, quod ex conſuetudine tales clauſulæ erant appoſitæ.

promiſſorum. ff. de ſtipulationibus.

EPITOME.

In obligationibus in forma Cameræ Auditor Cameræ poteſt procedere contra perſonam non citando perſonaliter.

SVMMARIA.

1 *Auditor Cameræ quibus caſibus poſſit per affixionem citationis procedere.*
2 *Clauſ. affigenda ab ortu ſolis ad occaſū, quomodo accipiatur.*

DECISIO CLXXVIII.

DIE vigeſimoprimo Octobris, 1541. in vna Mod. penſionis pro Iacobo N. cōtra fideiuſſores corā Domino Maceratenſ. Domini tenuerunt, quòd Auditor Cameræ, dato, quòd primò citatio non fuit facta contra procuratorem perſonaliter in curia, ſed per
1 affixionem citationis poteſt procedere: † quia verba priuilegij, dato, quòd obligatio fit in forma Cameræ, & in maiori ſumma 200. ducat. quoniam dicebant Domini, quòd in duobus caſibus poterat procedere, videlicet, in obligationibus in forma Cameræ, & vbi agebatur de ſumma 200. ducat. Sed voluerunt, quòd doceret de ſtilo pro maiori ſatisfactione. Item
2 dixerunt, quòd illa verba † poſita in principio citationis affigendas ab ortu ſolis ad occaſum, non intelligebantur taliter quòd citationes de cætero eſſent affixę ab ortu vſque ad occaſum, ſed affigerentur inter ortum & occaſum ad excludendum, ne fierent de nocte. Iſte ſtilus eſt contra ſtilum Auditoris Cameræ, quo ſeruatur, vt citationes per affixionem in talibus fiant vna die pro altera, & non fiant per totam audientiam, quaſi cenſeatur talis citatio per affixionem debere manere ab ortu ad occaſum: & ita ſtandum eſſet ſtilo, vnde ad propoſitum Nipol. c.7. de vnoquoque. colum.10. numer.4. verſicul. & hac materia legitimæ citationis de re iud.

EPITOME.

An de oblationibus in miſſa iniuſtè perceptis debeat fieri mentio in noua prouiſione.

SVMMARIA.

1 *In noua prouiſione de fructibus iure perceptis mentio fieri debet.*
2 *Oblationes non ſunt fructus.*
3 *Quando in noua prouiſione oblationum mentionem fieri conueniat. & nu. 5.*
4 *Parochianus alius ſi oblationes alterius capiat, committit furtum & rapinam.*

DECISIO CLXXIX.

CORam D. Maceraten. eadem die fuit dubitatum, an de oblationibus, quę fiunt in Miſſa, iniuſtè perceptis debeat fieri mentio in noua prouiſione. Et dice
1 batur pro vna parte, quòd † licèt de fructibus iure perceptis debeat fieri mentio, iuxta dicta per Felin. in c. poſtulaſti. & in c. in noſtra 2. correl. de præſcrip. tamē
2 † quia oblationes non erant fructus, vt per Fel. in ca. ad aures. in 3.q. de reſcrip. tamen hoc non obſtante,
3 fuit data diſtinctio: † quia iſtæ oblationes ſi erant captæ, quia de iure debebantur, quod tunc debebat fieri mentio. facit, quod dicit Abb.in.c.2.de parroch. vbi dicitur, quod ideò habent parochiani in parochijs ſuis
4 audire miſſas, propter oblationes: & ſi † alius parochianus cōtenderet capere, diceretur committere furtum & rapinam. Si ergò per non rectorem iniuſtè percipe rentur, propter periculum animæ mentio debet fieri de prouiſione. Et quia die Dominica rector erat pauper, & in loco erat conſuetudo dandi, quo caſu de iure debentur, vt in c. cauſa. de verborum ſignific. Et tunc cùm Parochiani videantur vigore ſui tituli, tunc ſi iuſtè percepit quòd tenetetur, de illis facere mentionem, c. ſi tibi. de præbend. in 6. aut verò de iure oblationes non debebantur quia ſunt in loco vbi non eſt conſuetudo ſoluendi, vt in Italia, & cùm tales oblationes cenſeantur dari potiùs ex voluntate, quàm reſpectu tituli, in iſto caſu de talibus oblationibus non eſt facienda mentio: cùm non eſſent ſolitæ dari reſpectu tituli. Cauſa erat intitulata Vaſſionen.

EPITOME.

Vbi procedit conſuetudo locandi ad nouennium, an in tertio quinquennio completo tacita reconductio cenſeatur facta ſine illa conſuetudine.

SVMMARIA.

1 *Locatori ſuccedens, ſi penſionem recipiat debitam, an cenſeatur relocaſſe. & nu. 2.*
3 *Diſpoſitio omnis ex conſuetudine ſortitur interpretationem.*
4 *Locatio per Eccleſiæ Prælatum ſimpliciter facta, ad tertiam quoque generationem, ſi ita ferat conſuetudo extenditur, comprehenſo etiam ſexu fœmineo. & nu. 9.*
5 *In ſimilibus rei eſt inſpicienda veritas.*
6 *Conſuetudo locantium & conducentium atque vtilitas rei quomodo inducat tacitam relocationem.*
7 *Ex patientia facto reſultat tacitus conſenſus: qui ad actum limitatum reſtringitur.*

15 dicta per eum benè faciunt ad propositum. Cum † ergò consuetudo sit probata in expresso consensu, & ea non potest inferri, vbi interuenit tacitus, sequitur, quòd expressus conesensus, vt dixi hic se non extendat ad tacitum, vt per consequens locatio ex tali consensu tacito procedens non valeat, nec reconductio præsumatur: cùm illa taciturnitas non extendatur vltra terminos facti.

EPITOME.

Successor non tenetur stare lo-ationi vel conductioni præ decessoris.

SVMMARIA.

1 *Prælatus quando contractui per prædecessorem facto stare teneatur. & nu. 3.*
2 *Emphyteota non soluente extinguitur locatio.*
4 *Contractus personalis non transit in successorem.*

DECISIO CLXXXI.

DIE 24. Octobr. 1541. in eadem Portuens. fuit resolutum, quód Reuerendissimus Hipporegien. non teneretur stare contractui prędecessoris, & non realis, per nota. in c. final. ne prelat. vices suas. & per decisi. 233. in nou. & quod dicit Egid. decisi. 748 Nec obstat, quòd dicebatur de emphyteota & pensionario: quia licet cadant à iure suo, intelligitur domino volente. & declaraui ita in vna apost. ad Bar. in l. x. C.
1 de iu. emph. & ita † esset dicendum in casu nostro, vt licèt superuenientia successoris extinguatur locatio, tamen intelligitur domino volente. Cum autem hic non contradixerit, sed omninò possessionem receperit, ergò videtur contractum ratificare velle, quia respondetur ex his, quę dicit Rota d. decis. 232. & ex his, quæ superius dixi, nam videtur tantùm voluisse pro illo tempore, pro quo recepit, non autem quod in futurum inducatur aliqua obligatio. Simile
2 est dicendū, quòd in † emphyteota non soluente extinguitur seu resoluitur locatio propter non solutionem sed benè vetum est, quòd resoluitur, si dominus vult.
3 Sed in casu nostro † locatio non extinguitur fauore successoris, sed lis extinguitur: quia prædecessor vo-
4 luit obligare successorem. Et sic † cùm contractus sit personalis, non transit in successorem. Et si posteà superuenit tacitus consensus, illa taciturnitas non extenditur vltra terminos facti, vt dixi in decis. præcedenti.

EPITOME.

Mater dotando censetur de bonis filiæ dotare.

SVMMARIA.

1 *Mater dotando de bonis filiæ dotasse censetur.*
2 *Pater simpliciter dotando filiam, nec exprimens de quo patrimonio, videtur dotasse de proprio patrimonio ipsius patris.*

DECISIO CLXXXII.

DIe 16. Octobris 1541. in vna. Rom. domus coram D. Io. Paulo. pro August. de Alexandris fuit du-
1 bitatum, † an mater, quæ administrabat filiæ, dotando simpliciter, censeretur de bonis proprijs, an de bonis filiæ dotasse. Et licèt tex. in l. fin. C. de dot. promiss.
2 in † patre dotante disponat, quòd in dubio censetur de bonis proprijs dotasse: tamen secus est in matre, vt per glo. in d. l. fin. in ver. intellige. dum dicit, secùs est in auo materno, quæ glo. est communis, vt dicit Salic. in dicta l. fi. de extran. neg. gest. dotante & per ea, quæ ponit Bal. nouel. in tract. de dot. in 6 par. 3. par. princi. q. 45. Campeg. in trac. de dote, in 16. & 22. quæst.

EPITOME.

Tenuta nulliter data, si constat de bono iure, an sit confirmanda.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus vigore mandati nulliter decreti, confestim est restituendus. & quando non. nu. 4*
2 *Quando tenuta, quæ est à principio nulla, sustineri possit.*
3 *Spoliatus vi compulsiua, cùm constat de bono spoliantis iure, non venit restituendus: fetùs in expulsiua.*

DECISIO CLXXXIII.

EAdem die coram D. Ioanne Paulo in vna Rom. domus inter Bernardinum de Bonaugurijs & Ca-
1 millū de Setobertis, in qua Camillus dicebat se † spoliatum vigore mandati nulliter decreti: & ideò erat restituendus per nos, in c. conquerente. de rest. spol. & Dec. cons. 115. Et licèt diceretur, quòd istu tempore constabat de bono iure Barnardi, quia post executionem nulliter factam erat nulliter processum, iterum de nouo Camillus condemnatus est, & senten-
2 tia transiuit in iudicatum. Et ideò † cùm constaret de bono iure eius, dato, φ tenuta fuisset à principio nulla: tamen debet sustineri, vt per Alex. & Iasō. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. tamen Domini dixeruntillud locum habere in vi compulsiua, vt sentiunt Dd. in d. §. in venditione. & Baptista de S. Seuerino in trac. de debit. suspit: q. 14. & Rip. ibi latè. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 74. ff. de acquir. poss. Tamen dicebant Domini, quod illud erat verum, nisi
3 Camill' passus fuisset † causam instrui super bono iure & de illo constaret, quod non erat restituendus, dato, quod essemus in vi compulsiua, non autem expulsiua, per c. t. de resti. spol. & Sozin. in l. Iustè possidet. in 3. col. 2. q. ff. de acquir. poss. Alexan. in d. §. nihil commune. in 4. col. Castren. in l. 2. in fin, vol. 2. Anto. in §. ex maleficijs col. 6. & in §. quadrupli. col. 6. in fin. & seq. Insti. de action. Sozin. in reg. 369. in 4. fall. istud non solum per probationes, sed etiam per sententiam
4 constabat de nouo iure. quo casu † cum notoriè constet per sententiam, tunc spoliatus non restituitur, vt per Alex. reprobatur Bart. in d. §. nihil commune. in 6. col. Abb. in c. in literis. in 3. col. de resti. spol. in 6. Sozin. in d. reg. 379. in vlt. fallen.

EPITOME.

An ex receptione pro affectu inducatur tacita vel expressa locatio.

SVMMARIA.

1 *Verba illa pro affectu, communiter intelliguntur de locatione vel termino locationis.*
2 *Expressum dici, ut id, quod oculis legi potest: aut quod necessario & non ex præsumptione resultat ex verbis scriptis.*
3 *Quare ex claus. pro affectu, resultet tacita locatio.*

DECISIO CLXXXIIII.

QVia Reuerendiss. Hipporegien. successor Reuerendissimi Tranen. in cedula quitantiæ pro affectu, quem fecerat Petro de Maximis, dixerat, confiteor esse satisfactum à Petro de Maximis 847. ducat. quæ sunt pro affectu, & solutione Paschę resurrectionis anni 1538. Dubitaui 16. Octob. 1541. an ex ista receptione induceretur tacitá vel expressa locatio. Pro
1 parte Petri dicebatur, quòd illa † verba pro affe-

ctu, secundum communem vsum loquendi, vel intelliguntur de locatione, vel termino locationis, vnde vtroque modo verbum, locatio, exprimitur. Ergò
2 dicitur expressa locatio, cùm illud † dicatur expressum, quod oculis legi potest, ad l primam .in princip. ff. de his quæ in testamen. vbi Bart. & alij: prout etiam dicunt expressum, quod de necessitate, & non ex persuasione resultat ex verbis sctiptis, vt per Felin. de transact. col. 2. in fin. versic. sed generaliter dictum illud. de constit. & latius Anchar. in consil. 393. visa diligenter gratia. & Angel. in l. prætor ait. in princip. ff. de oper. nou. nunciat. Ant. & Abb. in c. cùm olim. in fi. de censib. Illis tamen non obstantib. fuit resolutum,
3 quòd † resultaret tacita locatio: quia consensus, qui ex facto resultat, tacitus est, vt per Dec. in c. dilectis. 2. not. de appell. Et quia locatio non ex receptione, sed ex taciturnitate & patientia Cardinalis resultabat, erat tacita receptio: vnde consecutiuè ad illam patientiam veniebat, prout dicit l. item quæritur. §. qui simpliciter. ff. locati. & deci. Rot. 233. in nou. Et quia cum causa in quitantia esset antiquanda, nec aliàs sine causa pateret repetitio, ipsi Petro inducta ad vnum effectũ non debebat operari locationis expressio, sed tantùm locatio pro illa facta, pro qua recipiebat, vt dicit Dec. in d. c. dilectis. 2. not.

EPITOME.

An iudici deponenti de gestis à se sit credendum.

SVMMARIA.

1 *Iudici deponenti in præiudicium partis, qua hoc negat non est credendum.*
2 *Quando iudici credatur.*
3 *An iudex possit testificari.*

DECISIO CLXXXV.

DVbitaui 4. Nouembris 1541. in vna Dolen. pensionis, an depositioni D. Mariscoti, dicentis fuisse decretam reseruationem iurium vtrique parti esset standum. Et pro negatiua allegabatur tex. in c. nun-
1 cius. de test. vbi gl. dicit † non esse iudici credendum, si dixerit se fecisse aliquid in præiudicium partis hoc negantis, ad gloss. in c. post cessionem. & in c. quoniam contra. de probat. & not. in c. cùm à nobis. de test. Barto. & Castren. in auth. nisi biennium. C. de senten. ex
2 pen. reuo. Contrarium † tamen fuit decisum per Rot. decis. 5. in nou. de test. in qua non dicimus coram eodem iudice, sed coram alio, vt erat actus, ex quo non resultabat vituperium: quia non reseruando in re gra-
3 uauit. Et an † iudex possit testificari, vide Felin. in c. dilecti. col. 3. ver. nota quarto. per totam illam col. de accus. in tracta de test. inserto. in 1. lib. quando testes repelluntur ratione affectionis, nu. 9. cùm pluribus seq. & alleg. fuit Ampted. in tract. decret.

EPITOME.

Noua prouisio an faciat pro titulo colorato.

DECISIO CLXXXVI.

EAdem 4. Nouembris fuit conclusum in vna Columbrien. spolij monasterij coram me, quòd noua prouisio narrans electionem in Abbatissam, licèt non constaret de electione, sufficit pro titulo colorato in spolio ad restitutionem: & licèt electio narrata non verificatur, tamen quia non agebatur de canonizatione, sed tantùm ad restitutionem, cùm non sit de iure, sed tantùm de stilo, & requiritur titulus coloratus, vt declarant Doctores, quòd requiritur noua prouisio, quæ titulum dabat, licèt præsupponeret alium.

EPITOME.

An expressio, quòd quis esset in anno duodecimo, cum esset in anno decimo, reddat gratiam subreptitiam.

SVMMARIA.

1 *An falsa expressio in impetratione reddat gratiam subreptitiam.*
2 *Gratia, aut per obitum, aut motu proprio impetrata, propter falsam expressionem non dicitur subreptitia, & num. 5*
3 *Quaenam exprimenda, si subticeantur, inducant subreptionem.*
4 *Quando impetrans narratiuam teneatur verificare.*

DECISIO CLXXXVII.

PRocurator Michaelis Magnali mandatum de prouidendo pro Michaele obtinuit ex illis motu proprio, & agebatur de præceptoria Terraconen. fuit probatum, quòd illo tempore, quo fuit impetrata gratia, Michael erat cõstitutus in decimo anno: fuit
1 † dubitatum coram D. Thoma an ex hoc quòd esset dictum quod erat in duodecimo anno, & non erat, esset
2 gratia subreptitia. Pro negatiua dicebatur quòd † gratia erat impetrata per obitum: & ideò non poterat de subreptione dici, ad decis. Rot. 60. & 325. in antiq. & quod dicit Io. Mona. in c. gratia. de rescript. in 6 Item quia nõ erat motu proprio, non poterat dici subreptitia, ad c. si motu proprio. de præb. in 6. cum alijs vulg.
3 Tertiò, quia non omnis † expressio dicit subreptionem, sed quæ mouisset principem ad facilius concedendum, iuxta decis. 4. Egid. istis tamen non obstantibus fuit decisum contrarium: quia considerabatur, quod ista gratia habebat duas partes. Vnam quæ est ad supplicationem, dum dicit ibi, qui vt asseris in 12. anno:
4 & ideò † impetrans tenebatur illam narratiuam verificare, ad not. in c. 1. de lit. contest. in 6. & Felin. in c. constitutus. in princ. de rescript. posteà autem fiebat gratia motu proprio per Papam: ad contraria respondebatur, quod propter absentiam non potest dari de subreptione, vbi adest ignorantia, & esset dolus, prout considerauit Lap. alleg. 88. in 3. col. prout est casus 3. decis. & in c. gratia. de rest. spol. in 6. & quod dicit ibi Io. Monac. In casu autem nostro, licèt adsit ignorantia in procuratore, tamen in principali postea veniente gratia non esset dolus: & ideò sibi suffragantur, ne gratia dicatur subreptitia. & ita colliges ex his, quæ dicit Ioan. Monac. in d. cap. gratia. & Abb. in c. significante. in 2. col. de rescrip. Et ad id, quod dicebatur de
5 † motu proprio, respondetur, quod illa verba erant ad supplicationem. Item quia motus proprius non purgat expressa, vt per Feli. in c. causam quæ. col. 3. de testib. nec defectum ætatis, vt per Rot. decis. 3. & seq. aliàs 1. de resti. spol. in nou. Ad tertium respondebatur, quod an pontifex ita esset concessurus, vel non, debet inspici stilus signaturæ, vt ait Lap. alleg. 49. in 3. col. sed stilus esset vt à duodecimo anno vsq; ad 55. commendentur, & deinde dentur in titulum. Et licèt esset monua in dignitate nõ curata, tamen etiam requirit ætatem 25. annorum. Et ita fuit resolutum 4. Nouemb. 1541. in vna Terracon. præceptoriæ coram D. Thoma

EPITOME.

An vbi ante litem contestatam non opponitur exceptio excussionis, si postea opponatur, & non fiat, possit sequi sententia.

SVMMARIA.

1 *An post oppositam à lite contestata excussionis exceptio nem, non sequuta excussione possit procedi ad sententiã contra tertium pignorum possessorem & num.8.11.*
2 *Exceptio excussionis quando possit opponi, & in ea senten tia ferri. & num.9.*
3 *Absenti licet desit ius, sic vt pro eo sententia ferri non pos sit, adest tamen actio iuris.*
4 *Sententia lata contra ordinem iudiciorum quamuis sit nul la tamen vnius causæ ordo peruersus processum aut sen tentiã non vitiat.*
5 *Stipulans à fideiussore quo minus à debitore consequi potest, ante condi tionem impletam non erit obligatus fi deiussor, nec ab eo ante excussum principalem rectè pete tur.*
6 *Excussionis exceptio quando sit peremptoria.*
7 *Quando non excusso princi pali debitore possit procedere contra fideiussorem index. & num.10.*

DECISIO CLXXXVIII.

DVbitaui in vna Rom. inter D. Margaretam de Austria, & creditores Alexandri, Ducis Floren
1 tiæ, an † vbi non opponitur exceptio excussionis ante litem contestatam, si postea opponatur, & excussio non fiat, possit ferri sententia contra tertium possessorem pignorum. & pro negatiua adducebatur id, quod dicit Bal. in l. a. C. com. diuid. & sequitur ibi
2 Pau. de Cast. & Salic. vbi dicit, quòd † ad putificandũ exercitiũ actionis necessarium est, quòd executio fiat & quod nõ opponat nisi doceatur de inopia principalis debitoris, & quòd aliàs sententia ferri non potest. Pro affirmatiua dicebatur, quod exceptio diuisionis est peremptoria. & debet opponi ante litem contestatam. Boer. decis. 225. nu. 16. Bal. & Dd. in l. exceptionẽ. col. penul. ff. de exceptio. l. exceptionẽ. C. de proba. ita vt nec etiam opponi possit in causa appellationis. Bal. & Dd. in l. ita demũ. C. de procu. cum aliis traditis per Negus. in trac. de pigno. in 1. memb. 8. par. no. 34. cum seq. Nec obstat quod licèt opponi non possit nec etiam liceat ferri sententia pro absente secundũ
3 Bald. in d. l. 2. ex eo, q † licet absẽti deficiat ius adest tamen actio iuris: & dicitur quod Bald. in d. l. 2. dicit non obstare, quia ferre posset sententiam vnam: nam
4 regula est, † q peruersio ordinis vnius causæ alium non annullat processum nec sententiam, licèt sit in peruersione vnius castri ad seipsum. Quam reg. tradit Bar. & Dd. in l. prolatam. C. de senten. & ibi Castr. in prin. ac principali ac fideiussore seu tertio pignorum possessore. Et ideò Ang. & Bar. in auth. hoc si debitor in l. persecutione. C. de pigno. in fin & ibi Salic. col. 3 ver. quæro a. & in l. exceptionem. C. de proba. & Bar. in auth. de fideiuss. § sed neq; nouel. 4. col. 1. Bart. & Dn. communiter in l. fi. ff. si cert. peta. vbi Bar. in fin. hoc firmat intelligendo illũ tex. quando op fuit oppositũ. Et licèt ibi Fulgos. teneat contra Bar. est aduertendũ,
5 † q in terminis d. l. fi. si Seius promiserat, si à Titio princi pali consequi non possit, & sic tenebatur Seius sub cõ ditione, & ante conditionem non erat nata obligatio, nec actio, nec agi poterat. l. decẽ. stipulatus. ff. de verb. obliga. l. si decẽ. ff. de solut. l. si ita ãre. ff. de verb. signif.
6 vbi † exceptio excussionis est peremptoria: in aliis autẽ vbi non erant conditionaliter obligati, cessant Fulgos.
7 & Doctorum authoritates. Ipse tamen Fulgos. in † fide iussore & aliis vult posse conuenire & procedere iudi cẽ etiã non excusso principali, quæ non fuit apposita, prout ipse Fulgos. declarat in d. l. fina. Post principium verò, quod dictum Barto. in fideiussore intelligitur in obligato conditionaliter, tenet procedere in iudicio, si iudex agentem non repellit, quod sequitur Ias. col. 2. in fi. quia etiam sine alio iudice reppellẽte valet, si in dicat. Et cum Bart. tenet ibi Angel. & Alexan. 32. volu. 4. Cùm itaque in fideiussore cesset conditionalis obligatio cùm teneatur, licèt purè habeat beneficium excussionis, & difficultates in casu d. l. fin. si fiant propter conditionalem obligationem, remanent ex mente omniũ claræ decisiones quæstionis nostræ, quòd † quoad
8 pignora possessoribus non opponentibus valet iudiciũ & fideiussores, & pignora & possessores parificãt, & in
9 eis † exceptio excussionis non impedit actionẽ, sed solũ dat beneficium opponendi, vt per Salic. in d. authen. hoc si debitor. col. 3. in fin. & seq. C. de pignor. & in l. exceptionem. col. 7 C. de probat & in l. 2. ff. de except & latè declarat Aret. in d. l. decem stipulatus. de verb oblig col. 4. vbi refert Bald. in d. l. 2. C. commu diui. & declarat ibi opinionem Bal. procedere in casu text d. l. decem. in quo fideiussor erat obligatus sub conditio
10 ne: secùs est in † fideiussore, & aliis, contra quos potest agi via exceptionis: nam eliditur quidẽ exercitiũ actionis, sed remanet liberum, & consequenter sequitur condemnatio: & in conditionaliter obligato militant difficultates, an possit per iudicem compelli, vt per Alexan in l. final. colum. 3. aliàs enim procedit iudicium parte non opponente, secundum Angel. ibi, in fin. colum. 7. ex quibus colligitur solutio illorum, quæ ex aduerso allegantur: & dicendum quod Bal. in d. l. 2. restringi debet in conditionaliter obligato. Nam in fideiussore & possessore pignoris apparet cõtrarium
11 communiter teneri. Et † quòd in pignorum possessore valet iudicium, parte non opponente, ante litem contestatam, indistinctè debet denegari, Sozi. consi. 24. 1. vol. col. 5. Allegans Bal. in d. l. 2. C. commu. diui. & col. 18 prope fin. versi, & tamen si non opponitur. non obstant: not. per Baldum. qui concludit valere iudicium parte non opponente, Abb in consi. 29. in 2. volum. Nihil fuit resolutum.

EPITOME.

Quasi possessio præsentandi, quæ est ex præsentatione in stitutoria sortitur effectum.

SVMMARIA.

1 *Quasi possessio præsentandi, vt probetur quid sufficiat.*
2 *Præsentatio institutiua probat quasi possessionem præsentandi.*
3 *Tempus 80. annorum inducit præsumptionem actorum solenniter & ritè gestorum, & nu. 5.*
4 *Institutio debet post præsentationem cum aliquo temporis interuallo celebrari.*
6 *Diuturnitas temporis est patientia longæua, & supplet defectum.*

DECISIO CLXXXIX.

IN vna Ostien. parochialis de Boil coram D. Samen.
1 7. Nouembris 1541. fuit resolutum, quòd † ad probandam quasi possessionem præsentandi sufficiat probare, quòd vltimo productus fit institutus, & possede rit, & obierit in possessione beneficij per 30: annos: vt erat in casu illo. Et si tanto tempore nõ fuisset, sed quòd institutio fuisset sortita effectum, licèt potuisset annullari si super ea fuisset actum, vt erat in casu il lo, in quo institutio erat facta eodem die, quo etiam pre

præsentatio quia dicebatur, quòd sufficiebat, quòd do-
2 ceretur de † præsentatione institutiua, & quod esset sor
tita effectum ad hoc vt esset quæsita possessio præseo-
taudi, per cons. Cald. 12. de quo per Roch. in suo trac.
de iure patro. in ver. competens. quæst. 14. tamen con
tra istam decis. videtur facere consi. Deci. 116. in causa
D. Fraocisci. col. 2. verb. 3 alleg in contrarium: tamē
3 respondetur, quod † hic eramus in tempore 80 anno
rū, respectu cuius omnia pręsumebātur solemniter a-
cta, l. si filius. C. de pet. hære. Sed replicabatur, quod
istud verum esset nisi ex productione ipsius instrumen
ti præseutationis probetur contrarium. Nam proba-
tur in facto, quòd eadem die qua facta fuerat pręsen
4 tatio subsecuta fuerat institutio: & cùm † institutio
debeat fieri cum interuallo temporis, quod ex produ
ctione instrumenti oon apparebat ioteruenire, ergò
illa solemnitas non poterat præsumi, vt per Feli. iu c.
5 quoniam contra de proba. q. licet † per antiquitatē
præsumatur interuenire citationem & alia solēnia, fal
lit ibi: nā per exhibitionem actorum de contrario ap-
paret & quod dicit Dec. in auth. si quis in aliquo. col.
5. vers. fallit. C. de eden. tamen respondetur, quod ex
quo tanto tempore ille præsētatus & ita institutus pos
6 sedit oemine contradicente, & illa † diuturnitas tem-
poris est patientia loogæua, quæ supplet illum defe-
ctum: quia verisimile est, quòd si quis haberet causā
contradicendi, in toto tempore contradixisset.

EPITOME.

Articuli super liquidatione fructuum vigore commissoriæ sunt dandi in curia, & non extra.

DECISIO CXC.

FVit dictum in vna Parmen. in qua erat decreta re
missoria pro liquidatiōe fructuum, in qua pars vo
lebat dare articulos in partibus, dicens, quòd hic in cu
ria nou poterāt benè instrui super istis fructibus, quod
pars volens dare tales articulos debebat habere instru
ctionem de partibus, vt darentur articuli per ipsum in
curia: quia iudex remissorię erat merus executor, & nō
poterat admittere illos.

EPITOME.

An de bonis istis extra territorium iudicantis debeat fieri excussio.

SVMMARIA.

1 *An excussio bonorum debeat fieri, vbi victor habet domicilium originarium extra iudicantis territorium, an verò vbi res est iudicata.*
2 *Excussio si facilis est exactio, in loco extra territorium sito fieri debet.*
3 *Quomodo sit probanda conueniendi difficultas.*
4 *In excussione si creditores alia esse bona allegāt, quàm ea, in qua executio est decreta, non solùm bona illa docere, sed & possessores illorum esse probare coguntur, & quare.*

DECISIO CXCI.

PRoposui 14. Nouembris 1541. in vna Rom. pro
D. Margarita de Austria contra creditores Car-
dinalis de medicis, an ipsa teneretur excutere super eā,
vel esset facienda excussio super bonis ipsius Ducis
Alexandri. sitis Florentię, & sic de bonis istis extra ter
ritorium iudicantis, cum ipsa nunc ageret hic Ro-
mę contra tertios possessores. Pro affirmatiua, quod es-
1 set facienda in ciuitate Florentiæ. in qua † habebat do
micilium originarium, allegabatur Iacob. de Arena
in suo tract. excus. quem multi malè attribuunt Bart.
In 95. quæs. tenuisse, quod sic, quem refert. & seq. Bald.
in l. si fideicommiss. §. transactum. ff. de iudi. Io. Petrus
de Ferraria, pract. Papien in sua practica, in forma li
belli super actione hypothecaria, in verb. executionē
excussionis Idem Bald in l. fi. col. 3. ver. sed pone scho
lares. ff. si cert. pet. cum temperamento tamen, quando
facilior ex exactio, & Angel in authen. de fideius. §.
sed neque. nou. 4. col. 1. Iacob de S. Georgio in l si aute
acceptum. ff. iud. solui. & Alexan. cons. 84. in causa. col.
fi. lib. 3. licet contrarium dixerit Bald. in l. sciendum.
in prin. col. fi. ver. ex gloss. ff. qui satisd. cogant. & dice
bant isti quòd nullus negare posset, quia Florentiæ
vbi erat ius domus & vbi habebat fortalitia in mani-
bus. Illustrissima haberet facilem exactionem: & istud
vltimum Domini admittebant. tamen pro parte cou-
2 traria fatebatur, quòd erat verum, † quòd iñ lo-
cum extra territorium vbi facilis est exactio, debeat
fieri excussio vt dicit Negus. in trac. de pig. in 1. mēb.
8. part. prin. col. antep. tamen illùd dicebatur esse intel-
ligendum, quando fieret extra territorium, itaque non
est extra prouinciam iudicantis, sed etiam locus vici-
nus loco iudicis & sub eadem iurisdictione, vt per
gl. in d. autbent. sed neq;. de fideius. circa princ. in ver.
præsentibus Barto. in l. 3. §. vbi duo. circa fi. ff. de duo
bus reis, & Iacob. de S. Georgio in l sciendum. § 1. qui
satisd. cogan. Tamen ad istud fundamentum Domi
ni respondebant q. glo. & Bart. loquebantur in posses-
soriis, in isto casu non erat, locū agere de personis ad
res cum ipsis rebus. Doc. supradicti loquebantur in lo-
cis existentibus extra territorium & extra prouinciam
Ducis: Nam dicunt de scholari teuthonico existente
Bononię, & tamen volunt quòd in Germania sit faciē
da excussio, dum tamen facilis sit exactio. Et ideò ali-
3 qui ex Dominis dicebant, † quod ex eo solum, q. agen
dū esset contra ducē Florentię, non pbabatur difficul
tas conueniendi, sed pbanda erāt illa quæ cōsiderat in
illa materia Deci. in l fi. col. 3. ver. In gl. magna. ff. si
pet. Sed pro illustrissima Domina, quòd nō teneretur
excutere in ciuitate Florentiæ: facit, quia considera-
tum fuit quod ipsa habebat bona ipsius Ducis existen-
tia Florētiæ pro parte solutionis suæ dotis: vnde si cre
4 ditores † dicerent esse alia bona debebant docere iu-
xta gloss in l. cùm de lege. ff. de proba. & non solū ostē
dere quod essent bona, sed etiam docere quòd essent
possessores illorum: quia si fuissent hæredes tunc exe-
cutio forsan dabatur: si autem fuerint tertij possesso-
res, forsan opponerent, quod prius fieret executio
hic in vrbe.

EPITOME.

Ex vnica præsentatione an quæratur possessio præsentandi.

SVMMARIA.

1 *Præsentatio vnica ad quasi possessionem præsentandi probandam sufficit.*
2 *Præsentatio vnica an det bonam vel malam fidem.*
3 *Beneficia magis præsumuntur libera quam ex vnica præsentatione seruientia.*
4 *Mala fides quando purgetur, & præsumatur bona.*

DECISIO CXCII.

FVit dubitatum 14. Nouembris 1541. in vna Ostiē.
paroch. de Boil. an vnica præsentatio sufficit ad
1 † probandum quasi possessionem præsentan-
di: & fuit dictum, quod sic. prout tenuit Roc. in trac.
de iur.

de iu.patro.in verb.competens.q.t4. Dec.conſ.126.in
cauſa D. Franciſci. in prnc.2.col. Rip .in c. cùm Ec
cleſia Suttina.verſ.in glo.in verb.tantum.de cauſ.poſſ.
2 & proprie .Sed dubiũ fuit,an,ea vnica † præſentatione
præſumatur bona vel mala fides:& dicebarur,quòd ea
3 quo iſta eſt iure reſiſtẽte,cùm beneficia † potiùs pręſu-
mantur libera,quàm ex vnica pręſentatione , mala fi
des arguitur contrarium videbatur dicere Boer.d.
tract.in verb.competens.q.14.& Abb.in c.conſtitutio
nibus.col.fi.ver. idem ad prędicta,quod no. Imol. de
iure patro. Rip. in d.c.cùm Eccleſia.col.2.ver. t.con
cluſio. Et in terminis ponit Alexan.conſi.75.viſis pon
deratis.col.penul.ver.prætereà videtur ,indubitatum.
vol.4.Tamen in cauſa,de qua agebatur,ea quo pręſen
tatio illa durauerat , & ſic reputatus fuit in poſſeſſione
4 beneficij per 30.annos,fuit dictum, quòd illa † mala
fides eſſet purgata& pręſumeretur bona,ex quo poſſeſ
ſio fuerat longa,per ea,quæ dicit Abb.in d.c. conſtitu
tionibus. col. fi. Item ad prędicta quod not. Inno. &
Ripa in d.c.cùm Eccleſia Sutrina.col.22.in5.cõiectu
ra.de cauſ.poſſ.& propr.

EPITOME.

An requiratur verificatio vtriuſque copulæ.

SVMMARIA.

1 *An verum ius patronatus, & prouiſionem præſentandi cõ petere,copulatiuè probari debeat.*
2 *Quando requiratur probatio vtriuſq; copulæ.*

DECISIO CXCIII.

IN eadem fuit dictũ,quòd is qui docuerat ius præſen
tandi prima vice poſita in ſupplicatione confirmatio
nis illius iuris pontificij, & narraſſet , quod erat ve
rus & indubitatus patronus,& in prouiſione præſentã
1 di,dubitabatur,an † deberet vtraq; copulatiuè proba
re,& fuit dictum,quòd non:quia hic non agebatur de
prioritate transferendi, ſed tantùm ius competens ea
poſſeſſione debebat probare , quòd ille, qui † transfe
2 rebat illud ius,eſſet in poſſeſſione:quia tunc requiritur
probatio vtrinſque copulæ, ſecundum Iaſ.in l.1.col.3.
verſ.ſeptimò limita.ff.de iuſt.& iur.& forſan expreſſio
non neceſſariorum nòn vitiat gratiam,vt per Rot.de-
ciſ.60.in antiq.

EPITOME.

Ad effectum regulę de ſurrogando non ſufficit habere notitiam cõmiſſionis cauſæ contra ſe impetratæ.

DECISIO CXCIIII.

IN vna Hyperbolen.coram me 16. Nouembris 1541°
fuit dictum,ad effectum litis pendẽtiæ inter aliquos,
vt detur ſurrogatio,nõ dicitur lis pendere,dato , quòd
quis habeat notitiam commiſſionis cõtra ſe impetratę
niſi etiam citatio fuerit executa,per ea,quæ dicit Felin.
in c.cauſã quæ.2.col.pen.ver.in glo.in princ.de teſtib.

EPITOME.

Vtrùm Cardinales ſubiaceant Regulæ de publican. reſignationibus.

SVMMARIA.

1 *Conſtitutio generalis & odioſa non comprehendit vltra ius commune Cardinales.*
2 *Lex generaliter ſonans non comprehendit cauſam priuilegiatam & ſpecialem.*
3 *Conſtitutio generaliter loquens nõ comprehendit cauſam dotis.& quare.*
4 *Cardinales an comprehẽdantur in alijs regulis poſt primam editionem. & an .6.*
5 *Regula de exprimendo vero valore eſt primæ editionis.*

DECISIO CXCV.

DIe 13. Nouemb.1541.in vna Conchẽ. Archidia
conatus de Altarien. pro Ludouico de Torrea
contra Marcũ de Panada corã D.Marſicano,fuit dubi
tatum, an Cardinales ſubiaceant regulæ , de infirmis
reſignationibus.Pro affirmatiua dicebatur,quòd cùm
1 diſponat † conſtitutio generaliter. & ſit odioſa , non
comprehendit vltra ius commune Cardinales, vt per
Anchar. cõſ.295.& 297.qui loquitur in reg.de valore.
Rom.conſi.497.Felin.in c.in eos.in fin.de hæred.& in
capitulo. cum in iure. col.2. verſ.ibi .ſecundò limita.
de offic. deleg. & c. cùm ſuper his. col.3.de fid.inſtr.
Dec.in c.Eccleſia S.Mariæ. col.6.ver.3. Abb.hoc dice
bat.de conſtit.Andr.hic in tract.de præſtan. Cardi. 2.
& 7.quæſ.& conſi.28.col.8.in 4.queſt. vol.1. Rip.2.rel.
pon.2.col.lib.1.conuent.regular.Cancel.reg.1.Rebuff.
in tract.nomina.fol.24.& in concordantijs Franc. fol.
58.Philip.Prob.in c.fin.col.3.in fin.ver. quæ principes
non comprehendunt.de reſcrip.in 6.Dec. in 2.lectur.
de conſti. Alber. Bergo. in tract.de Cardina. fol. 42.
2 pag.1.ver.t3.& priuilegium.Ita dicebatur,† quòd lex
generaliter loquens non comprehendit cauſam ſpecia
lem & priuilegiatam,vt notat gloſ.& Dd.in l.ſciendũ.
§.1.qui ſatiſd .cogan. & ibi Iaſ. col. 7.verſ.3.limita. in
verb.vacan.in authen.de hæred.ab inteſtat. Bar. in ex
trauagan.ad reprimendum.in verb.non obſtat.Et mul
ta ego cumulaui in l. decurionibus. C.de ſilentiar.&
3 decurion.lib.12.Et propterea † conſtitutio generalitec
loquens non comprehendit cauſam dotis fauorabilem
& priuilegiatam,vt per Deci. coſil.5. vbi multa accu-
4 mulat,volu.1.Et dicebatur non obſtare quod diceba-
tur in reg.de † qua datur,quod Cardinales non com-
prehendantur in alijs regulis poſt primam editionem:
quia reſpõdetur ꝑpterea in 2.editione,declarat ſuã
intentionem expreſſè, vt non includantur Cardinales
in prima autem non includit nec excludit expreſſè,
ſed remanet in diſpoſitione iuris communis.Et quòd
5 ſit verum,patet,quia † regu.de exprimendo vero valo
re,eſt de prima editione.& non cõprehendit Cardina-
les,patet per Anchar.conſil.295.atteſtante Rot.ita iu-
dicaſſe Sozin.conſil.200.col.2.Sarnen.in reg.de idio-
mate.ſed ad illud reſpondebatur, quòd non conſtat,
quòd illo tempore illa reg. quòd Cardinales in literis
poſt primam editionem nõ comprehendantur , eſſet
edita.Itèm etiam,quia Cardinales non tenentur ad ta-
xas.Item dicebatur,quòd illa reuocatoria reg. erat de
prima editione, & tamen nõ comprehendebat Cardi-
nales, vt dicit iudicatum fuiſſe Ioan. Monach. in c.
1. de Schiſm.lib.6.Roma.conſil.98.col.1.in fin.ver.3.
reg.Et facit,quod dicit Sarnen.in reg.de publican.re-
ſignat.q.12.& in c.de exprim.en.vero valore.q.1. Felin.
in tract.cùm literæ apoſtolicæ.in 8.ampliat.Staphil.in
tract.de lit.grat.fol.9.ver. ſecundò infert. Barba. in c.
noſtra.nu.120.de reſt.ſpol.Iaſ.conſi.92.col.fi. Ex ad-
6 uerſo, quòd † Cardinales comprehenderẽtur ſub diſ-
poſitionibus ,allegabant c.1. de ſchiſmat. libro ſexto
&c. nemo deinceps. de elect.in 6.Pariſ. in extrauag.
ad onus.poſita poſt tractatum.de offic.& poteſt. c.ſed.
vacan.

Vacan.& Fel. in c. ad aures.colum.fi.ver. octaua conclusio, vbi etiam multa accumulant, de resferi. Cassad. decis. 38. super regul. Cancel. tenet illam partem, & multi ex superius allegatis, & pro ista parte est ratio: quia si Cardinales comprehenduntur in regulis Cancellariæ post primam editionem, ergo comprehenduntur in secunda. Et illud fundamentum fuit propositum ad not. in l. 1. §. huius rei. de offic. eius cui mand. est iurisd. Et quia ista reg. de public. 12. q. 9. extenditur ad eam vt per Dec. consil. 301. col. 2. & consi. 398. in fin. & maximè in constitutione rationabili, & ideo de b. . . ea regulare, vt per Sarn in proœmio regularum, q. 9. Et ita Die 14 Nouembris 1541. Rota pro Ludouico de Torres secuta est hanc partem nemine discrepante.

EPITOME.

Commissio quæ habet, cum potestate citandi, contra quos habeat iurisdictionem.

SVMMARIA.

1 *Sententia quando ex defectu iurisdictionis dicatur nulla.*
2 *Contrauos nominatum in citatione in partibus executa non censetur data iurisdictio.*
3 *Clausula cum potestate citandi &c. quid operetur.*
4 *Nominatus in executione citationis extra curiam facta potest etiam nominari in ea quæ fit extra curiam, nominatione.*

DECISIO CXCVI.

Reuerendissimus Trimilsius cōmiserat causam cōtra Episcopum Maioricen. & deficiebat in commissione clausula, omnesque alios sed in parte potestatiua dicebatur, cum potestate citandi præfatum omnesque in execution citationis eiusmodi decernende nominandos in Ro. curia & extra eam in partibus citandi. Cardinales processit longo tempore cum Hieronymo: postea comparuit Octauius Cibo, seu eius procurator habens eius mandatum. Et citato procuratore Octauij, pro parte Cardinalis fuit lata sententia
1 contra Octauium, dicebatur, † quòd sententia erit nulla ea defectu iurisdictionis, cum causa esset tantùm cōmissa contra Hieronymum Episcopum Maiorncen. Nec obstat quòd commissio diceret cum potestate citandi præfatum, omnesque alios: quia respondebatur
2 quòd erat † restricta ad nominandum in executione citationis, & cum citatio fuisset in partibus executa & non foret nominatus per consequens non esset data iurisdictio contra eum. Istis tamen non obstantib. fuit determinatum contrarium: quia fuit consideratum,
3 quod † dicebatur cum potestate citādi in executione citationis decernendæ in Romana curia, & extra eam
4 & licèt † in executione citationis facta extra curiam ille fuisset nominatus tamē potera fieri nominatio in executione, quę fiebat in curia: cum cōmissio copularetur diceretur & in curia, & extra eam. Et ita fuit resolutum 16. Nouembris. 1541. corām D. Marsicano.

EPITOME.

An regrediens ad accessum habeas duas sententias teneatur suum primæuum ius verificare.

SVMMARIA.

1 *An vigore regressus quis possit regredi ad beneficium cessum accessu sibi reseruato.*
2 *Impetratio facta de beneficio pleno est nulla, & per consequens istius beneficij cessi regressus.*
3 *Ex beneficij pleni nulla impetratione, nisi per sententiam nulla esse declaretur, non potest dici nullum ius cōpetere.*
4 *Quando ius suum cessum quis non teneatur insi . . . c. & numero 17.*
5 *In successione non requiritur iustificatio prioris tituli, & quæ c. & num. 16. 24.*
6 *Regressus an & quando noceat tertio.*
7 *Regressus potest à Papa sine consensu concedi.*
8 *Regressus quando sustineatur. & nu. 14.*
9 *Concedens regressum quid probare teneatur.*
10 *Regressus conceditur ad beneficium ex antiquo titulo, si concedens bonum ius non habeat.*
11 *Causa ad aliquem ex duplici iure pertinere non potest.*
12 *Gratiati quando est electio in beneficio petendo, vtrum velit ex priori an verò ex nouo titulo suscipere.*
13 *Regressus quando habeat causam de præterito.*
15 *In reseruationibus & similibus magis consideratur mens Papæ quàm verborum modus.*
18 *Regressus quando sit nullus.*
19 *Cessionarius non potest in alium transferre ius, quod à cedente non accepit, nisi tertius conferret.*
20 *Obligationis conditio non ex persona successoris immutatur.*
21 *Clausula sine præiudicio regressus supplicationi inserta facit præsumptionem consensus regressus, numer. 13.*
22 *Actus scientia non sufficit sed requiritur etiam circunstantiæ actus cognitio.*
25 *Regressus quando non detur simpliciter per verba supplicationis ex decessu alterius & eius successores.*
26 *Commodum eius esse debet, cuius est & onus.*
27 *Plenior aduersus successorem & successores seu heredi contra alios amplior è contrapotest competere obligatio.*
28 *Successor in iure non est successor in beneficio.*

DECISIO CXCVII.

IN Vna Hispalen. de carniua per obitum Petri de Tremado vacauit beneficium de quo fuit prouisum auctoritate ordinaria Francisco Pinello 1527. Nouemb. & eadem die Franciscus fuit assecurus possessionem beneficij, quam continuauit, vsque ad eius obitum, Dominicus Centurio impetrauit illud beneficium per obitum, Petri 21. Decembris 1527. Et sic illa impetratio præsumebatur nulla: quia facta de beneficio pleno de mense Nouembris 1527. Dominic. . . renunciauit in fauorem episcopi Castelli maris reseruato . . . su, & pensione, & accessu per decessum di . . . e . . . vel eius mediati vel immediati successoris. P. . . . b narratiua erat, quod alias dictum præstimonium esset . . . sum per dominicum cessionarium cum . . . ne pensionis & regressus, vt supra esset dictū . . . dicti. Pinelli & cassata dicta antiqua pensio . . . Franciscus per procuratorem concensiit pensioni noua . . . fauorem dicti Episcopi, & de regressu in mandato nec per procuratorem fuit facta mentio. Ponebatur in casu quòd Franciscus de regressu habuerat scientiā:
1 mortuo Francisco Pinello † Dominicus † vigore regressus voluit regredi ad dictum beneficium, & iam habuerat duas sententias. In tertia coram D. Mobed. 16. Nouembris 1541. dubitabatur de dictis sententiis. primo quia præsupponebatur, quod ius dominici erat nul-
2 lum: quia † cum impetratio facta de beneficio pleno, & cum regressu etiā ex causa cessionis, & ius ecisum per cum esset nullū, sequebatur, quod regressus etiā esset
3 nullus, Tamen ad istud dicebatur, quod ex † quo ius Dominici non erat declaratum nulli per sentent à nō poterat dicere, quòd nullū ius sibi cōpeteret eum . . . set beneficium esse reseruatum, vel alia obstare quæ . . .

ordinarius in mense alternatiuo non potuisset confer-
re. Immò dicebatur, quòd dato, quòd ius videretur
4 nullũ, tamen † quia regressus ad dictũ beneficium
tantũ datur vigore literarum, q Dominicus non tene
batur illud ius cessum iustificare, sed satis erat, quòd
procurator suus cessisset, quantuncunq; Papa ex causa
illius cessionis non solum vigore prioris tituli, sed lite
rarũ vigore conficiendæ addebat q regrederetur. Item
ponderabatur, quòd in iisdem instantijs dicebatur. ac-
5 cessus: & † in accessione nõ requiritur iustificatio prio-
ris tituli: quia propter talem accessum videtur notoriũ
ex causa illius cessionis dare. Tamen replicabatur
pro parte impetrantis per obitum Francisci, qui concur
rebat cum Dominico, q ista erant verba in præiudi-
cium conuenientis, sed hic Franciscus non consenserat
regressui, nec eius procurator nec notitiam habuerat
aliquã de eius narratiua facta excessione Episcopi,
6 sed tantum Episcopus consenserat: vnde † licèt ipse re
gressus potuisset nocere Episcopo, dici potest, quòd per
hoc non poterat nocere Frãcisco, qui erat tertius. Ta
mẽ fuit responsum, quòd istud erat falsum, q Francis
cus esset tertius: quia cum Franciscus esset successor Epi
scopi, licèt esset ignarus regressus concessi per obitũ
mediati vel immediati successoris: tamẽ dicebatur
7 acceptasse ius illud cũ suis qualitatibus: cùm † regressus
sine consensu possit per Papam concedi. Nec obstat,
quòd Frãciscus aliud ius primariũ habuisset: quia Do-
minico sufficiebat, quòd ius suum etiã acceptasset non
contentus suo primo iure. Et die Lunæ 12. Nouemb.
1541. causa iterũ posita dicebatur pro parte Ludouici,
quòd † regressus, vbi erat concessus ex causa cessionis,
8 sustineatur: & quãuis concedens † bonũ ius non habe
bat, sufficiebat tamẽ, q cedens de aliquo titulo doce
ret, prout pluries dicebatur in Rota iudicatũ. vt in vna
Cæsaraugustã. Archidiaconatus: & attestatur Simone-
10 ta antiquitùs ita iudicatum: & tunc † ex pinguedine
regressus non datur regressus ad ius cessum, sed conce
ditur regressus ad ipsum beneficium ex antiquo titulo
magis quàm præsentatiũ vigore, ex quo arguitur mens
concedentis volentis valere regressum, etiã si prior ti-
11 tulus non sufficeret: Causa † enim ex duplici iure nõ
potest ad aliquem pertinere, l. 3. §. ex contrario. ff. de
acqui. poss. Prædictum verbum, pinguedo, arguit con
cedentẽ voluisse valere regressum, si prior titulus nõ
12 suffragaretur, & electio † esset gratiati in petẽto bene
ficium ex priori vel ex nouo titulo, & requirere vali-
ditatem tituli antiqui: alioquin prædicta verba nihil
operarentur, & operarentur frustratoria. Nec obstat se
13 cundum dictum † regressum habere causam de præteri
to quia dicebatur, quòd cõstabat de cessione. Et sic ve
14 rificabatur, cùm † præcedens causa sola sufficiat ad va
liditatem regressus, etiam si antiqui ius stilus non esset
validus, cũ nõ esset regressus, nec detur ad ius pristinũ,
sed ad beneficium: cùm antiquũ nõ sufficeret, Papa vo-
luit regressum reseruare ex nouo titulo etiã vigore li-
15 terara, & sic in euẽtum validitatis primi tituli: & † ma
gis in reseruatiuis & similibus mentẽ consideremus,
quã modum verborum, vt dicit Bal. in l. si in venditio
ne. in fin. ff. commun. prædio. q tantò magis dicebatur
16 in casu isto, in quo nõ solum erat regressus, † sed etiã ac
cessus, & in cessione iuris præãbuli, vt dicit Cassad. de-
cis. vnica. quia aliquando non habens ius cedebat in
fauorem possessoris, seu habentis bonum ius & posses-
sor seu habens bonum ius consentiebat reseruatio-
17 ni regressus. Et † tunc dicebatur, quòd non erat
necessarium iustificare ius cessum: ex quo regressus di-
cebatur de consensu habentis bonũ ius. vel etiã secun
dò dicebatur cessio hæc à non habente ius possessorẽ,
aut non habente etiam ius, vt erat in casu, in quo præ
supponebatur Dominicum non habere bonum ius, &
cesserat in Episcopum Castelli maris, qui etiam si non
habebat ius, tamen consenserat reseruationi regressus
18 Et isto casu dicebatur, q talis † regressus esset nullus:
quia non poterat dari, nisi in ius cessum, & nõ ad be
neficium. Tamen Papa intendebat dare regressum de
19 consensu. Si † ergò cedens non habebat ius, de eo ces-
sionarius non poterat dare: quia sic præiudicaretur
tertio non consentienti. quod Papa nõ intendit facere:
alias facilè esset, vt quis haberet regressum ad omnia
beneficia. Datur ergò isto casu regressus tantum
ad ius ergo regresse est nullus. Et licèt in casu no-
stro esset datus regressus non solùm per decessum
Episcopi Castelli maris, (quo casu ratio supradicta
militat) sed etiam per decessum mediati vel im-
mediati successoris etiam ex isto capite regressus
videtur sustineri posse, ex quo Franciscus successor
erat in possessione, & possessor ius habens: tamẽ diceba
tur, quòd regressus ab initio subreptionis est nullus
cessante defectu causæ subreptionis, & non videbatur
de consensu alterius partis, ad not. per Abb. in c. olim.
col. 5. num. 13. ver. nota. & facit c. si eo tempore. & c.
susceptum § si duo. de rescrip. in 6. Itẽ & secundò non
dicebatur successor nisi respectu iuris sibi per Episco
pum translati quod præsupponitur nullum fore in
personam Ioannis Dominici primi cedentis ergò re-
gressus respectu illius iuris tantũ datus fuit. Nam sicut
in persona Episcopi Castelli maris regressus ad bene-
20 ficium non poterat intelligi nisi respectu iuris Domi
nici cessi, ita † & in persona successoris nõ immutatur
conditio obligationis l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. &
sicut si Franciscus non acceptasset ius dominici, sed
illud transmisisset in impetrantem: quia si aliter dicere
mus, aperiretur via fraudibus: quia tertius non ha-
bens ius cederet etiam in non habentem ius. & reserua
setur regressus, & per obitum habentis bonum ius ca-
peret beneficium. quod tamen non est intentionis Pa-
21 pæ. Non obstat, quòd dicebatur, quòd † Franciscus cõ
senserat pensioni: & in supplicatione erat posita clau-
sula, sine præiudicio regressus, ergo dicebatur etiam
consensisse regressui: quia respondebatur, quòd Fran-
ciscus consenserat per procuratorem, qui erat absens
à Curia, & in mandato non erat dictum, quòd consen
tiret regressui. Et licèt tanto tempore, quo soluerat
pensionem, præsumeretur de omnibus per procurato-
rem certificatus, iuxta cons. Rom. 480. dicebatur, quòd
vtrumq; respectu pensionum: & quòd † non sufficiat
22 scientia actus, sed etiam circunstantiæ notitia requira
tur, iuxta glo. in verb. sciuerit in c. cõcertationi. de ap
pell. in 6. & dato, quòd sciuisset, quòd procurator con-
sensisset cum illa clausula, sine præiudicio regressus, di
23 cebatur, quòd illa † clausula nihil concedit, sed ius siue
bonũ siue malũ præseruat, iuxta deci. Rot. 198. in nou.
Feli. in c. dilectus. col. 7. de fidei commiss. & in c. inter
monasterium. columna secunda, de re iudic. & consi-
lio centesimononagesimooctauo, columna 2. ad fin.
Nec etiã obstat, quòd in casu isto vltra regressum erat
accessus † consensus, de cuius natura est vt non requi-
24 ratur verificatio boni iuris: quia dicebatur, quod sicut
intelligitur regressus de mente Papæ concessus ad ius
cessum: ita etiã accessus. Itẽ non obstabat dicta clausu-
la, vigore præsentiũ, quia etiã intelligebatur vigore iuris
cessi. Pro ista parte dicebatur. † quod verba supplicatio-
25 nis nõ simpliciter dabant regressum per decessũ Episco
pi Castelli maris, & ius successoris: quo casu licèt in per
sona Castelli maris regressus tantũ cõferetur cõcessus
ex iure cedẽtis & cessionarij: tamẽ per illa verba etiam

succeffio

successores censerent concedi,etiam ex iure successo-
26 ris:nam ex quo † emolumentum Franciscus succes
sor ex successione senserat,debebat sentire illud emo
lumentum quoque cum suo onere,iux.tex.in l.secun
dum naturam.de reg.iur.& l.id quod.in prin.ff.de pe-
27 ric.& com.rei vend.& obligatio † seu concessio in
persona successoris ampliari seu augeri potest , iuxt.
text.in l.si per imprudentiam.§.non mirum.ff.de eui-
ction.& ponit Ias.in l.2.§.ex his.col 2.de verb. obli.
tamen in casu nostro debetur regressus isti ex perso-
na Episc.Castelli maris& eius mediati vel immediati
successoris in dictis beneficijs:quo casu dicebatur , quod
28 licet Franciscus† esset successor in iure,non tamē erat
successor in beneficio: quoniam antequàm Episco-
pus cederet in fauorem Francisci,Franciscus iam bo-
num ius in beneficia habebat.Vnde cùm non conue-
nirent verba supplicationis , nec etiam dispositio , ad
vulg.l.4.§.toties ff.de damn.infecto.tamē maior pars
Dominorum fuit pro confirmatione dictarum sen-
tentiarum.

EPITOME.

An in hypotheca possessio ciuilis veniat.

SVMMARIA.

1 *An hypotheca ciuilem possessionem contineat,& trahat ad senaturalem,quam alius habet.& nu.3.*
2 *In creditorem hypothecarium transeunt omnia debitoris iura.*
4 *Ciuiliter possidens habet remedium recuperandi,seu interdictum Vti possidetis.*
5 *Creditor an habeat interdictum Vti possidetis , remissinè.*
6 *Ciuili possessori currit præscriptio & alia plura.*
7 *In vsufructu aut seruitute hypotheca danda percipiendorum fructuum commoditas,quæ consideranda venit , non habet locum tempore contracta hypotheca, si nec actu nec habitu vlla subsit vtilitas.*

DECISIO CXCVIII.

DIE Lunæ 21. Nouembris 1541. dubitaui in vna
Rom.20000.ducat.pro Illustrissima Margareta de
1 Austria contra creditores,an † in hypotheca genera-
li omnium bonorum veniant bona,quorum possessio
ciuilis tantum tempore hypothecæ apud hypothe-
cantem,naturalis erat apud alium,& sic possessio ciui
lis veniret in hypotheca generali. Et fuit resolutum,
2 quòd sic:quia cùm † in creditorem hypothecantem
transeant omnia iura,quæ erant penes debitorem,sic
3 videbatur,quòd † ex sola ciuili poterat habere ius re
cuperandi naturalem:ita etiam creditor , cui omnia
iura erant obligata.Nam non est dubium,quin in ge-
nerali hypotheca veniant iura,vide omninò Cy. in l.
cùm ges.col.fin.vers.si verò agitur de possess. C. si a-
4 lien res pig.dar.pos.& † possidens ciuiliter habet re-
medium recuperandi,& interdicto Vti possidetis vti
potest contra extraneum possidentem, Cyn.ad l.1. in
fi cum seq.ff.vti possid.ergo, &c. Et istud remedium
5 † consuluit in creditore per l.3.§.creditores.ff.vti pos
sid.Non est dubium,quòd † possessio ciuilis parit om
nes effectus,putà præscriptionis, acquisitionis , facti,
ergò habebat etiam istum effectum. Non obstant not,
per Bart.in l.si is qui bona §.vsusfructus. & §. iura
prædiorum in fi.ff.de piguo. Ang. & Aret.in §. item
Seruiana.col.5.& ibi Ias col.22.vers.hinc sumpta oc-
casione.cum col.sequen.Instit.de actio . dum voluit,
7 quòd in istis iuribus vulgaribus quò ad † hypothe-
cam consideratur commoditas percipiendi fructus,
non habebat locum tempore contractæ hypothecę:
quia respondebatur,quòd illud,quod dicit Bar. pro-
cedit vbi illa iura nec habitu nec actu possunt habere
vllam commoditatem. Cùm possent habere illam
commoditatem,ergò venirent in obligatione gene-
rali.

EPITOME.

An per clausulas,de quibus hic,censeatur derogatio.

SVMMARIA.

1 *Pluribus iuramento firmatis derogans,vnico præterito non derogari censetur.*
2 *Cùm plura donantur , vno sublato,non censentur reliqua sublata.*

DECISIO CXC.

ALuarus de Sande tempore traditæ sibi possessionū
Thesaurariæ Ecclesiæ Placentin promiserat eidē
Capitulo medio iuramento de non impetrando licen
tiam à Papa de lucrandis fructibus in absentia , & de
impetratis non vtendo: alioquin ex tunc medio iura-
mento donabat,& remittebat dictos fructus Capitu-
lo & successoribus:& etiam impetrauerat tria benefi-
cia,tunc super secundo erat difficultas,in quo habue
rat licentiam à Papa cum clausula,non obstantib.pro
missis & condition.& ordination. Apostolicis , nec
non dictę Ecclesię iuramento confirmatione aposto
lica obseruat.& de illis obseruan.& nō impetran.lite-
ris Apostolicis contra ea,ac de literis ipsis & illis im
petratis non vtendo , siue per se vel procuratorem,
tum iuramentum,quod tibi quòad hoc duntaxat rela
xamus,præstiteris,ac omnibus alijs,quæ in dictis lite
ris volumus non obstare,non obstantib. quibuscun-
que contrarijs.Fuit dubitatum coram D.Sarnen.21.
Nouembris 1541.in vna Placentin denegationis fru
ctuum an per dictas clausulas derogatorias esset dero
gatum sufficienter,quę Aluarus in regressu suo pro-
1 miserat:Et fuit dictum,quòd non:quia † licet suffi-
cienter esset duob.derogatum,videlicet promissioni
bus de non impetrando,& de impetratis non vtendo
tamen tertiæ derogationi non erat sufficienter dero-
2 gatum,dum dicit,quód donabat : & reg.est , † quòd
quando plura donantur,vno sublato nó censetur re-
liquum sublatum,& ex tenore de authoritate & vsu
palatij,l.si quis cū procuratorio. §.Iulianus. ff. de pro
curat.l.si dari,de verb.oblig.

EPITOME.

c.Si electio.de elect.in 6.habet locum in præsentatione.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio, si renunciat præsentatus iuri suo , aut diem clauserit extremum , aut propter occultum eius vitium irritetur deuoluitur ad patronum , nec inducitur noua vacatio.*

DECISIO CC.

IN vna Paduana parochialis de Aggere magno co-
ram domino Romano 20.Nouembris 1541.fuit re-
solutum,quòd † c.si electio.de elect.in 6.haberet lo-
1 cum in præsentatione,prout dicit Philip. Franc.in d.
c.si electio.& Rota decis.269.in nou. Curr. in tracta.
iur.

iur. patro. in verb. honorificum. quia tum dicebatur, quod per obitum Sebastiani qui fuerat præsentatus, & non institutus, non inducebatur noua vacatio, sed vacabat per mortem primi, prout dicit Rot. decis. penul. in nou. & Sarnen. super reg. de idiom. relig. q. 6. num. 6. verum erat tamen, quod perinde erat, ac si esset noua vacatio, & Patroni potuissent de nouo præsentare: dicebantur ipsi patroni præsentare per obitum primi.

EPITOME.

Remissoria quando detur.

DECISIO CCI.

FVit coram D. Mohedano 21. Nouembris 1541. decisum, quod remissoria poterat dari in prima instantia sine termino: dum tamen non esset longum tempus, quo causa penderet, & ita debet intelligi in causa probatoria.

EPITOME.

Aetas ad effectum gratiæ ex coniecturis probatur.

DECISIO CCII.

COram D. Thoma 21. Nouembris 1541 fuit dictum, quod quoad canonizationem gratiæ, licet quis teneatur probare ætatem in gratia narrata, iuxta dicta per Fel. in c. constitutus. in prin. de rescrip. non tamen plena probatio resurgebatur: sed sufficiebat, quod ex coniecturis probaretur, vt per Bart. & Bal in l. hon. C. de proba. facit, quod dicit Alciat. in tracta. præsumpt. pag. 40. in 14. præsump.

EPITOME.

Probatio attentatorum non excludit.

SVMMARIA.

1 *Nullitas tituli non oritur ex probatione non veri valoris, sic vt super attentatis quis non audiatur.*

2 *Probatio non excludit probationem.*

DECISIO CCIII.

1 PRobatio † non veri valoris non inducit nullitatem tituli, vt dicatur de iure constare ad effectum vt quis non sit super attentatis audiendus: quia licet sit probatum, tamen ex aduerso potest in contrarium probari: quia † probatio nō excludit probationem. Et

2 ideò hoc stante fuit conclusum, quod attentata deberent reuocari 21. Nouembris 1541. coram D. Thoma.

EPITOME.

Sufficit docere de tribus sententijs absque processu ad effectum moderandæ inhibitionis.

SVMMARIA.

1 *Probatio trium sententiarum parit moderationem inhibitionis.*

2 *De sententiarum nullitate dicens, de processu docere & probare tenetur.*

3 *Quando non credatur sententiæ, nisi doceatur de processu.*

DECISIO CCIIII.

FVit decisum in vna Valentin. matrimonij coram D. Marsican. 21. Nouembris 1541. quòd ad effe-

1 ctum † moderandæ inhibitionis vigore commissionis in qua dicebatur, quod constito de tribus conformib. sententijs auditor inhibitionem moderaretur, & causam ad partes remitteret, quòd sufficiebat, quòd petens moderationem inhibitionis produceret cum in-

2 sertione sententiarum. Et ille, qui dicebat † de nullitate debebat probare & docere de processibus: quia pro sententia præsumebatur: & illud, quod dicitur, quòd Rota semper tenuit, quòd non creditur sententiæ nisi doceatur de processu, fuit dictum quod proce-

3 deret, † vbi ageretur, vt Rota sententiam exequeretur, vel ex ea vellet iudicare: sed ad effectum remittendi, sufficiebat, quòd constaret de tribus sententijs. Et D. Marsicanus attestatus fuit, quòd aliàs ita Rota resoluerat.

EPITOME.

Ius patronatus Parochianorum an præsumatur ex vsurpatione.

SVMMARIA.

1 *Tempore immemorabili si non probetur quasi possessio præsentandi, ius patronatus contra fundationem aut dotationem sed ex vsurpatione potius præsumitur.*

2 *Titulum quem vult potest allegare, qui est in tempore immemorabili. & nu. 4*

3 *Tempus immemorabile ideo datur, vt quilibet possit adserri seu allegari titulus.*

DECISIO CCV.

IN vna Lucan. Canonicatus & præben. fuit resolutum coram D. Mohedano 21. Nouembris 1541.

1 quòd † si populus erat in possessione præsentandi, non tamen probabatur tempus immemorabile, quod ius patronatus per hoc non præsumererent ex fundatione vel dotatione, sed potius ex vsurpatione, per Anto. de Butr. in c. dilectus, de off. delegat. Et quia Spec. quem refert Curt. in tract. de iur. patro. dicit, quòd in Italia præsumitur ex vsurpatione, quia propter recessum curiæ ab Italia omnes populi & domini ceperunt esse tyranni, & iura Ecclesiæ modo suo tractare. Quod in vniuersitate tantū præsumebatur ex vsurpatione, potest colligi ex his, quæ dicit Lamber. in tract. iuris patr. 160. pag. 2. & in art. 2. q. 19. in princ. 1. lib. & Roch. de Curt. in suo tract. iuris patro. in ver. contra-

2 xit. q. 20. sed † si essemus in tempore immemorabili, quod populus posset allegare titulum, quem voluisset etiam ex fundatione & dotatione, iuxta not. per Abb. in c. querelam. col. 3. in fin. ver. vtile est ergo. de elect. Alex. in c. hortamur. col. fin. vers. est ergo 71. distinct. Abb. consil. 76. in 1. vers. nec obstat si dicatur. & Bald. in l. eum super. C. de rei vendic. Fed. consil. 334. col. penult. de rescript. & in tract. quando literæ apostolicæ. col. fin. vers. considera tria. Alex. cons. 7. col. 4. versi. accedat ad hoc quod voluit. volu. 4 & omninò Roch. vbi clarè istud videtur dicere in tract. iurispatro. in ver. ille vel is à quo 36. & maximè in prin. col. 4. ver. placet tamen mihi & melius. col 6. vers. circa illum punctum, vide quod aliàs fuit resolutum in materia su-

3 prà fol. 32. pag. 1. & infra fol. 93. quod † tempus dicatur immemorabile, vt quilibet titulus allegari possit. Et 17. Ianuarij 1542. in vna Rom. Abbatiæ de ciuitate. Aquaria pro Cæsare de Fiano maior pars Dominorum huc inclinauit, quod dato quòd tractaretur de iure patronatus Domini illius Castri, & tamen quia

4 † probatur tempus immemorabile, quòd posset allegari titulus ex fundatione, dato quod nō esset allegatus in articulis, super quibus testes erant examinati. Et hoc sentit expressè Fel. in c. causam quæ. col 4. de rescrip. Et tanto magis fuit dictum in isto casu, in quo præsentationes dicebantur ex fundatione.

EPITOME.

Indultum fructus Cardinalis.

SVMMARIA.

1 *An indultum ordinarij de conferendis ad suam collationem iure spectantibus beneficijs, comprehendat quoque illa, in*
2 *quorum possessione conferendi alius est. & num. 3.*
2 *Indulta nihil aliud, quàm impedimenta remouent, non autem iurisdictionem ordinariam prorogant.*

DECISIO CCVI.

COram D. Marsicano 28. Nouembris 1541. fuit du-
1 bitatum, an † indultum Cardinalis de conferendis beneficijs ad collationem suam de iure spectantibus, comprehendat beneficia, in quorum possessione conferendi alius erat, licèt de iure collatio spectaret ad eum, ex quo erant in sua diœcesi: fuit decisum, quòd non, per cons. Calder. 23. de præben. & 5. decis. de præben. in quibus habetur, quod attenditur quasi possessio conferendi, non autem quòd de iure spectarent ea
2 atque † indulta nihil aliud faciunt, quàm remouere obstacula, non autem iurisdictionem ordinariam am-
3 pliant, vt per Cass. decis. 3. de priuil. Si ergò † amoto indulto Cardinalis ordinarius conferre non poterat stante alio in quasi possessione conferendi, ergò nec stante indulto.

EPITOME.

Extincta possessione hypothecaria nihilominus competit Saluianum.

SVMMARIA.

1 *Possessio hypothecaria an per obitum ciuiliter possidentis extinguatur.*
2 *Saluianum interdictum non requirit probationem possessionis defuncti, nec dispositionem tertij.*

DECISIO CCVII.

EAdem die 29. Nouembris 1541. dubitaui in causa Rom. 20000. ducator. pro Illustriss. D. Margareta contra creditores, qui erant in possessione natura-
1 li, quòd cùm Dux † tantùm ciuiliter possideret, & illa possesio ciuilis venisset in obligatione generali bonorũ, an per obitum Ducis hypothecaria extincta fuit. Et pro affirmatiua dicebatur, quòd sic: quia per mortem Ducis erat amissa possessio, & illa, quæ erat penes creditores, erat noua, & tamẽ nõ perempta hypothecaria. l. fi. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. & pro ista parte allegabatur Bart. in l. rem alienã. col. 3. ver. sed contra hoc oppono. & l. cũ & sortis. §. pignus. ff. de pign. actio. & ibi Salicet. col. 8. versi. quæro quintò: & in l. cùm res. columna secunda. C. si aliena res pign. dat. sit. Contrarium tamen fuit decisum, quia ista procedunt
2 in hypothecaria, secùs tamen est † in Saluiano interdicto, in quo non est necessarium nisi probare possessionem defuncti, & dispositionem tertij: & ideò datur contra tertium possessorem, dato, quòd possessio hypothecaria sit amissa l. prima. de Saluian. interdic. & iuxta istam doctrinam scribit Bart. in d. l. rem alienam. col. 4. versi. item oppono cõtra prædicta. ff. de pigno. actio. Negos. in tracta. de pign. in. 3. part. 8. par. q. 6. & 7. & facit tex. in l. 2. de Saluia. interdic. vbi datur cõntra hæredes.

EPITOME.

Alimenta an debeantur eiecto à religione.

DECISIO CCVIII.

GRegorius Bergonien. frater S. Saluatoris per superiores suos inquisitus, fuit priuatus habitu: & facta priuatione processus secundum statuta & consuetudinem religionis erat cõbullus, ita vt de causa priuationis non constaret. Gregorius agebat ad restitutionem & dicebat se sine causa priuatum: quia de ea apparere non poterat. Ex aduerso fuit probata consuetudo prouidendi per 40. annos. Sed antequàm super dicta priuatione disputaretur, petebat Gregorius alimẽta & expẽsas litis, per not. per Abb. in c. si quis. in 2. opposit. col. 2. ver. sed quum forma. sequitur Abb. in c. cùm contingat. col. 10. ver. sed sequitur. de for compet. & Afflict. decis. 10 cum seq. & decis. Rot. 35. in nou. sed maior pars Dominorum tenuit contrarium 28. Nouembris 1541. quia considerabatur. quòd Gregorius non erat in possessione Monachatus, per not. per Bart in l. si negat. ff. de alien. liber. & in isto casu procedũt decis. supradictæ. Et dum dicebatur, quòd Gregorius prætendebat se iniustè eiectum & spoliatum, dicebatur, quòd ex quo fratres prætendebant se illũ eiecisse cum iusta causa iuxta consuetudinem religionis, quam consuetudinem prætendebant probasse: in primis erat dicendum, an verũ esset quòd talis consuetudo esset probata, & ad hoc benè facit decis. Egid. 88. Et fuit allegatus F[illegible]in. in c. cùm dilectus. col. 29. versi. monachus non agat etiam, cum seq. col. de rescripit.

EPITOME.

In delictis grauibus & leuibus Episcopus non potest procedere sine consensu Capituli.

SVMMARIA.

1 *Crimen falsi graue est delictum, sic & simonia.*
2 *Concubinatus publicus quando sit graue & depositione dignum.*
3 *Episcopus non potest in grauibus delictis absq; Capituli consensu procedere.*
4 *Procedens contra inhibitionem incurrit censuras.*
5 *Episcopus non potest in leuibus quoq; criminibus quicquam aut statuere aut definire sine consensu Capituli.*
6 *Episcopus potest minora negotia sine Capitulo expedire quantũ ad extraiudicialia: secus in iudicialibus solennitate iudicij requirentibus.*

DECISIO CCIX.

IN vna Zamoren iurisdictionis coram D. Io. Paulo
1 28 Nouembris 1541. fuit resolutum, † quòd crimen falsi graue est, per not. per Hippol. singu. 163. & in rub. de falsis. col. 3. vers. & circa hanc materiam falsi. Item simoniæ crimen graue est, vt per text. in c. 1. & in c. tanta. de simon. & de istis duobus, quæ connumerantur inter grauia delicta, ponit Archidiac. 27. distinct. im-
2 mo † crimen concubinatus publici propter notorietatem & continuationem graue est, & dignum depositione. c. si qui clerici. vbi Abb. de iudic. Dicebatur er-
3 go quòd † quia procederetur in istis criminibus, erat circa ardua procedere, quòd Episcopus sine consensu Capituli non poterat procedere, c. nouit. & c. quanto. de his quæ fiunt à prælat. c. 1. vbi Hostien. Ant. & Aret.
4 de excess. prælat. Et cùm † processisset contra inhibitionem Rotæ, quòd incideret in censuras. Et dato, quòd ista crimina, in quibus processerat, forent leuia,

tamen dicebatur, quòd ex quo contra Capitulum &
elerum processerat, quòd non poterat esse sine consen-
5 su Capituli: quia etiam † in leuibus nihil potest statue
re, & definire Episcopus sine consensu Capituli in cri
minalibus, per tex. in c. si quid. & c. Episcopus nullius.
15. q. 7. & in c. si quid. 25. distinct. tenet Abb. in c. 1. de
excess. prælat. & est text. seclusa à consuetudine in cap.
2. de consuet. in 6. & fuit allegatus Barbat. in tract. de
Episcopis. in 4. parte 3. libro 9. Non obstat, quod di-
cit Abb. in cap. nouit. de his quæ fiunt à prælat. quòd
6 † Episcopus potest minora negotia sine Capitulo ex-
pedire, quia loquitur de negotiis extraiudicialibus, se-
cus in iudicialibus, in quibus requiritur solemnitas
iudicij.

EPITOME.

Examen testium quando sit validum.

DECISIO CCX.

VOluerunt Dom. in vna Tiburtin. corā D. Mohedano 2. Decembris 1541. quòd testes, qui erant examinati citata parte ad videndum iurare per contradictas, non dato de absentia illius, essent validè examinati: Dum tamen postea in processu causæ constaret legitimè de absentia, sed tempore, quo per contradictas fuit citatus: & ita dixit D. Marsicanus, quòd aliàs fuit resolutum in Rota.

EPITOME.

Aliud est derogare gratiis auditorum, aliud priuilegiis.

SVMMARIVM.

1 *Cum derogatur gratiis per hoc non censetur priuilegiis derogatum, nisi specialis intercesserit derogatio.*

DECISIO CCXI.

IN vna Legionen. de villa Muscan. coram D. Sarnen.
pro Ludouico de Torres contra Ludouicū Suilla 2.
Decembris 1541. fuit resolutum, quod licet gratia iudicis
derogaret gratiis auditorum Rotæ, & per consequens
derogando & faciendo mentionem de auditorib. de-
roget collegio auditorum Rotæ, cùm nihil aliud es-
set collegium, quàm auditores; tamen quia in illa gra-
tia non erat derogatum priuilegiis auditorum, quòd
derogatio non esset sufficiens, & ipse Ludouicus non
posset præferri auditori: quia aliud erat derogare gra
tiis auditorum, & aliud derogare priuilegiis. Et dato,
1 quòd † esset derogatum gratiis, non tamen per hoc
erat derogatum priuilegiis, imò requirebatur specia-
lis derogatio.

EPITOME.

An tempus 85. annorum dicatur tempus immemorabile, vt quilibet titulus etiam fundationis allegari possit.

SVMMARIA.

1 *Quodnam tempus dicatur antiquissimum & immemorabile.*
2 *Tempus 80. annorum quando non sit antiquissimum, & sic nec immemorabile. & num. 6.*
3 *Probatio per scripturas & testes quomodo in antiquissimo tempore docendo differant.*
4 *Tempus 100. annorum est longissimum.*
5 *Post tempus immemorabile, vt quilibet possit allegari titulus, tempus 100. annorum exigitur.*
7 *Fama si vltra instrumentum probetur, quando dicatur tempus antiquissimum.*

DECISIO CCXII.

FVit dubitatum in vna Lucan. Canonicatus
& præben. coram D. Mohedano 2. Decembr.
1541. an tempus 85. annorum, quod probatur per in-
strumenta diceretur immemorabile, ita vt quis alle-
gare posset titulum, quem voluisset, & sic ius patrona
1 tus ex fundatione. Et licèt variæ sint opiniones † quódnā tempus dicatur antiquissimū, ita vt voluit Sozin.
consil. 15. vol. 2. quod tempus 50. annorum: & de aliis
temporibus, vt per Alex. & Ias. in l. cùm aliquis. C. de
iur. delib. Et fuit dictum, quòd aliàs Rota fuit arbitra-
ta, quòd tempus 70. annorum esset antiquissimū tem-
pus. vt in vna Bononien de Sanderiis: tamen in isto
2 casu fuit conclusum, quòd † tempus 80. annorum non
esset antiquissimum, ita vt voluit Soc. & sic immemo-
3 rabile: tamen † quia deputatur tempus per scripturas
& sicut habetur probatio huius temporis poterat pro-
bari de antiquiori tempore per scripturas: quòd secùs
est, si essemus in probationibus per testes: quia tunc
cùm sit deducendum tempus infinitatis ætatis, & sic
ad minus 90. annorum tempus requireretur in eo, qui
deponeret de tempore antiquissimo. Item quia in alia
materia licet sit arbitratum consideratis multis qua-
litatibus, tamē in ista materia Dd. volunt tempus cur
rere immemorabile, vt per Fel. in cap. causam quæ. de
4 rescrip. capiens tempus † saltem 100. annor. quod est
longissimum. Et quia vt superius decis. 105. fuit dictū,
quod post tempus immemorabile potest allegari qui-
5 libet titulus, † sed illa nō potest haberi nisi spatio 100.
annorum, vt per Cur. in trac. iur. patr. in verb. ipse. vol.
15. à quo. q. 46. col. 5. vers. circa alium punctum. Et sic
6 fuit conclusum, † quòd tempus 85. annorum non suf
7 ficiat. Domini tamen dicebant, quòd si † vltra instru-
mentum probaretur fama per testes, quòd tunc tem-
pus forsan potest dici immemorabile, ita vt quilibet
titulus, etiam fundationis, allegari possit.

EPITOME.

Citatio quomodo valeat.

SVMMARIA.

1 *Citationis exemplum affixum duobus in locis post adhibitam in citando quærendo diligentiam valet.*
2 *Citationem duobus locis exequi sat est.*

DECISIO CCXIII.

COram Domino Mohedano 5. Decembris, fuit
dictum quòd citatio esset bona facta diligentia
de reperiendo citandum in Curia, & non fuit reper
1 tus, † affixa copia citationis in valuis Parochialis, de
qua agebatur, licet non probaretur, quod ibi esset
affixa citatio originalis, dum tamen citatio esset legi-
timè executa in duobus locis, vt erat in casu illo in
Ecclesia Cathedrali, & quadam collegiata: quia deci-
2 siones nostræ volunt, quòd † sufficiat, quòd citatio in
duobus locis exequatur.

EPITOME.

Surrogatio, Possessio, Attentatum.

SVMMARIA.

1 *Surrogatione beneficij litigiosi in forma gratiosa concessa potest surrogatus etiam lite pendente propria authoritate possessionem apprehendere.*

2 *Quando surrogatus possessionem absque iudicis consensu ingred ens dicatur attentare.*

DECISIO CCXIIII.

FVit decisum in vna Calaguritan. coram Domino
1 Thoma sexta Decembris, 1541. quòd † quando surrogatio beneficij litigiosi est concessa in forma gratiosa, quòd tunc surrogatus etiam lite pendente propria authoritate potest apprehendere possessionem absque vitio attentati: secus est quando est in forma
2 rigorosa, tunc si † pars absque iudicis consensu possessionem ingrederetur, diceretur attentare.

EPITOME.

De alternatiua debet fieri mentio in derogatione.

SVMMARIA.

1 *Gratia in mensibus ordinariis concessa comprehendit quoque alternatiuos.*
2 *Menses alternatiui sunt ordinarij.*
3 *Antequam alternatiuæ derogetur, debet de ea præcisè fieri mentio.*
4 *Alternatiua non venit sub regula reuocatoria.*
5 *Alternatiuam concedendo videtur tantùm Papa obstacula iurisdictionem ordinariam impedientia remouere.*

DECISIO CCXV.

IN vna Virdunens. coram Domino, Sarneu f. 5. De
1 cembris, 1541. fuit dictum, quòd gratia † Alexandri Rufini concessa in mensibus ordinariis quomodolibet concessis, comprehendat etiam menses alternati-
2 uos: quia † menses alternatiui erant etiam menses ordinarij, & tantò magis tacitè illa debet intelligi quomodolibet concessa. Fuit dictum, quòd ex quo in gra
3 tia Alexandri † non erat facta mentio de alternatiua Capitulo concessa, & sic ei non erat sufficienter derogatum propter decretum Papæ in ea appositum, vt dicit Fel. in c. cum ex officij. col. fin. versic. quid autem si Episcopus. de præscript. quia de alternatiua debet fie-
4 ri mentio. † tem in eadē fuit dictum, quòd in regu. reuocatoria non venit alternatiua: quia alternatiua
5 est remotio obstaculi. Et sic Papa † nihil videtur de nouo concedere, sed tantum obstacula impedientia iurisdictionem ordinariam remouere.

EPITOME.

Præsumitur hæredes extare, donec fit proclamatum.

DECISIO CCXVI.

FVit dubitatum in vna Romana 20000. ducator. inter illustrissimum Ducem ex vna, & creditores ex alia, an ex quo creditum Montis constabat sub nomine hæredum Cosmi de mediceis, an præsumatur hæredes Cosmi extare. Et fuit conclusum, quòd sic, per glo. in l. facta. § fin ff. ad Treb. vbi Paul. de Cast. dicit, præsumitur quis habere hæredem, donec fit proclamatum, & non reperiatur hæres: & in casu nostro non erant factæ istæ proclamationes.

SVMMARIA.

1 *Cùm præsumatur hæredes extare, an quasi possessio exigendi nihilominus quæri possit.*
2 *In acquirenda defuncti possessione quando non sit necessaria hæredum patientia.*

DECISIO CCXVII.

1 ITem die 20. fuit dubitatum, posito, † quòd præsumatur, an Alexander potuerit quærere quasi possessionem exige nd: & fuit resolutum, quòd sic: quia ex quo possessio tempore, quo Alexander incepit exige-
2 re, erat vacans, & tractabatur † de præiudicio prædecessoris, in qua nuai fuit præiudicatum, ex quo vacabat, quòd non er t necessaria etiam patientia hære. dum. per not. per Innocen in c. bona. 2. col in fi. cum seq. de postul. prælat. & Bald. i l. 2. col. 4 C. de seruit. & aqua. Immo dicebatur, quòd ex quo eramus in multiplicatione actuum, quia per 18. menses exegerat, quòd præsumebatur scientia, per not. per Innocen. in d. cap bon in d. col & sequent & Abb. in d. cap. cum Ecclesia col. 5. de caus. possess. & propriet. Fuit resolutum 5. Nouembris 1541.

EPITOME.

Expensæ, Probatio, condemnatio.

DECISIO CCXVIII.

DIe 29. Nouembris, 1541. fuit resolutum coram me in vna Calaguritan. Canonicatus & præbē. in qua erat causa commissa super iactationibus & molestationibus cum condemnatione expensarum non probatis iactationib. & molestationibus, quòd essent benè latæ, & ille esset bene condemnatus in expensis, ratione cotumaciæ, quia debebat cedere. Faciunt ad istam decisionem, quæ posui infrà, vbi tractatur, quis dicatur actor & quis reus.

EPITOME.

Decernitur remissoria ad excusandum à delicto in materia executiua etiam absque fumo.

SVMMARIA.

1 *An procedens contra inhibitionem incurrat excommunicationem seu censuras in inhibitione contentas.*
2 *Lite pendente non est quis possessione priuandus.*
3 *Remissoria non conceditur aut decernitur ad attentatorum excusationem, nisi maximo interueniente fumo.*
4 *Exequutiua in casu decernitur remissoria absque vllo etiā fumo, dummodo causa sit prophanus.*

DECISIO CCXIX.

DIe 30. Nouembris, 1541. in vna Zamorens. iurisdictionis coram Domino Io. Paulo, in qua Capitulum Zamorens. commiserat causam super iurisdictione, quam prætendebat habere in Clericos Ecclesiæ: & commissa causa fuerat inhibitum Episcopo & vicario. Et vicarius non obstante inhibitione processerat contra Clericos. Pro parte Capituli agebatur, vt
1 † vicarius declararetur incidisse in censuras & pœnas contentas in inhibitione. Replicabatur pro parte vicarij quòd Episcopu ante inhibitionem erat in pos-
2 sessione procedendi: & ideò † lite pendente non erat sua possessione priuandus, ad cap. 1. vt lite pendente nihil inno. Et quòd esset in possessione seu quasi, produxit quosdā testes i partibus examinatos, licet nulliter: & sic stante illo fumo petebatur, quòd decerneretur remissoria. Dicebatur, quòd remissoria non erat decernenda: ex quo eramus in alternatiuis: quia clarè constabat, quod vicarius processerat post inhibi
3 tionem: & cùm † essemus in attentatis, Rota nolebat remissoriam cōcedere aut decernere. Fuit resolutum quòd si erat clarum definitiuè vicarium attentasse, quòd

quòd tunc non daretor remissoria ex quo clarè con-
stabat de attentatis:ex quo ad eacusandum attentata
Rota non solet decernere remissoriam,nisi stante ma-
ximo fumo.prout dicit Cassan.in collectis suis. Sed
quia hic non procedebatur,vt super attentatis pronū-
4 ciaretur,sed via executiua † ad incursum censurarū &
pœnarum,& sic agebatur, vt declararetur deliquisse,
& executiuè ita vt illa declaratio haberet vim trium,
immò plusquam trium:quia ad executionem deuenie
batur,vt ad eacusandum à delicto daretur remissoria,
etiamsi non cataret aliquis fumus;quia inmateria pro
fana absque fumo decernitur remissoria,& maximè in
casu exequutiuo.

EPITOME.

Remissoria quomodo prolongetur.

DECISIO CCXX.

IN causa Bononien.de Bentiuolis contra Lipium. in qua decreta est remissoria ad tres menses in ciuitate Bononien. quibus elapsis erant dati alij duo.in quibus apparebat de negligentia Bentiuolorum in non exequendo Ad constitu ndum eos io maiori contumacia,& quia causa erat maximæ importantiæ,fuit dictum, quòd darentur duo menses,quibus durantibus deberent adducere testes, quos volebant examinari ad Curiam. Et pro testibus impeditis tam de iure quàm de facto fieret eaamen in ciuitate Bononien.

EPITOME.

Admissio ad cessionem bonorum in materia spolij ad effectum agendi in petitorio.

SVMMARIA.

1 *Cessionis beneficium quomodo in fructibus & expēsis litis ad qua quis est condemnatus iure admittatur.& nu.3.*
2 *Vsque ad primam sententiam dolus in aliquo non præsumitur in spolio.*
4 *Mendacio quomodo amittatur beneficium cessionis.*

DECISIO CCXXI.

IN vna Toletan. de la Stella coram Domino Ioan.
Paulo,secūda Decēbris,1541.pro Martino de Cor
duba cōtra Episcopum Solis pro fructibus& expensis,
pro quibus Matinus erat condemnatus per tres senten
1 tias in materia spolij,fuit Martinus †admissus ad bene
ficium cessionis pro dictis fructibus & expensis pro eo
tempore,quo fuerat in eo dolus,putà, vsque ad primā
2 sententiam:quia † vsque ad illam dicebatur,quòd Mar
tinus nō erat in dolo.Fuit dictum:quod non admitte-
retur in petitorio,quia in illo casu agebatur de admit
tendo Martino in petitorio facta cessione bonorum
vsque ad illud tempus,in quo non erat dolus. Tamen
3 fuit dictū † quod illa cessio debebat esse realis, ante-
quam admitteretur ad agendum,& Martinus assigna-
ret hic fructus beneficiorum,& daret listam seu cata-
logum bonorum,medio iuramento,& hoc si reperire
4 tur in† mendacio postea non esset dignus benefi-
cio cessionis,& præfigeretur terminus Episcopo ad
capiendum possessionē,qua capta vel si staret per eū,
procederetur postea in petitorio.

EPITOME.

Per verba,in mensibus quomodolibet ordinariis Collatoribus concessis, veniunt menses alternati.

SVMMARIA.

1 *Clausula quomodolibet,est vniuersalis, & comprehendit id quod quacunque modo est concessum.*
2 *An per illa verba,quomodo libet,&c. censeatur alternatiuis derogatum sic vt in alternatiuis vigore suæ gratiæ acceptari possit.*
3 *In derogando alternatiuæ specialis requiritur mentio.*
4 *Sub verbis generalibus & indultis vniuersalibus non censetur derogatum conferendi priuilegia.*

DECISIO CCXXII.

HAbebat Alexander Ruffinos,vt posset acceptare
vigore suæ gratiæ expectatiuæ etiā in mēsib.ordi
nariis Collatoribus quomodolibet concessis, fuit re
solutum per maiorem partem duodecima Decembris
1 1541.quod † propter illam conditionē, quomodoli
bet quæ est vniuersalis, quę comprehendit menses
2 quocunque modo concessos,quod posset† acceptare
etiam in mensibus alternatiuis,quia menses sunt per
regulam alternatiuam concessi: tamen dicebatur,
quod ex quo non derogatur alternatiuę,& per illam
clausulam,non obstantibus priuilegiis,ea tali defectu
nō poterat acceptare in mense alternatiuo,quia illud,
quod detur facoltas acceptandi io mensibus qoibuscū
3 que ordinariis concessis,dicebator † quod erat neces
sarium quod alternatiuę derogaretur,de qua Rota te-
net,quòd specialis mentio debet fieri, & licet in clau-
sulis dicebatur non obstantibus priuilegiis,in dictis al-
ternatiuis & literis Apostolicis de alternatiua posset di
4 ci priuilegium vel indultum tamen dicebatur† quòd
nunquàm sub verbis generalibus in priuilegiis &
ind. ltis non censetur derogatum priuilegium de cō-
ferendo. Et ita semper Rota tenuit,

EPITOME.

Ad reuocandam possessionem vt attentatam quid debeat probari.

SVMMARIA.

1 *An immittens alium in possessionem post inhibitionem vigore commissæ nullitatis factam attentare dicatur,& quid probari conueniat,an attentatum esse tantum. an quoque attentatorum possessionem.*
2 *Licitum in dubio fecisse præsumitur, qui id,quod licitum& illicitum potest esse fecit & nu.4.*
3 *Immissio quomodo post inhibitionem licita esse possit.*
5 *Executoriales quamuis intrusos & intrudendos comprehendant,necessarium tamē est probare cum lite pendente incepisse possidere nec prouisionem factam docere sufficit.*
6 *Attentata cùm post appellationem vel litis pendentiam reuocari petuntur,non tenetur petitor probare se prius possedisse nisi aduersarius præsumeretur de iure communi & ex causa verisimili possidere.*
7 *Possessio quæ est attentata,pro spoliatione accipitur.*

DECISIO CCXXIII.

FRatres sanctæ Mariæ Nouænarrantes se locasse
Casale quoddam Zambaccaro commiseraot cau
sam super nullitate locationis,& iactationis & mole-
1 stationis,vigore coius fuit † inhibitum,& post inhi-
bitionem probabatur Iacobum immisisse alium ad
pascēdum,petebatur igitur istam immissionem tan-
quam attentatam reuocari,ex quo post inhibitiooem

 factam

facta erat,& quòd fratres non tenebantur nisi proba re attentatam.per decis. Rot. 89.aliàs 10.de appell.in antiq.licèt non probaretur possessio attentatorum,
2 contrarium fuit resolutum † quia faciens id, quod potest esse licitum & illicitum, in dubio præsumitur fecisse licitum,l.non solum. §. sed vt probari. ff de
3 nou.oper.nunciat.Hic potest esse † licitum,puta con tinuando primam possessionem;si cùm prius habeba tur non probaret,ità nisi à tertio possessore habuisset, non diceretur attentasse,vt per Egidium decisi. 349.
4 Ergò † ex quo aliquo casu potuit actum licitum fecisse,præsumitur ita,nisi contrarium doceatur.Et in
5 simili facit,quòd † executoriales comprehendunt intrusos & intrudendos:& tamen non sufficit probare, quòd quis hodie prouideat,sed necessariũ est probare,quòd lite pendente incepit possidere,nõ obstãte dicta decisi.89.in antiquis,quia declarat,dum dicit
6 etiam hoc,videlicet,† nisi ille contra quem petuntur attentata reuocari de iure cõmuni, & ex causa verisimili præsumatur possidere etiam ante inhibitionem, nisi contrarium probaretur,quòd post inhibitionem incepisset intrare possessionem. Vel melius responde
7 tur ad decisionem,† dum dicit quòd non tenetur probare possessionem,quæ est attentata, intellige, id est, spoliationem. Et quòd ità debeat intelligi, colliges ex his,quæ dicit Felin.in c dilecti colu.penultim iuxta princip.& ibi Innocen.de maior.& obed.ibi iò attentatis dicit duo esse probanda.

EPITOME.

Continuatio possessionis non probatur per testes de publica voce,& fama ad effectum primi extremi.

DECISIO CCXXIIII.

IN vna Placentin.de Laxar coram me.16. Decembris,1541.in qua probabatur,quòd Episcopus Solis apprehenderat possessionem de mense Martij, 1541. per instrumentum Posteà de mense Aprilis,Ferdinandus Diàs apprehenderat possessionem per instrumentum:& ad probandum continuationem possessionis adducebantur duo vel tres testes de publica voce & fama,ac etiam ponderabatur dictum instrumentum licentiæ datę Ferdinando ad deseruiendum parochiali peralium,& duæ litteræ,vna Petri de Losado cessionarij Episcopi Solis,& altera ipsius Episcopi,fuit dubitatum,an ista sufficerent ad probandum primum extremum: & fuit conclusum,quòd quia procedebat possessio instrumentalis Episcopi,quod illi testes de publica voce & fama non sufficerent ad probandum continuationem possessionis Ferdinandi ad effectum primi extremi,quod secundum Rota debet plenè pro bari per aliud videlicèt instrumentorum:licentiæ & litteræ aliquid faciebant vt procedatur.

EPITOME.

Mandatum de manutenendo in possessione non datur,nisi parte legitimè citata.

DECISIO CCXXV.

COram Domino Mohedano 16. Decembris, 1541. fuit resolutum,quòd mandatum de manutenendo in possessione non datur,nisi parte legitimè citata: & primò præsentata commissione,& docto de citatione ante executionem citationis non posset dari mandatum. Citatus enim est prioandus per contradicentias.

EPITOME.

Subscriptio defertur ad solennitates sequentes.

SVMMARIA.

1 *An diei & loci appositio post subscriptionem valida sit.*
2 *Testamentum sine die est nullum.*
3 *Subscriptio non tam subsequentia quàm præcedentia corroborat,quod fallit,vt nu.4.*
5 *Quando subscriptio approbet tantum præcedentia & non sequentia.*
6 *Quando subscriptio etiam ad sequentia extendatur.*
7 *Præsumptio est actum validum quem facere voluisse.*
8 *Ad actum omnia cùm adsunt necessaria, omnia secundario interuenire intelligantur.*
9 *Solennitas in dote requisita temporè legitimo interuenisse præsumitur.*

DECISIO CCXXVI.

NIcolaus Vrsinus dictauerat literam, quam scripserat eius Secretarius,in qua Nicolaus dicebat, quòd si ipse decederet, volebat, quòd in primis eius filius succederet sibi,& filium instituit: Et in fine epi
1 stolæ subscripsit: Ita est. Nicolaus Vrsinus:& † post subscriptionem fuit apposita dies & locus, dicebatur, quòd ex quo in testamento inter liberos requiritur appositio diei,vt Bart.in Authẽ.quod sine ꝓm fin.in l:
2 hac consultissima. C.de testam. quòd † illud testamentum est sine die,& per consequens nullum, quia
3 subscriptio † tam præcedentia, quàm consequentia non dicitur approbare,ad nota.per Angel. & ibi Ias. in l.si ita stipulatus.126.§.Chrysogonus.ff.de verbor. obligation. & quia subscribere est subtus scribere, vt per glo. in l. a. §. recuperandæ. ff. de interdict.& l.1. ff.de in integrum restitut.& l.1.ff.si cert.pet. Istis tamen non obstantibus fuit decisum contrarium: quia
4 † si fuit scriptura priuata, & esset statim subscriptum, & postea tres testes appositi & subscripti, sic sequere tur,quòd illa scriptura nõ approbaret sequentia,quod tamen est falsum, vt in l.scripturas. C. qui potior.in
5 pign.habeant. Et ideò distinguendum, † quod aut illud, quod venit ante subscriptionem, non venit ad solemnizandum primum actum, sed est quid diuersum: vt si à principio promisi centum, & subscripsi, postea ante aliam promissionem quinquaginta, tunc subscriptio approbaret præcedentia, & non se
6 quentia:secus † quando actus veniret ad solemnizandum præcedentia: quia subscriptio etiam ad sequentia infertur,prout in l.cum antiquitas. §. cùm autem. C. de testamen. vbi subscriptio refertur ad testes postea sequentes, vt per Bartol.in l.patris & filij ff de
7 vulgar. & pupill substitut. Et † quia præsumptio est, vt quis censeatur facere actum validum, & non inua
8 lidum: & quia vbi sunt necessaria † ad actum præsumitur, quòd omnia illa interuenerint secundario,
9 Sozin.in l.quoties. ff.de rebus dubiis. & † solemnitas, quæ in dote requiritur,præsumitur,quòd tempore legitimo interuenerit, vt per Dec.in cap.in præsenti in 1.notab de probationibus,& per Abb.in ca.vidua. de regul.& trans.ad rel.

EPITOME.

Ato titulo colorato sufficit expectatiua, vel noua prouisio.

DECISIO CCXXVII.

DIxerunt Domini,quod vt in beneficialibus pro restitutione beneficij consequenda pro titulo colorato

colorato sufficit sola noua prouisio, ita sufficit sola expectatiua:& istud fuit dictum vigesimo secundo Decembris 1541.in vna Barchinoneus.beneficii de Turiano.corã me,vbi pro colore tituli erat producta gratia expectatiua,& noua prouisio,nõ tamen aderat prouisio executoris.

EPITOME.

Quęlibet diligentia sufficit ad excusandum à destitutionè ob non præsentationem commissionis in tempore.

DECISIO CCXXVIII.

ITem eadem die dixerunt Domini, quòd ad hoc, quòd causa non dicatur deserta,eo quod commissio non erat præsentata infra decem dies,non esset redempta:quia quo ad excusationemà destitutione quęlibet causa non erat sufficiens, etiam si solum probaretur,quòd fuisset in manibus signatoris.

EPITOME.

In bonis feudalibus admittitur exceptio dominii incontinenter probandi.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissarius possessor an sit legitimus contradictor. & nu.3.*
2 *Fideicommissarius à manu hæredis fideicommissum non accipiens,sed à manu sua,vitiosus est possessor.*
4 *Contradictor non est legitimus, cum in fideicommisso non est possessor,etiamsi confestim ius suum docere paratus esset.*
5 *Fœminæ sunt in possessionem bonorum feudalium mittendæ,nisi agnatus statim de iure suo docere paratus sit.*
6 *Exceptio dominii incontinenter probandi quando admittatur.*

DECISIO CCXXIX.

ALoysia Palauicena petebat se ad possessionem
bonorum immitti remedio l.final.C.de edict.di
ui Adrian.tollen.quod operabatur per annotatos pos
sessores:quia erat ipsa fideicommissoria.& de fideicõ
misso constabat in actis,&sic quòd erant legatarii cõ
tradictores,Bartol.& Alexand.in l.filiam fratribus.ff.
1 ad Trebellia.Et sic fideicommissarius †possessor ecõ
trà incontinenti docet de iure suo,& legitimus con-
tradictor,vt per Doc.in d.l.fin.col.29.versi.in eadem
2 gloss.Tamen ad istud replicatur,quòd† erat vitiosus
possessor: quia acceperat fideicommissum de manu
sua,non de manu hæredis,prout dicit Alexand.in d.l.
filiam fratribus. & Dd.in d.l.fin.colum. 23. versic.&
quod dictũ est de possessore.& ibi supra. Et ideò cùm
3 isti †agãt,& sint vitiosi possessores, nõ sunt legitimi
4 contradictores:ratio, quia vbi deest † possessor in fi-
deicommisso,etiamsi incontinenti paratus esset de iu
re suo docere,non tamen est legitimus contradictor,
vt per Doc.in d.l.fin.col.27.in fin.Item quia eramus
in bonis feudalibus,prout in scriptura in actis produ
5 cta erant:& licèt in feudalibus sic † fœminę sint mit
tendæ in possessionem,vt per Alex.in d.l.fin. colum.
penul.& ibi multas concordan,posteà tamen fuit de-
cisum,quòd illud non erat verum,nisi agnatus incon
6 tinenti paratus erat de iure suo docere:quia † in illis
remedium si tit adipiscendi, admittitur exceptio do-
minii incontinenti probandi, secundum opinionem,
de qua per Dd.in d.l.1.& d.l.fin. & istud in terminis
dicit Brun.consi.18.colum.5.in fin.cum seq.Gozad.
consi.18.colum.fin.versi.non obstat quartum. Et ista resolutio fuit facta 19.Decembris 1541. coram Do. Marsicano in vna Portuens.Castrorum.

EPITOME.

An in transactione,in qua dicitur vltra dimidium læsus ille habeat remedium l.2.C.de rescin.vendit.

SVMMARIA.

1 *Læsio vltra dimidiũ iusti pretii, an in transactione quoque resarciatur l.2.C.de rescin.vend & nu.3.4.*
2 *Deceptus vltra dimidium in dubii euentus litis æstimatione an habeat remedium l.2.C.de resc.vend.an verò si vltra dimidium rei & nu.5.*
6 *Enormissima læsio dat remedium l.2.in dubia litis extimatione:non enormissima,in litis extimatione.*
7 *Quomodo si vltra extimationem quid supersit donatum à cedente ius suum præsumatur.*
8 *Donatio,quæ in transactione fit,est insinnãda, si in cessione donationis fiat mentio.*
9 *Donatio in contractibus facta non ex mera liberalitate, sed ad faciendum litium finem fieri præsumitur.*

DECISIO CCXXX.

FVit dubitatum in vna Castren. hæreditatis inter
Episcopum Tudertem. & Ioannem Iacobum de
Decis.coram Reuerẽdissimo Tranen.in qua fuimus
1 adhibiti tres auditores, an † in transactione, in quã
quis est deceptus vltra dimidiam partem,habeat locũ
remedium l.2.C.de resc.vend.Bald.in l.si quis cùm a-
2 liter.ff.de verb.ob.vbi posuit quæstionem,† quòd v-
bi quis est deceptus vltra dimidium æstimationis du-
bii euentus litis,quòd tali casu habet locum dictum
remedium l.2.secus docto,quod esset deceptus vltra
dimidium rei,prout voluit ibi Alex.colum.3.versicu.
iuxta hoc quærit hic Barto.vbi dicit,quòd opinio di
3 ui Adriani†contraria videatur,quòd non habeat lo-
cum,cùm est tutor,& verior in puncto iuris est,vt ibi
Aretin.col.6.vers.extra gloss.Cæterùm attestatur cõ-
munem esse contra Bart.& eam dicit magis communẽ
Alexan.consi.42.colum.5.versicu.8. quær. volum.1.
& ita decisi.Neap.220.in antiqui. & ita tenet Bene-
uat.in addi.ad Ias.& in summa.column.2.§.nota.ff.de
cond.indebit.Curt.consil.66.column.1.&antep.in fi.
4 contrariam opinionem † videlicet quòd habeat locũ
remedium d.l.2.in transactione,dicit Fab. de Monte
esse communem in tracta.de empt.quem refert Ias.in
d.l.si quis cum aliter.& ibi Claud.Aquen.dicit, quòd
communiter docto.in d.l.si quis cùm aliter.tenent ca
sum Bartol.licèt in alio loco magis communiter te-
neat contra Bartol. Bap. de S.Seuerino in tract. de
transact.q.12.videtur distinguere,vt opinio Bar.pro-
5 cedat respectu habito† ad extimationem dubii euen
tus litis:contra istam definitionem sentiunt Aretin.
Alex.& Ias.in d.l.si quis cùm aliter.& ibi dicunt, quòd
cõtraria opinio Bart.loquitur,habito respectu ad ex-
timationem rei. Et in isto articulo videndi sunt alii
Docto.quos posui in addit. quam feci ad Bart. in d.
l.2.C.de resc.vendit.Dec.consi.216.num.6. col. 3. &
consi.479.colum.final & 166.colum.pen.Istam distin
ctionem Corn.secuta fuit Rota 10.Decembris, 1541.
in vna Parmens.remissionis transactionis coram D.
6 Mohedano,volente etiam,†quòd in illo casu, in quo
quis transegerat pro 46.cùm tamen debuisset habe-
re,quòd erat enormissima lęsio. Cum autem sumus
in enormissima læsione,tunc procedit opinio Bartol.
Secundò tamẽ,quando non est enormissima læsio ita

 procederet

procederet, quod Sozi voluit consi. 9. quod talis
transactio iuramento per ea quæ dicit Claud. Aquen.
in d. l. si quis cum aliter. volum. 2 vers. cu. 4. mouetur,
item quòd in prędicta transactione erant alia verba.
Item vt præsentia per Dominum Ioan. Paulum in to-
tum tollantur, & præsens transactio sit litium finis,
prædictus Ioannes Iacobus sponte, vt ex eius certa
scientia dedit, cessit, refutauit per actum de vlterius
non petendo, remisit, & donauit Episcopo Tudertin.
7 omnia iura: & dicebatur, quòd ex quo constabat, †
quòd Ioannes Iacobus accepisset 1500. ducat. remise-
rat autem secundum eos 800. vel circiter 1000. ducat.
quod in illo pluris erat donatio. Et cùm excederet
summam 100. ducator. quòd ex summa secuta talis do
8 natio esset nulla, ex quo non esset intimata: & quòd † si
donatio fieret in transactione indigeret etiam intima
tione, allegatur id, quod dicit Sozin. consil. 225. có-
lum. 1. & consi. 2 . colum. 4. & quod dicit Bal. in l. il-
lud col. 2. q. 2. vers. verò quod verum crede, quòd si
in cessione fit mentio de donatione requiritur inti-
matio. Roman in l. 2. 4. part. ff. de verb. oblig. Tamen
aduerte, quòd ista superius allegata procedũt, quãdo
9 † in contractu, puta, venditionis, aut alio quocunque
apparet, quòd contra habentem intentionem dicitur
donare: sed quòd illa donatio non sit ex vera liberalitate
sed vt litium finis: sic & ex causa transactionis: Nec
tunc procedunt authoritates allegatæ: & ita declarat
Calcan consil. 25. colum. 5 Idem dicendum est in re-
missione, Ias consi. 149. in 4. notab. col. 8. vers. nec
obstat si dicatur. vol. 4.

EPITOME.

Clausula constito de literis reseruationis & instrumento transactionis, quomodo accipiatur.

SVMMARIA.

1 *Clausula, constito de literis reseruationis & instrumento trã sacti. anis, sine recordatione soluta pensionis an intelligatur de literarum nuda substantia, an vt teneatur iustificare literas validè esse expeditas.*
2 *Qui in possessione est, de facto spoliandus non est.*

DECISIO CCXXXI.

FVit resolutum in vna Iacen. Pension. coram me, quòd
claus. in commissione M. Antonij Spina posita in
eadem, vt constito de literis reseruationis & instrumẽ
to transactionis Auditor in materia transactionis pro
1 cederet: & † an dicta clausula, sine recordatione solu-
tę pensionis, intelligatur de sola existẽtia literarum,
non autem quòd teneretur iustificare literas esse vali
2 dè expeditas. quia ex quo Marcus Antonius † erat in
possessione, non erat de facto spoliandus, & dicere iu
stificatas literas esse validè expeditas.

EPITOME.

Commissio quando non censeatur subreptitia.

SVMMARIA.

1 *Commissio, in qua non meminit præcedentis commissionis, quando non fiat subreptitia. & nu. 5.*
2 *Non omnis subreptio annullat rescriptum, verùm illa tantum, quæ Principem ad concedendum reddit difficiliorem.*
4 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*

DECISIO CCXXXII.

1 IN eadem 9. Ianuarii, 1542. fuit dictum, quod talis
commissio † non esset subreptitia, dato, quòd non
fecisset mẽtionem de alia commissione precedenti,
in qua committebatur Auditori, vt cõstito de discre
pantia remitteret bullas ad corrigendum: & etiam quòd
non fecisset mentionem de præfixione termini: quia
2 dicebatur, quòd † nõ omnis subreptio annullat rescri
ptum, sed tãtùm illa, quæ reddit difficiliorem Princi-
pem ad concedendum, c. super literis. & c. postulasti.
de rescrip Egid. decis. 4. Cùm autẽ hic ageretur pos-
3 sessorio, quo Marcus Antonius fuerat spoliatus. † da-
to, quòd narrasset Pontifici de commissione retenta
super remissione & præfixione termini, talis materia
non retraxisset Principem à concedendo rescriptum
4 cum claus. sine retardatione: cùm † spoliatus sit ante
omnia restituendus. item dicebatur, quòd in remissio
5 ne vltima † fiebat mentio de commissione præceden-
ti, in quibus dicebatur non obstante commissione ex
aduerso obtenta per quos executio impediri non pos
set. item erat facta mentio de prefixione termini, ea
quo in commissione dicebatur tam ex causa proex-
pressis habenda, ad decis. 20. alias 204. in fi. Innoc.
Sarn. in reg de trien. q. 14.

EPITOME.

Dilatio non datur ad partes, cum voluntarie adest reus.

DECISIO CCXXXIII.

DIlationes non dantur ad partes reo veniente ad
causam voluntariè, ita fuit dictum 9. Ianuarij,
1542. coram Domino Ioanne Paulo & etiã coram Do
mino Marsicano.

EPITOME.

Quando in corpore supplicationis est cassata clausula, etiamsi nullum ius, & in clausulis non, quid attendatur.

DECISIO CCXXXIIII.

IN vna Valentin. pensionis pro Ferdinando de Vio
cõtra Marcum Calaforna, in qua ex quadam cessio
ne facta per Ferdinandum in fauorem Marci fuit re-
seruata pensio, & in corpore supplicationis diceba-
tur, etiamsi nullum ius Ferdinando competat resigna
re: & per resignaturam, seu datarium fuit cancellata
illa dictio, etiam, & illa dictio, nullum, & remansit, si
Domino Ferdinando ius competat: & tamen in clau-
sulis relicta erat clausula, annullari nõ possit etiamsi
Domino Ferdinando nullum ius competat: fuit dubi
tatum, an Ferdinandus teneretur iustificare ius sibi
competisse tempore cessionis, attento, quòd in cor-
pore dicebatur, si Ferdinando ius competat. Et sic vt
erat facta cancellatio in prima parte, ita censeretur
facta in clausulis, ita vt per inaduertentiam illa clausa
la relicta fuerit: fuit conclusum 9. Ianuarii 1542. co-
ram me, quòd Ferdinandus non teneretur iustificare
ius cessum, quòd sufficiebat, quòd saltem illa clausula,
etiamsi nullum ius, esset posita in clausulis. quia ex
quo non erat annullata, apparebat, quòd per errorem
inconueniẽtem fuit in corpore cancellata. Et fuit di-
ctum, quòd licèt cancellaria non expediret literas cũ
illa causula, tamen quòd Camera expediret.

EPITOME.

In termino §. nos igitur. in authen. de testamen. imperfect. an sufficiat subscriptio manu patris.

SVMMARIA.

1 *Testator, si literas sciat, primum sua subscriptione tempus declarare, deinde filiorum quoque, aut heredum nomina subscribere tenetur.*

2 An

2 *An cedula manu patris tantum subscripta reliquis per a-*
lium exaratis in vltima voluntate sit valida. & numer. 3.

DECISIO CCXXXV.

DIE 19. Ianuarij, 1542. fuit dubitatum in vna
Rom. coram Domino Aquensi circa intellectũ
§. nos igitur. in auth. de testa. imperf. nouell. 107. col.
1 8. dum in ea dicitur, † quòd testator propria manu de
bet subscribere diem & nomen hæredis: quia si cedu-
la priuata, in qua reperitur volũtas præsens, est scrip-
ta manu tertij, & manu illius tertij est scriptum nomẽ
hæredis, & dies appositus, tamen reperitur illa cedula
2 subscripta † manu patris, an sufficeret talis subscrip-
tio: & dicebatur, quòd non. Primò, quia testis dicit,
quòd mano propria vidit scribere, ergò non manu a-
liena, ad not. per Bart. in l. per hanc. C. de erogan. mili.
lib. 12. Item quia videtur datum pro forma, ergò non
3 potest impleri per æquipollentes. Contrarium † fuit
conclusum, & dictum, quòd sufficiebat subscriptio pa
tris, per tex. in auth. si modo. C. famil. herciscun. & ita
dicit Ioannes de Arena, & Ias. in authen. quod siue. in
princ. C. de testam. & idem Ias. qui omnino videndus
est, in l. iubemus. col. pen. C. de testam. qui ponit quę
stionem in terminis nostris.

EPITOME.

An appositio termini cum decreto, non secuta acceptatione gra
tiati, vitiet prouisionem alteri infra mensem per Papam factã.

SVMMARIA.

1 *Post beneficium collatum si Papa pendente ad id acceptan*
dum tempore alteri de eo prouideat, quomodo valeat. &
nu. 8.
2 *Clausula, quæ dixeris acceptanda. quid faciat.*
3 *Decretum tanquam conditionale non inducit nullitatem*
gratiæ, nisi in purificata conditionis euentum.
4 *Decreta gratias etiam Apostolicas irritantia non nisi ac-*
ceptatione secuta operantur.
5 *Purificata conditione non fit retrotractio.*
6 *Post data super vacaturis mandata si sequatur impetratio,*
ea non valet: nisi præcedentis mandati faciat mentio & nu. 7.
9 *Papa etiam non secuta acceptatione prouidere potest.*

DECISIO CCXXXVI.

FVIT dubitatum coram Domino Mohedano in
vna Tirasonen. Archipresbyteratus inter Garziã
Corter & Petrum de Roias, 9. Ianuarij, 1542. an ex
eo quia præcedebat mandatum de prouidendo Ioan-
ni Diosima, in qua dabatur de mense ad acceptandum
& sic cum clausula, quæ duxeris acceptanda infra
mensem, cum decreto annullante contra quascunque
prouisiones de prædictis beneficijs, etiam Papales: &
Papa prouidebat ex nunc prout ex tunc: prouisio Car
dinalis Simonetæ non faciens mentionem de manda
to an valeret tamen secuta acceptatione dicti haben-
tis mandatum ad prouidendũ infra mensem. Validi-
tas gratiæ Apostolicę erat clarissima, & etiam ponde-
rabatur appositio mensis, quoad nullitatem prouisio-
1 nis. Et ideò † valet prouisio Apostolica infra men-
sem datum expectanti ad acceptandum, etiamsi super
ueniat post acceptationem dummodo ante prouisio-
nem, iuxta decisi. 1. de decret. & reseru. Apostol. & per
Felin. in c. cùm ea officio. column. antepenultim. in 9.
conclus. de præscript. Aut enim, considerabantur de-
creta irritantia etiam prouisiones Apostolicas: & dice
2 batur, quòd † clausula apposita, quæ duxeris acceptan
da, faciebat conditionem, & intelligebatur quatenus
gratiatus beneficia acceptaret, Oldra consi. 228. co-
lum. 2. Docto. in c. ex parte in verb. si ad id. de rescript.
in 6. & Clemen. 1. in princip. de concess. præbend. vbi
3 † habetur decretum tanquam conditionale non in-
ducere nullitatem gratię, nisi in euentum purificatæ
conditionis: tamen mensis non apponitur, qui tamen
non operatur, nisi quo ad inferiores Papæ. Non ob-
4 stante, quòd decreta † irritantia etiã gratias Aposto-
licas, non operantur, nisi secuta acceptatione, prout
notant Cassad. decisi. 2. de decret. & reseruation. Apo-
stolic. Nec aliquid dicebatur operari clausula, ex nũc
prout ex tunc: Cùm omnia referantur in tempus secu
5 tæ acceptationis: & † sic purificata conditione non
fit retrotractio: & efficiunt, vt nil ab initio non secu-
ta acceptatione possunt operari, vt per gloss. & Docto.
in d. Clemen. 1. in verb. ex nunc. de concess. præbend.
in nou. & alios in c. præterea. de appellat. & Cassad. de-
6 cisi. 3. de præbend. Nec obstat, quòd dicebatur, † quòd
quando procedunt mandata super vacaturis, & postea
sequitur impetratio, non valet, nisi faciat mentionem
de mandato pręcedenti, vt per Frãc. in c. si postquam.
colu. 5. de concess. præbend. quia dicebatur, quòd il-
7 lud † procedit, vbi mandatum præcedens est super cer
to corpore, prout loquitur text. in d. c. si postqoam. Se
cùs quando mandatum præcedens non est super cer
to corpore, sed incerto: tunc non est necessarium, quòd
gratia consequens faciat mentionem de mandato in-
certo & generali, iuxta text. in c. dudum & c. quamuis.
de præ. in 6. Et propter ista fundamenta Domini in-
8 clinabant in hanc partem. † Sed propter aliud funda-
mentum remanserunt varij: nam in gratia Ioannis e-
rat clausula, in qua Papa irritabat prouisiones etiam
contra acceptationes factas: ergò erat irrita ista pro-
uisio, dato, quòd non erat secuta ista acceptatio: tamẽ
fuit repertum, quòd illa clausula erat apposita in par-
te inhibitoria, videlicèt, inhibentes. quare dicebatur,
quòd ligabat Papam per acceptationem. Immò quia
† Papa poterat prouidere etiam non secuta accepta-
9 tione, vnde remanebat prouisio valida, si gratia esset
conditionalis, videlicèt si acceptauerit: vnde non se-
cuta acceptatione omnes clausulę videlicèt, ex nunc
prout ex tũc nondũ sunt cõfirmatæ, nec est etiam ple
num ius vt quæsitum, quòd possit ex tunc vti regula
de non tollendo iure quæsito.

EPITOME.

In solito negociari quando habetur ratio interesse lucri ces
santis.

SVMMARIA.

1 *Quando habeatur ratio interesse lucri cessantis in eo qui so*
litus est negociari.
2 *Lucrum cessans ex mercatorum stilo in actionibus stricti iu*
ris non autem bonæ fidei debetur.

DECISIO CCXXXVII.

DIE 14. Ianuarij, 1542. coram Domino Marsica-
no in vna Lucan. Pecuniaria, pro Petro Sarmiẽ
to contra hæredes Ansaldi de Grinaldis, fuit resolu-
tum, quòd in solito negotiari, tũc demũ habeatur ra
1 tio interesse lucri cessantis, † quãdo probaretur, quòd
solitus negotiari probaret se habuisse merces paratas
ad emendũ, & quòd propter defectum pecuniarum
non potuisset illas emere, vel alio modo cessãte
do lucri probetur, per dictum Pauli de Castr. in
l. 3. §. final. ff. quod certo loco. & ibi Ias. column.
sual.

final.& Aicxand.& Iaſ.in l.minus. in fin. ff. de in lit.
voc.in caſu idem Iaſon in l.final.in 1.lc&nr.colum.a.
& 5.C.de tranſact.quòd pro eo quod intereſt pro ſe
eſt.vbi Sebaſtianus Apian.conſil.322.column. final.
Ioan.Ant.Alexand.conſil. 20. Afflict.20.& Paul. &
Pariſ.in c.cùm venerabilis.colum.9.de except.& Ro
man.in l.ſi conſtante.ff.ſolut.matrim.Anton.in tract.
de vſu.infect.in 5.volum.ſol.207.colum.3.Aim.con-
ſil 89.nobilis colum.2.poſt numerum quartum .verſi
cul.intereſſe autem.Iſta cauſa in gradu appellationis
fuit propoſita per Dominum Thomam.27.Ianuarij.
1542.& Dd.in eiſdem perſtitetant,addentea, quòd lu
2 crum † ceſſans debetur ſtilo negotiali,quando ſumus
in actione ſtricti iuris:ſecùs quando ſumus in actione
bonæ ſidei,vt in decisi. Neapol. capit. 19. in cauſa
Franc.poſt numer.9.Et pro iſta deciſi.facit, quod di
cit Tiraquellus in tracta.de vtroque retractatu,chart.
360 pag.1.numer.37. Contra iſtam deciſi. facit Ale-
xand.conſil.17.viſo themate.column.2.circa princip.
verſicul.verum eſt ſecundum Ioann.de Imol.volum.
4. vide Caccialup.in repet.l.1.column.36.verſicul.in-
terdum petuntur vſuræ C.de ſumma Trinit.Chaſſan.
ſuper conſuetud.Burg.fol.193.column.4.verſic.ſexto
limita Alberi.But.in tractatu de augmento.char.36.
colum.4.verſicul.item 2.limita.Et 22.Ianuarij,1542.
in eadem cauſa coram Dom. Ioan. Paulo idem fuit
concluſum,videlicet , quòd dictum Pauli de Caſtro
in d l.eſſet verum.

EPITOME.

Vnio beneficij quanto tempore probetur.

SVMMARIA.

1 *An teſtes dicentes quempiam verum eſſe poſſeſſorem, eiuſ que prædeceſſorem ad 50.annos portionẽ alicui parochiali vnitam poſſediſſe,vnionem probent.*
2 *Status beneficij probatur ſpatio 40.vel 50.annorum.*
3 *In vnione agitur de beneficij ſubſtantia , & vnum beneficium ſeparatim fundatum alteri per clericum copulatur.*

DECISIO CCXXXVIII.

DVbitaui 13.Ianuarij,1542.in vna Segobien. pro
Alphonſo Diaa contra Ioan. de Auilla, an vnio
portionis parochialis Eccleſiæ Sancti Andreæ ſuffi-
1 cienter probaretur,† ſi teſtes dicant Alphonſum ve-
rum poſſeſſorem,& eius prædeceſſorem 40.vel 50.an
nis poſſidere portionem vnitam parochiali Et pro
2 affirmatiua dicebatur,quòd ſic:quia † ſtatus beneficij
tanto tempore probatur,iuxta dec. Rot.2.de præb .in
nou.aliàs 12.& deciſi.22 in titul. de probationib. in
antiqua.aliàs 487.refert & ſequitur Felin.in c.in no-
ſtra.4.& vlt.Correl verſicul 4.nota, de reſcriptis . &
docto.in c.cùm de beneficio.de præbend. in 6. quòd
vnio tanto tempore probetur tenet Caſſad.conſil. 10.
Tamen contrarium fuit reſolutum per doctrinam
Ioannis Andreæ in tracta.de regul.iuris in 6.Oldrad.
conſil.296.Rota deciſi.9.& 10.de rebus Eccleſ. non
alienand.in antiq.aliàs 215.& 371.Item in d.deciſi.vi-
denda eſt apoſtilla,quam poſui.Non obſtat, quod ſtatus
beneficij probetur ſpatio 40.annorũ:quia hic nõ agi-
3 tur de ſtatu beneficij,id eſt,qualitate,† vt putà,quòd
ſit regulare vel ſeculare, ſed agitur de beneficij ſub-
ſtantia,videlicèt,quòd vnum beneficiũ,quod de ſe eſt
fundatum,per vnum clericum ſit alteri beneficio vni
tum. Et ad conſi.Caſſad,reſpondebatur,quòd ex præ
dictis deciſi.apparet illud non eſſe verum.

EPITOME.

Condemnatio fructuum an extendatur ad diſtributiones quotidianas.

SVMMARIA.

1 *Fructuum appellatione an veniāt diſtributiones quotidianæ. & nu.3.*
2 *Verba in ſententia ſtrictè ſunt intelligenda.*
4 *Diſtributiones dicuntur quoque canonicatus fructus.*
5 *Appellatio quandò ſtrictè accipiatur.*
6 *In priuilegio,vt abſens æquè,ac ſi reſideret,fructus perci- peret,fructuum appellatione diſtributiones non veniunt.*

DECISIO CCXXXIX.

SAnctius de Ganles fuerat prouiſus de Canonica-
tu & de præbenda Eccleſiæ Feliuienſ & literas im-
petrauit,vt darent ſibi poſſeſſionem , quam non po-
tuit conſequi:cauſa commiſſa contra Capitulũ San-
ctius proteſtatus fuit procuratori Capituli , vt daret
ſibi poſſeſſionem canonicatus , quia intendebat reſi-
dere,alioquin proteſtabatur de omni intereſſe,& præ
cipuè de diſtributionibus quotidianis . Fuit proceſ-
ſum,& obtinuit ſentẽtiam contra Capitulum, in qua
Capitulum fuit condemnatum in expenſis & fructi-
bus,quos ipſe Sanctius propter impedimentum Ca-
pituli percipere fuit impeditus. Dubitaui 13. Ianua-
1 rij,1542.an † appellatione fructuum in ſententia ve-
nirent diſtributiones quotidianæ, ſiue alterius gene-
ris ſtipendia:ſed quòd non venirent appellatione fru
ctuum,allegabatur Caſſa.deciſi.1.de cleric.non reſid.
2 Contrarium tamen fuit concluſum,quia † etſi verba
in ſententia ſint ſtrictè intelligenda:tamen cùm ſen-
3 tentia referat ſe ad acta,& Sanctius proteſtatus † fuiſ-
ſet de diſtributionibus quotidianis , dicendum erat,
quòd verbum fructus largè erat intelligendum: cùm
4 negari non poſſit,quin † etiam diſtributiones dican-
tur fructus canonicatus:& maximè ſtantibus verbis
ſententiæ ad fructus,quos propter impedimenta per-
cipere non potuit. Non obſtat,quòd dicatur,quòd ap
pellatione fructuum non veniunt diſtributiones quo
5 tidianæ,quia † ex quo valor exprimitur contra iuris
diſpoſitionem,ideò in tali materia contra ius appella
6 tio ſtrictè intelligitur:† Idẽ erat in caſu deciſi. Caſſa.
vez,in priuilegio,quod abſens perciperet fructus ac ſi re-
ſideret:& iſtud intendatur in diminutionem cultus di
uini,& ideò ſtrictè ſtat interpretatio . quod ſecus eſt
hic,eò quia proteſtatio deſeruiendi præceſſerat.

EPITOME.

An beneficia Abbreuiatorum de minori ſint reſeruata.

SVMMARIA

1 *Extrauag.ad regimen. an abbreuiatorum beneficia reſeruet & num.5.*
2 *Lex generaliter loquens generaliter eſt intelligenda.*
3 *Abbreuiatores de maiori & minori vnum conſtituunt col- legium,& nonniſi in penſionis ſolutione differunt.*
4 *Maius & minus non faciunt in ſpecie differentiam.*
6 *Verba legis,quæ ſunt præſentis temporis extenduntur quo que ad futurum.*

DECISIO CCXL.

DIE 13.Ianuarij,1542 .in vna Archipresbytera-
tus & beneficiorum coram D.Marſicano fuit re-
1 ſolutum,quòd † beneficia abbreuiatorum de minori
ſint re-

sint reseruata per extrauag. Benedicti, ad regimen, in. nouatam per Paulum: quia in ea dicit, quòd reseruat
2 beneficia abbreuiatorum. Et † cùm Ica generaliter loquatur, debet generaliter intelligi, maximè † cùm
3 abbreuiatores de minori & maiori faciant vnum collegium, & non differunt nisi in solutione portionis: &
4 † maius & minus non faciunt differre speciē, l. h.ff. de fid. instr. Et cùm dicebatur quòd tempore Benedicti non erant adhuc abbreuiatores de minori, ergò non poterant eorum beneficia reseruari, dicebatur, ꝙ hoc non constabat. Et quando constaret, dicebatur, † quòd
5 ex quo Paulus fecerat similes reseruationes, & tempore regulæ iam esset auctus numerus abbreuiatorum, quòd per regulam erant seruata. Item † quia verba le-
6 gis præsentis temporis extenduntur ad futurum, vt probat Barto. in l. si ita. in prin. col. 1. ff. de aur. & arg. legat.

EPITOME.

An clausulæ in gratia appositæ sint in solita ad effectum te gulę reuocatoriæ factæ in Arce Sancti Angeli.

SVMMARIA.

1 *Gratia de vacante, quando non censeatur exorbitans, licèt sit data stante regula reuocatoria gratiarum*
2 *Clausula quando & quid sit insolita.*

DECISIO CCXLI.

IN vna Conchen. parochialis de Haccon, coram Do. Ioan. Paulo, 13. Ianuarij, 1542. fuit resolutum, quòd
1 † stante regula reuocatoria Clementis omnium gratiarum factarum in Arce S. Angeli, habente clausulas insolitas, quòd gratia de vacā. in qua erat polita clausula gratificationis contra quoscunque, etiam gratificatione oppositiua latissimè extendenda, non esset exorbitās, dato quòd aliis impetrans concurreret sub eadem data: quia stante incertitudine propter concursum nulli fiebat iniuria, sed Papa vnum potius quàm alium præferre volebat. Benè tamē fuit dictum, quòd
2 † quia gratia eadem annullabat prouisionem eodem die alteri factam, & quòd in ea nō censeretur apposita hora, quòd talis clausula esset insolita: cùm de more ac stilo sit apponere clausulas in [illegible] suis, dum tamen alteri non sit ius quæ[illegible] in c. si post quàm. de præbend. in 6.

EPITOME.

Pars, quæ est vsa testibus post publicationem, potest dicere de nullitate examinis ad effectum de nouo examinandi.

SVMMARIA.

1 *Quando testes possint & debeant de nouo examinari.*
2 *Renunciatione examinis testium nulliter facti non aufertur ius aduersario quæsitum.*

DECISIO CCXLII.

DIE 16. Iunij, 1542. fuit resolutum in vna Parmens. Vellium cotā me, quòd † si testes, quibus
1 sunt vsi aduersarij, post publicationem examinati fuerint, possum dicere de nullitate ad effectum habendi remissoriam, vt super iisdem materijs possint de nouo testes examinari: non obstante, quòd pars aduersa diceret, quòd nolebat impugnare examen, tanquàm nullum: quia cùm Docto. in c. 2. de testibus, & Bartol. in authen. de testib. §. & hoc verò. nouel. 90. collat. 7 dicant, quòd quando testes sunt nulliter examinati, non obstante publica voce & fama possunt de nouo super eisdem examinare, & præsupponer do supplicationes præsupponant vsum. Non obstat, quòd pars nollet im-
2 pugnare de nullitate: quia dicebatur, † quòd ius aliàs quæsitum aduersario ex tali renunciatione non poterat auferri: quia potcrat dicere, si primo examine nō probaui, probabo in secundo. ad istam decisi. videntur facere quæ dicit Bonifac. Clemen. testibus rite. col. 4. num. 91. vers. ex præmissis infero. de testib. & quæ ponit ibi Rot. decis. 458. in nou. in fin.

EPITOME.

Per nouam prouisionem probatur acceptatio.

SVMMARIA.

1 *Prouisio noua probat acceptationem vacantis beneficij, quod vigore gratiæ expectatiuæ est acceptum.*
2 *Narratiua quando ipsi confitenti noceat.*
3 *Acceptatio beneficij quid faciat.*

DECISIO CCXLIII.

EAdem die in vna Valētin. de Pego pro Martin. Cal
1 Lahorra contra Ioan. Baptist. Baldasinum, in † qua dubitatur de consumptione gratiæ expectatiuæ, in qua Hieronymus dicebat, quòd aliàs vacauit tale beneficium, & illud vigore suæ gratię expectiuę acceptauit, & de illo fecit sibi prouideri, quòd per illam nouam prouisionem probatur acceptatio. Primò, quia illa
2 † narratiua nocebat ipsi confitenti, ad not. in l. optimam. C. de contrahend. stipulat. Item & secundò quia
3 acceptatio nihil aliud † faciebat quàm inducere declarationem quę per quemcunq; actum inducitur, adnot. in l. pro herede. ff. de acq. hær. facit quod dicit Perusinus in c. ne captandæ. §. immò. in 6. not. de concess. præb. in 6. Et hoc statim, quòd inducitur acceptatio induceba tur consumptio gratiæ, per Old. consi. 129. col. 2.

EPITOME.

An regula de verisimili habeat locum in ordinario, & an quoque in præsentatione.

SVMMARIA

1 *An regula de verisimili procedat in præsentato.*
2 *Præsentatione non confertur ius in re.*
3 *Impetrans pro se ad suam vilitatem ambitionis suspicioni subiacet.*
4 *In patrono cessat conspiratio in mortem alterius, cuius est præsentatum beneficium, iuxta c. ne captandæ. de concess. præb. in 6. & quære, & nu. 6.*
5 *Collator & patronus quomodo æquiparentur.*

DECISIO CCXLIIII.

IN vna Sancti Andreæ de Saranalle coram Domino Maceraten. 16. Ianuarij 1542. in qua dubitarunt Domini, an regula de verisimili habeat locum in ordinario: quia hoc dicit gloss. peregr. sub titu. de collation. in verb. facien. fol. 685. in a. col. circa fin. & alij, quos alleg. Sarnen super reg. de verisimili in. 1. q. vbi apostilla in aliquos: licet glossator antiquus super illa regula dicerit ꝙ aliàs Rota inclinauit in illam partē. Et hoc præsupposito, quòd illa regula habeat locum in ordi-
1 natio, tunc intrabat dubium, An † haberet locum in præsentato. Et Domini pro maiori parte inclinarunt in aliam partem: quia regula loquebatur in gratia tri-
2 buente ius in re, quod † per præsentationē non tribuit: Ergò extendenda non erat. & hoc, quia excusabant omnes rationes, quæ mouerunt Papam ad prædictum argumentum in cap. ne captandæ, de concess. præben. in 6.

In 6. Pro alia parte dicebantur, quòd cessabat ratio, quę
3 considerabatur in impetrante. Nam ex quo ad vtilita-
tem propriam impetrat, impetrando verisimiliter ac
notoriè incurrit notam ambitionis. Et cùm sit ambi
4 tiosus, militat in eo ratio peccati, quæ † cessat in patro
no, & tunc cessat ratio conspirationis in mortē: ex quo
non ad vtilitatem propriam, sed potius pro conserua-
tione iuris sui patronus præsentat. Non obstat, quòd di
cit Abb. in c. final. in vltim. not. de concess. præbend. &
5 Dec. consi. 541. incipit. vbi dicitur æquiparari † Colla
tor & patronus: quia sicuti collator, ita & patronus, nō
potest dare ius ad primū vacaturum: quia respondetur,
quòd illa ęquiparatio fit respectu eius, cui commodum
venit acquirendum, in quo in vtroq; casu militat eadē
ratio, videlicèt ambitio & timor cōspirationis in mor-
6 tem alterius: quæ ratio cessat in casu nostro, in † quo
patronus potest dicere se facere præsentationem pro
conseruatione iuris sui, ex quo illud non facit ad vtili
tatem suam. Nihil pro illa audientia resolutum fuit.

EPITOME.

Narratiua Bullæ reseruationis pensionis cum clausula, sine retardatione, an sit verificanda.

SVMMARIA.

1 *Narratiua in gratiosis est verificanda.*
2 *Narratiua in facto suo stātur, in facto autem non suo narra tio non probat.*
3 *Expectatiua processui inserta, quamuis de originali nō appa- reat, pro colorato titulo probando sufficit.*
4 *In possessorio iudicio quomodo possit absq; probatione, cùm non constat de contrario, procedi.*

DECISIO CCXLV.

DIE 17. Ianuarij, 1542. coram me in vna Liuian.
pensionis, in qua dubitaui, an stante pacifica pos-
sessione Marci Antonij cum clausula, sine retardatione
solutionis pensionis, teneatur verificare narrata in li-
teris reseruationis eius, qui cōsenserat transactioni, pu
ra, quia in eo Papa narrauerat, quòd aliàs reseruauerat
pensionem 40on. ducatorum, super mensa Episcopali
Senens. de consens. tunc Episcopi in fauorem Cardi-
nalis Silu*ij* cum facultate transferendi, & quòd eam de
consensu Cardinalis extinxerat, & cassauerat transfe-
rens eam in Iacobum Antonium, & tamen nō consta
bat de reseruatione in fauorem Cardinalis, nec de extin
1 ctione. Et pro affirmatina dicebatur, quòd † narratiua
in gratiosis erat verificanda, ad nota. per Abb. & Dd.
in c. fi. & in c. constitutus. de rescr. Pro negatiua dice-
2 batur quòd erat † narratiua propria in facto proprio,
ergò ei standum erat, ad Clement. literis. & ibi glos.
in verb. fecisse. de probationib. Tamen Domini, qui te
nebant istam partem, dicebant, quòd illa narratiua nō
erat simpliciter & de facto proprio: nam cùm dicit de
consensu Episcopi reseruationem factam, ita de con-
sensu Cardinalis esse extinctam, & hoc non esset factū
proprium, propterea hoc argumentum non simplici-
ter probat: Sed dicebatur, quòd illa narratiua satis con
cludebat pro colore tituli in isto iudicio possessorij.
Dicimus etiā, quòd † expectatiua inserta in processu
3 fulminato, quāuis non appareat de originali, sufficit
pro colore tituli: & tanto magis quia Episcopus longo
tempore soluerat: vnde actum per eum approbatum
non potuisset improbare, & retentio in eodem tempo
re. Fuit etiam conclusum, quòd poterat † in isto pos-
4 sessorio procedi non probato, quòd Marcus Antunius
esset clericus, nec quòd iudex transferens esset Cano-
nicus: quia ex quo de contrario non constabat, & e-
mus in possessorio, & erat in primis facta mentio,
& impetratio ista erat discutienda.

EPITOME.

An de beneficijs incompatibilibus debeat fieri mentio in dispensatione super incompatibilitate.

SVMMARIA.

1 *Prouisio non facta vnionis antea impetratæ mentione an sit valida.*
2 *Dispensatio secunda irrita est cùm in eius impetratione reticetur prima super aliquo defectu obtenta. & num.*
3 *Vniones ad vitam æquiparantur dispensationibus, & qua re & num. 9.*
5 *Execrabilitatis materia est odiosa & pœnalis.*
6 *In dispensatione, dum quæritur an ob præcedentium ad vitam vnionum taciturnitatem sit nulla non agitur de exe- crabilitate, sed si sciuisset dispensans priores vniones, an de secundis difficilius dispensasset.*
7 *Vnio an ob taciturnitatem beneficij dicatur subreptitia.*
8 *Vnio perpetua fit ad Ecclesiæ temporalis ad personæ vti- tatem ideoque in perpetuis beneficij affecti non requiritur mentio.*
10 *Vnio ad vitam respectu eius, qui eam obtinuit dicitur per petua: atq; ideò eius quoque non est facienda mentio.*
11 *Quod iuris est de toto quò ad totum, idem iuris est de parte quòad partem.*
12 *Vnio ad vitam de alijs etiam ad vitam vnionibus præce- dentibus mentionem non faciens valet.*
13 *Vnio quæ præcedentis dispensationis non meminit est pla nè inualida.*

DECISIO CCXLVI.

FVIT dubitatum 18. Ianuarij coram Domino Sar-
nen. in vna Portugalen. septem parochialium, an
1 † prouisio esset valida non facta mentione de vnio-
ne anteà obtēta. Ex septem votantibus tres tenuerunt
quòd non valeret, & esset subreptitia: cum illa non face
ret mentionem de vnione præcedenti ad vitam super
2 beneficijs incompatibilibus, prout dicitur † de secunda
dispensatione non faciendo mentionēm primæ,
3 fil. presbyter. in 6. Et † vniones ad vitam dispensationi-
bus similantur: cùm foueat personam obtinentis & re
spiciat commodum Ecclesiarum, secundum [illegible]
consil. 58. col. pen. Et quia semper interpretati [illegible]
vniones ad vitam, quòd sint lictæ dispensationes [illegible]
nihil quoad effectum differre videntur: nam ideo dis-
4 pensatio † secunda tacens primam est nulla, non sim-
pliciter propter eam præcedentiam primæ: sed quia
nos interpretamur nō esse verisimile Principem [illegible]
secundo dispensare, si sciret iam eum aliud incompati-
bile obtinere. Et hæc ratio militat non solum in alia
dispensatione præcedenti, sed in omnibus alijs gratijs
& qualitatib. tacitis, quę si fuissent posuissent mouere
principem ad non concedendum vel difficilius conce
dendum. Nec obstat, quod dicebatur, † quòd materia
5 execrabilitatis erat odiosa, & pœnalis: quando dum quæ
6 ritur, † an dispensatio sit nulla ob taciturnitatem
præcedentium vnionum ad vitam, non agitur de exe
crabilitate, sed an, si concedens dispensationem intelle
xisset de vnionibus, difficilius dispensasset. Non obstat
7 † vnionem non esse subreptitiam ob taciturnitatem
beneficij vt dicit Rot. in dec. 13. de reb. eccl. non alien.
in antiq. quia loquitur in vnionibus perpetuis: & tunc
propter subreptionem tituli, cùm beneficium sit affe-
8 ctum, eius, cui confertur, fieri non debet mentio: [illegible]
† vnio perpetua fiat ad vtilitatem Ecclesię: tempo-

verò

verò ad vtilitatem personæ, secundum Dominic. cõs.
38. col. pen. Alij quatuor Domini fuerunt in contrario
9 voto: quia, † vnio non est propriè dispensatio: ergo de
10 ea non debet fieri mentio: & maximè quia † ad vitam
dicitur perpetua respectu eius qui obtinuit vniri vnde
sicut de perpetua simpliciter nõ est faciẽda mẽtio,
11 ita etiã de vnita ad viã: quia † idem est iudiciũ in toto
quò ad totũ, quod est de parte quo ad partẽ. l. an pars.
ff. pro derelic. l. pro parte. ff. de seruit. c. in toto. de reg.
iur. in 6. Et etiam dicebatur, quòd iste erat stilus vt de
vnitis ad vitam nõ fieret mentio: ergo à stilo Curiæ nõ
erat recedendum. & die 27. Ianuarij 1542. fuit resolu-
12 tum coram Dom. Sarneu. quòd † vnio ad vitam
non faciens mentionem de aliis vnionibus etiam ad
vitam præcedentibus sit valida per fundamenta, de
13 quibus hic. Itẽ vnio † ad vitam non faciens mentionẽ
de præcedenti dispensatione est omnino inualida.

EPITOME.

An illegitimus sit restituendus, vide Sarnens. in regula de annali.

SVMMARIA.

1 *Illegitimus secum dispensatum esse asserens quod non constat an veniat restituendus ad beneficium quo spoliatus est. & num. 4.*
2 *Execrabilis quando de execrabilitate constat, non est restituendus nisi dispensationem doceat.*
3 *Spurius non potest beneficium absque peccato habere & ad peccatum non fit restitutio.*

DECISIO CCXLVII.

FVit dubitatum 18. Ianuarij 1541. in vna Imol. S.
Sabinæ coram D. Mobedano, quia constabat. quòd
1 quis † esset illegitimus & dicebat secũ fore dispensatũ
& de dispẽsatione nõ cõstabat, an esset restituen. ad be
neficiũ quo erat spoliatus. Et pro negatiua dicebatur,
2 ꝙ sicut quãdo ex actis cõstat † de execrabilitate: execra
bilis non est restituẽdus, nisi doceat de dispensatione,
vt superius est annotatum: idem etiam in isto casu, &
3 etiam quia spurius † non poterat tenere beneficium si-
ne peccato. c. final. de fil. presbyt. ergo ad materiam
peccati non debet fieri restitutio: quia allegabatur, ꝙ
hoc tenebat Innocens Ioan. Andr. & Abb. in c. constitutus. de fil. presb. Imol. in clemen. vnica. col. penulti.
versi. aduerte tamen. & nota. Bened. de caus. possess. &
proprie. Et die 2. Ianuarij, 1542. fuit resolutum per
4 superius dicta, quòd † non esset restituendus: tamen
voluerunt quod mandatum de disponendo sufficeret.

EPITOME.

Qui præferatur ex collitigantibus surrogatus, an prouisus Apostolicus, quando sub eadem data sunt prouisi.

SVMMARIA.

1 *An surrogatus præferatur prouiso à Papa cum derogatione regulæ de surrogãdo, cũ eadem die concurrunt. & nu. 3.*
2 *Exceptans qui acceptauit præfertur eodem die prouiso à Papa.*
4 *Acceptatio expectantis cùm eodem die est facta quo à Papa data est prouisio, censetur executoris collatio & reseruatio procedere Papalem propter ius præambulum.*
5 *Ius præambulum nisi conueniat cum sequenti non habet effectum.*
6 *Clausula gratificationis quando sit attendenda.*
7 *Clausula quoscunque comprehendit personas qualitercunque gratificatas.*

DECISIO CCXLVIII.

IN vna Salamant. Parochialis inter Georgium de
Guignanes, & Andream Lopez in qua Georgius,
1 tanquàm collitigans erat surrogatus cuidam Ioanni
Roderici. sub data obitus, & sub eadẽ data de eodẽ beneficio cũ derogatione regulæ, de surrogãdo, ac de idiomate fuerat ꝓuisum Melchiori de Valero familiari Cardinalis Farnesij, dubitatum fuit, quis illorum es-
2 set præferendus. Quia sicuti dicimus in † expectante,
qui acceptauit, & sibi fuit prouisum eadem die, qua
fuit alteri prouisum per Papam, quod expectans est
præferẽdus: vt per Fel. in c. causam quæ. ver. & prætereà, differen. versic. de duabus collationib. de rescriptis, propter præambulum iuris, quod habebat in principio. Ita etiam esset dicendum in casu isto, vt Geor-
3 gius † præferatur propter ius præãbulum, quod habe
4 bat in principio litis: veluti, † cum eadem die emanauit acceptatio expectantis vt collatio executoris &
reseruatio censeatur præcedere reseruationem Papæ
propter ius præambulum vt per decisi. 25. Egid. &
235. & Rot. decisi. 352. in antiqu. ita & hic Sed dice-
5 batur ad istud fundamentum, quòd † illud ius præam
bulum in casibus supradictis erat quoddam ius conueniens cum sequenti, & quod omnino illud inferebat, sed in casu nostro ius illud præambulum Georgij
non inferebat ius illud surrogationis: & ideo quòd illud argumentum non concludebat. Secundò pro ista
parte dicebatur, quòd Georgius respectu litis nitebatur surrogatione iuris cõmunis. argu. c. si bi contra
quos, de regulis iuris. Aduersarius verò venit per priuilegium derogando regulæ de surrogando contra ius
commune, & contra regulam, facilius ergo succumbere debet, ad vulgat. l. eius rei. de rei vendic. Alia verò
pars tenuerat contrarium respondens ad hoc fundamentum quod verum est, quod tex. in d. c. si bi contra
quos. vult quòd nouus collitigans non est dandus, sed
lex non dicit quod collitigans est surrogandus: Si ergo collitigans venit ex gratia Papæ sicut etiam venit
non collitigans ex quo erant pares in data, dicebatur
6 quòd erat attẽdenda † clausula gratificationis, ex quo
in gratia erat facta mentio de lite, & liti erat derogatum. Et quia clausula gratificationis erat fortior gratia Melchioris, quia dicebatur in ea quod præferretur
7 contra quoscunque, & sic comprehendebat personas
qualitercũq; gratificatas ꝙ Melchior esset præferendus. Verum est quòd quartus auditor remansit dubius, & sic nihil resolutum fuit. Vide resolutionem
infrà, 255.

EPITOME.

Gratia vbi dirigitur executoribus, requiritur factum executorum.

SVMMARIA.

1 *Gratia executoribus directa pendet à prouisione eorum, concidunt que omnes gratiæ à Papa factæ nisi illi impleant & sequantur conditionalem hanc gratiam.*
2 *Omnia decreta pendent à clausula acceptandi.*

DECISIO CCXLIX.

FVit concessa gratia Raynaldo Petruuio, directa quibusdam executoribus in qua dicebatur, quòd volentes prouidere D. Raynaldo, constituebat eos & quemlibet eorum procuratores ad capiendam possessionem quoruncunque beneficiorum in dominio Florentino per cessum vel decessum vsque ad summam mille ducat. & voluit facere gratiam specialẽ D. Raynaldo motu proprio. Secundò dabat facultatẽ dictis

executorib. conferēdi & prouidenti de dictis benefi-
ciis D.Raynaldo cum clausula, quòd beneficia ad
D.Raynaldum ex nunc, prout ex tunc, & è contra, de
iure spectarent, & plenum ius verè & non fictè peni-
tus & omnino requisitum fore & solam fructuum
perceptionē & actualem possessionem expectare ac
regulis de non tollendo iure quæsito ac de triennali
possessore gaudere & quęcunq; acceptationes, proui-
siones & cōm̄ede per nos seu alterū faciēdæ nullius
sint roboris, & descernētes irritū & inane, si secus fa-
ctū fuerit. Super his fuit conclusū in vna Luccā. Cano
nicatus & præbendæ coram D.Mohedano 23. Ianua-
rij 1542. quòd in nulla parte gratię Papa prouidebat,
1 sed † dabatur facultas prouidendi executoribus, & sic
cum gratia erat directa executoribus, erat necessaria
prouisio executorum. Et ex quo ex illo casu non cōsta
bat de prouisione & gratia conditionali in euentum,
in quem fuisset facta prouisio executorum, quòd non
erat secuta prouisio, dicitur, quod illæ gratię positę
deficiebant cum omnia talia decreta censerentur
pendere à prouisione executorum: sicut fuerat con-
clusum in vna Tirasonē. in qua voluerunt Domini,
2 quod † omnia decreta pēderet à clausula acceptandi.

EPITOME.

In casu isto sufficienter est paritum in possessorio.

SVMMARIA.

1 *Volens parere restitutioni si coram Capitulo comparens di*
cat se dimittere possessionē aut domino aut eius procurato
ri, censetur possessorio iudicio satisfecisse, nec in mora esse
& nu. 3.
2 *Exceptio criminis non obstat in iudicio restitutorio. & nu. 4.*

DECISIO CCL.

IN vna Oneten. Canonicatus & prębendę, in qua Fer
dinandus de Villa spoliauit Andream de Cogolo, &
1 † volens Ferdinandus parere restitutioni, quoad pos-
sessionem existens in partibus comparuit in capitulo,
& dixit quod dimittebat possessionem Canonicatus &
cōtendebat quòd possessio daretur ei seu eius procu-
ratori. Et statim præsentatis executorialibus Capitu-
lo per procuratorem Andreę fuit petita possessio Ca-
pitulum respondendo dixit, quod quia eis constabat,
quod Andreas fuerat priuatus per ordinarium pro-
pter eius demerita, & stante inhabilitate non pote-
rat possidere canonicatum & præbendā, cum Andreas
erat habilitatus quod darent ei possessionē, Dicebatur
pro parte Andreæ, quod Ferdinandus statim data res-
ponsione Capituli non poterat ideo contra eum pro
2 cedere ad reliquas censuras, † quæ exceptio non ob-
stat remedio recuperandi, Abb. in c. cùm quis, de resti.
spol. & Felin. in c. si con'titerit. col 2. circa fin. de ac-
cus. Item quia non constabat de aliqua sententia priua
toria & assertioni capituli non erat standum. Et quate
nus constaret quod poterat illa esse nulla vel iniqua,
domini tamen 27. Ianuarij 1542. me proponente dixe
3 runt, quod Ferdinandus non cōstito † de aliqua col-
lusione inter eum & capitulum sufficienter dicebatur
paruisse ex quo fecerat, quod in se erat: & non cul
pa sui, sed Capituli Andreas possessionem non ha-
bebat & contra capitulum militat id, quod supe-
4 rius fuit dictum, videlicet quòd † non obstat ex
ceptio criminis in iudicio restitutorio, contra quod
Andreas agere debebat.

EPITOME.

In spolio commisso absque dolo admittitur quis ad benefi
cium cessionis bonorum, vt agat in possessorio.

SVMMARIA.

1 *An in spolio absque dolo commisso quis possit pro fructibus*
vsque ad primam sententiam admitti ad beneficium ces-
sionis vt experiri possit petitorio. & nu. 3. 6.
2 *Cedens bonis ope exceptionis liberatur.*
4 *Cessio habet vim solutionis.*
5 *Cessio prodest tantum ad carceris euitationem.*
7 *Cessio realis esse debet & non verbalis, dandusque est termi*
nus ad consequendam bonorum cessorum possessionem, ac
postea cedens est audiendus in petitorio.

DECISIO CCLI.

IN vna parochialis de stella inter Episcopum Solis
& Martinum de Corduba coram D. Ioanne Paulo
27. Ianuarij 1542. in qua agebatur de spolio, & Marti-
nus reportauerat tres sententias contra tamen præsup
ponebatur, quòd spolium quoad Martinum esset com
missum absque dolo & vsque ad primam sententiam
1 erat in bona fide, fuit dubitatū, † an Martinus pro fru
ctibus vsque ad primam sententiam esset admittēdus
ad beneficium cessionis bonorum ad effectum, vt age
ret in petitorio. & fuit pro maiori parte conclusum,
quod sic: quia decis. 93. in antiq. considerat quòd spo
lium esset dolo commissum. Et sic à contrario, vbi nō
esset dolus, quod admitteretur, pro quo est decis. 554. in
antiq. Ratio est, nam domini dicebant, quòd ex quo
non erat dolus esset admittendus ad beneficium ces-
2 sionis: & cùm † per cessionem esse liberatus licèt non
pro ipso iure saltem ope exceptionis vt dicit gl. in l. 1.
C. qui bon. ced. pos. & est cōmunis opinio secundum
3 Salice. ibi & ratio est inefficax. ergo in † quandam con
sequentiam videtur quod est audiendus in petitorio:
4 ex quo † cessio habet vim solutionis saltem in effectu
5 Nec obstat quod † cessio tantum prodest ad euitan-
dum carceres, vt dicit text. in d. l. 1. quæ lex licèt loqua
tur per dictionem taxatiuam, & per glo. extendatur ad
tres casus, tamen nec glo. nec Dd. extendunt illam le-
gem, vt posset agere petitorio: quia fuit extensum,
quod extēsio non erat necessaria, sed statim quod glo.
& Dd. volebant, quod cessio haberet vim solutionis,
6 volebant quandam consequentiam, vt admitteretur
in petitorio. Dixerunt tamen Domini, quòd cessio
7 † debebat esse realis, & non verbalis, puta quòd Marti
nus indicaret bona, & daret tempus congruum Epi-
scopo. & fuerunt dati quatuor menses ad effectum vt
Episcopus posset facere diligentias suas in partibus in
consequendo possessionem bonorum cessorum.

EPITOME.

Regula de verisimili non habet locum in præsentatione.

SVMMARIA.

1 *Regula de verisimili non procedit in præsentatione.*
2 *Regula de verisimili vbi loquatur.*
3 *Regula de verisimili non est ad causam ignotam aut non ex*
pressam extendenda.
4 *Vbi non militat ratio legis, ibi nec ipsius dispositio.*
5 *Ambitio cessat in gratia motu proprio concessa in eaque ha*
bet locum regula de verisimili.
6 *Cùm ratio ignoratur exceptio ex causa incerta non est su-*
menda.

DECI-

DECISIO CCLII.

IN dubio,an reg de verisimili habeat locum in præ
sentatione,de quo suprà decis.245.coram D.Marsi-
cano fuit resolutum 27.Ianuarij 1542.quòd dicta reg.
1 †non habeat locum in præsentatione. Ratio quia reg.
2 †expressè loquitur in prouisione apostolica,& quia
3 non erat in eà ratio expressa,non debeamus † ad cau
sam ignoratam,& non expressam eam extendere,cum
regulæ strictè sint intelligendæ. Bartol.in l. constitu-
tion.ff.de municip.quia ante omnes illę tres rationes
quæ assignantur per doctores videlicet præuentionis,
ambitionis,& peccati erát finales coniunctim. Et cum
4 isto casu † ratio præuentionis non militet, sequitur,
quod non militabit dispositio aut vnica istarum, aut
si est ratio præuentionis cessat isto casu. Ergò cessabit
regula aut dies ꝙ ratio regulæ fuit,fuit & ratio ambi
tionis & peccati:& ista ratio non potest considerari,
quia secundum dictum Sarnen.super dicta regula de
5 verisimili habet etiam locum in † gratia concessa
motu proprio:& tamẽ ibi cessat ratio ambitionis: per
quod ista ratio non sit causa finalis istius regulæ, sed
potius ex gratiis præuentinis,patet ex gratiis Clemen
tis quas passim concedit pront text.ibi: non erat dicẽ-
6 dum quod illa sit causa finalis: ex quo † ratio ignora-
tur non debet sumi exceptio ex causa incerta argumẽ
to eius quod dicit Bar.in l,in antiq.ff.de reb.dub.

SVMMARIA.

1 *Prouisus qua re præferatur surrogato eodem tempore.*

DECISIO CCLIII.

MOrtno Ioanne Roderici collitigante Grego-
rius obtinnit se surrogari ad ius illius sub data
obitus, & sub eadem data Melchior de valeriis obti-
nuit prouisionem,quæ facit mentionem de lite,& cũ
derogatione regulæ de surrogando ac regulæ de idio
mate:fuit dubitatum,quis istorum præferretur.argu-
mẽta posui supra decis.248. Tamen 3. Februarij 1542.
fuit conclusum per maiorem partem,quòd Melchior
1 propter † clausulam gratificationis, qua gratificabat
eum contra quoscunque qualitercunque gratificatos
esset præferendus:quia ex quo omnes veniebát ex gra
tia Principis,postquàm Princeps intellecta lite dero-
gauerat regulæ de surrogando quòd esset præferen-
dus in illa.

EPITOME.

Quod quis sit de regno,dat qualitatem,sic vt propterea sit præferendus.

SVMMARIVM.

1 *An ille est eius prouinciæ in qua est beneficiũ sit ideo præfe-
rendus alteri qui est alterius prouinciæ quã est beneficiũ.*

DECISIO CCLIIII.

ET 1. Februarij corã eodem D. Aquen. in eadẽ fuit
dictum quod ex quo Georgius erat Hispanus,&
1 Martinus Italus,†an propter illam qualitatem, cum
beneficium esset in Hispania, esset præferendus: Et
fuit cõclusum,quòd non,per tex.in c.ad decimas,de
instit.& per ea, quę dicuntur in c.si proponen. de re-
scrip.in si de clericis pereg.& c.hoc tamen.71.distinct.
habet locum in diœcesano,non autem in eo,qui est in
eadem prouincia seu regno sub eodem rege vt erat in
illo casu,in quo Georgius erat de regno Legionis, &
beneficium erat in ciuitate Salamantin.

EPITOME.

Regula reuocatoria de regno Castellæ cle . ertis , quare & quomodo omnia annullet.

SVMMARIA.

1 *Regula reuocatoria non annullat solum clausulas insolitas
in gratiis ambitiosis & coactis concessis, sed & omnia
in gratiis data.& nu.3.& 5.*
2 *Subreptio vitiat gratiam.*
4 *Clausulæ accessoriæ cum generali reuocatoria reuocantur,
secus in diuisis.*

DECISIO CCLV.

IN vna Conchen.parochialis maior pars inclinabat
coram D.Io.Paulo,quod reg.reuocatoria Clemẽtis
quã edidit in ciuitate Vrbeuentan.post liberationem
1 suam de omnib. gratiis,†quas concesserat in arce S.
Angeli cum clausulis insolitis non solum reuocaret
illas quòad illas clausulas insolitas,sed etiam in totum
fundamentum principale: quia Papa dicebat, quòd
eadem quadam ambitione,& quasi coactus :concesse-
2 rat quo casu quando † est surreptio, gratia vitiatur in
totum,c.cęterũ &c. super literis,& ibi Abb.de rescri.
Tum quoque,quia fuit producta quædam declarato-
ria die 10. Februarij 1542. fuit resolutum, quod illa
declaratoria nõ faciebat ad rem:quia cùm esset facta
in eodem cõsistorio in quo erat facta reuocatio gene-
ralis & in illa de vacaturis tantum eam reuocaret,quæ
ad clausulas insolitas debebat intelligi quod in alia re
uocatoria generali in totum gratias reuocauit quia
ibi Papa voluit limitatè loqui: quia illud expressum
vulgat.c.ad audientiam,cum aliis,& ita fuit resolutum
3 quòd † gratia generalis reuocatoria reuocat quòad
omnia nõ obstante dicta declaratoria productaciusdẽ
Clementis ad demõstrandũ ꝙ tãtũ Clemẽs intẽdebat
reuocare quoad clausulas insolitas & fuit dictũ quod
super ea informaretur. Vnus etiã ex Dñis dicebat,ꝙ
dicta reg.reuocatoria reuocaret gratiã in causa de qua
agitur:quia erat prouisio,& ad effectũ illius ꝓuisionis
erát concessæ clausulę,puta quod omnibus præferre-
tur annullando collationes alteri factas. Nam cũ illæ
4 †clausulæ ad corroborationem gratię cõcessæ essent
accessoriæ tunc denota gratia reuocarentur omnes
istæ clausulæ & sic propter connexitatẽ. Secus videba
tur esse quãdo essent diuisa capitula in eadem gratia
non connexa,vt puta si contineret collationem & di
5 spensationem:quia tunc tantũ † annullaretur illa pars
gratię,quę contineret clausulas insolitas. Nihil tamen
fuit resolutum.

EPITOME.

An mandatum de dispensando habeat vim dispensationis

SVMMARIA.

1 *Quando mandatum de dispensando cum illegitimo habea
vim dispensationis.*
2 *Ante instructionem non dicitur dispensatio.*

DECISIO CCLVI.

VOluerunt Domini in vna Imolen. parochialis de Manzicol. 1. Februarij 1542. coram D.Mohedano quòd mandatum de dispensando super illegitimatione habeat vim dispensationis quòad hoc vt illegitimus spoliatus beneficio restitueretur,per ea q̃ dicit Ioan. Andr.in c.literas.de rest. spol. Card. Alex. in c.quia circa. de cõsanguinitat,& affinit.col.2.ver q̃ro

nunquid & Egid.conſ.28 .col.4.ver ſed opponcs Do
minic.conſil.106.in fi.Solus ego cōtradixi, quia aliud
eſt diſpenſatio,aliud mandatum de diſpenſando id au
1 tem quod dicit Egidius conſ.28.procedit , † quando
Papa intellecto defectu mādati diſpenſauit: Itaque nō
eſt mirum, ſi habeat vim diſpenſationis. In caſu autē
noſtro non ſimpliciter fuit mandata diſpenſatio , ſed
conſiderata vita laudabilis,& quod paternæ inconti-
nentiæ non fuit imitator. Et licèt iſta non faciāt con
ditionem,ſed quandoq; inſtrnctionē prout dicit Ro-
2 ta deciſ.846.in antiq.tamē † ante illam inſtructionē
non dicitur diſpenſatio, Itaque quocunque modo ve-
rificanda ſint illa, antequam dicatur diſpenſatum:&
pro iſta parte.quòd mandatum de diſpenſando, nō ha
beat vim diſpenſationis,vide Pariſ.conſi.57.vol. 4.cū
ſeq.col.

EPITOME.

Cui incumbat onus probandi beneficiū cadere ſub gratia.

SVMMARIA.

1 *Licèt probetur acceptatio,non ſequitur tamen conſumptio gratiæ.*
2 *Excipiens beneficium non cadere ſub gratia,id probare tenet ur.& nu.4.*
3 *Per præſumptionem non eſt poſſeſſor à beneficio exuendus.*

DECISIO CCLVII.

PRopoſul in vna. Valēt.de Pego.inter Martinū Ca
lahorra & Ioānem Baltazinum,in qua Martinus da
bat de quadam conſumptione gratię expectatiuæ:
Hieronymus Dominicus,qui ceſſerat in fauorem ip-
ſius Ioannis dictam parochialem pro eo , quòd dice-
batur,quòd Hieronymus prius fecerat vnam nouam
prouiſionem,aliud beneficium acceptauerat. Diceba-
1 tur pro parte Ioannis,quòd † licèt probaretur accep-
ptatio , tamen non ſequebatur conſumptio gratiæ:
quia non probobatur, ꝙ beneficium caderet ſub gra-
tia. Nam poterat eſſe,quòd acceptaſſet,& tamen nō ca
deret ſub ſua gratia & 22. Ianuarij 1542.maior pars Do
2 minorum tenuit,quòd Ioannes,† qui excipiebat , ꝙ
beneficium non cadebat ſub gratia,ideò teneretur pro
bare:cùm aliàs ex acceptatione haberet intentionem
fundatam,per ea quæ dicit Gemin.conſi.103. Io.And.
& alij in c.cùm in multa de reſcri.in 6. Rot.deciſ.8. de
cauſ.poſſ.& propriet. Duo verò Domini tenuerunt cō
trarium per deciſ. Egid.contradixerat deciſ.349 . &
573.cum ſeq. Et 1. Februarij eiuſdem anni cauſa ite-
rum poſita vota fuerunt paria. Et fundamentum ma-
ximum fuit,quòd acceptatio præſumatur valida,illud
3 eſt præſumptiuè,& † per præſumptionem poſſeſſor
non erat à beneficio eijciendus. Et cauſa poſita 6. Fe-
bruarij iterum vota fuerunt paria. Et pro Martino,
4 quòd Ioanni † dicenti beneficium non cadere ſub
gratia,incumberet onus probandi, allegabatur Lap al
leg.120 de conceſſ.præbend.& Ioānes de Silua in tra-
cta.de benef.in 3. par.q.15 co. penult.

EPITOME.

Commiſſo examine teſtium videntur etiam commiſſa eorum iuramenta.

SVMMARIA.

1 *Teſtium commiſſo examine videntur omnia commiſſa, ſine quibus examen non valeret.*
2 *Antecedens maior inſeparabilis ab actu quando ſit neceſſarius locus.*
3 *Perſonæ incapaci iuramenti non extenditur commiſſio examinis ad iuramenta.*
4 *Notarius an ſit iuramenti capax.*
5 *Citatio tanquam vaga & ſeruitutis ſpeciem inducens, eſt nulla.*

DECISIO CCLVIII.

DIE 6. Februarij 1542.coram me eſt reſolutum
in vna Parmen. Vallium quòd ex quo ſenatus
Mediolanen.commiſit examen Mediolani notario fa
ciendū in ciuitate Parmæ, quòd per conſequens vide-
tur etiam commiſiſſe iuramenta teſtium, per id quòd
dicit Bald.relatus per Felin.in c.2.in prin.col.2.verſ.2.
1 declara.de teſtib. Et † quia commiſſo examine vi-
dentur omnia commiſſa,ſine quibus examen non va-
leret ad not .in l.2.ff.de iuriſdict.om.iud. Non obſtat
quod illud erat verum,niſi illud communiter ſit ſub
magis expreſſo prout Bart. ind.l.2 .ſequitur Iaſ. ibi-
dem in § fallen. Et eſt communis opinio:ſed multi il-
lam opinionem reprehendunt , vt per Alex. Aquen.
Curt.iun.ibi. Et quoniam illa opinio Bartoli non om
ninò eſſet vera placuit Dominis opinio Aquē quā ibi
2 ponit.& non † procedit in antecedēti maiori inſepara
bili ab actu quia eſt neceſſarius locus,qn̄ eſt antecedēs
corrigens & ibi per Aquen. & cùm commiſſio iura-
menti ſit antecedens neceſſarium ad examen,ergò vi
debatur eſſe commiſſum. Non obſtat,quod dicebatur
quod notarius non erat capax acceptationis iuramen
3 ti,& tunc etiam limitatur d.reg.l.2.vt non † proce-
dat in perſona incapaci,vt per Iaſ.in d.l.2.ver.4.limi.
4 quia reſpondetur,† ꝙ immo notarius hoc habet de
iure ciuili,quod in caſu noſtro attendebatur:cùm a-
geret de cauſa agitata in cauſa iudiciali,& cauſa erat
capax,vt notarius acciperet teſtium iuramenta:vnde
ex cauſa ei committi poterat,vt per Alex.iul. hac con
ſultiſſima.§.ſi quis autem. C.de teſtib. & per Felin.in
c.cùm cauſam,col. penul.de teſtib. Fuit etiam in ea-
dem reſolutum,quòd † citatio ſiue monitorium pro
5 ſingulis diebus & horis tanquam vaga & ſpeciem ſer
uitutis inducens: eſſet nulla,vt per Bal.conſ.268.fa-
ctum tale.1.vo.Aret.&Alex.in l.qui ante Calendas.ff.
de verb.oblig.Bart.in extrauag.ad reprimendum. in
verb.& prędictum.facit quod dicit Rota deciſ. 17.de
re iudica.in nou.& Rom.conſil.309.circa princip.col.
2.verſic.illa autem citatio. Philip.Fran.in c. cum pa-
rati.col.4.verſi.ſecundo quæritur.de appel. & ibi pręp
poſ.col.4.verſ.verum cum ſcriptum ſit.

EPITOME.

In noua præſtatione annua an ſufficit vnica præſcriptio.

SVMMARIA.

1 *Præſtationes annuæ an tot requirant præſcriptiones,quot habent modos.*
2 *Promiſſio cùm eſt conditionalis,& debitor eſt in mora,tot cēſentur ſtipulationes,quot anni.*
3 *Præſcriptio vnica in præſtatione annua quando ſufficiat.*
4 *Legato ex vnico poteſt ad omnes annos agi.*
5 *In annuis legatis poteſt dari condemnatio,vt in futurum præſtentur.*
6 *Actio non naſcitur ante impletam conditionem.*

DECISIO CCLIX.

INvna Rom. dotis inter fratres de Capoinis & Ioā
1 nem de Sabellis, fuit dubitatū,an in† annua præſta
tione eſſet neceſſariæ tot pſcriptiones, quot ſūt modi
quam quæſt. ponit glo. in l. cum notiſſimi.§. in his.
C.de

F Mo[illegible] dec. 4 de prop.

C. de præscript. 30 vel 40. annorum & dictum fuit q
communis opinio fuit Vltramontanorum, quod te
quirerentur tot præscriptiones, quot erãt anni. prout
eam attestabatur communem Pau. de Cast. in l. si plu-
res. §. fi. C. de fid instru. Guid. Papa dec. 406. in fi. Cap-
pel. Tolos. Dec. 342. & ibi addi. tamen communis opi-
nio fuit Citramontanorum q sufficeret vnica præscri
ptio pro omnib. annis. prout eam dicit communem
opinionem Citramontanorum addi. ad dictam decis.
Capel. Tolos. 342. Bal. in tract. de præscrip. in 4. part.
prin q. 4. & Paris. in c. auditis circa fi de præscri. Et in
hanc partem inclinarunt Domini amplectentes opi-
nionem Citramontanorum, ex quo eramus citra mon
tes: verum quia in dicto casu decisionis erat promissa
intra annum, ac deinde ad beneplacitum ad volunta-
tem ipsius mariti, & donata sors solemniter erat pro-
missa septem cum dimidio pro centenario iuxta for-
mam statutorum dicebatur, quòd ex qno promissio
2 incst, † erat promissio conditionalis, si debitor esset in
mora. quod tunc tot essent stipulationes quot anni:
& idem in plurib. præscriptionibus, quòd plures præ-
scriptiones essent necessariæ, vt prout Ias. in l. vbi autem
non apparet, §. qui sortem. ff. de verb. oblig. tamen ex
aduerso replicabatur, quòd cùm pro vsuris debitis per
cipiebantur, vt erat in isto casu, poterat agi in princi-
pio: videlicet agendo ad sortem & vsuras, vt in futurũ
sibi præstaretur, & donata sors sibi solueretur, vt per
Dd. & in specie Ias. in d. l. vbi. §. qui sortem. Tertiò à
3 principio ad vsuras poterat, † ergo vnica præscriptio
currere debebat. Nam ideo in annua præstatione vni
ca præscriptio sufficit quòd ex principio pro omnib.
annis agi potest, secundum Bar. & Dd. in l. Stichum. §.
stipulatio de verb. obli. & Bar. & alios in l. notissimi. §.
stipulatio. in his. C. de præscrip. 30. annorum. Sed con-
tra istud replicabatur, quòd attenta ista ratione idem
4 dicendum † esset in vno legato, cum in eo primo po
sit agi pro omnibus annis, & verè competit actio & s
5 petitio: licet ex actis differant. In † annuis legatis ve-
rum est, quod potest fieri condemnatio, vt in futurum t
præstarentur iuxta notata in l. 1. C. de fideicommis. ta-
men verè non competit actio: quia legatum pro sep-
6 tẽ annis est conditionale, & ideo non est nata actio
ante conditionem. l. cedere diem. de reg. iur. vt per cõ-
sequens nec præscriptio, ita etiam nec stipulatio vsura
rum cum pro primo anno esset pura. prosequen. con-
ditionalis si sors non solueretur: prout idem dicun
Dd. saluando gl ibi de mente Bar. in d. l. vbi autem ap
paret. §. qui sortem. & ibi expresse Ias. ff. de verb. obli.
Et ita resolutum fuit 13. Februarij 1542.

EPITOME.

An gratia sit generalis vel specialis.

SVMMARIA.

1 *Gratia ad beneficia ad certum vsque valorem acceptanda, sine claus. quæ duxeris acceptandã, an sit generalis an verò specialis.*
2 *Gratia verificanda est specialis. & quare.*
3 *Gratia quando dicatur specialis.*
4 *Gratia ad primo vacatura restricta, ad certas species restricta censetur.*
5 *In gratia executoribus directa eorum requiritur factum quod parit tacitam conditionem, & æquiparatur condi tioni, quæ duxeris acceptanda, quæ gratiam reddit generalem.*

DECISIO CCLX.

1 Habebat D. Raynaldus in dominio Florentino
gratiam † ad tot beneficia, quæ ascenderent ad
valorem mille ducat. etiã si Canonicatus partochialis
dignitates sæculares vel regulares fine tamen clausula,
quæ duxeris acceptenda, dubitatum est, an illa g atia
esset generalis vel specialis. Et quod esset generalis
considerabatur quòd gratia esset in dominio Floren-
tino. item q diuersa beneficia capiebat. Tamen con-
trarium fuit resolutum corã D. Mohedano 16. Februa
rij 1542. in vna Lucã. Canonicatus & præbẽdæ. quia li
cet ex verbis gratiæ videbatur generalis tamẽ qa erat
2 † verificanda in primis de beneficiis vacaturis specia-
lis esse apparet, iuxta text. & gl in c mandato. de præ-
bẽ. in 6. & reg. l. bonę. §. ex hoc sermone. ff. de ver. obli.
& sic gratia erat verificanda in verbis specialibus. cũ
generalib. per not. per tex. in glo & Abb. in c ex parte.
col. 1. circa fin. de offic. delega. & in c. pastoralis. §. quę.
col. 1. & ibi Felin. de rescript. Bartol. in l. si dominio.
ff de le. 1. & ibi Innoc. in vltim. not. tex. in l. fi. cum gl.
in verbis eadem. et ibi Dominic. in 6. q. de renunciat.
in 6. facit quod dicit Cardin. in Clem. si plures. col. 1.
& in 2. opposit. de præben. gl. in c. ex parte. in verb. cer
tam. cum gl. seq. de concess. præben. in 6. Nec obstat,
3 quòd Abb. in d. c. ex parte. dicit, quòd tunc † est specia
lis quãdo in vna gratia est verificanda. quia idem est,
4 si in duabus vel speciebus. Et sic † cùm gratia esset re
stricta ad primo vacatura, erat restricta ad certas spe-
cies: ergo erat speciei, & minimè generis quod nõ po
test verificari, vt in l. 2. ff. de lib. & posthu. & ad idem
fuit allegatus Decius in c. 1. de rescript. Nec obstat,
5 quòd † resolutum fuisset in ista causa, quod ex quo
gratia erat directa executoribus, quòd requirebatur
factum eorum & sic tacitam conditionem haberet, &
sic æquiparatur conditioni quæ duxeris acceptanda,
quæ facit gratiam generalem. vt per glos. in c. manda
to. de præben. in 6. quia respondebatur quod executo-
res tenebantur de primo prouidere ad voluntatem D.
Raynaldi, & eo negligente gratia consumebatur, per
tex. in c. si clericus. & c. mandato, de præben. in 6.

EPITOME.

Regula de triennali non habet locum in hospitali nisi probetur beneficium esse ecclesiasticum.

DECISIO CCLXI.

Die 10. Februarij 1542. fuit resolutum coram D.
Mohedano, quod reg. de triennali, nõ haberet lo
cũ in hospitali nisi probaretur quod esset beneficiũ ec
clesiasticum: quia reg. est strictè intelligenda, Barto. in
l. constitutionis. ff. ad minicipal. & loquitur in benefi-
cio, & hospitale non dicitur beneficium ecclesiasti-
cum, Clem. per literas, de præben. Feli. in c. ex parte. de
præscrip. Sarnen. reg. de trienna. q. 7.

EPITOME.

Examen testium commissum an præsumatur in loco deputato factum.

SVMMARIA.

1 *An is cui commissum est testium examen & locũ non appo nat debitũ testes in loco deputato examinasse psumatur.*
2 *In actis iuridicis quando præsumatur expirare locus loci.*
3 *Præsumptio pro actuũ validitate quando non rectè valeat.*
4 *Expressio loci requiritur in terminis iuris qua si in actis nõ fiat non potest pro eorum validitate præsumi.*

DECISIO CCLXII.

Senatus Mediolanen. commiserat examen testium
notario, vt examinaret in ciuitate Parmen. in

1 curia prætoris notarius examinauit testes,† tamen nõ posuit locum debitum, vnde fuit dubitatum in vna Parmen. vallium 10. Februarij, 1542. an testes præsumerentur in loco deputato examinati. Et pro affirma
2 tiua dicebatur, quòd sic: quia † etiam in actis iuridicis præsumitur, quòd expiratur locus loci, vbi actus informiter nõ possunt fieri, secundum doctrinam Bart. & aliorum in l. de pupillo. § qui nunciat. Felin. in c. . colum. 4. de fid. instru. & quia esset in iuridicialibus solennitas extrinseca non præsumitur, vt per Aret. in l sciendum. col. 7. vers. 3. limita. de verb. oblig. Non ob
3 stat, quod † in dubio præsumendum erat pro validitate actus: quia talis præsumptio non habet locũ, quãdo id, quod venit præsumendum: nullo modo est expressum, sed in totum præsumi etiam deberet, vt per Ias. in
4 l quoties. in fi. & cùm † expressio loci in terminis iuris nullo modo reperiatur facta, & illa requiratur, non potest pro validitate actus aliquo modo præsumi.

EPITOME.

Beneficia abbreuiatorum de minori reseruata.

DECISIO CCLXIII.

DIE 10. Februarij. 1541. fuit resolutum in vna Cæsaraugustana Archipresbyteratus & aliorum coram D. Marsicano, quod beneficia abbreuiatorum de minori essent reseruata per extraua. ad regimen in xta regulam inuocatoriam: & fuit dictum, quòd Bulla Pij in qua dicebatur quod tempore benedicti erãt 24. abbreuiatores de minori.

EPITOME.

Ex quibus coniecturis præsumpta oriatur scientia.

SVMMARIA.

1 *An probata possessione probetur quoque scientia.*
2 *Impeditus per possessionis ingressum a fructuum exactione, dominium suum amisisse præsumitur.*
3 *Possessione probata aut præsumitur scientia, aut ad eam plenè probandam non potest negari remissoria.*

DECISIO CCLXIIII.

PRoposui 13. Februarij 1542. in causa Rom. viginti millium ducat. Pro Illustrissima Domina contra
1 creditores, posito, † quòd probaretur possessio Cardinalis an probaretur scientia Ducis: & quia erat vnus testis de auditu de possessione Cardinalis: Item quia Petrus vrsinus dicebat in sua depositione, quòd post mortem Cardinalis intrauerat possessionẽ, licet ignoraret, an perceperit aliquos fructus, Item quia presupponebatur pro parte Illustrissimę Dominæ, quòd Episcopus habebat mandatum de exigẽdo dictos fructus
2 montis & † per ingressum possessionis Cardinalis fuisset impeditus in exactione, quod præsumebatur dominium suum amisisse, per cons. Rom. 480. concurrebat etiam ista multiplicitas actuum, & satis notabilis, pecunia exacta. per ea quæ not. Inno. in c. benè. fol. a. col. 2. de postul. Abb. in c. cum Ecclesia S. Mariæ. col. 2. de caus. pos. & propriet. & in c sæpè. de rest. spol. Et ideò
3 † concludebant Domini, quòd in his præsumatur sciẽtia: vel saltem ad eam plene probandam non poterat negari remissoria.

SVMMARIA.

1 *Ex præsũpta scietia an inferatur possessionis ciuilis amissio.*
2 *Negligentia amittitur ciuilis possessio.*

DECISIO CCLXV.

ITem, & 20. fuit propositum, si presumebatur scien
1 tia, † an ex ea induceretur amissio possessionis ciuilis quam Dux habebat. Et fuit resolutum, quòd sic, quia ex illa scientia inducebatur negligentia in Duce, & in ea recuperanda induceretur amissio possessionis ciuilis, per ea quæ dixit Barto in l. 1. § huius autem interdicti. vers. sed pone. cum seq. vti possidetis. Et Domini pro maiori parte inclinarunt in illam opinionem, quòd attento, quod non agebatur de fortalitio, sed de ipso monte, & in vrbe in qua vnusquisque quod suum est prosequi potest maximè cùm non constet, quòd dux etiam per mortem Cardinalis possessionẽ ipsius
2 montis recuperare quæsiuisset, quod decretum † est in negligentia & per consequens possessionem amisisse præsumatur. Et 13. Martij 1542. causa iterum posita Domini etiam fuerunt pro amissione ciuili.

EPITOME.

Qui tenetur cum primum decimum quartum annum compleuerit professionem emittere, an teneatur statim finito 14.

SVMMARIA.

1 *An resignans dignitatem pendente conditione, & reseruans sibi regressum, valeat regressus.*
2 *Qui nihil habet nihil potest resignare.*
3 *An verba illa quamprimum 14. annum compleuerit, velint vt si statim professio non fiat dignitas vacare censeatur. & num. 5.*
4 *Verba illa quamprimùm mox & in genus plurima, quamuis variè interpretentur, intelliguntur tamen secundum subiectam rem & iudicis arbitrium. & num. 10.*
6 *Debitor licet quamprimum teneatur soluere, habet tamen ad minus duos menses.*
7 *Interpellatio statim non constituit moram, sed aliquod temporis interuallum.*
8 *Dies aduentus quando constituat in mora absque aliquo temporis interuentu.*
9 *Purgatio non admittitur in eo qui est in mora, cum dies adest & pœna ipsoque iure executio.*

DECISIO CCLXVI.

FVit commendata Præceptoria S. Antonij minori 14. annorum & dicebatur quod quamprimùm 14. compleuerit annum teneatur emittere professionem, alioquin præceptor iam vacare censeatur. Ex eo quod
1 † constabat ꝙ post dies 35. Matthęus cui erat Pręceptoria commendata postquàm 14 annum compleuerat, Præceptoriam resignauerat & sibi regressum reseruauerat dubitabatur de validitate regressus ex quo resignauerat p 35. dies ante 14. annũ & ante professionẽ
2 emissam: & sic † cum nihil haberet, nihil poterat resignare: fuit dubitatum in vna Aurien. Præceptoriæ S. Antonij coram D. Ioanne Paulo inter Ioannem Ia
3 cobum Baicha & Antonium de Duerbas, † an ista verba quamprimùm 14. annum compleuerit, importarent vt si statim professionem non emisset, Pręceptoria vacare cẽseretur. Et pro negatiua dicebatur, quòd
4 † licet ista verba quamprimùm, mox & similia haberent varias interpretationes, (vt per Ias. in l. fructus. solut. matrim.) tamen sunt intelligenda cum aliquo temperamento, iuxt. text. in l. quod dicimus. ff. solut. matr. & in l ratum. eodem titu. & secundum subiectam materiam arbitrarium erat iudici, quod tempus doce
5 ret ipsum taxare. Et ideò cum essemus hic † in materia professionis quòd non poterat fieri infra 14. annũ dabatur annus probationis ad deliberãdũ an vellet

prof-

profiteri,& pro hoc alleg.text.in l.si fraudem.§.fin.ff.
6 de iur.fisc.† vbi licèt quam primum teneatur soluere,
tamen habet ad minus duos menses. Ex aduerso dice
batur,quòd hic erat adiecta certa dies, videlicet an-
7 nus decimus quartus complexus: vnde † licèt inter-
pellatio hominis non constituat statim in mora, sed
requiratur aliquod temporis interuallũ.d l.fin. quod
dicimus.ff.solut.matrim & in tacita die,vt in d.l.ratũ.
solut.matri.& in l.quominus.ff.rem rat.hab. Tamen
8 vbi† est extra dies aduentus illius diei statuit & con-
stituit in mora absque aliquo interuallo temporis, vt
per Ias.in l.si ex legati causa.col.4. de verbo. obliga.
9 † Et cùm statim sit in mora non admittitur purgatio
eius,cùm adesset dies,& pœna,ad not.in l.si insulam.
ff.de verbo.obligatio. Item hic fiebat executio ipso iu
re,& tunc non admittitur purgatio morę,vt in c.licet
casus.in gloss.vers.priuatus.de elect.in 6. & ʃin d.l. si
a oinsulam.Item dicebatur, quòd † verba intelligenda
erant secundum materiam subiectam:quia verum e-
rat,vbi essemus in dubio,in quo iudex posset arbitra
ri:sed hic eramus in casu,in quo professio statim cõ-
pleto 14.anno poterat fieri,vt in c.1.de regular. in 6.
& ita superius voluerat.Nihil fuit resolutum,quia vo
ta fuerant paria.

EPITOME.

An statutum Ecclesiæ Hispalen.inhabilitans descendentes ex hæreticis comprehendat regressum.

SVMMARIA.

1 *Beneficium obtinere prohibito censetur id quoque prohibitum quod spectat ad illud.*
2 *An statutum prohibens acceptare beneficium, extendatur quoque ad regressum & nu.4.*
3 *Statutum exorbitans & odiosum non est extendendum ad iuris continuationem.*
4 *Regressum habens dicitur ius suum continuare.*

DECISIO CCLXVII.

IN vna Hispalen. Portionis inter Episcopum Solis
& Ioannem Moriglias, fuit dubitatum coram D.
Marsicano de mense Februarii 1542. an statutum
Ecclesię Hispalen.quo cauetur,quòd filii & descen-
dentes per lineam paternam vel maternam , vsque ad
secundum gradum ex hæreticis seu reconciliatis non
possint de cętero obtinere Canonicatus & prębendas
aut assequi,vel ius aliquod in eis acquirere, compre
hendat illud,quod post dictum statutũ ex causa resi-
gnationis de dicta portione factæ obtinuerat sibi reser
1 uari.Et pro affirmatiua dicebatur,† quòd si tales erãt
prohibiti obtinere beneficium,ergò erant prohibiti
obtinere id , quod peruenit ad illud,l.oratio.ff.de spõ
sal.l.2.& ibi Bartol.ff.de iurisdict.omn.iudi. c. cùm
2 quid.de reg.iur.in 6.† per regressum verò quoniam
deuenitur ad beneficiũ,ergò & licet regressus babeat
oculos,quia esset commissus ex causa de præterito,
ideò statutum debet illud comprehendere,vt per Fe-
lin.in c.fina.col.12.versi.sed declaratio huius fallen.
de constit.tamen istis non obstantibus fuit determi-
natum contrarium per maiorem partem:quia tale sta
tutum fit in fauorem fidei, & vt Ecclesia Hispalen.
purgaretur à viris suspectis & infectis huiusmodi la-
be:tamen in quantum comprehendit descendentes ex
linea materna vsque ad secundum gradum, erat exor
bitans à iure,vt patet in c.statutum.de hæreticis.in 6.
Item in quantum alterius odio prægrauabatur , erat
odiosum.vt dicit Bartol.in l.a.col.2. circa princ.ff. de
verbo.signifi per text.in l.quisquis.ad l.Iul.maiest.est
3 odiosa etiam irrationabilis.Cùm ergò † constitutio sit
exorbitans & odiosa,& loquatur in acquirentibus i°
in beneficio,nõ debebat extendi ad continuationẽ iu-
4 ris.Nam habens † regressum dicebatur ius suũ, quod
habet,continuare,argum.l.qui sic.ff.de solut.Et non
videbatur eadem ratio in vtroque casu: cùm statutũ
non inhabilitaret quò ad ius quæsitum de præterito,
vt patet ex illa distinctione,de cętero. Secundò non
obstat Felin.in d.c.fin.versic.hanc fallentiam limita.
de constit.vt si constitutio non habilitat quo ad ius
de pręterito.facilius est ipsum tolerare in suo regres
su,quàm quòd actualiter in iure quæsito perseueras-
5 set: Item quia regressus habet vim de præterito † non
videtur constitutio extendenda,argumento eorũ quę
dicit Cassado.decisio.1.de pact. item regressus conce-
ditur ob causam,vt not.in l.1.ff.de donat.ita & statu-
tum istud.Et ita resolutum fuit.

EPITOME.

An dimissa secũda acceptione possit quis ad primam redire.

SVMMARIA.

1 *An expectans à noua prouisione possit redire ad priorem.*
2 *Acceptãs secundũ censetur primo beneficio renuntiare. & nu.4.*
3 *Scientia quando præsumatur, vt error probetur.*
5 *Acceptatio præsumitur pro actore contra reum possessorem in tempore esse facta.*

DECISIO CCLXVIII.

DVbitauĩ in vna Valẽtin.de Pego 25. Februarii
1542.an stante acceptatione secundo loco facta
1 per nouam † prouisionẽ de beneficio S. Lucię potuis-
set Hieronymus expectans ad primam acceptationẽ
redire,quæ erat generalis. Et quinque ex Dominis,
tribus cõtradicentibus,dixerunt,ꝙ nõ,per ea, quæ di
cit Dominic.post Lap.in c.cùm in multis.col.fi.de re-
script.in 6.& idẽ cõsi.78.in 1.dub.Nõ obstat ꝙ dice-
batur in d.c.cùm in multis.remittens se ad Ioannẽ An
dreã in c mãdatũ de rescript.vbi videtur voluisse , ꝙ
2 istud verũ est, † vbi quis fatetur nullũ sibi ius cõpete
re,ex quo secundũ illud acceptauit, quia videtur tũc
primũ renunciasse,an in dubio ignorantia præsuma-
tur,si verò diceres illũ sciens fecisse incũbit onus pro
bandi:quia respõdetur, ꝙ d.reg.non procedit in actu
in quo quis præsumitur,& tenetur indagare: quia tũc
præsumitur scientia,vt error probetur,argum.l cęte-
rum.§.fin.ff.de legat.1.per Rot.decis 108.in antiq. &
in nouis 205.item non obstat,quod dicit ibidem Ioã.
4 Andr. ꝙ tunc † per acceptationem secundi videtur re
nunciari primo,quando sic volebat.Non obstat , ꝙ
prætendendo istam opinionem sit iudicatum , ꝙ pro
actore contra reum possessorẽ semper pręsumitur ac-
ceptatio in tempore facta. Et sic iudicamus ex præ-
sumptionibus contra reum.

EPITOME.

Resignans bis & in secunda resignatione iurans,quòd non interuenit fraus,quando non sit periurus.

DECISIO CCLXIX.

IN vna Briaien.fructuum inter Hospitale Baccien.&
Franciscum Petrucium coram D.Sarn.27.Februa-
rii 1542.fuit tentum, ꝙ resignãs bis idẽ beneficium,&
iurans, ꝙ in hac resignatione nõ interuenit fraus, nec
dolus,non dicitur periurus, ꝙ secundo resignans dici
tur resignare ius,quod habet,nõ autẽ affirmat habere
ius:

iur. & illud iuramentum,quod quis præstat,q nō inter uenit in resignatione fraus nec dolus , respicit ipsum actum resignationis.Itaque verum est dicere, q in resignatione nō interuenit dolus neq; fians,nec refert an ille actus resignationis verbo fiat,& maximè dicebatur in casu illo,in quo Franciscus 1.resignnauerat de anno 1525.& secundò de anno 1530.itaque ex distãtia temporis poterat presumi obliuio primæ resignationis in Patriarcham.Et quia quæ.bet causa excusaretur,ita quia ex tanto tempore præsumebatur ius de nouo quæsitum in personam Patriarchæ

EPITOME.

Si in resignatione non exprimitur verus valor, nō abdicatur ius.

DECISIO CCLXX.

IN vna Conchen.de Annales coram D.Thoma fuit conclusum 27.Februarii 1542. quòd si resignatio fuit facta in manibus Papæ in fauorem certę personæ,& resignatarius non expresſit verum valorem,q ex quo gratia à principio est nulla propter regulã de exprimendo vero valore in literis , & sic à principio nullum ius fuit resignatario quæsitũ, q per gratiã nō fuit à resignante abdicatũ,per text.in l.nec vtile.ff.ex quibuscausis maio. in int.rest.ex quo antem fuit facta in fauorē certæ personæ,q intelligebant Domini ni si in supplicatione resignationis erat expressus verus valor:quia ex quo poterat expedire secũ verũ valorē fuerat à principio ius quæsitũ,&postea expediẽdo literas nō expresso vero valore ius vacaret,q in supplicatione erat expressus verus valor,vel talis , quicunque sic animo,quo solet dari,ascenderet aduerũ valorem, & probaretur q literæ ex interuallo essent expeditæ.

EPITOME.

Abbatissæ eiectæ deberentur alimenta,sed non expensæ litis.

SVMMARIVM.

1 *Abbatissa in propria causa agenti non debētur expẽsælitis.*

DECISIO CCLXXI.

PHilippa Dezu Abbatissa Monasterii de Valdemoto fuit eiecta per Moniales à Monasterio de Tarien.Columbrien.in qua stetit per aliquot tempus Abbatissa,& fuit ea spoliata per aliam. Pendente causa super spolio petiit Philippa,vt sibi decernantur alimenta & expẽsæ litis Dubitaui 27.Febr. 1542. an Philippę essent decernenda alimenta & expensæ litis. Et q nō essent decernenda dicebatur, q ex quo erat monialis alterius Monasterii:secundò quia monasteriũ nō tenebatur,nisi ei administrare alimenta , iuata gloss.in fin.in c.fin.de regular.& quod ibi dicit Abb. Contrarium fuit resolutum per decis.Egid. 88. circa

1 expensas,q ex quo ipsa prosequebatur † causam propriam suę eiectiōis q Monasteriũ non tenebatur, per id quod dicit Abb.&Felin.in c.ex parte.de accusatio. & ibi Innoc.in verb. ,& quod ipsa supplicaret Papæ. prout dicit Felin.in c.cùm dilecti. col. 20. versic.ex not.per Abb.de rescrip.

EPITOME.

Procurator ad certam causam constitutus potest appellare,sed non appellationem prosequi,

SVMMARIA.

1 *Procurator constitutus generaliter ad omnes causas motas & mouendas potest appellationem quoque prosequi.*

2 *Procurator appellationis causam qui potest prosequi,vt defensor accipitur,non vt procurator.*

3 *Procurator appellationis causam prosequens de nouo cautionem iudicati solvendi dare tenetur.*

DECISIO CCLXXII.

IN vna Bononie.S. Christofori pro Angelo Cabalano contra Reuerendissimum Cambaram,fuit resolutũ coram D.Marco Antonio 27.Februarii 1542. q procurator constitutus in causa,& causis motis cõtra Reuerendissimũ Cãbarã tantũ habuisset mandatum in prima instantia,ita vt appellare potuisset, non

1 aũt appellationẽ prosequi,etiamsi voluisset:secus† si fuisset procurator constitutus generaliter ad omnes causas motas & mouẽdas,prout ita distinguebat Bar. in l.inuitus.vbi Salic.istam communem esse opinionem allegat col.fin.C.de procur.Imol.in c.non iniustè.in fine,de procur.& Rot.decis.21.in non.& 12.Bisig.de procur, Nec obstat doctrina Bar. in d.l inuitus.

2 col.2.q procurator etsi poterat defendere & prosequi,causam appellationis prosequi nõpoterat:quia intelligitur,vt defensor,non autẽ vt procurator, prout ita intelligunt Dd.& maximè Imol.in d.c. non iniu-

3 stè.circa fin.Et† oportet,q de nouo det cautionem de iudicato soluendo,secundum Gemin.in l.si actor. C. de appell.

EPITOME.

Expectatiuè capiunt beneficia vacatoria per resignationem.

DECISIO CCLXXIII.

FVit dubitatũ in vna Columbrien.Canonicatus & præben.pro Eduardo de Milla contra Franciscũ Bopca corã D.Marsicano 27.Februarii 1542.an expectatiuè possint acceptari beneficia vacantia per resignationem,prout notat Philip.Franc.in c.susceptum. ver.secũdò tenẽt singulariter de rescrip.in 6.pro quo facit text.in c.vnic.de rer.permu.in 6.& videtur dicere Collect.in c.pro illorum.col.1.ver.sed quid Papa m.dabat.de præbend.& idem Collect.in c.1.col.1. in fin.versi.sed quid de quęst.facta.de reg.iur.Aeneas de Falco.in trac.reseruat.in 3.q.prin.pag. penult circa fin.ver.beneficia vacantia ex causa resignationis & facit decis.Rot.296.in nou.

EPITOME.

Priuilegium Parafrenariis concessum,quòd durante absentia Papæ non teneantur ad diligentias,quomodo accipiatur.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium parafrenariis concessum ab absentia Papæ,an intelligatur tantum de prima futura absentia,an quoque de omnibus aliis.*

2 *Sermo,qui in pluribus actis potest verificari,nō refertur ad vnicum & quare.*

3 *Cùm longè absuturus est Papa per priuilegium censetur Parafrenarios a diligentiis exonerare.*

DECISIO CCLXXIIII.

SAnctissimus Dominus noster volens recedere ab vrbe ad ciuitatem Nicæ, dedit priuilegium Parafrenariis,vt durante absentia Papæ nō tenerentur ad diligentias fuit dubitatum in vna Burgen.Canonicatus & preben.inter Claudiũ Moran.ex vna&Claudiũ

1 Seblone ex alia,an †illud priuilegium intelligeretur non solùm de prima absentia,an de omnibus aliis,per d.Barto.in l.maritus.C.de procura.& in l.fundus.§.si

2 ad causam.ff.de leg.3.vbi dicitur,† quòd sermo, qui potest

potest verificari de pluribus actis, non refertur ad v-
num tantùm: quoniam intentio concedentis in illo
non versificatur: sed priuilegium erat concessum pro-
pter seruitium Papæ: quia parafrenarii non poterant
vacare in faciendis diligentiis: ergo &c. Item quia di
cebatur de cætero, & sic in futurum. Tertiò, quia di-
cebatur quòd erat priuilegium, & quia deest mensu-
ra dispendio l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif.
habet locũ, vt per Felin. in c. ignoramus. col. fin. ver. se
primò fallit. de transact. fuit etiam conclusum, quòd
intelligeretur de simili absentia longinqua à consue-
3 tudine patris familias: Nam† certum est, quòd Papa
ante recessum eius à ciuitate solitus erat ad loca vici-
na vrbi diuertere, non tum simile priuilegium conces
sit parafrenariis, nisi quando longè abesse voluit. Er-
gò de simili absentia intelligi debẽt ea, cùm absentia
semel in mense debeat fieri, & non soleat nisi per octo
vel decem dies Papa abesse, non est verisimile, quòd
ratione breuis temporis voluerit eos à diligentiis li-
berare.

EPITOME.

Pendente causa criminali coram vno iudice nõ potest per eun-
dem coram alio intentari ciuilis.

SVMMARIVM.

Criminali de causa cùm coram Capitulo agitur, non potest cor
1 *am Episcopo ciuilis intentari.*
2 *Ciuilis & criminalis cumulari non possunt.*
3 *Criminalis præiudicat ciuili: sic vt super sedeatur ciuili, si*
criminalis proponatur.

DECISIO CCLXXV.

IN vna Segobien. iurisdictionis coram D. Marsica-
no inter Capitulum Segobien. & episcopum ex alia
1 3. Martii 1542. fuit resolutum, quòd† si damnum pas
sus ageret coram Capitulo, vt poterat in illo casu cri
minali, quòd idem non posit agere ciuiliter ad rem
2 coram Episcopo:† quia ciuilis & criminalis non pos
sunt cumulari: cùm sententia ferenda in causa crimi-
nali præiudicet ciuili, vt puta si feratur sentẽtia, quòd
nõ commisit delictum, secundum Bar. in l. 2. §. 1. col.
9. & l. penul. ff. de calumn. Item obstat ratio maiorita
3 tis:† quia criminalis præiudicat ciuili, & facit quod
interim in ea supersedeatur, l. fina. C. de orig. iur. l. vni
ca. C. quand. ciuil. actio crimin. præiudic.

EPITOME.

Possessio ciuilis montis ex quibus actibus fuit amissa.

SVMMARIA.

1 *Neglig ẽtia in amittẽda possessione ciuili quomodo arguatur*
2 *Possessio vt quaritur ex vno vel duobus actibus in instru*
mentis corporalibus, sic & amittitur.
3 *Quasi possessio quid sit.*
4 *Possessionem solo animo retẽtam quousque retineamus aut*
possidere desinamus.
5 *Negligentia possessionis naturalis recuperandæ amittitur*
possessio.
6 *Potens qui est debitor & naturaliter possidet, si ciuilẽ,*
quod statim an recuperet, non amittat.
7 *Negligentia in amittenda possessione quomodo excusetur.*

DECISIO CCLXXVI.

DIe. 3. Martii 1542. in vna Rom. 20. milliũ, dubita
1 tum fuit, an † per exceptionem septem mensium
factã à Cardinali, & ꝑ eius obitũ & taciturnitatẽ Du-
cis, arguatur negligentia Ducis ꝓpter amissionẽ ciui
lis possessionis. Et cõcluserũt Domini, exceptis duob',
2 q. esset amissa: quia† sicuti ex vno vel duob' actibus in
instrumentis corporalibus quęritur possessio, Bart. in
l. 1. §. hoc interdictum. col. 1. in prin. ff. de itine. actuque
priuat. Innoc & alii, in c. bonæ. 2. de postul. prælat.
Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina col. 4. de caus. possess.
& prop tradit expresse alias Aluarus Martinus in c.
inuestitura §. si verò vasallus. quid sit inuestitura. in v-
sib. feud. Angel. in l. si certis annis. ante fin. C. de pact.
ita etiam ex vno vel duobus actibus amittitur posses-
sio. Quia omnis res per quascunque causas acquiritur
per easdem amittitur: & ita in materia possessionis
dicit Innocen. in l. rem quæ ad. ff de acquir. poss. Si er
3 gò ex vno vel duobus, ex fortiori ex septem: cùm † in
istis incorporalibus non sit aliud quasi possessio, quã
quidam vsus cum scientia & patientia aduersarii, l.
quoties, ff. de seruitut. & in l. 2. C. eod. titu. & tradit ex
pressè Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti. ff. vti possi
4 detis. Et licèt† possessio ciuilis non probetur amissa,
nisi donec reuertentes nos aliquis repellat, aut quòd
suspicemur repelli nos posse ab eo, qui ingressus sit in
possessionem, vt scribitur in l. si id quod. §. fin. ff. eod.
5 tit. Dicebatur, quòd ex quo dux fuerat in † neglig ẽtia
recuperandi possessionem naturalem, ex tali negligen
tia videbatur suspicari se posse repelli, & per cõsequẽs
amisit, vt per Bartol. in d. l. 1. § huius autem interdict.
col. 2. ff. vti possidetis. Nec etiam obstat, quod dice-
6 batur quòd quando potens† sit debitor, & occupat
naturalem, quòd licèt incontinenti nõ recuperet, nõ
per hoc dicitur ciuilem amittere, vt per Alex. in l. si de
eo. §. si fortè. col. 1. vers. itẽ aduerte. ff. de acquir. poss.
Feli. in c. vigilànti. col. 2. de pręscript. Et cùm dux es
set potentior Cardinale, & nõ à contrà. Item cùm in
vrbe nõ erat inteutanda, sed solum considerabatur ne
gligẽtia vnius. Item non obstat, quòd ad excludendũ
7 verisimilem præsumptionẽ Domini † considerarent
nedum potentiam habentẽ ciuilem, sed etiam vbi ad-
est alia consideratio probabilis quòd possessor ciuilis
distulit ex alia causa, quam quòd suspicaretur, quòd
posset, repelli, vt putà, quia potens & ciuiliũ possessor
esset homo, qui propter bonitatẽ timeret rixã & frau-
des, prout dicit Aret. in d. §. si fortè. col. 5. & quia opor
tebat tunc maioribus negotiis incumbere, & ideò vi-
debatur animus Ducis à negligentia excusandus, vt
per Felin. in c. significasti. col. 5. de homicid. versi. ad-
uerte tamen dum limitat recuperationem incontinẽ-
ti non considerabilem, quando aliquis inuitus trahi-
tur ad actus extraneos grauiori fortuna distẽtus, quia
ad ista respondebant Domini, quòd dux cessaret pro
pter timorem rixę & scandali, non erat in considera-
tione in vrbe, in qua quis potest ius suum petere? Itẽ
quòd licet dux aliis curis p̄remeretur, poterat tamen
protestari ad illud.

EITOME.

Præsumptio mandati quomodo colligatur.

SVMMARIA.

1 *Depositarii sui principalis mãdato non solent soluere. & nu. 5.*
2 *Mandatum datum in fauorem alterius quando probet &*
nu. 4.
3 *Nullus ad proprium commodum testis est idoneus.*
6 *Quando quis sibi ipsi soluere posit.*

7 *Depositarii*

7 *Depositarii compensationis exceptione vti non possunt, nec aduersus principalem nec eius haredes.*

DECISIO CCLXXVII.

DIe 6.eiusdem mensis 1542.proposui in caus. Rô.
20000.ducat.an probaretur scientia vel ratifica-
tio exactionis per creditores Cardinalis, quòd in arti
culis pro parte Illustrissimę dabantur,in quibus arti-
1 culabat,quòd† depositarii non solent sine mandato
sui principalis soluere:fuit resolutum,quòd cùm pro
babatur mandatum Cardinalis datum Stroziis de ac-
cipiendo solutionem,de quibus in libro eorum,non
obstat,quòd illæ partitæ essent in fauorem& cômodû
Stroziorum,cùm dicit: Noi Strozi per li heredi di
Cosmo di Medici:pro Illustrissimo Cardinali de Me
2 dicis:& ideo talis †scriptura receptionis tanquàm e-
manauerit in fauorem eorundem,nô probaret, iuxta
not.in c.2.de fid.instru.& l.quoddam.§.nummularios
3 ff.de edend. Et † quia nullus ad proprium commodû
est idoneus testis,l.omnibus.C.de testib.quia respon-
debatur,quod illæ partitæ non erant in fauorem Stro
ziorum,ex quo non probatur Strozios fore credito-
res Cardinalis,sed potius erant in fauorem Cardina-
lis,seu eius hæredû.Et die decima Martii 1542. causa
iterum posita,præsupposito,ꝙ Strozii essent credito-
4 res, nihilominus fuit resolutû,quòd†per dictum arti
culum Dux probat mandatum Cardinalis: & non e-
rat verum quòd esset descriptio partitarû in fauorem
Stroziorum.Immò dicebatur,quòd esset in fauorem
Cardinalis,ex quo pro Cardinali pecunię recipieban
tur,& sic esset anterior creditor Stroziis vendicare.
Item non obstabat,ꝙ articulus non loqueretur, vbi
agebatur de spolio alterius,& sic vbi erat alius in pos
5 sessione:quia dicebatur,ꝙ articulus decernebat,ꝙ †
depositarius non soluit sine mandato : & sic respectu
eius nô consideratur,ꝙ alius spolietur, quòd conside
ratur,quòd ipse nô soluisset,nisi de mandato Cardina
6 lis.Item non obstabat,quòd Strozii †soluerent sibi ip
sis: quia dicebatur, quod in hoc ipsi repræsentabant
7 personam duorum:& ideò tanquam†depositarii non
poterant opponere exceptionem côpensationis Car
dinali siue eius hæredibus,prout dicit Bald. & Salic.
in l.eius.C.de compensat.Sozin.consil.149.col.2.cir
ca tertium.volum.3.

EPITOME.

Ex quibus causis non possit exprimi defectus natalium.

SVMMARIA.

1 *Prouisio noua à spurio seu illegitimo impetrata non facta memione defectus natalium,dicitur surreptitia.*
2 *Defectus virtualiter expressus nô reddit gratiã subreptitiã*
3 *In primis facilius dispensatur quàm in secundis : & in vno facilius quàm in alio defectu.*
4 *An in vnione requiratur mentio defectus natalium.*
5 *Successor mentem prædecessoris non potest declarare.*
6 *Verisimile est vnumquemque velle actum facere omni meliori modo,quo valere potest.& nu.7.*
7 *Actus in vim dispensationis non valens interpretandus est impetrantem eum voluisse valere omni meliori modo,in vim vnionis.*
9 *Actus conditionaliter factus,& nihil ponens in esse à successore quomodo declaretur.*

DECISIO CCLXXVIII.

PAtiens defectum natalium obtinuerat nouã pro-
uisionem,non faciens mentionem expressè de de-
1 fectu natalium::& ideò dicebatur,† quòd noua pro-
uisio erat subreptitia,ex quo super beneficio curato
ius,tex.in c.1.de fil.presby.in 6.Tamê ex aduerso dice
2 batur,ꝙ† virtualiter erat facta mentio,ex quo in clau
sulis dicebatur,& quòd obstantia oratoris & ius & ti-
tulus oratoris aut aliorumcunque habeatur pro ex-
pressis seu ꝙ exprimi possint:& in fine dicebatur:Li-
ceat quoque, si videbitur,infectum titulum suum ad
causas infectionis exprimere: & sic per istas clausulas
videbatur,ꝙ saltê defectus virtualiter erat expressus.
Fuit resolutum contrarium in vna Paduan. parochia
lis de Aggere magno corãD.Thoma.6.Martii 1542.
quia illa verba,obstantia oratoris,respiciunt tantum
obstãtias beneficiales,non tamen per hoc possunt ex-
primi obstantię,quę proueniunt ex defectu natalium:
3 †cùm in primis facilius dispensatur quàm cum secun
dis,vt per glo.communiter approbatam in c.1. ver.
sedis Apostolicę.de fil. presbyt.in 6. & ideò cùm in
vna facilius dispensetur,quàm in alia,in illa generali
mentione obstãtiarû nô venit illa dispensatio in pro
ueniëdo ex defectu natalium.Et quia in eadem noua
prouisione ille impetrauerat cû oportuna dispensatio
ne ad duo,aut si melius videbatur agi de vnione. Et
quò ad dispensationem valebat,attento quòd, (vt su-
perius dictum est)non fiebat mentio de defectu nata
liû,dicebat successor ꝙ ipse poterat declarare, quòd
prædecessor tacuerat beneficium vnitum : quia præ-
4 supponebatur,†ꝙ in vnione non erat necessaria men
5 tio defectus natalium:& dicebatur,ꝙ licèt † successor
non possit declarare mentem predecessoris,ad glo.in
l.Pomponius scribit sic firmatû.ff.de rei vendic.tamê
illud non est verum,quòd ex verisimilibus coniectu-
ris declarat Bart.in l.si inter stipulantem. §. Stichum.
col fin.ff.de verb.oblig.& ibi Ias.col.penul.verisimi-
6 lis†autem mens erat,quòd quis voluerit facere actû
meliori modo,quo valere posset,iuxta text. in l.3.ff.de
7 militari testam. Et quia† actus non valebat in vim dis
pensationis:ergò debebat interpretari,quòd ab initio
impetrans valere voluerit in vim vnionis:secundòquê
modum præsupponebatur non esse necessarium factã
esse mentionem defectus natalium:tamen contrarium
8 fuit resolutum, & dictum , quòd procedit † illud,
quando quis facit actum primum,prout procedit il-
le text.allegatus in d.§.si Stichum.non tamen verum
est,quòd liceat sumere declarationem ex verisimili
coniectura:sed hic actus erat conditionalis, videlicet
seu si nulla videbitur de vnione,& conditio nihil po-
nit in esse,l.siquis sub conditione dandorum.ff.si quis
9 omis.caus.test.Et ideò†cùm actus est factus conditio
naliter,& nihil poneret in esse,successor, qui debebat
declarare mêtem defuncti,tractabat declarare,quod
consistebat in mente & voluntate,quæ debebãt fieri,
& non poterat per successorem hoc fieri.

EPITOME.

Quando in commissione dicitur,prout iurare paratus est, & signatura non dicit,præstito iuramento non tenetur præstare nisi petatur.

SVMMARIA.

1 *An iuramentum præstandum ab initio,si tamen præstetur ante sententiam,irritet sententiam.*
2 *Iuramentum de iudice suspecto quandocunque potest in iudicio præstari.*
3 *Signatura cùm iuramenti præstandi non meminit,existimatur non esse necessarium,nec iurandum est nisi id specialiter petatur.*

DECISIO CCLXXIX.

IN voa Florentin. Pecuniaria coram D. Marsicano, 6. Martij 1542. in qua Petrus Paulus nomioe vxoris atteotio, quòd vxor erat notarii Cameræ, & quòd perhorrescebat litigare in ciuitate Florentiæ, in qua non intendebat se posse consequi iustitiæ complementum prout paratus erat iurare, & obtinuerat committi cau
1 sam in curia contra Clericum Florentinnm, & iuramentum perhorrescentiæ nñ fuerat præstitum ab initio, sed in fine ante sententiam: fuit dubitatum, an ex hoc senteotia esset nulla: est cooclusum, quod de iure communi esset nulla, per text. in c. susceptū. §. eùm ve-
2 rò de rescript. in 6. Non obstat, quòd † istud iuramētum præstari poterat in quacunque parte iudicii, prout dicit Cassad. decis. 1. de iureiur. quia illud est vigore ignoscentiæ, quæ noo habet locum eatra Rotam, & sic coram auditore Cameræ: Tamen fuit dictum, quod ea quo fuit dictum in commissioe, & opus fuerit, in eatensiooe non erat extensum recepto iurameoto præ
3 dicto: & sic signatura † non insinuauerat esse iurameo tnm necessarium, ideò potuit præstari quandocunque quia æstimabatur, quòd iudex putauerit noo fore necessarium, & ideò potuit præstari quaodocunque: nec tenebatur præstare, nisi peteretnr: quia præsumitur, quòd non esset opus.

EPITOME.

Excommunicatus non facit fructus suos.

DECISIO CCLXXX.

SExta Martij 1542. coram D. Sarnen. in vna Briaię. fructuum inter Patriarcham Hierosolymitanum & magnum Hospitale Briaiæ fuit conclusum, excommunicatum percipiendo fructus non facere suos, per decis. Rot. 8. de seotent. excommu. in antiq. & text. in c. pastoralis. §. verum. vbi Abb. col. 4. & seq. & cōmu- Dd. de appell. Feli. in. c apostolicæ col. quinta de niter excep. Rip. in c. 1. co. 12. ver. 8. oota. de iudic. Ioan. And. in tract. de fructib. pag. 261. sub rubrica, quod excōmunicatus fructibus sui beneficii priuetur.

EPITOME.

Extrauagante non publicata datur probabilis ignorantia.

SVMMARIA.

1 *Extrauagans habens decretum irritans, quod afficit ignorātes, & ignorantia excusetur.*
2 *Extrauagantis non nota probabilis est ignarantia.*
3 *Decretum irritans ante publicationem nō afficit ignorātes, aut etiam ante conditionis euentum.*
4 *Decretum ignorantes afficit quò ad actorum annullationem, non tamen quo ad pœnam.*
5 *Extrauagantem vsu esse receptam probari debet, antequam ignorantes afficiat.*

DECISIO CCLXXXI.

DVodecima Martij 1542. in vna Briaien. donationis fructuū coram D. Sarnen. fuit resolutum, quod
1 † ignorantia eatrauagātis Iulii de Annatis soluendis eacuset, licèt haberet decretum irritans, quod afficit ignorantes: tamen ea quo non constabat de eius publicatiooe non afficeret Patriarcham Constantinopolitanum quò ad pœnas censurarum & priuationis
2 beneficiorum. Dùm † eatrauagantis non notæ probabilis est ignorantia, vt per Felin. io c. 1. col. 5. versi. secundus casus. de re iudicat. Ias. in l. cùm prælatus. col.
3 2. ff. de re iudic. Et licèt † decretum afficiat ignorantes, c. tibi qui. de rescript. in 6. non tamen afficit ante publicatiooē, vel ante conditionis euentum, secundū Felin. in c. ceterum. col. 13. versi. collationis gratia. de
4 rescript. & † licèt decretum afficiat ignorantes quò ad annullationem actorum, non tamen quò ad pœnā, glo. in c. volētis. in verb. ex matre. de heret. in 6. Felin.
5 in d. c. ceterū. col. 21. in ver. prima restitutio. & † quis te netur probare extrauagātem esse vsu receptam, vel noo, vt vult Gozad. cons. 16 in hanc causā. col. pen. Nō obstat, quod dicit Afflict. dec. 629 col. 2. vol. 3. Bertrā. cons. 195. pro breuiori. col. penult. vers. 6. & vlt. dico. & cons. 174. procedendo. col. penul. ver. ad qnintum quæ situm. cons. vol. 1. 9.

EPITOME.

Testis deponens se vidisse locatiocem factam esse non probat.

DECISIO CCLXXXII.

FVit resolutum 12. Martii 1542. in vna Rom. Macelli corā D. Ptolomęo, quòd testis, qui dicit locatio nem Macellorum factam fuisse voiuersitati Hebræorū, qnia vidit, nō probat: quia deponit de his, quæ per cipiuntur indicio intellectus, & non corporis, nisi de ponendo, etiā oon interrogatus, reddat rationem, ea qua inferatur ad ius, vt per Felin. in c. cùm causam. 1. col. 2. de testib.

EPITOME.

Consuetudo interpretatiua quanto tempore præscribatur.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo procedendi sine scriptis & comburendi processus quanto tempore præscribatur.*
2 *Contra regulares procedi potest non seruato iuris ordine.*
3 *Obseruantiæ probatio absque præscriptione sufficit in consuetudine declaratiua.*

DECISIO CCLXXXIII.

VOluerunt Domini 16. Martii 1542. in vna spoli habitus inter fratres S. Saluatoris & Georgium
1 agentem ad restitutionem habitus, quòd † ex quo probabatur, quòd fratres à 28. annis habuerant consuetudinem obseruatam procedendi sine scriptis & comburendi processus, ne delicta fierent manifesta, quòd ea quo consuetudo esset interpretatiua seu declaratiua, & non contra ius, cùm de iure habeatur, tanto tē pore præscribatur, vt per text. in c. qualiter & quando.
2 in fin. de accus. vbi dicitur, qnòd † contra regulares procedebatur iuris ordine non seruato: & illa oō obseruantia iuris cum consuetudine erat interpretatiua vt sine scriptis fiant processus, quòd tale tempus sufficeret: immò quòd dicebatur, eò quòd non probatur
3 tanta præscriptio temporis, ex † quo eramus in consuetudine interpretatiua, sufficeret probare obseruātiā absque præscriptione, vt per Aleaand. consil. 107. penult. col. volum. 2. Socin consil. 3. column. penultim. Roch. de Curt. rubric. de cosuetudin. in 4. q.

EPITOME.

Statutum vrbis excludens sorores propter fratres quomodo procedat.

DECI-

DECISIO CCLXXXIIII.

LIcèt Bald.dicat,quòd l.1.C.de leg.heredib.quòd statutum excluderet fœminam dotatam,intelligeretur à bonis dotantis,tamen vt Bal.ibi dicit,nullum nisi vlterius statutum procedat.Et ideò dixerunt Domini 17.Martii 1542.in vna Rom.bonorum pro Frãcisco,Flores contra Brigidam, quòd statutum vrbis in nouis reformationibus,c.24.sub rubr.de succe.ab intésta.quod incipit,Defectus non procederet etiam in bonis fraternis non dotantis: quia statutum vltra processum specificando,ita voluit Alexand. consi.19. colum.penul.volum.1.Ias.in l.vt liberi,colum.2.C. de testamen.vide Brun.in tracta.de statuto excludente fœminas propter masculos,in 8.art.q.16. Et facit pro statuto ibi Franc & Felin.in c.in præsentia. col.23.versic.2.contra.de proba.Dec.consi.559.vbi dicit, quòd ista conclusio est vera de iure,& de consuetudine,& ibi loquitur in fratre sacerdote.

EPITOME.

Verba,sperant, quòd agricultores inibi inhabitare possent, quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Literæ pœnitentiariæ quando fiant subreptitiæ.*
2 *Deficiente causa,ob quam Papa aliquid concedit,corruit & gratia.*

DECISIO CCLXXXV.

DVbitaui 17.Martij,1542.præsupposito,quòd testes probant locum esse inhabilem,an literę pœnitentiariæ sperent,postmodum agricultores & alios in futurum inibi inhabitare posse, essent subreptitiæ.
Pro parte negatiua dicebatur,quòd non affirmare di
1 cebatur,†quòd ibi posset habitare,sed tantùm quòd sperabat:licèt illa spes posteà euanescat,tamẽ per hoc non censebantur literę surreptitiæ, tamen contrariũ fuit resolutum: Nam cùm ex literis colligeretur, ꝙ ex nulla alia causa sit motus Papa ad concedendum decimas pro illa tertia parte Alphonso,nisi quia is sperabat facere,si illa causa defecit propter quam Papa primo parochiæ in decima præiudicabat,sequebatur
2 quòd† ex causa non existente falsa gratia corrueret; per Abb.in c.quia.de consangui.& affin.Cardin. consil.96.

EPITOME.

Fratres Prædicatores capaces bonorum vt vendant.

DECISIO CCLXXXVI.

DIe 17.Martii.1542.in vna Abulen.bonorum coram Domino Thoma fuit resolutum quod fratres Prædicatores censum caperent bonorum,vt venderent,secundum gloss. communiter approbatam in c.1.§.cõfirmatos.& ibi Dominic.de religios. domib. in 6.& ibi Felin.& Franc.

SVMMARIA.

1 *Tutor potest actorem ad litem constituere ante confectionẽ inuentarii.*
2 *Tutor ante confectum repertorium administrans potest vt suspectus remoueri.*

DECISIO CCLXXXVII.

IN vna Bononiens.coram Domino Aquen.17.Mar
1 tii 1542.fuit resolutum,quòd † tutor ante cõfectionem inuentarii poterat deputare actorem ad litẽ, & illa deputatio valida est,per dictum Bart. in l. tutor qui repertorium,colum.1.ff de administr. tuto. vndè
2 si † tutor administraret ante confectionem inuẽtarii, quòd posset remoueri,vt suspectus:tamen interim tutor est,& sic administrare potuit, vt per Dec. in c.ex parte.2.col.de appell.

SVMMARIA.

1 *Actor ad futuras etiam lites à tutore deputatus potest quoque appellationis causam prosequi.*
2 *Decretum in causa priuata futuras potest respicere lites,secus in causis vniuersitatis.*

DECISIO CCLXXXVIII.

1 ITem fuit dictum,quòd si †tutor deputasset actorẽ ad lites etiam futuras, quòd causam appellationis prosequi potuisset,post dictũ Salic.per Imol.& Bart.
2 in l.si actor.C.de appella.& quòd † decretum in causa priuata potest respicere futuras lites,secùs in causis vniuersitatis.secundum Bart.& Bal.& Ang.in l. item eorũ.§.sed si.ff.quod cuiusq;vniuersitatis nomine.

EPITOME.

Mandati probatio an ex propria exequentis depositione audiatur.

SVMMARIA.

1 *Mandatum in se factum esse dicenti non creditur,si mandati dominus nullum mandatum exequentis mentionem faciat.*
2 *Notario,qui dicit se commissionem habere ad aliquam rẽ, non creditur,nisi per aliud quid probet.*

DECISIO CCLXXXIX.

DIe 20.Martii 1542. in causa Romana 20000. ducator.dubitatum est, posito ꝙ Leonardus esset familiaris Episcopi Esinen.an ex eo, ꝙ dicit se exegisse de mandato Episcopi, & Episcopus dicit fructus exegisse vsq; ad obitum Clementis, probetur mandatum Episcopi in personam Leonardi. Et fuit resolutum,quòd non.principale fundamentum fuit, quia Episcopus Esinus deponendo dicebat se exigisse de anno 1532.per aliquot menses & ex partitis productis pro parte Illustrissimæ apparebat, ꝙ de dicto anno Episcopus exegerat per tria trimestria. Et posteà Episcopus dicebat,quòd exegerat Reuerendissimus de
1 Cambara,& tertio loco Baro de Burgo,† etsi Episcopus nullam mentionem faciebat,quòd Leonardus de mandato suo exegisset,& sic dicto Leonardi dicenti se exegisse de mandato Episcopi non crederetur:tum quia deponebat in causa propria, tum quia ad sui exonerationem: & dicenti se habuisse commissionẽ ibi
2 quid faciendi non creditur:vt †patet in Notario, qui dicit se habuisse commissionem ad aliquid,vt per Doctores.in l.2.C.de eden.Tum quia per depositionem Episcopi excludebatur mandatum in persona ipsius Leonardi.

EPITOME.

Canonici vbi habent curam animarum,cura manet penes Collegium,non autem penes singulares.

DECISIO CCXC.

DIe 20.Martii 1542. fuit resolutum coram D. Sarnen.in vna Vrgelen. Canonicatus & prębend.

quòd

ꝙ cura animarum, quæ pertinet ad Canonicos colle giatæ Ecclesiæ, dicitur pertinere ad Collegium, non autem ad singulos, aut ad quenecunq; Canonicum per se. ita vt Canonicus dicatur curatus, & fuit allegar. cons. Oldra. 67. de quo meminit Felin. in c. in nostra. col. 12. in fin. de rescrip.

EPITOME.

Festiuitas diei non facit delictum eo die commissum esse atrocius.

DECISIO CCXCI.

IN vna Segobien. iurisdictionis 20. Martij, 1542. fuit resolutum coram Domino Mariscoto, quòd festiuitas diei non facit delictum ex hoc solo, quòd in die festo esset commissum, esse atrocius. ita vt si prius Capitulum posiit cognoscere de leuibus criminibus, non ideo diceretur esse atrocius, ideò quòd in die festo esset commissum: nã licèt test. in l. prætor ait. § actore. ff. de insti. & iur. & in §. atrox. Institut. de iniur. dicat atrocem esse iniuriam respectu temporis, tamen text. explicat, puta, si coram multitudine, aut in præsentia magistratus: item quia cõuenit multitudo astantium. & ideò non solùm concurrit sola qualitas temporis, sed etiam alia, vide Abba. in c. 1. in 1. notab. qui Cleric. vel. ibi in additione ad eum.

EPITOME.

Sententia nouæ prouisionis canonizatoria an sit prima vel tertia.

SVMMARIA.

1 *Sententia potest confirmari in secunda instantia ex noua causa, qua est in primo processu implicata.*
2 *Præsentatione in duobus instantijs ex iure, quod nullum esse apparebat, canonizata non potest ius illud amplius canonizari, sed noua est confirmanda prouisio.*
3 *Tertia quando dicatur.*
4 *Presentatio an in tertia sententia an verò in prima confirmari dicatur.*
5 *Expectatiua quando cum iure canonizari potest, potest etiã in tertia instantia confirmari ex alio iure.*

DECISIO CCXCII.

IN vna Abulen. Capellaniæ coram Domino Ioãne Paulo erat canonizata præsentatio quo ad duas sẽtentias: & quia in tertia instantia erat productus processus de partibus, licèt in duabus instantijs esset præfixus terminus ad docendum de illo: ex quo processu apparebat de bono iure ipsius, ideò petebat duas sententias confirmari. Fuit dubitatum an sententia canonizatoria nouæ prouisionis diceretur esse prima
1 vel tertia. Et videbatur, quòd tertia: quia † sententia potest confirmari in secunda instantia ex noua causa, l. final. vbi Docto. ff. quod cum eo. Tamen ad ista respondebatur, quòd illud procedit, quando illa causa noua esset implicata in primo processu, per id quod notat Alexand. in l. si is ad quem, colum. penultim. num. 6. versic. item in quantum. ff. de acquir. hæred. Fuit resolutum quòd sententia debebat es-
2 se prima: Nam † cùm præsentatio incidenter esset canonizata in duabus instantijs, & sic etiã tantũ ius esset canonizatum modo, quo apparebat illud ius esse nullum, non poterat amplius canonizari, sed canonizanda erat noua prouisio. Et sic cùm esset diuersum ius, debebat esse prima sententia nõ autẽ tertia: Quia
3 † tunc dicitur tertia: quando super eodem iure non autẽ diuerso est data, argumẽ. gloss. in Clem. 1. in verb.
4 alicuius. de re iud. Et † licet præsentatio esset canonizata: cum indè secutis: tamen dicebatur, quòd illa veniebat accessoriè: nunc autem noua prouisio simpliciter
5 canonizabatur. Et licet † expectatiua canonizatur cũ iure, sequitur, quòd illa in tertia instantia posset confirmari ex alio iure. Dicebant Domini, quòd illud erat verũ, quãdo gratia expectatiua & acceptatio erat bona: non autem quando apparebat de nullitate earum. Item licèt in beneficialibus quis videatur deducere, & postquam competere posset, vbi licèt quis non se restringeret ad certam causam, vt per Egidium, decis. 662. illud est verum, quando certum ius nõ est in principio canonizatum, prout erat hic.

EPITOME.

Regressus ob non solutionem potest reseruari quamuis non constet de aliquo consensu.

SVMMARIVM.

1 *Regressus ob non solutionem datur, cum beneficio priuatur: sic vt cùm sua non intersit eius consensus in reseruatione non sit necessaria.*

DECISIO CCXCIII.

IN vna Conchen. coram Io. Paulo 20. Martij 1542. fuit resolutum, quòd regressus ob non solutionem potest reseruari, dato, quòd non constaret de aliquo consensu. quia dicitur apponi in pœnam, vt accessoriè
1 Item & secundò, † quia regressus ob non solutionem datur eo tempore, quo quis beneficio priuatur, & quo tempore iam sua non interest, ideò non requiritur eius consensus.

EPITOME.

Clausula quomodo maiorem & veriorem specificationem qualitatum exigat.

DECISIO CCXCIIII.

FVIT dictum in vna Paduã. Parochialis de Aggere magno coram Domino Thoma vigesimo Martij, 1542. vigore clausulæ, maior & verior specificatio qualitatum, quòd si in noua prouisione erat dictum, quòd de Cappelania poterat expediri Bulla de parochiali, & quòd ita dicebat Commentat. regular. Cancellariæ quòd quoad literas essent exprimendæ super regula 63.

EPITOME.

Mandatum non probatum.

SVMMARIA.

1 *Partita per Episcopum extracta & dicta testium an probent mandatum Episcopi. & nu. 4.*
2 *Partita extracta quando non probant.*
3 *Partitas integraliter extractas esse ad quid conducat.*

DECISIO CCXCV.

PRoposuit dubium in causa Romana viginti mi-
1 lium ducatorum 24. Martij, 1542. an ex † partitis per Episcopum extractis vna cum dictis testium probaretur mandatum Episcopi. Et primò fuit dictum,
2 quòd † partitæ non erant in forma probanti: quia extractę ex libro per Leonardum Regulum parte nõ citata, & sic nõ probant. Itẽ quia Leonardus dicebat, ꝙ credebat se extraxisse ex originalibus. & sic nõ ex-

presse affirmabat. Item dicebatur, quòd non integraliter extraxerat, sed annotando diem mensem & qualitatem: & tamen propter præcedentes partitas, in quibus docebant, de mandato datarij & ducis, ex quibus apparebat, quòd ei nō erat quęsita possessio. Intererat
3 † multùm, quòd integraliter partitas extraxisset, quia
si illæ quæ cadebant in personam Episcopi essent de
mādato ducis & datarij, sequebatur, ꝙ non constitue
batur dux solum in possessione exigēdi. Secundò † di
cebatur, quod dictum Episcopi dum dicebatur se de
mandato ducis exegisse, non probabat mandatum,
etiam dicendo se fecisse de commissione, vt per Ioannem Andr. in reg. qui in memorialibus. in 6. Bald. in l. iudices. ad fin. de fid. instrum. & moderni in l. is apud quem. C. de edend.

EPITOME.

Delicti atrocitas coram multitudine.

SVMMARIA.

1 *Delictum, coram multitudine quod committitur ex leui efficitur atrocius.*

2 *Quot personæ multitudinem constituant, arbitrio iudicis relinquitur.*

3 *Delictum quod coram decem personis committitur, est notorium.*

4 *Decem personæ constituunt multitudinem, & per consequens delictum coram decem commissum ex leui fit atrox.*

DECSIO CCXCVI.

PRopósuit Dominos Marsicanus 14. Martij, 1542.
1 præsupposito, † quòd delictum leue efficiatur gra
ue ex eo, quòd committitur in eo loco, vbi est multi-
2 tudo populi. quot † personæ multitudinem facerent:
& inclinarunt Domini, quòd licèt multitudo varijs
modis accipiatur, & post plures declarationes hoc totum arbitrio iudicis remittunt, vt per glos. & Doct. in c. latrones, de cleric. excommunic. & ibi Bertran. tit. de annali. in c. tuam. col. 3. de simo. Alexan. in l. licèt Imperator. de leg. 1. Card. & Alex. in c. vidua. 24.
dist. tamē in casu isto, ex quo propter notorietatē leue
3 † efficiatur graue, vt per Abb. in c. cū. col. penul. vers.
4 in fin. gloss. de sent. excommu. & delictum, † quòd in
præsentia decem personarū committitur, dicitur no
toriū, vt est text. & gl. in c. manifest. 2. quęst. 1. cum quo
transit Anchar. Gemini. & moderni ibi. & in c. cùm
oporteat. col. 9. vers. item adde. Bald. de accus. Ergo
4 † delictum factum coram decem personis, coram
multitudine factum censetur.

EPITOME.

Nobilitatis probatio.

DECISIO CCXCVII.

VIgesimaquarta Martij 1542. in vna Abulē. beneficij. del Vasso coram D. Thoma fuit resolutū, quòd ad effectū regulę præferentis nobiles sufficiebat, quòd nobilitas probaretur secundum communē & vulgarem modum loquendi, nempe ex stirpe, & ex stirpe non multum magna, vt per Staphil. de lit. grat. & iust. fol. 121. pagin. 1. & licèt quando agitur de nobilitate, ex antiquo oporteat probare de patre, auo, & maioribus, vt per Rebuff. in tract. de nobil. pa. 78. in 12. quæst. in priuc. col. 2. vers. 7. quòd tamen secus est quādo agitur de simplici nobilitate, vt ibi per Rebuff. pag. seq. colum. 1. vers. tunc non obstat, quod dixerit de patre. & vide Felin. in c. super eo. colum. 2. vers. secunda qualitas est notabilis. de testibus.

EPITOME.

Possessio præsentandi præsumpta.

SVMMARIA.

1 *Compatrono qui non est in præsentandi possessione, non præstruatur præsentandi ius per compatroni sui præsentationem.*

2 *Quod non est præseruari non potest.*

3 *An vnus compatronus præsentans alteri compatrono possessionem acquirat.*

DECISIO CCXCVIII.

FVit resolutum in vna S. Andreæ Canonicatus &
præbend. Coram Domino Maceratēn. 13. Martij
1 1542. quòd † vbi sunt duo Compatroni per præsenta-
tionem factam ab vno, si alter Compatronus non est
in possessione præsentandi, non potest dici, quòd eius
possessio pręseruetur, vt per Dec. consil. 129. col. pen.
2 versic. nō obstat, quòd electio facta. Et quia † quod
non est, pręseruari nō potest: sed potius est quærendū,
3 an vnus † Compatronus præsentans non solum quæ
reret sibi possessionem, sed etiam alteri Compatrono,
& istud non depcodet ab alijs, qoę dicit Bart. in l. qui
instæ familiaritatis. & Paul. de Castr. in l. communis
seruus. ff. de acq. poss. benè tamen fuit dictum, quòd si
duo erant patroni pręseruabat ius præsentandi alter
alteri compatrono, vt per Felin. consil. 112. circa fin.
Abb. consil 54. col. 2. vers. pro hoc etiam facit. vol. 1.
Calder. consi. 15. de iure patro. Roch. de Curt. in tract.
Iuris patro. in verbo, competens & quod dicit q. 20.

EPITOME.

Inhibitio emanata vigore commissionis restitutoriæ, prout de iure, facit, quòd executio posteà facta sit attentata.

SVMMARIA.

1 *Reus dolo procuratorum actoris indefensus, & propterea condemnatus, est restituendus.*

2 *Executio contra inhibitionem facta per viam attentati est reuocanda.*

3 *Pendente lite nihil est innouandum.*

4 *Restitutionem petens ex priuilegio causæ beneficialis, si contra inhibitionem à iudice ad executionem proceda tur, non agit per viam attentati.*

5 *In restitutione ex priuilegio non transit sententia in iudicatum.*

DECISIO CCXCIX.

VOluerunt Domini in vna Salamantin. Parochiali de Mansueto corā me vltima Martij 1542.
in qua erat lata vna sententia, quæ transiuerat in iudi
1 catum: contra quam † reus petierat se restitui, attento,
quòd fuerat indefensus dolo procuratorum actoris:
& signatura dabat prout de iure, vigore cuius commis
2 sionis fuerat inhibitum. † Non obstante inhibitione
iudex processerat ad executionem, quòd illa executio
veniret reuocanda per viam attentati: quia ex quo pe
tebat ex causa restitutionis, dato, quòd signatum da
bat, prout de iure interim dum disputabatur, an esset
sufficiens causa restituendi, vel non, pendebat lis: &
3 † ideò lite pendente nihil erat innouandum: licèt con-
trarium diceret decis. Rotæ 446. in nou. quæ si benè vi
deatur, non obstat: secus dicebant Domini, si non ex
4 causa petiisset restitutionem, † sed tantùm ex priuile-
5 gio causæ beneficialis: cùm in eis † sententia non trā-
seat in iudicatum: quia tunc sentiebat, quòd procede
ret in futuro euentu.

EPITOME.

Ætatis probatio.

SVMM

SVMMARIA.

1 *Aetatem narratā an resignatarius, an verò supplicans teneatur probare. & num. 3.*

2 *Expressa teneatur is verificare qui ab eorum expressione absolui cupit.*

4 *Impugnantis electionem ex defectu aetatis incūbit probādi onus.*

DECISIO CCC.

Dubitaui vltima Martij 1542. in vna resignatione
1 facta in fauorem Vincentij, an † tibi asserenti
constitum esse in 13. 2000, an verò ipsi resignatario
incumbat onus probādi: quia instabat pro absoluto
2 ria, teneretur probare aetatē narratam, quia † teneba
tur expressa iustificare, vt per Innoc. in c. 1. vt lit. cō
test. in 6. & Felin. io e. constitutus. in prin. de rescript.
3 aut verò † ambo non veniebant ex eadem vacatione,
sed impetrauerat certo modo, & petebat, quòd beneficium ex quo non expresserat certam aetatem, & tone
teneretur illū nō fuisse in illa aetate, vt per Felin. in c.
in praesentia. col. 11. vers. glos. de probat. vbi dicit,
4 † quod impugnanti electionem ex defectu aetatis incum
bit onus probandi, Alex. consil. 149 col. fin.

EPITOME.

Collatio facta de ecclesia non comprehendit ecclesiam curatam.

SVMMARIA.

1 *Collatio ecclesiae non continet curatam.*

2 *Appellatione ecclesiae venit ecclesia principalis si adiungatur parochialis, secus si simpliciter nominetur ecclesia.*

3 *Falsa demonstratio non intrat ex defectu intentionis.*

4 *Argumentum à minori ad maius quando in collatione procedat.*

DECISIO CCCI.

Die 17. Aprilis 1542. in voa Paduana Parochialis
de Aggere magno fuit cooclūsum coram D.
1 Thoma, qood † collatio de Capella ecclesiae collegia
tae B. Mariae de Aggere magno, factae etiam ab ordinario, non intelligatur facta de ecclesia curata: quia
nou fuit expressa illa qualitas curae, per text. in c. cùm
in illis. in princip. de praebend. iu 6. & sic etiam in collatione ecclesiae facta motu proprio, per id quod dicit
Abb. in c. ad aures. colom. 3. vers. si verò motu proprio. de rescript. & decis. Rotae. 3. iu noo. Et dictum
fuit, quòd uon omnis collatio facta ab ordinario naturali & originario, puta, Episcopo, Archiepiscopo,
vt per Card. in Clem. 2. colum. penul. versic. & per hoc
habet singulariter notare. de offic. ordin. Non obstat
2 quod collatio facta esset de ecclesia B. Mariae: & † appellatione ecclesiae veniat ecclesia principalis, c. licet
canon. de rescrip. in 6. qoia verum est cum adioncto
dicendo ecclesiae parochialis: secus si simpliciter diceretur ecclesia, per text. in d. c. cùm io illis. io prin. Nō
obstat quòd si constaret de corpore, cùm parochialis
illa vacauerit per mortem Autonij Galli, per cuius
obitum fuerat prouisum per capellanum de dicta
Ecclesia, inde falsa demonstratio nō debet variari, vt
per Abb. in c. significasti, circa fin. de rescrip. quia res
3 pondebatur, quòd † in isto casu falsa demoostratio in
trabat ex defectu intentionis: quia licèt intentio eorū
esset conferre ecclesiam uon curatam, oon sequebatur, qood vellet quod conferret curatam: & in † isto
4 casu oon procedit argumentum à maiori ad minus,
sed bene econtra: & ita loquitur Abb. in cap. sigoificasti.

EPITOME.

Vbi duae sorrogationes procedant à Papa, non est locus iudicio summario, sed ordinario.

SVMMARIA.

1 *In surrogationibus quando debeat ordinarie procedi.*

2 *Executiuè seu summariè quando in surrogationibus procedatur.*

DECISIO CCCII.

Franciscus de Miranda per obitum Ioannis de Anguiano obtinuetat sibi prouideri de Archipresbyteratu Calaguritau. cum surrogatione etiam quoàd possessiouem Martiuus Ximenes, qoi litigabat eum Ioanue Anguiano, obtinuit infra mensem gratiam, si neutri, cum surrogatione etiam quoàd possessionem: & cùm apprehenderet, obtinuit Franciscus Mirauda commissiooem, vt per possessionem procederet executiuè contra Martiuum: quae commissio fuit per Martinum restricta, prout de iure. Nouissimè Franciseus obtinuit commissiouem, iu qua dicebatur, vt procederetur in possessione huiusmodi, prout iuris fuerit: & secundum Rot. praetendebatur, vt procederetur executiuè. Fuit † resolutum, quòd ex quo ambo
1 veniebant ex eodem iure, com ex cognitione Papae,
quòd esset potior in iure praeferendus, & ordinariè,
prout iuris fuerit, procedendum, per doctr. Bart. communiter approbatam in l. fi. §. si tamen. col. 6. ver. aut
comparet aliquis. C. de edict. diu. Adria. tollend. Illud
2 autem, † quòd dicebator, quod in istis proceditur executiuè, erat, si possessor, dato quod litigaret, cederet
in fauorem alterius, cum surrogatione etiam quoàd
possessionem surrogationis summariè erat immitendus: quia in tali casu uoo censetur, dato, quòd veniat
ex eodem iure. Et ita fuit resolutom 21. Aprilis 1541.

EPITOME

Atrox dicitur iniuria coram persona iurisdictionem habente, secus in persona in dignitate constituta.

SVMMARIA.

1 *Iniuria coram iurisdictionem habente commissa, quare dicatur atrox. & num. 5.*

2 *Iniuria coram aliquo in dignitate quidem constituto sed iurisdictionem non habente, commissa, atrox non sit respectu ipsius personae. & quare. & nu. 4.*

3 *Iniuria coram aliquo in dignitate constituto, perpetrata, quando atrox habeatur & quare.*

5 *Archidiaconus habet iurisdictionem.*

DECISIO CCCIII.

Fvit conclusum in vna Segobien. iurisdictionis, 11.
Aprilis 1542. quod iniuria facta coram persona iu
risdictionem babente, dicitur atrox, Instit. de iniur &
1 l. praetor ait. §. atrox. ff. eodem. & hoc † propter multitudinem, quae praesumitur adesse circa tales personas
ad not. io l. omnes. C. de testib. quae etiam ad interdictum extenditur, vt per Paul. Castr. in d. l. omnes. &
Ias. in l. certum. colum. 5. C. vnde legit. siue propter reuerentiam, quam magistratus debemus vt per Bart.
& gl. in l. in vim. ff. de iust. & iur. Tamen fuit dictum,
2 quod si iniuria † fieret coram quacunque alia persona in dignitate constituta, dum tamen oon haberet
iurisdictiooem contemptiosam quod per hoc iuiuria
non dicebatur atrox respectu personae principaliter
enuuciatae, quia hoc non reperiebatur in iure. nam licèt infertur iniuria alicui in praeseotia personae in

1 † collatio facta de Ecclesia ab ordinario nō intelligitur facta de Ecclesia curata, per text. in c. cùm in illis. in princip. de præbend. in 6. etiamsi facta foret motu proprio, vt per Abb. in c. ad aures. col. 3. de rescript. & Rota decisi. 3. de rescript. in nou. non obstat, quòd
2 † appellatione Ecclesiæ veniat parochialis, vt per text. in c. licèt canon. de cleric. in 6. quod procedit, si dicatur de Ecclesia parochiali, secus si simpliciter dicatur de Ecclesia, vt per text. in d. c. cùm in illis. in princip.

SVMMARIA.

1 *Quando & quare exprimi debeat in confirmatione Ecclesiam, quæ confertur, esse parochialem curatam.*
2 *Noua prouisio est præcedētis quasi quædam confirmatio: nec excedit confirmationis naturam.*
3 *Confirmatio si in beneficio simplici sequatur, ad illud noua se extendit prouisio.*
4 *Aliud est beneficij simplicis aliud curati corpus.*
5 *Clausula qualitatis potest beneficium simplex in sua qualitate, commutare, sed non facere transitum ad diuersum corpus.*

DECISIO CCCVIII.

ET 12. Aprilis, 1542. fuit resolutum pro nullitate prouisionis factæ de Capellania siue Ecclesia
1 Beatæ Mariæ de Aggere Magno † ex defectu Canonicorum prouidentium de Ecclesia, ex quo cessabat eorum intentio prouidendi de Ecclesia parochiali, & quòd non posset in noua prouisione à Papa impetrata propter clausulam, & quòd præmissorum omnium & singulorum maior & verior esset specificatio & expressio nominum, cognominum, & qualitatum, exprimi quoque debeat, quòd dicta Ecclesia es-
2 set parochialis curata: quia cùm † noua prouisio sit quædam confirmatio de natura cius est non excedere confirmationem, vt per Deci. in rubr. de confirm.
3 column. 1. † confirmatio sequitur in beneficio simplici, ergò ad illud noua prouisio se extendebat: & istud tanto magis, fuit dictum, quia in noua prouisione in nulla sui parte poterat comprehendi, quòd fieret mentio de Ecclesia parochiali, sed semper dicebatur, quòd fuerat prouisum de Capella: & ideò dicebatur, quòd per verbum, qualitatum, non debebat alterare corpus.
4 Nam † cùm aliud sit corpus beneficij simplicis, aliud
5 corpus beneficij curati: licèt † narrando de beneficio simplici posset alterare qualitatem, quoad beneficium simplex, non tamen propter illud verbum poterat de beneficio simplici transire ad curatum, cùm sint diuersa corpora.

EPITOME.

Statutum Ecclesiæ Placentin. quòd certo generi personarum conferatur, intelligitur, quando collatio fit ab Episcopo, secus si à Papa.

SVMMARIA.

1 *Collatio, quæ ex statuto diœcesanis tantù per Episcopum aut Capitulum fieri debet, potest à Papa etiam in alium fieri.*
2 *Authoritas in dispositione excepta censetur, non obstante confirmatione ex consensu authoritatem habentis opposita.*
3 *Decretum intelligitur pro dispositionis, cui adiungitur, natura.*

DECISIO CCCIX.

ERAT statutum in ciuitate Placentin. huiusmodi sub tenore: cū autē ad locum vacantis portionis aliqui fuerint assumendi de seruitoribus Chori bene meritis de ciuitate vel diœcesi oriundis, in quos Episcopus, vel Capitulum, vel maior pars, vel sanior consenserit, assumentur: Nec ad hoc alij assumantur dummodò ibidem idonei poterunt reperiri ad Canonicatus etiam vacantes de prædictis portionarijs beneme ritis, & non alij per Episcopum aut Capitulum assumātur: fuit dubitatum in vna Placentin. Canonicatus & præbendæ inter Ioannem Sabo & Garziam de Camassal, an gratia expectatiua Francisci caperet Canonicatum & præbendam, stante dicto statuto Ecclesiæ Placentin. Et ideò 31. Aprilis, 1542. fuit resolutum co-
1 ram Domino Thoma, † quòd tale statutum tantum recipiebat collationem factā per Episcopum & Capitulū: & isto casu dicebatur, quòd recipiebatur, quòd persona, cui collatio facienda erat, esset qualificata, vt in statuto dicitur: secùs quando collatio fiebat per Papam: vt in gratia expectatiua, dato, quòd illud statutum esset conditum à Cardinali de mandato Papæ, & sic diceretur statutum ex eius cofirmatione apposi-
2 tum: Quia verò in causa dispositionis semper intelligitur excepta authoritas: non obstat decretum irritans in cōfirmatione Pontificis appositum: quia dicebatur, quòd erat accessorium & intelligebatur, & re-
3 ducebatur ad terminos specialis dispositionis. † Si ergò principalis dispositio erat, quando collatio fiebat per Episcopum, & Capitulum: ita etiam intelligebatur decretum.

EPITOME.

Contractus cum Ecclesia factus ex defectu solemnitatis nō potest contra Ecclesiam declarari nullus.

DECISIO CCCX.

VBI quis contrahit cum Ecclesia, & ille contractus habet defectum solemnitatis non potest ille contractus allegari nullus ex defectu solemnitatis contra Ecclesiam, si Ecclesia illi contractui vult stare. Ita resolutum fuit in vna Burgens. administrationis seruitij pro Abbatissa & monialibus de Villa maior, cōtra communitatem, & equites dicti loci, coram Domino Aquen. vigesimo quarto Aprilis, 1542. per ea quæ dicit Ias in l. cùm his. §. eam autem transactionem. ff. de transaction idem in l. 2. in 1. not. C. de iure emphiteot. Deci. in c. quæ in Ecclesiarum. 5. not. de constitut.

EPITOME.

Sequestrum non relaxatur etiam data cautione.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum etiam data cautione non relaxatur. & quare.*
2 *Sententia super sequestro in alterius fauorem apposito lata exrcutioni non debet mandari etiam data cautione, ne sequestrum habentis conditio deterioretur.*

DECISIO CCCXI.

IN causa Carthaginens. inter Alphōsum Dias & Ioannam de Porrus fuit dubitatū vigesimo quarto Apri-
1 lis, 1542. an † saltem tale sequestrū esset relaxandū data cautione: & maior pars Dominorū inclinauit: quòd nō: quia tres sentētiæ latæ in possessorio cōtra intrusum nō nocebāt Ioanni de Porrus, quia primā sententiam in petitorio habebat. Et ideò † sentētia super se-
2 questro in eius fauore apposito executioni mādari nō debebat, etiā data cautione: cū per hoc possit eius cōditio in hoc deteriorari: quia si possessio relaxaretur data cautione, si Alphonsus moreretur, posset in aliam trāsferre. Et pro ista parte benè facit, quòd dicit Felin. in c. cùm super. colum. 4. in 3. limitation. de re iudic.

EPITOME.

Statutum vrbis, quòd si viri soluto matrimonio fructos ex pignore percipiat non computatur in sortem, quomodo interpretetur.

SVMMARIA.

1 *Viri ex pignore dotali soluto matrimonio septem cum dimidio in sortem computanda ex statuto exigere possunt, si liberi sint alendi, quod fallit stante matrimonio. & num. 3.*

2 *Statutum strictè est intelligendum.*

DECISIO CCCXII.

1 STatutum vrbis, † quòd taxat septem cum dimidio pro centenario in illis verbis, & similiter masculi soluto matrimonio cum liberis percipientes ex pignore dotali nõ ita præstentur fructus in sortem, sed secus alendis communibus liberis, fuit interpretatum 24. Aprilis, 1542. quòd haberet locum in pignore siue hypotheca tradita: quia cum essemus in materia
2 odiosa, & † in materia statuti debebat fieri stricta interpretatio, ad id quod percepit ex pignore tradito. nec obstat consil. Alexand. 31. in 6. volum quia fuit
3 dictum, † quòd debebat locum habere stantibus oneribus matrimonij, puta viuente vxore, quod non erat in casu isto, in quo erat præmortua. Item & secundò loquebatur in fructibus, qui diuino iudicio subiacét, prout loquitur Ioannes Andreas, quod non erat in casu, de quo agebatur: quia fructus erant taxati ad septé cum dimidio iuxta formam statuti, & dabantur siue essent fructus siue non.

EPITOME.

Beneficia omnium protonotariorum sunt reseruata.

SVMMARIA.

1 *Papa multoties conferendo beneficia per Protonotariorum decessum vacantia, declarat ea se velle reseruare.*

2 *Protonotarij an per regulam Pauli continui esse commensales declarentur.*

3 *Officiales si probetur nullam rei domesticæ officiam administrare, an sint continui commensales habendi, & eorum beneficia reseruata esse censeada.*

4 *Milites S. Petri teneatur ad aliqua officia.*

DECISIO CCCXIII.

DIE 28. Aprilis, 1542. coram Domino Sarnens. in vna Adrien. villæ Riani pro Maruello de Gaspar contra Iulianum de Grandis, fuit dictum, quòd beneficia Protonotariorum etiam non participantium sunt reseruata: & quod ita pluries sit iudicatum
1 in Rota, quia Papa † faciendo multoties collationem de beneficijs vacantibus per obitum talium protonotariorum contulerat ex iure consueto, & sic declarauerat, quòd voluerat esse reseruata: prout sentit Aeneas de Falc. in tractatu reseruat. in 4. q prin in 6. effectu, pag. 5. vbi dicit, quòd tamé æquũ est, quòd protonatoriorũ participantiũ beneficia sint reseruata, & ibi allegat quandã extrauagantẽ, sub rubric. de treug. & pace. tamé in d. casu inter Dom. Marcellũ & Iuliũ non quærebatur an essent reseruata: quia Cardinalis Tranens. habebat facultaté conferẽdi beneficia reser-
2 uata: sed difficultas erat, an † per regulã Pauli tales protonotarij declararentur cõtinui Cõmensales. Et Domini dicta die inclinarũt, quòd ex quo regula erat exorbitãs, quia faciebat cõtinuũ Cõmensalé, qui re vera non erat, iuxta text. in c. final. de verborum significatio. in 6. quòd regula esset strictè intelligenda de Officialibus, qui panem in palatio accipiunt, aut custodiunt, seu deseruiunt, prout regulæ illud denotant:
3 Etsi ex aduerso prætendebatur, † quod aliqui ex Officialibus essent inuenti, qui nec pané accipiunt, nec custodiam habent, nec in pelatio deseruiunt, & tamen eorum beneficia sint reseruata, vt prætendebatur de militibus Sancti Petri, fuit dictum, quòd istud probaretur: quia aliqui ex Dominis dicebant, quòd immò
4 ex forma † erectionis dicti officij tales milites tenebãtur ad aliqua officia.

EPITOME.

Regressus per cessum intelligitur, vbi cessio fit in manibus superioris purè & non in fauorem alterius.

SVMMARIA.

1 *Regressus per cessum in manibus superioris, purè & non in alterius fauorem fieri debet, vt va eat.*

2 *Conditionalis cessio quando per regressum effectuari non possit. & nu. 4.*

3 *Cessio quando fiat conditionalis, & quando pura. & num. 5.*

6 *Cessio ab eius voluntate, quis regressum habet, dependens, si ille eam fieri nolit, ab initio irritata habetur.*

7 *Regressus datur per quamcunque amissionem*

8 *Amissio cum stante regressu non durat, non fit locus regressus.*

DECISIO CCCXIIII.

IN vna Censenaten. Parochialis Sancti Dometij pro Blasin de Cetera contra Bartholomæum de Vsu farinis, fuit resolutum corã Domino Sarnens 28. Aprilis, 1542. quòd Bartholomæus, qui habebat regressum per decessum Blasij, & quia Blasius resignauerat in fauoré alterius, reseruatis sibi fructibus, quòd quia stante tali regressu resignatio Blasij secuta esset, &
1 quia Blasius resignauerat in fauorem illius † non esset locus regressui, & regressus per cessum intelligeretur, quando cessio fieret purè & simpliciter in mani-
2 bus superioris, non † autem quando sub conditione, quæ conditio per regressum effectuari non poterat, Cassad decisi. 3. de renun. Nam dicebant, quòd quãdò
3 † Blasius cedebat in fauorem tertij, reseruatis fructibus, quòd talis cessio erat cõditionalis: & si illius parochialis quoad res & fructus sibi reseruatas cessio erat nulla, ergo locus nõ erat regressui: quia verũ est, quòd Blasius nõ resignabat, nisi resignatario acquirente pa-
4 rochialem, vt sibi reseruarentur fructus: † sed propter regressum parochialis non potest reseruatio quæri. nec fructus reseruari, ergò cessio nõ valet. Nec obstat,
5 quod dicebatur, † quod cessio nõ erat conditionalis, sed erat pura, eo quia habebat regressum volenté locũ esse regressui, quòd pensio veniebat resoluẽda, per ea quę dicit Cassad. decis. 1. de pensio dũ dicit tũc demũ esse locum regressui, quia dicebat, quòd immò dispo-
6 sitio nõ cessio erat cõditionalis, vel euetualis † dependens à voluntate eius, qui regressum habebat, quia cũ eo voléte esset locus regressui, declarabatur. vsque ab initio cessioné esse nullam. Non obstat, † quòd regres-
7 sus daretur per quãcunq; amissioné, & in illo casu decretũ esse ad traditionem, quòd talis protestatio non
8 releuabat quia dicebatur, † quòd ex quo talis amissio non durabat stante regressu, quòd non esset locus regressui.

EPITOME.

Regula reseruatoria beneficiorum collectorum intelligitur de actu deseruientibus.

SVMMARIA.

1 *Beneficia collectorum & subcollectorum, quamuis officium suum non exerceant an censeantur aquè reseruata.*
2 *Subcollectorum beneficia reseruata non censentur, nisi probetur officium debitum exercitum.*

DECISIO CCCXV.

LIcet Rota decis.207.in nou &200.in antiq. Æneas
de Faleo in tract.reseruatio.in 3.q.prin.post prę-
lud.in 23.pag circa fin.vers. quid autem si Papa creat
1 aliquos.Cassad.decis.vnica nu.3. de verb sig.dicit,† quod
beneficia collectorum & subcollectorum sint reserua
ta,licet non probetur, quòd offirium illorum exer-
ceant:tamen in vna Regien.præbend.coram D.Tho-
ma pro Thadæo contra Cassalen. 31.Maij,1542.fuit
resolutum contrarium, eo quia verba regulæ repu-
gnant, dum dirunt eorum, qui pro tempore offiria
exercuerunt:nec fuit admissa consideratio Commen.
super reg.dum facit differentiam inter collectores &
subcollectores.Non obstat quòd dictę decisiones ron
trarium dicant,quia fuit resolutum, quod in dictis deci-
sionib. non attendebatur, quòd regulæ Cancellariæ
haberent illa verba,dum tamen corū officia exercue-
rint:& Dominus Marsicanus attestatus fuit, quòd ita
aliàs fuit resolutum. Et ita domini secuti fuerunt. &
16.Iunij,1542. in vna Calaguritan.Srolastriæ de Lo-
gromo coram D.Ptolomæo in subcollectore à colle-
2 ctore in partibus,fuit resolutum, quod † beneficia sub-
collectorum non essent reseruata,dato,quòd probare-
tur,quod ille fuisset deputatus subcollector,quia nō pro-
batur, quod officium exercuisset propter verba regulæ,
quæ inficiari non poterant,quin referrentur ad sub-
collectores,quamuis dixerit Fel.cons.24.in q.21.C or-
rell.25. col.vers. & causæ cum dicunt verba,qui offi-
cia exercuerint. & per dictam decis. Rotæ, dum facit
differentiam inter collectores deputatos à Papa, &
subcollectores deputatos ab inferioribus.

EPITOME.

Statutum dicens, quòd subrogatio vbi esset quoad posses sionem, quomodo intelligatur.

SVMMARIA.

1 *Ordinario iudicio agendum est, cùm duo ex eodem titulo veniunt.*
2 *An in iudicio ordinario summariam tantum cognitionem requirente de alio quoque iure cognosci possit, quàm de quo agitur.*
3 *Institutio cùm alteri quàm mihi est facienda ex post facto conualescere potest.*
4 *Restitutio ex iure cesso non fit alteri sed sibi.*
5 *Exceptio dominij incontinenter probanda obstat in remedio adipiscendi.*
6 *Intruso ne detur regressus auditur contra eum agens, si de bono iure obiiciat.*
7 *Summaria potest esse cognitio quāuis ordinariè procedatur.*
8 *In summariis non potest dari de iure tertij.*

DECISIO CCCXVI.

PEr obitum Ioannis de Aguiano fuit surrogatus in
eius ius in Archidiaconatu Calaguritan. Franci-
scus Miranda sub die obitus,ea quo vacauerat in Cu-
ria: & etiam id peteret Martinus Muuios collitigans
cum eodem Aguiano,qui expressè non potuit habere
surrogationem in quadam gratia,si neutri,die sequēti
dicti obitus data, & tamen surrogatus non solum ad
ius,sed etiam ad possessionem vigore suę surrogatio-
1 nis:† quia ambo veniebant ex eodem titulo,fuit deci
sum,quod esset agendum iudicio ordinario Fuit dubita-
2 tum coram eodem D Thoma 2.Ianuarij,1542.an† in
isto iudicio ordinario, tamen requirenti summariam
cognitionem, etiam infra diem posset Martinus da-
re & discutere non solum de surrogatione vtriusque,
sed etiam de alio iure:dum tamē ius illud esset cessum
in personā Martini.Et fuit resolutum, quod sic:quia hic
agebatur de possessorio adipiscendi,& in tali remedio
obstabat exceptio,dolo facis,vt per Alex in l.quæ ab
initio.penul.col.8.& ibi Dec.in vlt.not. ff.de reg.iur.
Nec obstat, quod dicebatur,quod talis regula non haberet
3 locum,† quando institutio alteri,quàm mihi, erat fa-
cienda,prout dicit Alex.in dicto loco quia respondeba-
4 batur quod † ex quo ius erat cessum in personam Marti-
ni,quod illo tempore restitutio ex iure cesso erat sibi fa-
cienda,& non alteri Serundò,pro Martino fuit dictū
5 quod in † remedio adipiscēdi obstabat exceptio dominij
incontinenti probanda,prout dicit Bal.in d.l.pen.se-
cundum intelligentiam Dd.& ibi Dec in vlt.not.col.
6 13.Si ergo Martinus† opponeret de bono iure erat au
diendus,nedum daretur intruso regressus.Nec obsta-
7 bat,quod dicebatur, quod licet† in isto iudicio procede-
retur via ordinaria,prout erat conclusum, sed tamen
quod cognitio erat summaria,prout dicit Dec.in d.l pen.
col 13.circa fin.in prine.& seq. Ner obstat, quod vbi su-
8 mus in † summariis non poterat dari de iure tertij,vt
dicit Alex.in d.l.pen.col. 8.quia respondebatur,quòd
Illud erat verum,quando dabatur de iure tertij execu-
tio in persona Martini,& sic dabatur de iure proprio:
quoniam discutiendum erat illud ius.

EPITOME.

Attestatio Papæ,quòd aliquis esset seruus familiaris,continuus Commensalis lite pendente tollit ius quæsitum.

SVMMARIA.

1 *Attestatio Papæ de familiaritate continua non tollit ius quæsitum,si fiat motu proprio.& nu.3.*
2 *Supplicatio alternatiua non tantum litis meminisse,sed & regulæ de non tollendo iure quæsito derogare debet, vt eis fletur.*
4 *Attestationi Papæ,quæ nō fit motu proprio,& ius quæsitū tollit,adiungenda est commissio reductiua ad viam iuris.*

DECISIO CCCXVII.

DE anno 1543.Claudius de Carazonai obtinue-
rat in omnib. impetrationib. per eum faciēdis,quod
non teneretur facere mētionē de defectu nataliū, quē
patiebatur:& in expeditione illius gratiæ narrauerat
se familiarem continuum cōmensalem:fuit dictum ex
aduerso de reg.de fictis familiarib. Et ipsius Claudij
lite pēdente de anno 1540.Papa attestatur,quòd Clau
dius anno 1542.& tēpore expeditionis pendente erat
familiaris suus & continuus commensalis. Ex aduer-
1 so fuit facta reformatio,† vt quatenus ex dicta atte-
statione esset ius quæsitum Iacobo de Sabaudio tolle-
retur,quòd reduceretur ad viam iuris:& fuit conclu-
sum,quod non:ex quo Papa per reg.de non tollendo
iure quæsito,ad not.per Ægydium decis.468.in fine.
& Caccialup.in tract.de pension q.7.aliàs 17.ad fin.
versi.putarem pendere.declarat,quòd per suas attesta
tiones factas non intendebat tollere alicui ius quæsi-
2 tum.Et ideò non obstabat,quòd† in supplicatione al
ternatiuæ diceretur, quòd si per quoscunque iudices,

etiam in causis nunc pendentibus, iudicaretur, & sic
per talia verba diceretur fieri mentio de lite: quia vl-
tra mentionem litis debebat derogare regulæ. de non
tollendo iure quæsito. Et licet Dominus Sarnen. in
reg. de impetra. benef. vacan. per obitum familiarium
Cardinalium. q. 13 pag. 2. in fi. dicat quòd aliàs Rota
statuit tali declarationi standum: tamen dicebat ipse,
3 quòd † illa attestatio, de qua in illa q. erat motu pro-
4 prio, quod secus erat in casu nostro: vbi † dicta atte-
statio tollit ius quæsitum, q. 13 col. 2. & ibi posui in
apostilla ad eum: propterea in isto casu nostro aderat
commissio reductiua ad viam iuris.

EPITOME.

Tutor ante confectionem inuentarij potest administrare, licet possit vt suspectus remoueri.

SVMMARIA.

1 *Tutor administrare quidem ante confectum repertorium potest, sed sic etiam vt suspectus remoueri.*
2 *Mater tutrix ante inuentarium conditum administrare potest, & processus, de quo tum ea agitur valet.*

DECISIO CCCXIIII.

QVinta Iunij in vna Romana releuationis in-
demnitatis coram Domino Ptolomæo fuit ten-
1 tum, † quòd tutor ante confectionem inuentarij pos
set administrare, & procuratorem ad causas consti-
tuere, licèt ex hoc possit, vt suspectus remoueri, per
dictum Barto. in l. tutor qui repertorium. col. 2. ff. de
administrat tutor. de quo per Decium in cap. ex parte.
2. num. 5. de appellat. & hoc fuit tentum pro maiori
parte, vide Capic. in decision. Neapolit. 5. incipit, in
causa Iacobi. & Corn. consil. 207. in 1. facie. colum 2.
versic. ne pereat de venditione, vol. 3. & melius consil.
164. cùm in hac constitutione libri quarti. decis. Ca-
pell. Tholos. 288. & ibi addit. Et ad id, quòd dicitur,
2 quòd mater † tutrix possit administrare ante cõfectio
nem Inuentarij, ita vt processus cum ea agitatus foret
validus, fuit decisum coram me in vna Messanen. Ba-
roniæ 2. Aprilis 1542.

EPITOME.

Regula reseruatoria 8. mensium an intelligatur in beneficiis de iure patron.

SVMMARIA.

1 *Regula reseruatoria quare non reuocet indulta patronorum laicorum.*
2 *Reseruatio generalis non comprehendit beneficium iurispatronatus.*
3 *Reseruans beneficia vacantia reuocat etiam eorum priuilegia & indulta.*
4 *Reseruatoria regula non simplicem, sed limitatam inducit reuocationem.*
5 *Iurispatronatus beneficium non cadit sub regula reseruatoria limitata, ergo nec reseruatum censetur.*

DECISIO CCCXIX.

EAdem die in vna Sancti Andreæ Canonicatus &
præbendę coram Domino Maceratens. fuit reso-
lutum, quòd regula reseruatoria 8. mensium per Cle-
ment. quæ reuocat priuilegia & indulta de conferen-
do, concessa personis quibuscunque, non censetur re-
1 uocare indulta concessa quoad beneficia, quæ † sunt
iurispatronatus laicorum ex fundatione. Primò, quia
in procemio illius regulæ Papa intendit prouidere de
beneficiis iurispatronatus laicorum, cum dicit reser-
2 uata, & ratio est, quia † in generali reseruatione non ve
nit beneficium, quod est de iure patronatus. vt per gl.
communiter approbatam in c. 2. de preb. in 6. Et ideò
3 fuit dictum ꝙ postquam † Papa in d. reg. reseruabat ibi
Beneficia vacantia in 8. mensibus, reuocat etiam priui
legia & indulta à dictis beneficiis, & sic reseruat. Itaq;
4 fuit dictum, ꝙ regula illa non inducit † simplicem re
uocationem, sed reuocationem limitatam de benefi-
5 ciis reseruatis: Et cùm † beneficia iurispatronatus non
veniât in huiusmodi reseruatione, ergo de talib. bene-
ficiis non intelligitur regula reuocatoria 8. mẽsium.

EPITOME.

Clausula, & deuolutio, si detur dispositiuè restringit omnem alium modum vacandi.

DECISIO CCCXX.

EAdem die 5 Iunij fuit resolutum in vna Valen-
tin. parochialis coram D. Maceratens. ꝙ quando
quis impetrat certò modo, & dicit beneficiũ tãto tem
pore vacasse, ꝙ eius collatio est ad Sedem Apostolicã
legitimè deuoluta, si in supplicatione est dictũ, & de-
tur deuolutio dispositiuè, ꝙ licet literæ essent expedi
tæ cum narratiua deuolutionis, & cum clausula, quo-
uis modo, & per extrauagantem execrabilis: tamen ꝙ
non daretur alius modus vacandi, quàm per deuolu-
tionem: etsi deuolutio dispositiuè non probaretur, e-
tiam quòd probaretur execrabilitas, non daretur alius
modus vacandi, p decis. 5. Cassad. de præb. & dictũ fuit
ꝙ omnes aliæ clausulæ, etiamsi vacauerint iuxta consti-
tutionem Ioannis II. stabant accessoriè, non probata
deuolutione: ad quam probandam dicebant Domini
quod se arctauerat, ex quo certo modo impetrauerat
dicendo copulatiuè & tãto tempore vacauerit, ꝙ eius
collatio iuxta Lateranen. statuta concilij sit ad sedem
Apostolicam legitimè deuoluta, cùm per resignaturã
fuerat additum, & deuolutio detur dispositiuè.

EPITOME.

Duo testamenta vnum habens horam aliud non, vtrum præferatur.

SVMMARIA.

1 *Testamentum habens horam præfertur alteri non habenti horam.*
2 *Testamentum horam non habens quando præferatur habenti horam.*

DECISIO CCCXXI.

FVit dubitatum in vna Fulginaten. coram D. Mari-
scoto 12. Iunij 1542. an quando producuntur duo
testamenta eadem die confecta, quorum vnum habet
horam, alterum non, quod eorum præferri debeat. Et
1 dicebatur per tres ex Dominis, † ꝙ testamentum ha-
bens horam: quia ita dicebat Sebast. Sapia in l. fin. col.
pen. & sentit idem Guliel. Bened. in rep. c. Raynutius.
in verb. testamentũ. col. 1. in prin. vers. & præmissa sunt
vera. de test. Quod tamen alij quatuor dicebãt non ve
2 rum fore, † si actor fuisset contra alterũ ex constitutis
in vno ex dictis testamentis existentib. in possessione,
per ea quę dicit Dec. in c. pastoralis. de rescr. col. 3. ver.
1. infert. & idẽ Dec. in l. ambiguis. ff. de reg. iur. Rebuf.
in tract. de pacif. posses. pag. 16. col. 2. vers. nam fallit.
Item & secundò causa posita maior pars Dominorum
fuit pro possessione cõtra testamentum habẽs horam.

EPITOME.

In gratia reuocatoria facultatẽ reuocandi, facta per regulam, non venit facultas nominandi, quæ competit ex priuilegio.

SVM

SVMMARIA.

1 *Reuocatoria regula facultatē nominandi reuocans an quoqi reuocet ius præsentandi ex priuilegio concessum.*
2 *Reuocatoria comprehendit ius patronatus, nisi ex priuilegio veniat.& quare.& nu.3.*

DECISIO CCCXXII.

CLemens 7.de anno 1530.concesserat Marchio
ni Astoricen.ius nominandi & præsentandi per-
sonas idoneas ad Canonicatus & præb.Ecclesiæ Asto
ricen.& ad alia beneficia tunc expressa:& quòd perso
næ præsentatæ instituerentur per priorē Archidiaco-
num:& quòd ius patronatus,seu præsentādi personas
huiusmodi,ac si ex fundatione & dotatione eidem
Marchioni competerēt:& quòd non possunt deroga
ri,prout in breui: fuit dubitatum in vna Astoricen.
Canonicatus & prębendę coram Dom. Io.Paulo in-
1 ter Didacum Osorio & Alphōsum Diaz,† an dictum
ius patronatus esset reuocatum per regulam Pauli pu
blicatam 22.August.1536.in qua reuocantur faculta
tes nominandi. Et 2.Iunij,1542.fuit dictum, quòd a-
liàs fuit resolutum coram Domino Rainaldo, quòd
2 regula non comprehenderet † ius patronatus ex pri-
uilegio,licèt enim in principali derogatione veniant
patronatus,quod competit ex priuilego,non venit ex
vsurpatione,sed potius ex meritis,& quadam renun-
ciatione. Et ideò in generali reuocatione non venit
istud ius patronatus,iuxta Cassad.decisi.4.de iur. pa-
tron.& sic videantur verba regulæ reuocatoriæ in fa
uorem expectātium reuocare ibi facultates nominan
di datas ordinarijs:de datis verò laicis nulla fit mētio,
3 † ne videantur decepti,ex quo in concessione priuile-
gij interuenit expensa propter compositionem. Et ita
fuit tunc decisum.

EPITOME.

Sententia,quæ non valet in 600.an valeat in 500.

SVMMARIA.

1 *Sententia quæ non valet in toto,non valet in parte.*
2 *Minor summa non inest in maiori in sententia.*
3 *In vnica petitione vnicaque sententia si omnis summa contineatur,aut planè firma aut in totum nulla debet esse sententia:secùs si clausulas separatas habeat.*
4 *Summæ plures ex pluribus causis si debeantur, & tamen vna actione comprehendantur,pro vna non pro pluribus habentur.*
5 *Tot sunt stipulationes quot sunt summæ,totque stipulationes quot res.*
6 *Pecunia stipulata non tot sunt stipulationes quot nummorum corpora,sed vnica tantum.*
7 *Summa quamuis sit diuisibilis ex vnica tamen petitione & vnica sententia fit indiuidua.*

DECISIO CCCXXIII.

AD instantiam Archiepiscopi Turritan.monitus
fuerat per Auditorē Cameræ Petrus Marres de
soluendis 500.ducat.& vltra,in quibus dictus Petrus
tenebatur in 600.condēnauit eū in 500. Dubitaui in
vna Turrita. Tartariæ 15.Iunij 1542.an ex quo illa sen
tentia nō valebat in 600.in quibus sibi tenebatur, &
vltra,an sentētia valeret in 500.cū esset maior in hoc.
Et eadē die fuit resolutū,ꝙ nō valeret sentētia,sed es
1 set nulla:quia † quādo sententia cōtinet vnā summā,
2 & non valet in toto,non valet in parte, quia † in sen-
tentia in maiori summa non inest minor, quia est
sententia nō diuisibilis,glo.in l.fin.ff.de iurisdic.omn.
iudic.vbi Bar.& alij.Ias.in l.1.§.stipulanti.colum.4.de
3 verb.obl. Et quia † in vnica petitione,& in vnica sen-
tentia omnis summa contineatur, sententia aut debet
in totum valere,aut in totum esse nulla: secùs quādo
sentētia & petitio haberet clausulas separatas vt decla
rat gl.in l.etiam.§.1.in verb. audiēdus.ff.de minor. Ias.
4 in l.si seruus plurium.§ 1. ff. de leg.1.immò † plures
summæ,ex pluribus causis debitæ,vna actione cōpre-
hensæ, dicuntur annullari, & pro vna reputari non
pro pluribus,vt per Bar.& text. in l.si quis cum ita. ff.
5 de appel. Prætereà † tunc iudicantur vt plura ea, quæ
deducta sunt in stipulatione,vt in terminis l. scire de-
bemus.ff.de verb.oblig quando sunt separata,aut sunt
deducta corpora, æquè principaliter vna erit stipula-
tio: Nam quāuis placuerit tot esse stipulationes,quot
summæ:tòtque stipulationes,quot res tamen si pecu-
niam quis,quæ in conspectu est,stipulatus sit,vel acer
uum pecuniæ,nō tot sint stipulationes,quot nummo-
rum corpora,sed vna stipulatio: Sic & in legatorum
stipulatione,quam vnum esse constat,licet plura sint
corpora:sed quando tantum vnum est corpus,nō pos-
sunt videri plura,l.vbi autem.§.vlt.l.82. de verb.ob.l.
item quot facta.& l.quia dicitur.ff.de euiction. & per
Ias.in l.petens.col.6.C.de pact.& in sententia hoc te-
6 nuit Ias.cons.187.col.7.vol.2.sed quando † deducūtur
plura vnica verborū conceptione,non stipulationes,
sed vna fit,vt suprà de pecuniis diximus,& probat tex.
in d.l.scire debemus.in prin.de verb.obl. Fel.in c.pa-
7 storalis.1.q.col.fi.de rescrip.nam licet † summa sit di
uisibilis,tamen propter vnicam petitionem & vnicam
sententiam videtur indiuiduum ex voluntate dispo-
nentis,Bart.in l.ob carmen.§.illud.de testib.

EPITOME.

Statutum, quòd percipiens fructus ex pignore dotali non computentur in sortem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio quæ fit durāte ad soluendum dilatione non valet.*

DECISIO CCCXXIIII.

FVit resolutum in vna Rom.dotis coram D.Marsi-
cano inter D.Octauiam Vrsinam ex vna & Barba-
tum & Antiquum Vrsinum ex alia, 24.Aprilis 1542.
ꝙ statutum volens, ꝙ fructus percepti ex pignore do
tali non computentur in sortem, non haberet locum
quando pignus esset traditum,& quis ex pignore tra-
dito percepisset fructus.ex quo illa subiacent iudicio
Dei ad consil. Alex.31. in 6.vol.habet locum stanti-
bus oneribus matrimonij,id est, vxore viua, & etiam
loquitur in fructibus, qui diuino iudicio subiacent,
puta in pensionibus domorum,vt in consil.179.col.3.
dicit quòd communis est opinio Canonistarum,quòd
1 † conuentio,in qua promittitur durante dilatione ad
soluendum non valet.

EPITOME.

Possessio ob fideiussionem sequestrorum præstitam an dicatur triennalis:& quid ad hoc sit probandum.

DECISIO CCCXXV.

DIe 27.Iunij 1542.in vna Vincentin.Canonicatus
& præbend.inter Petrum Gomeziū & Antoniū
Salazar,fuit resolutum,quòd datio fideiussorū præsti
ta per Petrum Gomezium ad tollendum sequestrum
appositum per iustitiam regni Arogonum,non facie-
bat,

bat, quòd Petrus Gomez, qui ab illo tempore possidebat per tertiũ, non diceretur triennalis pacificus possessor, oportet quòd probetur de iure vel de facto in perceptione fructuum: quæ probatio nõ adest io isto casu, & faciunt quæ dicit Sarnen. in reg. de annali. q. 45. vbi decidit casum, & melius decis. 46.

EPITOME.

Possidere pro hærede quomodo intellectum.

DECISIO CCCXXVI.

VOluit maior pars Dominorum 23. Iunij, 1542. quòd partitę montis in quibus dicebatur, quòd Alexander vel agens eius exegerat pro hæredibus Cosmi de Medicis, intelligeretur, q̃ Alexaoder exegisset vt procurator seu negotiorum gestor hæredũ Cosmi de Medicis: & sic quòd ex illis exactionibus nulla esset quæsita quasi possessio exigendi ipsi Alexãdro, ita quòd non diceretur fuisse pro hæredibus Cosmi, id est tanquam hæres Cosmi, sed potius diceretur fecisse vt procurator seu negotiorum gestor Cosmi de Medicis, & sic quòd quasi possessio esset quæsita hæredibus Cosmi: & fuit hoc resolutũ, facto pręsupposito in dubio, quòd coostaret de illegitimitate Alexãdri ducis: & etiam pręsupposito, quòd probaretur Alexaodrum ducem possedisse in ciuitate Floreotin. bona spectantia ad illos de Medicis: & etiam pręsupposito, quòd constaret, qui esset hæres Cosmi de Medicis: & fuit resolutũ hoc in causa Rom. 20000. ducat. contra Illustrissimam Dominam pro creditoribus.

EPITOME.

Regula Clementis de expediendis literis super reseruatione beneficij.

DECISIO CCCXXVII.

MOtus proprius Clemẽtis, quo cauebatur, quòd quando quis peruenerit ad Episcopatum, quod de retentione beneficiorum essent expediendæ literæ, fuit interpretatus de mense Iunij oon haberc locum in permutatione Episcopatus, vt ibi quis ex causa permutationis dimittat alium Episcopatum, ei datur retentio beneficiorum, & quòd non expediat literas super tali retentione, non cadit io pœnam motus proprij, per consl. Feder. 73. in tracta. de rer. permut. q. 18. quem sequitur Mil. in repert. suo. in verb. gratiam beneficij impetrans ex causa permutationis. Fuit resolutum in vna Brixien. fructuum pro Patriarcha Constantinopolitano contra hospitale coram D. Satnen.

EPITOME.

Cedulæ Cardinalis non creditur, sed Contracedulæ Vicecancellarij.

DECISIO CCCXXVIII.

COram eodem D. Sarnen. in eadem Brixien. fructuum inter eosdem fuit resolutũ 9. Iunij, 1542. quòd cedulæ Cardinalis oon stetur, sed contracedulę: quia contracedula dabatur à Vicecancellario officiali deputato, eoq; liber Vicecancellarij erat scriptura matrix: quia licèt proponentes multa attestarentur in eorum cedula propositionis, tamen standum erat contracedulę Vicecancellarij, qui erat officialis, & attestabatur de his, quæ Papa concedebat.

EPITOME.

Ius accrescendi vnitum cum pupillari substitutione excludit matrem.

DECISIO CCCXXIX.

IN vna Romana domus coram D. Sarnen. inter Bernardum de Quaternionib. & Iacominam fuit resolutum, quòd quamuis ius accrescendi sit vnitum cum pupillari substitutione, excludirur mater, per text. in l. qui patri. ff. de acquiren. hæred. vbi Angelus in fin. Alexan. col. penul. penult. quæst.

EPITOME.

Titulum auctoris non tenetur quis iustificare, quando possedit auctor pacificè vsque ad obitum seu resignationem.

DECISIO CCCXXX.

IN vna Salamãtin. parochialis S. Michaelis fuit resolutum coram me 28. Aprilis 1542. quòd alleg. Lap. vt quis nõ teneatur iustificare titulum sui auctoris intelligitur, quando quis tanquam auctor possedit pacificè vsque ad eius obitum seu resignationem: secus quãdo nõ fuit pacificus possessor, vt erat in casu illo, in quo tẽpore resignationis non erat pacificus possessor.

EPITOME.

Constitutio requirens sacerdotium in eo, cui confertur, vide decis. 108. in antiq.

SVMMARIA.

1 *Constitutio qua sacerdotium in eo, cui confertur, requirit, an quoq; in permutatione loquatur. & nu 5.*

2 *Collatio voluntaria per præpositum, in cuius mense beneficiũ vacabat, non est facienda in permutatione, sed episcoporum est permutationibus authoritatem præstare.*

3 *Constitutionis verba quum non verificantur, tunc nec ipsa constitutio.*

4 *Statutum in donatione loquens non habet locũ in donatione ob causam.*

DECISIO CCCXXXI.

COostitutio Gerunden. Ecclesiæ, vt d[illegible] ltas augeatur, est, quòd detinentes beneficia [illegible] o tenerentur ad sacerdotium promoueri, & ter in septimana missam celebrare. Item quòd quoties beneficiũ vacat, conferat ille Pręspositus, in cuius mense be-

1 neficium vacabat: Fuit dubitatum per me, † au constitutio requirens sacerdotiũ in eo, cui cofertur, habeat etiam locum, vbi confertur ex causa permutationis quæ dicitur necessaria, argumen. tex. in cap. 1. de rerum pe. muta. in 6. & ratio doctrinæ etiam erat: quo

2 niam † collatio voluntaria non est facienda per præpositum, in cuius mense beneficiũ vacabat, prout dictat cõstitutio: sed quãdo vacat ex causa pmutatioois inferioris collatoris ordinarius nõ cõfert sed ordinariusdc cõsensu tãtũ inferioris collatoris, secundũ g. in Clem. vnica. de rer. permut. & Rot. dcci. 6. de renuo.

3 aliàs 298 in nou. Vndecùm † verba cõstitutionis nõ verificẽtur, ne ipsa constitutio. Itẽ dicebatur, quòd cõstitutio simpliciter disponebat, & ideò non debebat comprehendere dispositionẽ ex causa permutationis, prout dicũt Dd. in l. 1. & in l. filiusfamilias. ff. de don.

4 quia † statutum loquens in donatione, non habet locum in donatione ob causam. Pro affirmatiua diceba tur, quòd si ista opinio esset vera, quòd non veniret collatio, quæ fit ex causa permutationis, sequeretur, quòd iura, quæ requirunt anteriorẽ in beneficio sacerdotali, prout est text. in c. ei cui prouideri mandatur. & in c. si pro clericis pauperibus. de præben. in 6. limitarentur. vbi beneficium conferretur ex cau-

sa

sa permutationis, vnde omni casu requirebatur sacerdotium. Item quia finalis ratio constitutionis est, vt diuinus cultus augeatur, ideo militabat ea causa permutationis, sicut in causa simplicis collationis: ergò & dispositio. Tandem 9. Octobris 1542. in vna Gerunden. contra Hieronymum coram me fuit resolutum
5 † per omnes, constitutionem locum habere ea causa permutationis:& pro ista parte fuit allegatum, quod dixit Rebuff. in tracta. de colla. pag. 38. in ver. alteri, vbi dicit, quod si præbenda est conferenda ea causa permutationis. quia onus infixum est rei, & si aliter fieret, esset nulla.

EPITOME.

Vbi quis est surrogatus quoad prosecutionem executorialium iam intimatarum, vt procedatur ad declaratoriam, an requiratur noua intimatio earundem.

SVMMARIA.

1 *An requiratur noua intimatio executorialium facienda surrogato, qui persecutioni earum successit, vt possit procedi ad declaratoriam, & num. 4.*
2 *In censurarum incursu absq; personali intimatione non potest procedi. & num. 5.*
3 *Noua surrogationis intimatio non requiritur aut si procurator fuerit, ei intimasse sufficerit.*
6 *Declaratoria censurarum potest absque citatione fieri.*

DECISIO CCCXXXII.

AD instantiam Ioannis de Laz, fuerunt intimatæ executoriales personaliter Antonio Gazar aduersario, & Ioanne defuncto de Portione, ea quo Antonius fuit defunctus:lite pendente fuit intrusus Marcus de Parrada cum decreto quòad prosecutionē dictarum literarum admitteretur, ac pro eo decretę essent, & sententię pro eo latę essent cum commissione spolij, quod cōmittatur in eisdem statu & terminis, in quibus reperiebatur narratis literis executorialibus & earum intimatione: Fuit dubitatū in vna Salamantin. Portionis corā D. Aquen. inter Marcum de Parrada & Antonium de Gazar 9. Octobris 154 :
1 an† possit procedi ad instantiā dicti Marci ad declaratoriam censurarum non facta de nouo mentione executorialium. Pro parte Marci contra Antonium, & pro parte negatiua dicebatur, quòd non: quia † hic agebatur de incursu censurarum: quo caso absque
2 personali apprehensione nō poterat procedi, secundū Inno. in cap. si aduersus. de eo qui mittit. in possession. causa rei seruand. per Rot. decis. 178. in nou. Item fuit allegatus Staphil. de lit. grat. & iust. fol. 152. pag. 1. in fin. Illis non obstantibus fuit decisum, quòd non † re
3 quirebatur noua intimatio surrogationis, & quòd si esset procurator in causa, sufficiebat ipsi procuratori intimare, iuxta decis. 71. vt lit. pendente. in nou. sed
4 † quòad executoriales nō erat noua intimatio facienda. Nec erat verum, quod à iore recesserit † proceden
5 do absque intimatione personali, ex quo semel iam intimatæ fuerant, ad cuius prosecutionem Marcus fuerat surrogatus. Item dicebatur, quòd facta prima intimatione ad instantiam Ioannis defuncti, lapso termino dato ad parendum Antonius inciderat in cēsu-
6 ras: vnde † hodie non tractabatur de incursu censurarum, sed tantùm de declaratoria ipsarum, quæ fieri potest absque citatione, secundum Rom. cōs. 481. col. 2. vers. quòad secundum. Et ita aliàs fuit iudicatum coram D. Ioanne Paulo, vt attestatur Sarn. in compen dio vtriusque signaturæ. fol. 36. pag. 1. versi. & secundum hoc esset dicendum.

EPITOME.

Extrauag. iniunctę de elect. num habeat locū in monasterio commendato.

SVMMARIA.

1 *Quòd nemo Prælatorum superiorū absque sedis Apostolicæ literis eorum officia continentibus ad commissas eis ecclesias nec discedere, nec earum administrationē arripere possit, an quoq; in commendis procedat & nu. 5.*
2 *Dictio, cæteri, est similium qualitatum implicatiua.*
3 *Dispositio in titulari loquens nō habet in materia odiosa & pœnali locum in commenda.*
4 *Commenda non inducit execrabilitatem.*
6 *Commendæ temporales & perpetuæ æquiparantur in reseruationibus.*

DECISIO CCCXXXIII.

DIE 9. Octobris 1542. in vna Mutinen. Monasterij pro Archiepiscopo S. Seuerini contra Vicarium vrbis. inclinarūt Domini ferè omnes, quòd Extrauag. iniunctę. de elect. prout erat in isto casu, † in quo præ
1 supponebatur, quòd erat capta possessio huius Monasterij absq; expeditione literarum, sed solum vigore supplicationis, non habet locum in beneficijs commendatis, dato, quòd essemus in commenda perpetua & hodierni temporis: quia monasterium erat commendatum iuxta formam hodiernā, per cons. Oldrad. 179. quod refert Paris. in tract. de off. & potest. capit. sede vacant. in 6. in 3. vol. tract. in vltimo prælud. ad penul. vers. & dictum etiā. in 3. q. 2. par. col. 4. ver. & adde Cassad. deci 81. Pasea. de Rota pag. 2. ver. 3. de hoc est. & D. Sarn. in reg. de infirm. resig. 973. nu. 6. Nec obstat, quòd teat. dicat Abbates. Priores, cęterię; monasteriorum regimina exercentes, quocunque nomine censeantur: quia intelligebant Domini de alijs titularibus & præ-
2 latis propter † dictionem, cæteri, quæ est implicatiua similium qualitatum. Et quia in materia pœnali & ex-
3 orbitanti dispositio † loquens de titulari non habet
4 locum in commenda: & ideò † commenda non inducit execrabilitatem. Die 9. Octobris 1542. causa iterū
5 posita fuit conclusum per omnes, quòd † non haberent locum in beneficijs commendatis perpetuò, non solùm temporalitee, sed etiam in commendis tunc temporis, propter authoritatē Oldradi. Et quia Rota sem-
6 per tenuit, quòd † in reseruationibus & vnionibus commendæ, temporales & perpetuæ æquiparantur.

EPITOME.

Executoriales decretæ vigore sententiæ insertæ in executorialibus ao probent.

SVMMARIA.

1 *Sententia executorialibus inserta an faciat fidē. & num. 3.*
2 *Exemplum extractum facit fidem contra producentem.*
4 *Sententia in executorialibus relata in antiquis est contra producentem.*
5 *Executorialiū virtus anno euanescit, si semel est in effectum deducta.*

DECISIO CCCXXXIIII.

IN vna Segobien. inter Episcopum Segobien. & Capitulum, 9. Octobris, 1542. quia Capitulum produxerat executoriales, in quibus erat inserta sententia com
1 munis Episcopo & Capitulo, dicebatur vltra, † quòd sententia inserta executorialibus facit fidem, iuxta decis. Rot. 31. in antiq. Tamen quia erat producta pro partē Capituli, & sic contra, cum faciebat fidem, licèt non constabat

constabat de originali, vt per Ias. in auth. si quis in ali-
2 quo. Dum vult, quòd † exemplum extractum facit fi-
dem contra producenté. Voluit tamen maior in pars,
3 † quòd facta diligentia de reperiédo acta in curia, non
fuisset lata sententia per Rot. & præfixio termini par
tibus ad docédum de appellatione & eius prosequutio
ne. Et qui a eramus in antiq..is, puta tempore 60. an-
norum, quod vigore illius sententiæ in partibus facié-
dæ pro Episcopo decerneretur Et die 11. Octobris
1542. fuit dictum idem, quòd † decernerétur execu-
4 toriales, non obstante, quòd essent productę per com
pulsum, eo quòd erat instruméntum proprium Capitu
li: quo casu sétentia in ipsis executorialibus narrats
stabat contra Capitulum, per decis. 281. in nou. Non
5 obstat etiam, dum dicebatur, † quòd virtus executoria
liú euanescit anno. per c. quærenti. & ibi Abb. col. 1. in
fi. & Fel. col. fi. in fi. de off. deleg. quia illud est verum,
quando executoriales semel erant effectuatæ, & effe-
ctus earum durauerat anno: hic autem non poterat da
ri effectuatio: quia Capitulum tenebatur de pręstanda
patientia non solum de præterito, sed etiam de futuro.
& quod licét de pręterito tépore habuisset patientiam
tamen quod in futurum poterant contradicere: sed
non erat verum, quòd fuissent effectuatæ.

EPITOME.

Immobilia non possidens tenetur in termino l. is à quo. de rei-
vendica. cauere tanquam suspectus cum fideiussoribus.

DECISIO CCCXXXV.

IN vna Carthaginen. beneficiorum pro Ioanne de
Porris contra Alphonsum Disz 9. Octobris 1842.
coram D. Fabio fuit resolutú, quòd Alphonsus Disz,
qui petebat relaxari sequestrú, & qui tenebatur caue
re Ioanni, tanquam tertio venienti ad causam, iuxta
formam l. is à quo, ff. de rei vendic. ex quo non possi
debat immobilia, & sic dicebatur persona suspecta, te
neretur cauere cum fideiussoribus vel alio modo cau-
tú reddere suum aduersarium, iuxta gl. in d. l. is à quo.
per text. in l. si fideiussor § fin. ff. qui satisda. cog. Non
obstat opinio Bald. in d. l. fi. quam ibi videtur sequi
Ias. qui pro cótraria opinione stat. glo. Bart. & alij
quos refert Alex.

EPITOME

Consuetudo, quòd locus, vel locus loci in testamento
omittatur, non valet.

SVMMARIA.

1 *Locus in testamento omissus an vitiet id.*
2 *Locus testamenti scripti non est de substantia, sed de so-*
lennitate.
3 *Locus loci instrumento est subiungendus nisi consuetudo*
sit in contrarium.

DECISIO CCCXXXVI.

1 COnsuetudo † num valeat, quòd locus omittatur
in testaméto Rot. decis. 6. de cósuet. aliàs 440. in
antiq. tenet, quòd non: quia est detestabilis, sed illam
decis. reprobat Alex. in l. de pupillo. § qui nunciat. ff. de
ope. nou. nuncia. & Bal. per Dec. relat. in c. 1. col. 3. ver.
quarto requiritur. de fid. instrum. licét ibi Deci. cone-
tur defendere decisionem; quia vt dicunt Alex. & Bar
2 ba. † locus non est de substantia, sed de solenitate. Idé
tenet Rota deci. 735. circa locum loci dicit quòd stan
te consuetudine. Et istam partem secuta est Rota co-
rá D. Thoma, in vna Hispalen. matrimonij 11. Octo-
bris 1542. Item 13. Aprilis coram D. Muhedano in
3 vna Rom. pecuniaria fuis iterum tentum, † quòd lo-
cus loci debet poni in instrumento, nisi consuetudo
sit in contrariú, per doctriná Alex. in d. § qui nunciat.

EPITOME.

Regula Adriani reuocatoria vnionum & suppressionum &c.
an comprehédat vnionem factam Ecclesiæ pro dote ipsi necessa
ria.

SVMMARIA.

1 *Reuocatoria non continet vnionem beneficij erecti, qua pro*
dote necessaria aliud alij vnitur, secus in augmentiua. &
nu. 3.
2 *Beneficium sine dote stare non potest.*
4 *Dos necessaria quid sit.*

DECISIO CCCXXXVII.

IN vna Conchen. Præstimonij de Vartszas coram
D. Ptolemæo pro Constantino del Calliglio cótra
Antoniú de Foueca, 11. Octob. 1542. Domini tenue-
1 runt, † quòd regula reuocatoria Adriani vnionum annue-
xionum &c. non comprehenderet vnionem, quæ fie-
ret Ecclesiæ erecta, & pro dote necessaria ipsius Eccle
się, putà, quádo erecta, & pro dote illius vniretur aliud
2 beneficium, & sic erat dos necessaria: quia † beneficiú
sine dote stare non poterat. Item dicebant Domini ea
ratione, quia nó est verisimile, quòd Papa voluerit, quod
beneficium sine dote staret: & si fuisset interrogatus,
ita statuisset, ad gl. in l. tale pactum. in fi. ff. de pact.
3 vnde respondetur, † quòd regula intelligitur de vnio-
ne, quæ fit pro dote augmentatiua, non autem pro do
4 te necessaria † quæ est, quando beneficium erectum
aliàs sine dote maneret. Et propterea eadem die D.
Crescen. dixit mihi, quòd aliàs in vna Malacitan. Ro-
ta ita intellexerat.

EPITOME.

Collatio, facta contra constitutionem non habentem clausu-
lam annullatiuam, an valeat.

SVMMARIA.

1 *Collatio in causa euentus ex permutatione facta an sit*
nulla absque clausula annullatiua. & num. 6. & nume-
ro 10.
2 *Actus contra legem factus non habens clausulam anulla-*
tiuam valet. nu. 8.
3 *Executor sacerdotalem præbendam non habenti ætatem*
conferens nihil egit.
4 *Translatio de Capella duarum missarum celebrationem re-*
quirenti, minori facta, est nulla.
5 *Collator ordinarius non potest fundationis terminos mu-*
tare: id si fiat, nihil agitur.
7 *Sacerdotij causa est perpetua propter perpetuam sacrorum*
celebrationem.
9 *Quando à collatione statim est aliquis promouendus.*

DECISIO CCXXXVII.

COnstitutio Gerunden. volebat, quòd præpositur
illius mensis, in quo vacabat beneficiú, cóferret
illud: & quòd teneretur ille, cui conferretur, se pro-
moueri facere ad sacerdotium: & interim per hebdo
madam celebrare: quia superius fuit resolutum, quòd
constitutio haberet etiam locum, vbi collatio fieret
1 ex causa permutationis: & † quia in causa contingé-
tiæ ex causa permutationis collatio fuerat facta 15.
vel

16 annorum, dubitaui, an talis collatio esset nulla. Et
pro negatiua adducebatur, quod dicit Bar. in l. vniuer
2 sitas. C. de decur. lib. 10. vbi † actus factus contra legẽ
non habens clausulam annullatiuam valet, & quæ po-
nit Dec. in c. penul. col. 3. in fi. de præb. in 6. vbi dicitur
3 quòd † si executor conferat præbendam sacerdotalem
nõ habenti ætatem, nõ valet. & quod dicit Batha. consi.
33. scripsit Psal. col. 3. ver. ex istis infertur correllarium.
4 vol. 1. vbi voluit prouisionem † factam impuberi de
capellania requirenti celebrationẽ duarum missarum
5 factam minori esse nullam. Et † quia ordinarius colla-
tor non potest fundationis terminos alterare, & si ali-
ter fiat, est nulla, vt dicit Feli. in c. cùm accessissent. col.
7. de constit. & istud etiam dicebatur, quod tenebat
Rebuff. in tracta. de collat. pag. 38. vbi loquitur de col-
latione, quod est nulla, quando constitutio requirit, quòd
6 fiat vacatio. Non obstat, † quod constitutio non habeat
clausulam annullatiuã, quia absq; decreto annullatio-
nis actus est nullus, non seruata forma constitutio-
nis, quando datur potestas non habẽti cum certa qua-
litate, præsertim in habenti causam perpetuam prohi-
bitionis, ad not. per gl. cõmuniter approbatã in Clem.
1. de iur. patr. & per Fel. in c. ex parte. col. 4. ver. a limi
ta. & col. penult. & ver. quartus casus est. de cõsti. Alex.
in l. 1. col. 2. ver. istud etiam verum. de liber. & posthu.
si autẽ in casu nostro daretur præposito mensis aliàs
non habenti collationem ipsam, daretur potestas con
ferendi aut consentiendi: quia eramus in permutatio-
nibus cum qualitate, quòd statim deberet promoueri
7 ad ter celebrandum in hebdomada: & † perpetua est
causa sacerdotij propter perpetuam celebrationẽ mis
sarum: & istud idem tenet Ab. in c. quia insulis. de reg.
8 Et † quòd actus factus cõtra legem vel consuetudinẽ
non habentem clausulam annullatiuam sit nullus, de-
clarant Dec. consi. 494. quod supra. col. fi. versi. sed ta-
men his non obstant. vol. 3. Non obstat si diceretur,
quod prædicta procedunt, vbi actus fuit cõtra legem pro
hibentem, quod tũc actus sit nullus, sed in casu nostro
9 † cùm constitutio dicat quod conferat ille præpositus, in
cuius mẽse vacat, & subiicitur, & teneatur ille ad sacer
dotium: statim promoueri, & ter in hebdomada celebra
re debet, & ex his non videtur lex probationis loqui,
sed potius aliquid mandat fieri certo modo, & tunc si
ille modus non reseruatur, actus ille est nullus, prout
ita voluit Alexan. consil. 24. in puncto. col. 2. versi. sed
ad hoc respondeo. vol. 4. tamen ad hoc respondeas,
quòd illud dictum Alexandri reprobatur per eundem
Alex. in l. 1. col. 2. ver. & pro ista opinione. ff. de lib. & po
sthu. per Deci. cosi. 2. ver. secundò limita 3. de testam.
& per eundem consil. 532. col. 1. versi. & videntur stare
prædicta. volum. 3. Et ista pars fuit tenta per vnum ex
10 Dominis allegando pro ista parte, † quòd collatio es-
set nulla, Egid. decis. 759. & Anchar. consil. 20. quæ ta
men parum faciunt.

EPITOME.

Regula quòd Canonicatus in Cathedralibus non confere
bantur minori 14. an habeat locum in ordinario.

SVMMARIA.

1 *Ordinarius an possit eligere minorem 14. annorum in Cano-
nicum. & nu. 4. 7.*
2 *Regula vt dicatur localis & generalis quid attendi debeat.*
3 *Minor 14. annorum de iure communi est habilis ad Cano-
nicatum.*
5 *Minor non habet validum suffragium.*
6 *Electio non est prouisio.*

DECISIO CCCXXXIX.

DVbitaui in vna Mediolanen. Canonicatus in Ca-
thedralibus cùm dicebatur, non prouideantur de
canonicatibus & præbendis in ecclesiis cathedralibus
1 an habeat † locũ in ordinario prouidente, vt erat in il-
lo casu in Capitulo Mediolanen. quod ad dictum Ca-
nonicatum eligebat minorem 14. annorum. Et pro
negatiua dicebatur, † quòd ad hoc, vt regula dicatur
2 generalis & localis attenditur ratio regulæ, prout di-
cit Cassad. decisione tertia, post princip. super regula:
aut enim volumus dicere quòd ratio regulæ fuerit
imbecillitas. Ista ratio non potest considerari: quia
3 de † iure communi minor 14. annorum est habilis, glo.
& Dd. in capitulo ex eo. de election. in 6. Aut ratio
4 fuit propter † ignorantiam Papæ circa prouisionem
personæ, in quibus de facili potest decipi: & ista ratio
non militat in ordinario qui scientiam habere præsu-
mitur, d. Clem. fin. de offic. ordin. Sed ista ratio in pri-
mo menbro retorquebatur: quia dato quòd de iure cõ
muni minor posset esse Canonicus, † tamen non habet
5 validum suffragium, prout dicit text. in d. c. ex eo. &
ideò si Papa ligauerat sibi manus ordinarij dicebatur
6 quòd † verba regulæ non conueniebant: quia loqui-
tur de prouisionibus: & certum est, quòd electio non
est prouisio, iuxt. text. in c. vt circa electionem. in verb.
electionis. de election. in 6. nec concessio nec manda-
tum de prouidendo respicitur, quod poterat compre
hẽdi electio sub verbis concessionis: & in materia fa-
uorabili, si est distincta significatio & identitas ratio-
nis, ad legem fit extensio, iuxta glos. in authen. vt hi
qui oblig. prohibent. Pro affirmatiua fuit allegatus cõ
ment. regul. super dicta reg. 17. & ita determinat Sar-
nen. in commento regularum, in 2. q. procœmij. Et ita
7 pro ista parte, † quòd haberet locum in ordinario fuit
decisum 16. Octobris 1542.

EPITOME.

Quo casu non poterit recedi à transactione.

SVMMARIA.

1 *An liceat recedi à transactione, an verò in totum adim-
pleri teneatur si pro parte sit impleta. & nu. 3.*
2 *Fidem frangenti est quoq; fides frangenda.*
4 *Transactio quando sit nulla.*

DECISIO CCCXL.

FVerat concordatum inter Petrum Valero & procu
ratorem Antonij, quòd Antonius teneretur infra
4. menses à die 2. Octobris computando cedere liti,
vel mittere mandatum ad cedendum infra 8. dies, tene
retur dimittere possessionem à die requisitionis facien
dæ pro parte Petri Antonius. Infra 4. menses Petrus
interpellauit Antonium, & Antonius dimisit possessio
nem post longum verò tempus, quia Antonius non
cesserat liti, volebat Petrus à concordia recedere: Fuit
1 dubitatum, † an posset recedere, attento, quòd in totũ
non adimpleuerat, an verò teneretur seu deberet age-
re pro complemento. Et videbatur, quòd liceret disce
dere, attento, quòd in totum non adimpleuerat: An ve
rò teneretur seu deberet agere pro complemento, &
2 videbatur, quòd liceret discedere, attẽto, quod † frangen-
ti fidem etiam in minimo fides possit ei frangi, secun-
dum Dec. in l. cùm proponas. 2. col. 2. ver. 4. amplia. C.
3 de pact. quod Domini concedebant, † nisi Petrus post
tempus 4. mensium elapsum egisset pro parte ad im-

 plementum

plementum concordiæ: quia tunc videtur voluisse ci
tare, & eam appobare, & nulliter renunciasse, per tex.
in l. fideicommissoria, in fin. l. seq. ff. de legat. & fidei-
4 com. Et quia † tractatio non est nulla, nisi volente eo,
qui pro parte impleuerat, secundum Bart. in d. l. cùm
pro ponas. C. de pact. vnde cùm Petrus non declara-
uerit se velle concordiam esse nullam, imò potius con
trarium demonstrauerit, ergò ab ea non potest rece-
dere, sed pro complemento agere debet. Et ita fuit de
cisum 16 Octobris 1542. in vna Cæsaraugustan. con-
cordia coram D. Mohedano.

EPITOME.

Pensione regressus non soluta non potest ad eum agi contra eos, qui non soluit, successorem.

DECISIO CCCXLI.

DIE 15. Octobris 1542. in vna Terraconen. parochia lis pro Francisco Robuster contra Ioannem Felicem coram D. Aquen. fuit resolutum, quòd Felix, qui non egerat de regressu, propter pensionem non solutam per Iacobum eius prædecessorem quòd ex tali solutione non facta non poterat agi de regressu contra Franciscum Robuster eius successorem, per decis. Cassad. 4 de cullat.

EPITOME.

Pensio cessus iuris an debeat verificari.

SVMMARIA.

1 *Cessionarij successor an teneatur titulum suum iustificare.*
2 *Consensus prædecessoris in reseruatione pensionis ex cessione an sufficiat. & nu. 4.*
3 *Cessionarij successor quare & quando de aliquo saltem iure docere non autem illud iustificare teneatur. & nume. 5.*

DECISIO CCCXLII.

ÆAdem die fuit propositum, an pensio assignata ei-
dem Ioanni Felici super parochiali de Reudecan.
ex cessione eiusdem beneficij, ex quo dicebat Ioannes
Felix sibi fuisse prouisum ex tali cessione: Antonius
tertius consenserat pẽsioni 12. librarum super fructi-
bus dictæ paruchialis in qua posteà successit Francis-
cus Robuster quòd attento, quod in supplicatione re-
seruationis dicebatur, ne nimium dispendium patiaris
1 ex cessione: fuit dubitatum, an † Ioannes teneretur in
stificare suum titulum, Quatuor Domini dicebant,
2 quod † sufficiebat, quòd Antonius prędecessor con-
senserat reseruationi pensionis, & quod hodie consta
ret de cessione. Quatuor vero alij dixerunt, quòd ex
quo in pensione fundabatur clausula ad successores
sine causa: & causa sit: ne nimium dispendium patere-
3 tur, quod saltem † Ioannes Felix teneatur de aliquo
iure docere non autem quod teneatur ius illud iusti-
ficare, maximè quod illud ius narrasset in supplicatio
ne: aliàs facilè esset grauare beneficia pensionibus
4 contra successores. Nec obstat, quod † Antonius præ
decessor cessisset: quia istud sufficiebat, quod ius accep
5 tasset. Sed † quia agebatur contra successorem, opor-
tebat docere de aliquo iure cesso, non autem illud
iustificare propter fraudes remouendas. Non obstat e-
tiam causa Hispalen. de Cannona: quia ibi constabat
de cessione iuris, licet, quod esset nullum, constaret
vt latè dicebatur in casu nostro, sed deberet constare
de aliquo iure.

SVMMARIA.

1 *Cessionarius non tenetur ius cessum iustificare, sed de aliquo tantùm iure docere. & nu 3.*
2 *Cessionario non traditur ius, si cedens verum non habeat.*

DECISIO CCCXLIII.

SImilis casus fuit propositus per D. Fabi[illegible] 9. De-
cembris 154[illegible] Cardinalis SS. 4. Coronat. as
serens sibi quoddam beneficium [illegible] commen-
datum illud resignauit, & cùm ex cessione Cardina-
lis nimium dispendium [illegible], erat reseruata pen-
sio super beneficio tertij in fauorem al[illegible] ius tertij Po
steà successor dicebat, quòd doceret de iure cesso per
1 Cardinalem. Et † ex septem votantibus quatuor te-
nuerunt, quod deberet docere de aliquo iure & Hie-
ronymus de Castello aduocatus allegauit plures deci-
siones & nouissimè coram D. Mohedano in vna Nauar
2 ren. Et ratio secundum eum erat, quia † nisi ius ce-
dentis esset verum, cessionarius non acceptasset ces-
sionem, nec ei conuenisset pensio, si aliud ius non fuis-
3 set validum. Tres verò tenuerunt, quod † ex quo era-
mus in successore, & verba illa, ne nimium dispendi-
um patiatur, verificarentur, quòd saltem debebat do-
cere de aliquo iure Cardinalis, licèt illud non debe-
ret iustificare.

EPITOME.

Ex breuitate temporis sententia nulla est.

DECISIO CCCXLIIII.

IN vna Salamantin. coram me 16. Octobris 1542. fuit resolutum, quod sententia esset nulla ex breuitate temporis, ex quo eadem die, qua causa fuit commissa, fuit etiam pronunciatum, & expressum, non constabat ex breuitate temporis, non poterat interuenire debita causæ cognitio, secundum Bart. in l. prolatam. C. de senten. & breuitas arguitur ex termino, secundum Cald. consil. fi. de re iud. & ad hanc materiam vide Paris. consil. 79. quamplures. vol. 1. & Franc. in c. dilectus col. 48. vers. limita tamen. cum seq. col. de appel. Dec. in c. ecclesia. col. 10. ver. 3. quæro. in fi. de const.

EPITOME.

Substitutus in causa an possit appellare & prosequi.

SVMMARIA.

1 *Procurator quando possit à sententia contra principalem lata appellare, & appellationem prosequi.*
2 *Clausula, in causa huiusmodi, intelligitur de ea, quæ tunc vertitur, instantia.*
3 *Procurator in vna constitutus instantia potest tantùm appellare, sed non appellationem prosequi.*
4 *In substitutum procuratoris transfunduntur omnia iura, quæ ille habet.*
5 *Procurator principalis in quibus potest appellare causis, & appellationem prosequi; potest etiam eius substitus.*

DECISIO CCCXLV.

DIe 20. Oct. 1542. fuit resolutum in vna Toletan.
Matrimonij coram D. Fabio pro Comite de l'u
1 gnocerollro contra Beatricem de Sãsedo quòd † pro-
curator, qui habet mandatum ad omnes causas mo-
tas & mouendas cum facultate appellandi, & appella-
tionem prosequendi substituendo alium, licèt in sub
stitutione diceretur quod procurator tali substituit
talem in causa huiusmodi ad faciendum & gerendum
quicquid ipse procurator habebat, quod talis substi-
tutus, si sententia cõtra eius priuilegium ferretur, pos
set appellare & appellationem prosequi. Nec obstat,
2 quòd † illa verba, in causa huiusmodi intelligebantur
in illa

in illa in stantia quæ tunc vertebatur. Et erat resolutum in vna Bononiē. S. Christophori coram D. Mar
3 tinen, quòd † procurator constitutus in vna instantia poterat appellare, sed non appellationem prosequi per not. per Bar. & Alex. in l. non eo minus. C. de procur. per verba generalia procurator non potest appellationem prosequi, prout dicit Bart. Alex. & alij quos in dicto consilio annotaui in d. l. nnn comi nus C. de procur. nisi specialiter haberet, quod posset prosequi vel habeat ad causas futuras. ideo dicebant tres ex octo Dominis quod omnino illa verba videlicet, transferens omnimodam potestatem, quod sicuti procurator constitutus, si in illa instantia succubuisset,
4 potuisset appellare: ita etiam † eius sobstitutus in quem omnimoda potestas erat translata: vel melius dicitur quòd procurator substitutus in illa causa, quæ pen
5 debat in illa instãtia. Et similiter vt in tali † casu in illa instãtia procedere posset procurator principalis appellare, ita etiam eius substitutus, eò quòd dicebator, coram alias iudicibus quibuscunque. Et certum est, quòd Iudex surrogatus non dicitur simplex eius iudex, sed cum adiuncto surrogatus. Item aderat stilus curiæ qui ista habet aliàs oporteret anno lare mille causas, in quibus fuerat ita processum. 29. Octobr. causa iterum posita fuit hoc resolutum.

EPITOME.

Quando est commissa causa contra aliquem omnesque alios si tertius venit vigore commissionis ad causam pro suo interesse, is dicitur reus & non actor.

DECISIO CCCXLVI.

IOanner de Valdes commiserat causam cõtra intrusum, omnesq; alios, vigore cuius fuerat decreta citatio postea cessit in fauorem Alphonsi, & Ioannes de Porrus qui non fuerat citatus fecit commissionem in qua petebat se admitti ad causam pro suo interesse in eisdem statu & terminis. & cum clausula nec non quã & quas & vigore illius cõmissionis citato Alphonso petiit se admitti pro suo interesse: & est in causa processum. Fuit dubitatum in vna Cartaginen. beneficiorũ corã D. Aquen. 28. Octobris 1542. an Alphonsus esset actor & Ioannes de Porrus reus: quia hoc modo cognoscendi proceditur, quando quis procedere vellet: certum est enim, quòd Ioannes poterat venire per clausulam nec non quam & quas, & Petrus fuisset actor: cùm à nemine prouocatus. Sed quia non venit vigore dictæ clausulę, sed tantum potest admitti pro suo interesse in eisdem statu & terminis. in quibus erat causa, & demonstrauit animum suum peruenit ad eum, vt prouocatus quo casu dicitur reus l. in tribus, ff. de iudic. Alexan. consi. 17. res ista. Quis autem dicatur reus & quis actor, vide Deci. consil. 487. in q. proposita. colum. 3. nu. 10. volu. 3. & consil. 43, in princ. in 5. volum.

EPITOME.

Ius defuncti ex sola supplicatione iustificatur.

DECISIO CCCXLVII.

IN vna Mediolanen Canonicatus & prębendę pro Ioanne Valez de Puteo contra Scipionē de Vascello coram me 20 Octobris 1542 fuit resolutum quod surrogatus ad ius defuncti poterat & sufficienter docebat de iure defuncti ex sola supplicatione, quia de cis. Egid. 603. & 644. nõ tenentur in prac. vt per Cassad. deci. 8. de rest. spol. Sarn. q. 1. nu. 7. de non iudican. iuxta formam supplic. & quia hic non agebatur de canonizando iure defuncti, sed tantum de canonizatoria surrogationis: & quia non ita strictè erat probādum ius defuncti. Non obstat, quòd gratia apostolica non probetur, nisi per literas: nam id verum est ad effectum canonizatoriæ.

EPITOME.

Vnus auditor potest subscribere sententiam auditoris defuncti ex generali commissione absque partis citatione.

SVMMARIA.

1 *Sententia ab auditore lata, & nondum subscripta, eo defuncto ab altero, potest subscribi etiam non citata parte.*
2 *Auditor non potest absque aliorum consilio ferre sententiã.*
3 *Citanda non est pars, cum citatio nihil est profutura.*
4 *Citata parte coram iudice ad sententiam, si ille alteri sententiæ prolationem demandet quando requiratur noua citatio.*
5 *Sententia ab Episcopo lata in fauorem certæ personæ, & ab eius successore subscripta parte non citata est nulla.*

DECISIO CCCXLVIII.

FVit Dictum in vna Astoricen. Canonicatus & prębendę pro Petro Ferdinandi contra Ioannē Martinez. 2. Octobris 1542. coram D. Maceraten. quòd-
1 † vnus auditor posset subscribere sententiã alterius Auditoris defuncti propter commissionem generalem, quę dat formam, vt defuncto vno auditore alius possit subscribere sententiam per defunctum latam nondum subscriptam: Item quod in tali subscriptione non requiritur citatio par-
2 tis: Primò quia vnus auditor † non posset sententiam, nisi de consilio aliorum, & in fauorem certę personę, & ideo cum omnes dicantur proferre non mirum si auditor subscribens tanquam nudus mini-
3 ster non † tenetur aliquem citare ex quo citatio nil esset profutura & pro; ... facit, quod dicit Castr. & Iacob. de S. Georgio in l. ... ff. de e-
4 den. in illa quęst. quando citata † parte coram iudice ad sententiam, si iudex delegat alteri iudici prolationem sententiæ non requiratur de nouo citatio: quod Domini dicebant secus fore dicẽdum in alio tribunali, in quo pronunciatur, prout in cedula, & non in fauorem certæ personæ prout alias fuerat resolutũ coram D. Ioanne Paulo in vna sententia, quam tule-
5 rat archiepiscopus gubernator † quam, postea subscripserat Episcopus Esinus eius successor: quia illa sentētia non erat lata à principio in fauorem certæ personæ quia fuerat subscripta parte non citata fuit resolutum quod esset nulla.

EPITOME.

Publicatio debet esse populosa.

SVMMARIA.

1 *Possessio acceptata in ecclesia coram notario & testibus, an valeat.*

DECISIO CCCXLIX.

FVit dictum in vna Cassalen. coram D. Mobedano
1 20. Octobris 1542. quod † non dicitur, satisfecisse regulæ de publicandis qui cæpit possessionem corā notario & testibus in ecclesia quia publicatio debet esse populosa vt dicit Dominic. consi. 75. & Abb. consi. 90. in 1. volu. & hoc benè dicit Dominic. in d. cõs. 75. sed in quantum Dominic. vbi vult quod ad continuationem dictæ possessionis per vnum vel duos menses

5 prophanis, secus in beneficialibus, † in quibus pars nō potest pacifci. Et ita aliàs resolutum est in vna Calagu ritan. pro Anguiano contra Didacū Paternia. Fuit ta-
6 men dictum, quòd Petrus, † qui obtinuerat pro parte adimpleri, debebat tantùm, quod receperat, restituere, & postea à concordia recedere. Et dixit D. Mohedanus, quòd in supplicatione confirmationis concordiæ dicebatur attēto, quòd ambæ † partes supplicāt, quòd
7 Rota intelligit de consensu illo præstito in concordia nō semper durare, nisi ante cōfirmationē pœniteat: & quòd illa verba intelliguntur distributiuè, ita vt vtraque pars possit per se supplicare, nō autem collectiuè: Et ita etiam fuit dictum in vna Salamantin. coram D. Thoma 6. Aprilis 1542.

SVMMARIA.

1 *Recedens an post cessionem possit contrahere acceptationem generalem, & deducere ad speciem.*
2 *Cedēs post cessionem habetur pro mortuo, quòad actus futuros non autem præteritos.*

DECISIO CCCLIIII.

1 DIE 24. Octobris 1542. fuit dubitatum, an † recedens post cessionem possit contrahere acceptationem generalem, & deducere ad speciem: aliqui dice
2 bant, quòd non: quia cedens † post cessionem habetur pro mortuo: alij verò dicebant, quòd immò poterat: quia licèt habeatur pro mortuo quòad actus futuros, non autem quòad actus præteritos, attento, quòd declaratio retrotrahatur. Fuit dictum, quòd aliàs de hoc fuit dubitatum, & nihil decisum.

EPITOME.

Solennitas ex diuturnitate præsumpta.

SVMMARIA.

1 *Diuturnitas 200. annorum est solennitas consensu & authoritate superioris approbata.*
2 *Solennitas quando non requirat enunciationem.*

DECISIO CCCLV.

IN vna Portugalen. Præceptoriæ de Sora pro Episcopo Portugalen. contra magnum magistrum Rhodi fuit resolutum 22. Octobris 1542. quòd transactio in
1 ter quosdam religiosos S. Ioannis ex vna & Capitulum & Episcopum ex alia diuturnitate † temporis immemorabilis, puta, p 200. annos, & vltra, præsumeretur solennitas, & approbata consensu & auctoritate superioris. Et quia solennitas extrinseca diuturnitate temporis præsumitur, vt patet per Curt. Sen. conf. 66. vers. sed præmissis. & Cassad. decis. 3. de procur. & ex notatis per Alex. in l. sciendum. col. 4. & per Ias. ibi in 4. limit. ff. de verb. obli. & per Felin. in c. sicut, col. 17. de re iud. prout in terminis. & cōs. Anchar. 136. Dec. consl. 474. col. 2. maximè enim temporis diuturnitate con currat obseruantia transactionis, per quam tollebatur omne vitium, vt p eundem Anchar. in prædicto consl.
2 136. & Deci. in d. consl. 474. Non obstat, † quòd solennitas non reperitur enunciata: quia prædicta procedunt absque earum enunciatione, vt per Felin. in c. Albertus. col. fin. Dec. consl. 342. col. 7. ver. non obstat. per Ias. in d. l. sciendum, in 4. limit.

EPITOME.

Allegatio Lap. 89. tuetur illegitimum.

SVMMARIA.

1 *Successor non tenetur de prædecessoris titulo, etiam si cum infectum esse constet, docere.*
2 *Titulo vno dato alius melior præsumitur.*

DECISIO CCCLVI.

EAdem die 23. Octobris 1542. fuit resolutū in vna Coachen. Præstimonij de Varrasas, quòd alleg. Lap. 89. tuebatur illegitimum: quia procedebat per 30. annos prout erat in casu istu & postea resignaue
1 rat: dicebatur, † quòd successor non tenebatur docere de titulo sui prædecessoris, vt per Anchar. consil. 517. etiam si constet de infecto titulo: quia semper dato
2 vno † titulo præsumitur alius melior, super Sarnen. in reg. de trien. q. 10. in fin.

EPITOME.

Resignatio facta in fauorē cū narratiua vnionis, dato, quòd præcedat vnio, non tollit ius quæsitum.

SVMMARIA.

1 *Resignatio suspendens vniones quando sit valida.*
2 *Prouisio & confirmatio creationis in canonicum per cessum vel decessum, an extendatur ad cessum in fauorem certæ personæ. & nu. 5.*
3 *Principis mens ex eius quotidiano & lōgissimo vsu colligitur.*
4 *Suspensione reg. de non tollendo iure quæsito, nullum ei reg. fit præiudicium. & nu. 6.*
7 *Resignatario moriente ante resignantem vnio suum consequi tur effectum, si ius non dicatur esse quæsitum.*
8 *Papa suspendēdo gratias, non habentur ea pro iure quæsito.*
9 *Papa non intendit nec cōsueuit tollere ius ad rem quæsitum.*
10 *Ex vnione quæritur ius ad rem, si in secūda gratia præcedentis mentionem non faciat.*

DECISIO CCCLVII.

1 FVit etiam in eadem decisum, † quòd resignatio, quæ suspendebat vniunes, prout erant in illo casu, in quo præcedebat vnio quatuor præstimoniorū vni beneficio seruitorio per cessum vel decessum ita obtinendum, & resignatione Clemens etiam suspendebat vniones per Innoc. & ob diuinum cultum factas, etiam quòd non haberent derogationem regulæ, de non tollendo iure quæsito, esset valida: & considerabatur, quòd illa vnio. de qua in casu illo, etiam quòd haberet de vacando per cessum vel decessum intelligebatur de resignatione simplici, prout dicit Cassad. de
2 cis. 3. de renun. vbi Papa † consummauerat creationem in Canonicum prouidendo ex nūc prout ex tunc, quā primùm vacat per cessum vel decessum: & conclusum fuit nō intelligi per cessum in fauorem certæ personæ, arguendo ab vsu patrisfamilias, qui consueuit similes resignationes impedire, & alijs prouidere, quàm resi-
3 gnatarijs & † ex longissimo & quotidiano vsu principis colligitur eius mens, argumento l. vel vniuersorum. ff. de pign. actio. Felin. in c. in nostra. correl. 6.
4 de rescript. ex quo in fertur † primò ad exclusionem reg. de iure quæsito, quòd suspendendo nullum fit præiudicium. Nam dicta vacatio nō cōprehēdebatur, siue etiam terminus in regressu per cessum vel decessum, vt non comprehendat resignationem factam in fauorē certæ personæ. Secundò infertur responsio, quod
5 quando † Papa dat similes vniones & suppressiones, ex quo etiam consueuit easdem materias in resignationib. suspendere à principio, videtur etiam concessisse sub ista tacita conditione, vt locum non habeat in

euentum cessionis in fauorem certæ personæ, quod
non potest fieri, nisi in manibus Papæ, c. ex parte. de
6 off. deleg. ergo Papa † suspendendo nō dicitur facere
præiudicium considerabile vnioni: quia potest esse, q
7 resignatarius præmoriatur † resignanti, & tunc vnio
suum consequitur effectum, nimirum si nō dicitur ius
quæsitum tollere. Et cùm Papa similes gratias ex stilo
8 passim suspendebat, † constat arguendu ab vsu patris-
familiàs etiam non habere pro iure quæsito similes
gratias, quas sine difficultate suspendere solet: prout
etiam videmus in iure spectante etiam post vacatio-
nem & acceptationem, vt Rot. decis. 17. alias 244.
de præbend. in non. immò quòd etiam procedendo
ex vsu palatij scientis & approbantis, per Egid. decis.
167. hoc firmat decisionem nostram. Nam hic non dis
putatur de alijs, nisi de mente Pontificis, à quo gratiæ
9 & regulæ emanarunt: siquidem ipse † non habet pro
iure considerabili ius quod non est specialiter à iure
acquisitum, sed parum illud consueuit tollere. Non
obstat cons. Oldrad. 257. factū tale est. col 6. nu. 29. vbi
10 vult, quòd † ex vnione quæratur ius in re, est falsom,
sed potius ius ad rem: quod ita fateor, quòd si in secū-
da gratia non faciebat mentionem de vnione præce-
denti, quòd esset subreptitia: quòd non erat in casu no
stro, ex quo etiam dicit Felin. in cap. in nostra correll.
27. de rescript. Sed quòd sit necessarium derogare re-
gulæ de non tollendo iure quæsito, prout etiam vide-
tur dicere Oldrad. cons. 223.

EPITOME.

Mandatum ad totam causam præsumptum ex patientia, & excessu mandati.

DECISIO CCCLVIII.

IN Causa Placentin. Castri Sarmati pro Comite Olderico cōtra Comitem Gasparē 23. Octobris 1542. fuit resolutum coram D. Ioanne Paulo, quòd licet ex sola scientia principalis scientis causam agitari non inducatur mandatum, & ideo reprobatur Innocen. in c. ex parte Decani. de rescript. Tamen quia vltra scientiam principalis in casu illo concurrebat productio 150. instrumentorum per Christophorum, qui prætendebat se habere mandatum à Comite Bartholomæo. Ex productione iurium fuit dubitatum de mandato, vt per Fel. in c. communia. col. 4. de offic. deleg. ideò quia concurrebat scientia cum dubio de mandato, tunc ex patientia præsumitur mandatum ad totam causam, vt per Fel. in c. ex parte decani. col. 3. versic. item vltra 10. solutiones. de rescript. Et istud fuit principale fundamentum. Item etiam propter excessum mandati præsumitur mandatum, vt Rot. decis. 1. de caus. possess. & propriet. in antiq. & ex his coniecturis fuit resolutum, quòd præsumebatur mandatum ad totam causam.

EPITOME.

Clericatus illegitimi non probatur per famam.

SVMMARIA.

1 *Literæ attestantes aliquid cum alterius consensu factum esse probant mandatum & licentiam.*

2 *Sigillum Episcopi in dubio de eius voluntate appositum censetur.*

DECISIO CCCLIX.

IN causa Calaguritan. de lo Gerogno 20. Octobris 1542. fuit resolutum coram D. Thoma, quòd Rota seruat, quòd clericatus illegitimi non probatur per
communem reputationem & famam, vt per Gemin.
cons. 91. Item quòd Episcopus de Grias, qui in Epi-
scopatu Calaguritan promouerat Martinum ad cleri-
1 catum, † & in literis dicebatur, quòd hoc fecerat de
licentia Episcopi Calaguritan. quòd probat licentiam
& mandatū, per not. per Abb. & Felin. in c. Albericus.
de testib. per Felin. expressè in c sicut col. 12. ver. fallit
primò. de re iudic. vide Prob. in c. 1. in fin de temp. or-
din. in 6. Cassad. consil. 20. maximè quia agebatur de
modico præiudicio, & odinarius erat bonæ famæ,
prout erat probatum in illo casu, & per Felin. in d. c.
Albericus. col. fi. & in l. sicut datam. colum. 18. versic.
4. d. regul. C. de lib. caus. Item aderat appositio sigilli E
2 piscopi Calaguritan. & † in dubio de eius voluntate
appositum censetur, vt per Felin. & Dec. in c. 2. de fid.
instrum.

EPITOME.

Allegatio Lapi quomodo procedat, quæ vult, quòd quis possideat vt titularis.

SVMMARIA.

1 *Retrocessio quando præsumatur, nec tituli prædecessoris requiratur iustificatio.*

2 *Infecto titulo docto semper præsumitur alius. & nume. 4.*

3 *Titulus validus cùm docetur, possessionem secutam esse præsumitur.*

5 *Tituli præambuli vigore an quis possidere præsumatur.*

6 *Causa possessionis cùm docetur non est vti titularis possessionis attendenda reputatio.*

7 *Reputatio possessionis vti titularis attenditur cùm de nulla possessionis causa appareat, cuius vigore possessio præsumatur.*

8 *Instrumentalis possessio quid sit.*

9 *Instrumentalis possessio animo & corpore quæsita absq; animo amitti non potest.*

10 *Possessio nō dicitur amissa si nō probetur patiētia & sciētia.*

11 *Capellanarum deputatio inter onera reputatur, nec per eam possessionem amitti creditur.*

12 *Duo testes deponentes aliquem vti fructuarium possedisse non probant aliquem animo desijsse possidere.*

DECISIO CCCLX.

LEO X. aliàs vniuerat Monasterium S. Mariæ de
Balneo Nullius diœcesis Camaldulen. cum pri-
mùm vacaret per cessum vel decessum tunc obtinen
tis Facto loco vnioni Laurentius de balneo illud im
petrauit: sed quia dictæ impetrationi obstabat dicta
vnio, idem Laurentius illud resignauit in fauorem di
ctæ cōgregationis reseruatis sibi fructibus etiam pro-
pria auctoritate percipiendis: congregatio habens
notitiam de dicta resignatione illam acceptauit, &
Abbatē deputauit, qui Abbas possessionē monasterij
vniti nomine congregationis accepit: tamē illa clau-
sula erat instrumentalis, quia non probatur aliqua con
tinuatio, immò probatur, quòd Laurentius per trien
nium & vltra possederat Monasterium per titulares,
prout per testes probatum fuerat. & ideò per mortem
eius Dominus. Archintius Vicarius vrbis, qui bene-
ficium impetrauerat, prætendebat † congregationem
1 nullum ius ex sua vnione prætendere posse: cùm at-
tento, quòd Laurentius longo tempore possederat, :
titularis præsumebatur retrocessio, & nō tenebatur
ipse titulū sui prædecessoris iustificare, per alleg. l. ap
89. addēte, quia licèt in termino allegationis Lapi, quā
2 do † doceretur de titulo infecto, semper præsumitur
3 alius titulus, & ita loquitur Lapus: tamē † quando do
cetur de titulo valido, ex illo præsumitur, quòd fuerit
secuta

fecuts possessio: ita hic, vt per Cassad. decisione tertia & 4. de causs. poss. & propriet. tamē in isto casu fuit dictum, quòd alleg. Lap. non obstabat: tamē quia vt al-
4 leg. Lap. locū habeat, † est necessarium, vt quis possideat, vt titularis, & hoc est ex parte, puta tui siue titularis: ex parte verò non titularis requiritur negligentia eius, prout dicit Cassad. decis. 3. de caus. possess. & propriet. Et si ista duo concurrunt alleg. Lap. non habet locum at in casu nostro neutrum concurrit, quod vt iustè possidet, vt titularis, dici non potest, ea quo docebatur de titulo ipsius Laurentij, puta de reserua-
5 tione fructuum. Et † vigore illius tituli preambuli præsumebatur possidere, ad l. quædam mulier. ff. de rei ven
6 dica. Et ideò cùm † doceretur de caussa possessionis, non debebat attendi, quòd communiter reputaretur possidere vti titularis: cùm talis communis reputatio
7 tunc debeat attendi, † quando de nulla causa possessionis appareat vigore cuius quis præsumitur posidere, ad d. l. quædam mulier. Et ideò cùm ab initio capta
8 fuisset † possessio Monasterij per Abbatem, licèt instrumentalis, quia per instrumentum factum super isto actu apprehēsæ possessionis, cùm in ipsa re præsenti, vel in eius cōspectu, instrumentum celebratum fuerit, ad l. prædia. vbi Barto. & Alexan. in 1. col. ff. de acquiren.
9 possess. tamen † ideò quòd illa possessio fuisset animo & corpore quæsita, non poterat absque animo amitti, l. 3. §. in amittenda. ff. de acquiren. possess. Et ideò licèt testes dicerent, quod Laurentius possederat, vt
10 titularis, tamen quia † non probatur patientia & sciētia fratrum & congregationis, non poterat dici amissa prima possessio per eos capta, nec Laurentius vlla causa extrinsecus adueniente poterat sibi mutare causam possessionis, l. cùm nemo, C. de acquirē. possess. nec possessionem congregationis ea necessitate interuertere. Nec obstat, quòd probaretur, quòd Laurentius
11 † sibi Capellanos deputauerit: Nā deputatio Cappellanorum inter onera computabatur, vt per Cassad. deci. 19. de præbēd. maxime in isto casu dicebatur, in quo per duos testes congregationis dicebatur, quòd congregatio singulis annis solebat Abbatem deputare; & licèt ille Abbas ad monasterium non accederet tamen ex hoc arguebatur animus congregationis, quod non possit præsumi aliqua retrotractio. Et quia aliqua diligentia non dabatur, vt per Cassad. decis. 3. de caus. possess. & proprie. eramus extra allegat. Lap. Et
12 in isto casu † per duos testes pro parte congregationis probabatur, quòd Laurentius vt fructuarius possederat, tamen attentis præmissis non fuit curatum de istis duobus testibus. Et ita fuit resolutum in vna Nullius Monasterij sanctæ Mariæ de Balneo pro congregatione Camaldulen. contra D. Archinium vrbis Vicarium, 27. Octobris 1542. coram D. Ioanne Paulo.

EPITOME.

uni Adex laicus sit competens in causa possessorij spiritualis

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus an possit cognoscere de petitorio, in quod incidit articulus causæ spiritualis. & nu. 4. 6. 12. 14.*
2 *Causa possessorij rei spiritualis dicitur temporalis.*
3 *Possessorium iudicium rei spiritualis spirituale est, cùm agitur remedio adipiscendi.*
5 *Iudex laicus non principaliter, sed accidenter de re spirituali cognoscit. & nu. 7.*
8 *Ad continuationem possessionis in filio naturali quid requiratur.*
9 *In iudicio summario probanda est personæ habilitas.*
10 *L. 2. C. de Carb. edict. quando procedat.*
11 *Quando iudex laicus in possessorio quoad habilitatem personæ per probationes summarias, & semiplenas cognoscat.*
13 *Iudex incidenter potest cognoscere, an quis sit legitimus si quis sit in possessione legitimitatis.*

DECISIO CCCLXI.

FVit dubitatum 30. Octobris 1541. in vna Toletan. Matrimonij pro Comite de Pongerostro contra
1 Beatricem de Mena. & Ioannē Ariam eius filium, † an iudices laici possent cognoscere de petitorio causę spiritualis, in quo incidit articulus causę spiritualis: super quo est dictū, quòd est opinio communis Doctorum. Nam decis. Capell. Tholos. 420. & ibi addi. dicit,
2 quòd communis opinio est, quòd † causa possessorij rei spiritualis dicatur temporalis: & subiungit, quòd istud obseruauit Parlamentum Frāciæ in omni possessorio adipiscendo. & allegat Guid. Pap. istud dicentē decis. 1. multa etiam ponit Staphil. & Aufred. in tractat. de potest. Seni super Ecclesiasticis personis, inserto in vno volumine tractatus fol. 102. col. 3. ver. 24. in possess. Et ideo in casu, in quod dubitatur, an pendente iudicio natalium Ioannis Arię in rota iudices laici in partibus in iudicio possessorio inter ipsam & Gundisaluum Possessorem Comitatus ex alia, contra dicēte Ioanne & immitti in possessionē Canonicatus cupiēte, iuxta leges Hispaniæ, & tenorem maioritatis,
3 dicebatur, siue teneremus primā opinionem, quę † indistinctè tenet, quod iudicium possessorium rei spiritualis sit spirituale, quando agitur remedio adispiscen
4 di, quòd in omni casu iudices † laici non essent iudices competentes. quæ opinio tantò magis procedebat, ea quo ea forma maioritatis succedere debebat illius legitimus, & de legitimo matrimonio natus. Et ideò
5 cùm istud † possessorium haberet immiatā causam proprietatis, iudex laicus non poterat principaliter, sed incidenter de spirituali cognoscere, c. tuo. de ord. cognit. c. lator. qui fil. sint legi. Alex. in l. Titia. ff. sol. mat. Dec. in c. 2. colum. 15. de iudic. & cùm articulus hic discutiēdus erat, quòd de facto plenè constabat, cùm coram multis matrimonium contractum fuerat, sed arti
6 culus † iuris, videlicèt matrimoniū tenere vel non, & per consequens iudex esset legitimus, quo casu iudices laici nō sunt competentes iudices, vt per Alex. & Dec. in dictis locis. Et quę ea aduerso considerabantur, non concludebant. Et primò dum dicebatur, quòd ex quo iuxta formam legum Hispaniæ possessio defuncti continuabatur in filium seu successorem absque aliqua apprehensione possessionis; quòd ex tali lege producebatur remediū recuperandi, vt per Iaf. §. ti. Insti. de hæred. qualit. & differ. Guid. Pap. q. 552. Prob. in c. si tibi absenti. nume. 25. de præbēd. in 6. Dec. con-
7 si. 64. colum. 2. & in † iudicio recuperādi iudex laicus de articulo spirituali incidenter cognoscere potest, prout dicit Guid. Pa. q. 88. quòd iudex laicus cognoscit de possessorio beneficij: ad istum respectum dicitur, quòd assumptum est falsum: immò dictum fuit, quòd talis possessio à longè data, quæ dicitur ciuilis non inducit talē effectum recuperandi, vt per Alex. & Iaf. in l. si sorori. colum. 1. C. de iur. delib. & tunc dicit communem Rip. in rubr. de causs. possess. & proprie. col. 6. versic. communia verò. & idem Guido Papa in l. 2. C. de legib. & constitu. impositionis casu licèt ibi consuetudo contra comunem tenere notat. Ideò dicebatur, quòd illa opinio Guidonis nō erat à Rota recepta, vt sup. dicetur. Secūdò opponebatur

l.2.&not.ibi per Dd.de Carbo. edict.vbi oportet, q
8 † sit filius legitimi & naturalis:& tamen in illo casu,ex
quo sumus in iudicio possessorio,sufficiunt probatio-
nes summariæ, & semiplenę possunt illæ fieri coram
iudice laico, & idem dicunt Dd.in l.3.§.summatim.ff.
de Carbo. edict.& voluit Bal.in l.filium definimus.ff.
de his qui sunt sui vel alien.iur.Ias.in l.quoties. 10.li-
mit.C.de iudic.Hippol singul.70.Idem ergò dicendū
in casu nostro & summariè fieri debere:sed ad illud
respondebatur, quod dicit Dec.in d.colum.2. quòd
coram iudice laico,quòd non possit cognosci de arti
culo spirituali, & remittit se ad notata per Dd.in c.2.
de iudici.Deci. col. 16.in 7.limit.dicit, quòd opinio
Doctorum in d.l.2.propter alias authoritates Docto-
rum varias non erat tuta,& ante eum dixit Felin.in c.
cùm sit generale.colum.3. versicul.3. declaratio. de
for. comp. immò dicebatur,quòd contra not.in d.l.2.
de Carbo. edict.obstabat cōmunis opinio,de qua per
9 Dd.in l.2.de edict.diui Adria.in† iudicio summario ta
men habilitas personæ semper probanda est:nisi con-
10 cordando ista dixerimus,† quòd notat in l.2.de Car
bo.edict.procedunt,quando non tractatur nisi de præ
11 iudicio temporali,† secus in casu nostro, in quo præiu
dicium potest esse perpetuum: vel tertiò illa possunt
procedere in possessorio,quod est pręparatiuum alte-
rius possessorij, secus vbi non est præparatorium, sed
potius definitiuum vt hic sentit Alex. in l.Titia. in 8.
fall.solut.matr.& deci.Regn.45.in nou.tamen illa pri
ma responsio melior est, vt illa opinio non sit tuta,ex
12 quo iudex laicus† nec principaliter nec incidenter de
articulo spirituali cognoscere potest.Tertiò oppone-
13 batur, quòd ex quo Ioānes Arias † erat in possessione
legitimationis & eramus in iudicio possessorio, quòd
iudex laicus incidenter de legitimitate eius cognosce
re poterat, per dictum Bal.in auth.eum qui.C.de bō.
auth.iud.possid. fuit responsum, quòd dictum Bald.
reprobatur per Alexan.in d.l.Titia in 8.fallen.ad text.
in c. causam,2. qui fil. sint legitim.fuit responsum q
ille text. loquitur in vero possessorio,& in quo articu
14 lus spiritualis non incidit. Et tamen † nemine discrepā
te pro ista parte,quòd iudices laici non essent iudi-
ces competentes, resolutum fuit in isto casu:& ita cō
clusum fuisse in alijs causis attestatus fuit D. Sarnen.
& alij Domini confirmarunt reg. de annali.q.45.

EPITOME.

Cùm pulsoriales generales pendente dilatione decernuntur.

DECISIO CCCLXII.

COram Domino Thoma 30.Octobris,1542.in vna
Gerunden. fuit resolutum.quòd compulsoriales
generales poterunt decerni & exequi, non obstant.
dilationibus sibi ad partes concessis, etiam quòd pars
ante decretum, & post protestata fuisset,quòd non de
cernerentur,attento,quòd dilatio datur de deliberādo
an velit cedere vel contendere ,vt per Cassad. decisi.
5.de dilat.quòd isto casu nihil faciebat contra dilatio
nem,sed magis ad expeditionem,prout dicit Paul. de
Castr.in l.siue pars.C.de dilation.Abb.in c.significan
te. col.fin.& ibi Franciscus.colum. 50. in 10.limit.de
appellation.Sozin.in regul. 93.nam ex iuribus vigore
compulsorialiū extractis melius deliberare poterint.
Et quia erat tempus feriarum,quo tēpore iudicis of-
ficium eas decernimus.

EPITOME.

Statutum non ligat statuentes.

DECISIO CCCLXIII.

DIE 30.Octob.1542.in vna Parm. bonorū pro
Michaele Casalio contra D.Iuliā resolutum fuit
coram me, quòd statutum Parm. excludens lineam
maternam à successione filij non comprehenderet
statuentem,Bartol.in l.Lucius Titius.ff.de fidei com-
miss.liber.Alexand.& Ias.in l.1.in princ.ff.quòd quis-
que iur.Fel.in c.1. colum.7.versic. amplia 4.nume.24
de constit.& ratio est,quia cùm condiderint statuta
suæ iurisdictionis fuot, secundum Bar. in l.omnes po
puli.in 1.q.ff de iust.& iur.sed nemo potest in seipsum
iurisdictionem exercere l.per.de arbit.

EPITOME.

Decretum iudicis potest in quacunque parte actus interponi.

SVMMARIA.

1 *Decretum iudicis in iudicio vbiq; interponitur.*
2 *Decretum iudicis absq; causæ cognitione interpositum non valet, nisi consuetudo aliud obseruet.*
3 *Consuetudo quomodo probari debeat remissiuè.*

DECISIO CCCLXIIII.

IN vna Perusi.hęreditatis coram Domino Paulo,6.
1 Octobris,1542.fuit resolutum non referre,† an de
cretum iudicis interponatur siue in principio siue in
fine. per ea quę dicit Ias.in l.si quis mihi bona.§.iussu.
2 colum.fin. ff.de acquirend. hęred. Item tenium,† q
licèt decretum iudicis non valeat interpositum absq;
cognitione causæ, per ea quæ dicit Ias.in l.nec quic-
quam.§.vbi decretum.colum.12.ff.de offic. proconf.
& in l.2.,C. de eden.Tamen de consuetudine contra-
rium seruatur, prout dicit Albe.& Pau.de Castr.in
l.actis.C. de senten.& idem Paul.consil.38, super eo
quod requiritur infrà.fol.2.in vltima impress.,prout
erat in illo casu,in quo erat probata consuetudo.Quo
3 modo † autem debeat probari consuetudo, vide Cur.
Iun.consi.25.habita diligentia.col.5.in præmissis cla-
rissimè.cum seq. colum.

EPITOME.

An possessio immemorabilis faciat,quòd iudices laici sint iudi ces competentes in causa possessorij rei spiritualis.

SVMMARIA.

1 *Iudices laici an ex possessione immemorabili,& fama priui legij possint cognoscere de possessorio, in quod incidebat spiritualis articulus.& nu 4.*
2 *Consuetudo,quæ est contra ius diuinum,non valet.*
3 *Consuetudini quæ vult iudices laicos posse de re spirituali cognoscere standum est in possessorio quando cōtrouertitur,vtrum res sit spiritualis an temporalis.*
5 *Possessio immemorabilis quando non habeat vim priuilegij*

DECISIO CCCLXV.

IN causa Toletan.matrimonij .6. Nouembris,1542.
1 fuit dubitatum,an† iudices laici haberēt iurisdictio
nē in illo possessorio,in quo incidebat articulus spiri
tualis: probato exercito ab immemorabili tempore
concurrebat fama priuilegij,quòd tunc intrabant,vt
not.per Fel.in c.causam quę.column.2.de pręscript.&
tunc non ex tempore,sed potius ex priuilegio possunt
cognoscere de causis spiritualibus, secundùm Deci.
in l.2.,in 6. colu.versicul.in eam gloss.de re iudic.& fa-
ma, ex quo sumus in antiquis.In isto casus benè pro-
baret

biret priuilegium,secundum Baldum in authen.quas
actiones.C.de sacro sanct.Eccles.si autem fama priui
2 legij non probaretur,tunc ex † quo ista consuetudo
est contra ius diuinum,non valeret,vt per Rot. deci
u.3.de iur.patro.in nou.& 2.de cõsuetud.in antiquior.
& 10.aliàs 840.de consuetud.in antiqu.quæ decisi.lo-
quitur in consuetudine tanti temporis:cuius initij nõ
est memoria, prout intelligit Curt.in c.fin. column.
67.in fin.de consuetud.vbi dicit in 5.limit.benè con-
firmari istam partem. Non obstat, quòd † si datur
3 conflictus opinionum,prout in ista materia possesso
rij,an dicatur spiritualis vel temporalis, quòd tunc
standum est consuetudini, secundum Curt.in d.c.fin.
col.6.vers.6.limita, Tertiò respondetur,quod ex quo
agitur iudicio possessorio adipiscẽdi,& nõ habeatur ha
bilitas personæ, quo casu planè erat probatum, per
not.per Dd.in l.2.C.de edict.diui Adri.tollen. nemo
4 in isto casu discrepabat,† quòd iudices laici nõ possent
agere de articulo incidenti, in quo plenariæ requi-
runtur probationes,nun est iudex competens, vt per
5 Dec.c.2.col. 68.versi.6.limita.Et † quòd possessio im
memorabilis non habeat vim priuilegij,vbi non fu-
mus in possessorio habili,fuit allegatus Card. cõs.57.
& 89.Soz.consi. 260.col.fin.& in c.dilecti.de testib.

EPITOME.

Ius tertij admissum.

SVMMARIA.

1 *Anius tertij excludit generalem agentem.& nu.5.*
2 *Ius tertij probaturus clarum & liquidum id dare debet,& nu.8.*
3 *Ius tertij qui docet,venire videtur per modum obiectus.*
4 *Obijciens debet ius planè probare.*
6 *Actus quando legitimè factus præsumatur.*
7 *Agens in eum,qui habet probationem,& dicens contrariũ tenetur probare.*
9 *Pro canonizatoria si agatur,potest possessor per supplicatio nem de iure tertij dare.*
10 *Iudex tenetur in electione exprimere causam notoriè esse friuolam.*
11 *Sententia lata per confirmatum iudicem quando debeat recusari.*

DECISIO CCCLXVI.

FRater Hieronymus de Lorgio generalis Humilia
torum,vigore suæ gratiæ acceptauerat præpositu-
ram S.Laurentij de peti colio vacantem per obitum
Hieronymi de Maximis, de anno 1536. & agebat cõ
tra Io.Solano intrusum.Hieronymus reus & posses
sor dedit de resignatione facta per Hieronymũ de an
no 1521.in fauorem Georgij,in qua Papa narrabat,
quòd Georgius asserebat se esse in duo decimo ætatis
anno, & mandabat certis iudicibus,vt Domino Geor
gio commendarent dicta in Præposituram vsque ad
ætatẽ legitimam,& deinde eidem conferrent. Literis
in partibus coram certis iudicibus præsentatis per di-
ctum Georgium,fuit eidem Commenda facta, iuxta
formam literarum,& inductus in possessionem.Dubi
1 tatum 3.Nouembris,1541.an istud † ius tertij, ex quo
Georgius dabat, excluderet generalem agentem. Et
pro negatiua dicebitur,quia ex quo non probatur,quòd
Georgius esset clericus:item esset in ætate 12. anno
rũ narrata, & additus valor,& alia incõuentia,prout
probari voluit,iuxta not.per Felin.in c.constitutus.in
prin.de rescript.& non solùm ita,sed etiam quod esset

spontaneè facta, dicendum erat, vt not. per glo.in c.
2 in præsentia in glo.1.ad fin de renunciat. & cùm † dã
dum est de iure tertij, debeat dare de iure claro &
liquido,vt per Sarnẽ.in reg de nõ iudicand. iuxta for
mam supplicat.q.1.num.4.videbatur illud ius nõ esse
3 aliàs clarum,nisi istis verificatis:cùm † qui dat de iure
tertij,videatur venire per modum obiectus,& ille qui
4 † obijcit,debet planè intentionẽ probare,vt per Egid.
361.& 528.in nou.& c.super his.& ibi Fel.colum.7.&
seq.de accus.Tamen his non obstantibus fuit resolu
5 tum † contrarium: quia ex quo Commenda erat in for
6 ma rigorosa,& iudex processerat ad executionẽ,† præ
sumebatur,ex quo actus reperiebatur factus, quòd esset
legitimè factus:& quòd omnia iustificãda fuisset legi
timè iustificata, vt per Abba.in c.video.de regul.& ibi
Imol. & Felin.in c.præsentia. 2.& ibi Decius in 12.
nota. de probationibus.& Abb. in c. vnic.in 2.notab.
7 vt ecclesf.benefic.& cùm iste † habeat probationem
per se,dicens contrariũ debet probare, maximè cum
Ioãnes dans de iure tertij nõ ageret pro canonizatoria,
8 sed tantùm pro absolutoria: & licèt dans de † iure ter
tij debeat dare de iure claro, non tamẽ est necessaria
ita exacta demonstratio & probatio: per vt si ageret
9 † pro canonizatoria,tunc videmus,quòd Rota ait, quòd
posset possessor dare de iure tertij per supplicationẽ,
quod tamen ius non est ita exactè clarum : prout sup
plicatio erat in illo casu,prout tenet Franc.in c.cùm
speciali.column.45.versicul.4.quæro de appella.in 6.
Abba.in c.cum speciali .in column. final. numer. 15.
versicul.si tamen Docto.de appella.& verum est,quod
10 isti Doctores dicũt,quòd debet † iudex in electione
exprimere, quòd causa rei sit notoriè friuola,plus di
11 cit Alexan.consi.67.volum.6.quòd † sententia lata per
iudicem confirmatũ debet recusari, si habet fundamẽ
tum ex actis ante recusationem factis.

EPITOME.

Regula Adriani ex causa resignationis vel alterius dimissionis

SVMMARIA.

1 *Regressus sine consensu voluntario facti reuocantur,nisi sit ex causa resignationis,cessionis aut alterius dimissionis.*
2 *Dimissio ex sua non autem alterius voluntate fieri debet.*
3 *Acceptatione beneficij à Papa collati, primum voluntariè dimittere censetur.*

DECISIO CCCLXVII.

EPiscopus Sancti Seuerini habebat tempore Iulij
Monasterium de Fruxinan.Mutinens.& vacante
monisterio Nouentellæ Iulius Papa decreuit illud de
Fruxinano vacare, & eidem Archiepiscopo contulit
Monasterium de Fruxinano. fuit dubitatum corã D.
Sarnen.23.Nouembris,1542.an talis regressus esset va
1 catus per regulam Adriani:nam dicebatur,† quòd A-
drianus reuocat omnes regressus sine consensu: exci
piebat tamẽ regressum ex causa resignationis siue ces-
sionis, vel alterius dimissionis: hic autem non erat
resignatio,nec cessio,nec dimissio,cùm per dictionẽ
alterius, quæ denotabat multitudinem, ad glo.in l. si
2 fugitiui.C.de seru.fugit.oportet,† quòd sciret,an resi
gnatio & cessio erat de voluntate partis : Ita etiam de
bebat simul esse dimissio,scilicet ex volũtate sua, non
autem ex voluntate Papæ,prout erat hic.Sed hoc non
obstante, fuit resolutũ, quòd essemus in casu dictæ exce-
ptionis.Nã cùm beneficiũ nõ cooferatur in initio,ac

cep-

ceptãdo beneficium collatum per Papam satis dicitur
primum voluntariè dimittere.

EPITOME.

Decis.7.de procur.in nou. intelligitur etiam in extra iudicialibus.

SVMMARIA.

1 *Gratia ob procuratoris contractum ante mandati receptio*
nem quando dicatur informis.
2 *Reus potest se exceptionibus pluribus etiamcontrarijs de-*
fendere

DECISIO CCCLXVIII.

VOluerunt Domini invna Ciuitaten. Concordiæ
coram Domino Thoma 13. Nouembris, 1542.
1 quòd † procurator, qui contrahit ante receptionem
mandati, cùm tamen reuera illo tempore contractus
statim, quod validè conferret, dicatur gratia informis,
vt per Samen. in d. regul. de non iudican. iuxta formã
supplicationis. in 4. q. Nam etiã constabat, quòd idẽ
Ioannes possessor impetrasset beneficium siue præposi
turam per obitum eiusdẽ Hieronymi. quasi fateatur
ex eiusdem obitu vaca re, & sic sua confessio ei noce
2 ret: quia fuit dictum, quòd † ex quo erat reus, poterat
se pluribus exceptionibus etiam contrarijs defendere.

EPITOME.

Gratia Pauli reualidatoria gratiarum Parafrenariorum.

SVMMARIA.

1 *Gratiã parafrenarijs in absenti a Papa concessa, an sit reuali*
datoria gratiarum ipsis antè datarum. & nu.4.
2 *Dictio, vos, est astrictiua.*
3 *Verba in clausulis executiuis posita dispositionem non augẽt.*

DECISIO CCCLXIX.

DIE 18. Nouembris 1542. in vna Oxonien. benefi
cij del Ricci pro Bernardino de Zuiro contra
Remigium Parafrenarium, dubitauit Dominus Maris
1 cotus, an † gratia concessa parafrenarijs vndecima Ca
lend. Aprilis, anno 1539. anni quinti esset reualidato
ria gratiarum parafrenariorum. Et fuit resolutum per
maiorẽ partem, quòd nõ esset reualidatoria: quia prin
cipale intentum illius gratiæ erat priuilegiare parefre
narios, vt non tenerentur ad diligentias, durante absẽ
tia Pontificis vigore quarumcunque gratiarum cõces
sarum, & in posterum concedendarum: & subiũgeba
2 tur dictio, vos propterea: † quę est dictio astrictiua: &
erant verba, quæ declarabant præcedentia. Et ideò li
cèt in eadem parte diceretur, quibuscunque regulis re
uocatorijs emanatis non obstantibus, tamen per hæc
3 verba dispositiua non erat adimplenda: cùm verba † in
clausulis executiuis posita non augeãt dispositionẽ. ad
Clem. 1. de priuil. Et illa verba debent intelligi. & sic
4 quia † regulæ reuocatoriæ erant, quòd illis non obstã
tibus tenerentur ad diligẽtias.

EPITOME.

Processus factus per iudicem recusatum nullus est de iure ciui
li, secus est de iure Canonico.

DECISIO CCCLXX.

FVIT conclusum in vna Placentin. Castri San
miatis coram Domino Ioanne Paulo 13. Nouem
bris, 1542. quòd processus factus per iudicem recusa
tum post recusationem sit nullus de iure ciuili, vt per
Alex. & laud. Aquen. qui eam ponit communem in l.
quia potuit. ff. ad Trebellianum. & communiter etiã
attestatur Bertran. consil. 58. colum. 1. vol. 1. Tamen
tenuerunt Domini, quòd secus esset de iure canonico
sequendo communem, quamuis sit communior. Frã.
in c. cùm speciali in princip. in 8. col. versicul. vltimò
quæro quid si & ibi Dec. col. fin. de appella. Itẽ fuit
dictum in vna Cæsaraugustana Præceptorię de Villel
coram D. Io. Paulo, nisi causa suspicionis esset noto
riè iniusta, vt per deci. 7. de procur. in nou. quæ habet
locum in extra iudicialibus: sed in illo casu concur-
rebant duo: primum, quòd procurator contraxerit, vt
assertus procurator, & promiserat de rato sub pœna
30 & ideò quòd asserebat se procuratorem, dicebant
Domini, quòd præsumptio erat, quod notitiã habuis-
set, maximè quia non promiserat de rato sub pœna
30. quia erat materia concordiæ cui Rota semper
fauet.

EPITOME.

Clerici simplices beneficiati agentes ad decimas, debent de ti
tulo docere, & non sufficit decennalis possessio.

SVMMARIA.

1 *Clerici simplicia habentes beneficia agentesque ad posses*
sionẽ trium quartarum ex decimis, an teneãtur probare
titulum. & an pro eo probando decennalis possessio suffi
ciat. & nu.7.
2 *Decimæ pertinent de iure ad rectorem.*
3 *Spoliato iure communi restituto spolians non nisi iustificato*
titulo est restituendus.
4 *Clericus debet de fructibus Ecclesiæ viuere.*
5 *Ius commune vt Canonicis alterius diœceseos resistit, ne deci*
mas percipiant, sic & clericis curam Ecclesiæ non habẽ
tibus.
6 *Clerici Rectori assistere debent,*

DECISIO CCCLXXI.

IN vna Veronens. Decimarum de Roncho coram
me, in qua præsupponebatur, quod in plebe de Roncho
erat Arepresbyter, ad quem spectabant iura Ecclesiæ
& qui administrabat in Ecclesia, & iura Ecclesiæ &
Sacramenta parochialis: Et in eadem Ecclesia erant
multi Clerici habentes simplicia beneficia, non tamẽ
circa curam Ecclesiæ, sed aliquo modo se intromitte
bant. Isti Clerici fuerunt in possessione percipiẽdi
quartas partes decimarum per 30. annos, & erant ela-
psi 20. & vltra, postea fuerant per dictum tempus in
possessione percipiẽdi duas quartas partes, & Archi-
presbyter duas alias partes; agebant Clerici ad resti-
tutionem possessionis antiquæ trium quartarum. Du
1 bitaui 17. Nouemb. 1542 an isti Clerici † agentes ad
possessionem dictarum trium quartarum debeant
docere de aliquo titulo: et si teneantur probare an de-
cennalis possessio sufficeret. Causa bis posita semper
per maiorem partem fuit tentum, tribus contradi
centib. quòd probatur titulus, & quòd eramus in
2 terminis c. ad decimas rest. spol. in 6. Nam † de iure
decimæ ad rectorẽ pertinent. c. ad audiẽtiam. de cler.
non resid. Clem. vnic. d tit. c. cùm contingat. de decim
3 & vtrobiq; Abb. & ideò † spoliator restituto iuri cõ-
muni non erat restituẽdus spolians, nisi possessio iu
stificaretur, vt dicit ibi tex. Non obstat quod tex. in d.
c. ad decimas. loquitur in Canonicis, qui in aliena diœ
cesi decimas percipiant: Nos antẽ sumus in clerico e-
4 iusdẽ Ecclesię, quos † cõuenit de fructibus Ecclesiæ
viuere. c. cũ secũ de præb. & tex. in c. antiquos, de decĩ

quæ

quę candē ponebant contingentiam facti: nam ita resi
5 stebat ius cōmune † Clericis, qui non habent curam
Ecclesiæ licèt essent eiusdem ecclesiæ, sicut resistebat
illis canonicis, qui in aliena diœcesi volebant perci-
6 pere: † & licèt Clerici debent assistere rectori, iuxta
textum in capitulo vt vnusquisque. de vit. & honest.
clericor. tamen debent habere de manu rectoris,
non tamen ipsi poterunt ex hoc decimas percipere.
ad text. in cap. antiquos. Fuit dictum, quòd non lo-
quitur in decimis, sed in obligationibus: & loqueban
tur de iure antiquo, antequam essent distinctę diœce-
ses, & beneficia dota: & tunc temporis Episcopus ca-
piebat omnia, & communicabat clericis, iuxta text. in
c. 1. 16. q. 7. secundū Abba in c. cùm contingat. col. 2.
vers. secundo casu principali. de decim. Ad secundum
etiam dicebatur, & ita fuit resolutum, quòd licèt Fran.
7 in d. c. ad decimas. col. 3. in 4. limit. teneat, quòd † posses
sio decennalis illo casu iustificet illam possessionem
percipiendi, iuxta vnum intellectum c. cùm Ecclesia.
tamen fuit dictum, quòd in illo textu tria conclude-
bant: quia non actus possessionis sed potius erat mera
negligentia, ita non erat modicitas pręiudicij, prout
declarat ibi. in c. cùm Ecclesia. Imol. col. pen. vers sed
ista solutio. per totam illā colū. & quòd sola possessio
decennalis in terminis, c. ad decimas. nō sufficit, dicit
Alex. consi. 7. in causa vertente. col. 1. vers. & per hoc
pact. vol. 3.

EPITOME.

Testamentum tempore pestis potest confici cum minori numero septem testium.

DECISIO CCCLXXII.

Licèt videatur communis opinio, quòd testamentum factum tempore pestis ab Infecto, prout in illo casu in quodam testamento confecto tempore deprædationis vrbis, in quo tempore vigebat pestis, & in qua vrbe ex forma statutorum ius ciuile seruandū non erat cum minori numero septem testium, vt per Alex. & Ias. in l. fin. vbi per Corn. & ibi Bald. C. de testam. & communiter attestatur Alex. consi. 177. col. 7. vol. 2. Rip. in tract. de peste. fol. 73. vers. nemo ad secūdum. Affl. decis. 25. Soz. cons. 86. col. 4. Tamen Rota in vna Rom. hæreditatis de Ballionibus corā D. Thoma 17. Nouemb. 1542. fuit secuta opinionem Ias. in d. l. fin. quòd quandò pestis est ita vigens, quò verisimiliter testes inueniri non possunt, quòd tunc cum minori numero septem testium valeat. & istā distinctionē posuit Rip. in d. loco. Deci. in l. si cùm anus. C. de test. milit. Aret. in tract. de testam. versic. suum condidit testamentum, in fine ponit. et Dec. cons. 281. & Anto. Alexan. cons. 165. Bertrand. consil. 179. in princip. & cōsil. 233. in 2. volum. & ista distinctio summam habet æquitatem, vt dicit Rip. in d. tract. fol. 29. versicul. 13. & qui dicit se plures testes non potuisse inuenire, habet intentionem fundatam. & ita dicit Bartolus in l. conficiunt. §. codicilli. ff. de iure codicillo.

EPITOME.

Citatio in materia priuationis debet incipere à principali & non à procuratore.

DECISIO CCCLXXIII.

DIE 16. eiusdem 1542. in vna Burgen. pensionis pro Petro Milla contra Didacum Rubin. fuit seruata opinio Rotæ dec. 77. & 750. in antiq. quòd quando agitur de priuatione citatio non potest incipere à procuratore. Item quòd quandò agitur ad pœnam priuationis, quòd si quis consentit regressui per procuratorem, requiritur intimatio literarum, vt per Cassa. decis. 2. de præb. & 12. de rescrip.

EPITOME.

Regressus per cessum vel decessum an sit ex onerosa, an verò ex lucratiua causa.

SVMMARIVA.

1 *Regressus à Papa ei, à quo beneficium est collatum in alium, per cessum vel decessum eius, cui collatum est, concessum an sit ex oneroso, an verò ex lucratiuo titulo. & nu. 8.*
2 *Reuocatoria omnium regressuum non procedit in onerosa causa.*
3 *Pinguedo tituli non ex fructu, sed ex causa consideranda est.*
4 *Tituli beneficiales sunt lucratiui, nec onerosi dici possunt.*
5 *Beneficium aut lucrum aut onus est, attendendo id quod præponderat.*
6 *Feudum vt sit onerosus an verò lucratiuus titulus, quid attendi debeat.*
7 *Vendens rem pro 100. & equo an vt dicatur contrahere, an verò permutare quid considerandum sit.*
9 *Fructus consequenter in beneficio veniunt, cùm sine illis beneficium esse non possit.*

DECISIO CCCLXXIIII.

IN vna Mutinens. Monasterij pro vicario vrbis con-
tra Archiepiscopū Sancti Seuerini, † in qua Archie-
1 piscopus dimiserat Monastorium valoris 400. duca.
pensionis annuæ, quod Papa decreuerat vacare, & ei
dem Archiepiscopo contulerat aliud Monasterium
valoris 400. ducato. & posteà Papa ad idem primum
monasterium eidē Archiepiscopo dederat regressum
per cessum vel decessum eius, cui contulerat: Dubita
tum est corā D. Sarn. 20. Nouemb. 1542. an talis regres-
sus esset ex causa onerosa, vel lucratiua, & sic nō com-
2 prehenderetur † sub regula Leonis reuocatoria om-
nium regressuū, præterquàm ex causa onerosa: & prę-
supponebatur, quòd regula Leonis loqueretur in re-
gressu habendo respectum ad titulum, qui titulus nō
respicit ęstimationem, & sic respectu eius non pote-
rat dici vnū magis pingue alio: & isti Domini dicebāt,
3 † ꝙ debebat haberi respectus ad fructus, respectu quo-
rū causabatur dicta pinguedo. Tres tenuimus contra
4 rium, dicentes, ꝙ † tituli beneficiales sunt tituli lucrati
ui, vt dicit Abb. in c. ex parte. col. 4. in medio, & col. 5.
post prin. de rest. spol. & ideò cū titulus non possit dici
5 onerosus, debebat † haberi respectus ad causam: &
tunc dicebatur, ꝙ licèt respectu eius, qui pingue bene
ficiū acceptauit, poterat dici lucrū aut onus attēdēdo
ꝙ præpōderat, iuxta id, quod dicit Bal. in prędudio feu
dorū, cùm quæritur, † an feudum sit titulus lucratiuus,
6 vel onerosus, vel, quòd attenditur id, quod præpon-
derat. & idem dicit Bal. in l. quid si patris. colum. penul.
ti. C. vbi legit. & ibi multas concordantias allegaui.
7 facit quod dicit Bald. in l. Aristo ait. ff. de donat. † quā
do quis vendit rem pro 100. & equo, an dicatur con
tractus emptionis an permutationis, vt attendatur id,
8 quod præponderat. Ita vt † cùm hic fieret dimissio
beneficij & fructuum, & consequeretur aliud benefi-
cium, & fructus pinguiores, dicitur ex causa lucratiua
9 consequi regressum ad titulum: cùm † fructus semper
veniant consecutiuè ad illud, cùm non possit esse be
neficium sine fructibus.

EPITOME

EPITOME.

Sententia contra intrusum non citato lata an noceat ei,qui pro suo interesse agit,& citatus est.

DECISIO CCCLXXV.

IOannes de Porrus litigabat contra intrusum super beneficio de Villena,& eo litigante venit Alphonsus pro suo interesse, & protestatus fuit nihil fieri in ipso citato,& dixit de interesse suo constare in tali regressu: posteà fuit citatus ad sententiam,tamen sententia non fuit contra eum lata,sed contra intrusum,quę trãsiuit in iudicatum:Fuit dubitatum in vna Carthaginen.beneficiorum coram D.Aquen. 20. Nouemb. 1542.an talis sentẽtia noceat Alphonso.Et fuit dictũ, ꝙ quia erat ius diuersum Alphõsi ab alio iure intrusi, & quia Alphonsus eum prohibere non poterat,quòd non noceret,ad text.in l.sæpè.§.fi.ff.de re iud.& quod dicit ibi Alex.col.7.versic.ex quibus causis.

EPITOME.

Habens mandatum in causa an habeat ad illius executionem.

SVMMARIA.

1 *Procutor an vsque ad sententiam tantum constituatur.*
2 *Res finem controuersiarum prounnciatione iudicis accipit & num.7.*
3 *Procurator an post sententiam actione iudicati agere possit.*
4 *Procuratori in causa matrimoniali nulla quaruntur post sententiam actiones.*
5 *Procuratore ad expensarum,damnorum,& interesse retorsionem constituto contra eum post sententiam possunt decerni executoriales,eo de nouo citato.*
6 *Procurator ad agendũ est etiam procurator ad defendendũ.*
8 *Delegatus etiam ab anno potest exequi sententiam.*
9 *Procurator si post sententiam ab vno latam,coram alio in alia prouincia actione iudicati velit agere nouo mandato opus habet:secus si executionem coram eodẽ iudice petat.*
10 *Executio est sententia appendix, si coram eodem iudice petatur.*
11 *Mandatum habens ad rem, habet & mandatum ad dependentia & annexa eius rei.*

DECISIO CCCLXXVI.

IN vna Toletan.matrimonij coram Do.Fabio 20.
1 Nouembris,1542.fuit dictum,†quòd licet Bart.dicat in l.procurator.ff.de procu.procuratorem tantùm
constitui ad causam iudicati quod cõfirmatur ratio-
2 ne: † quia causa per rem iudicatam pronunciata finia
3 tur controuersia,l.1.ff.de re iud. & ideo † non potest
actione iudicati agere,quia finita est.Dicebatur tamẽ,
ꝙ poterat agere,si non opponebatur,prout dicit Bar.
& reliqui sequuntur in l.hoc iure.ff.de solut. tamen
istud vltimum dicebatur esse verum in illis causis, in
quibus decretæ actiones procuratorum quærebantur,
pront declarat Castren. in d.l. hoc iure,sed cùm nos
4 essemus in causa matrimoniali, in † qua procuratori
nulla actio requiritur,vt dicit Bald.in l.s. col.3. C.de
senten.& glo.& Doct.& specialiter Salic.in l.nihil. C.
de procur. & dicebatur quòd mandatum procuratoris habebat ad retorquendum expensas, damna & in-
5 teresse.Fuit resolutum,quod contra talem †procuratorem potuissent decerni executoriales, sed verius eo
6 citato:quia † procurator ad agendum erat etiam pro
curator ad defendendum,l.seruum.§.publicè. & §.ait
prætor.ff.de procur.aliqui verò ex Dominis dicebãt,
7 † quòd per sententiam non extinguebatur lis, donec
esset mandata executioni.per dictum Ioannis F[illegible] in
l.1.C.de litigios.quod dictum sequitur Rota: & ideo
8 videmus,quòd † iudex delegatus habet authoritatem
ad exequendum sententiam,vt in c.quærenti.de offi.
deleg.Et licet in Curia fiat commissio executorialis,
9 est ad cautelam.& aliqui contradicebant,ꝙ si † procurator vellet agere principaliter actione iudicati coram alio iudice,iuxta text in l.à Diuo Pio.§.sententiam Romæ.ff.de re iud.quòd tunc diceretur notabile
& necessarium esse nouum mandatum, secus quando
quis executionem peteret coram eodem iudice: quia
10 † illa executio diceretur de appendicibus: & habens
11 † mandatum ad vnum, habet mandatum ad dependentia & annexa, vt Curt. Iun. latè declarat in l. diligenter.ff.mandati.

EPITOME.

Statutum prohibens donationem an prohibeat iuratum.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum non firmat donationem statuto prohibitam.*
2 *Iuramentum non infirmat actum,qui in fauorem alicuius personæ annullatur.*
3 *Iuramentum supplet defectum insinuationis.*

DECISIO CCCLXXVII.

ISte articulus fuit propositus 27. Octobris 1542.&
1 fuit † contrarium eius,quod hic annotaui tentum
quinque ex Dominis, me & duobus alijs contradicentibus:quorum rationes non annotaui, quia non placent:sed pro hac decisione facit, quod dicit Goxad.consil,32.1.facie.& Deci.consil.302.viso puncto colum. final.in 1.versicul. Et ex his etiam responderi potest ad Bertrand.consil.306.antiquorum consiliorum.& consil. 374.visa consulta.versi.1.antiq consil. 174 ex progressu. num 6.& consil.134. visa consulta. num 4.& consil.255.visa consulta. nu.6.& consil.325. ponitur in facto.nu.6.volu.2.in antiq. consil.& consi. 59.nulla sunt.numc 8.& consil.19.nu.6.& consil.130, statutum.& consil.279.circa casum. nu.4.volu.3.in antiq.vide etiam Bertrand.consi.38. ex themate mihi exhibito.colum.1.numero.3.& consil.316.viso instrumento.num.3.& consi.132.quilibet est.num.4.vol.3. consil.nouiter impress.& consil.355.circa ca.in princip.& consil.35.viso instrumento.num.3.& consil.163 in casu mihi exhibito. num 3.& consil. 167. visis instrumentis.num. 2. versi.2 in consil,nouiter impress.
2 & nota † quòd iuramentum non firmat actum, qui
annullatur fauore alicuius personæ,Tiraq.in repet.l.
si vnquam nu.92.vers quia quando contractus infirmatur. C.de reuoc. donat.In contrarium facit,quod
dicit Barto.in l. Modestinus.colum. 2. versic. quæro
3 in illis legibus.ff de donation.& tunc constat,† quòd
iuramentum supplet defectum insinuationis secundum Ias.consil.52.tota dubitatio.col.fin.vol.1.

EPITOME.

Statutum Ecclesiæ Placentin.

SVMMAIRA.

1 *Derogationes generales, quibus facultatibus collectorum derogatur,non præiudicant illis quibus debetur.*
2 *Debita certis personis extenduntur & ad incertis debita*

DECISIO CCCXV.

STatutum Ecclesiæ Placentin. est quòd canonicatus conferatur portionario & portio dimidia portiona-

portionario: fuit conclusum in vna Placentin. cano-
nicatus coram D. Rainaldo, 14. Nouem. 1542. ꝗ esset
reale stante consuetudine, prout præsupponebatur, ꝗ
tale statutum esset obseruatum per 40. annos, quòd es-
1 set dubium in illis personis, ita vt per † generales dero-
gationes, per quas derogatur facultatibus collecto-
rum, non censetur derogatum illis, quibus debetur,
per tex. in c. fi. de consuetud. lib. 6. & per glo. in c. cùm
Ecclesia. in glo. magna, in fin. de præb. in 6. Nō obstat
2 † quòd dicebatur, quòd illa iura loquebantur, quādo
certæ personę erant debita: hic autem incertis: vnde
ab vno casu ad alium non erat argumentum. quia ma-
ior pars dominorum etiam voluit, quòd isto casu ha-
beret locum glo. in d. c. cùm ecclesia. pro quo videtur
tex. in c. si post, & c. quia sæpè. de præb. in 6.

EPITOME.

Ecclesia non conficiens inuentarium an teneatur vltra vires hæreditarias.

DECISIO CCCLXXIX.

Vigesima quarta Nouemb. 1542. in vna Brixien.
excessus legati corā D. Sarnen. fuit tenta doctri-
na Alex. in l. fi. C. de iu. delib. & ibidem Corn. videli-
cèt, quòd Ecclesia non conficiens inuentariū tenetur
vltra vires hæreditarias creditoribus eius legatariis,
prout erat in illo casu in fratribus S. Dominici ciuita-
tis Brixien. qui inconsultè adierunt hæreditatē cuius-
dam. Nam voluit Rota, ꝗ non tenerentur legatariis
vltra vires hæreditarias. Pro distinctione facit, quod
dicit Angel. Aret. in §. extraneus. insti. de hære. qualit.
& differ. & Io. de Anan. in c. in literis. de testam.

EPITOME.

Protestatio facto contraria in iudicialibus nocet.

SVMMARIA.

1 *Præter protestationem qui facit, vitiat eam, & factum manet solidum.*
2 *Recusato coram iudice citra consensum in iurisdictionem comparens, & aliquot actus faciens cum protestatione tamen præmissa, vitiat protestationem, & confirmat processum. & nu. 4.*
3 *Qui potest facere vt possit iudici parere, id faciendo censetur renunciare protestationi.*
5 *Iudex recusatus non potest ad vlteriora procedere, nisi voluntariè recusans compareat.*

DECISIO CCCLXXX.

IN vna Placentin. Castri Sarmiati pro Comite Ol-
derico contra comitem Gasparē Omnies de Scot-
tis, 25. Nouembris, 1542. coram Domino Io. Paulo te-
1 nuit maior pars Dominorum, quòd † in iudicialibus,
vbi est protestatio contraria facto, & iudex non repel-
lit potestatem, sed factū fuit sortitum effectum suum,
quod tunc vitiatur protestatio, & factum manet, prout
tenet Abb. Imo. & Ioan. And. & Ant. de Butr. quos re-
fert Dec. qui eos sequitur in c. solicitudinem. col. pen.
circa fin. de appel. Istam opinionem dicit magis com-
munem Alex. in l. non solùm. §. morte. col. 5. ver. vnde
dici potest. de nou. oper. nunc. quam ibi sequitur Clau-
dius col. 9. vers. 6. limita. & Felin. in c. cùm sit. col. 27.
versi. fallit 2. de constitut. prout erat in illo casu: nam
2 Christophorus † comparuerat coram iudice recusato
citra consensum in iurisdictionem, tamen non obstan-
te protestatione obtinuit iurare testes, & examen eo-
rum, & multos alios actus fecerat semper cum dicta
protestatione: Dicebatur, ꝗ ex quo iudex non repule-
rat eum, quòd vitiaretur protestatio, & per compari-
tionem factā coram iudice recusato validatur proces-
3 sus, prout dicit Alex. in l. qui potest. de reg. iur. & † quia
videtur renunciasse recusationi per illud factum con-
trarium protestationi cōualescit, vt sentit Dec. in d. c.
solicitudinem. col. fi. de appel. nec obstat dictum Inn.
in c. Cumana. de elect. quod dictum communiter se-
4 quuntur Dd. quod vbi † quis comparet protestando,
ꝗ non intendit consentire, quòd tunc tenet protesta-
tio, & factum vitiatur: ita quòd protestatio dicitur a-
mouere consensum à facto: quia respondebatur, ꝗ in
dicto Inno. adest sola comparitio, & per illam prote-
stationem apparet, quòd adest consensus à compari-
tione. Sed secus est in casu nostro, vbi vltra compari-
tionem factum sortitur effectum suum: quo casu vide-
tur protestationi renunciare. quod cōfirmabatur, quia
5 † postquàm iudex per Christophorum fuerat recusa-
tus de iure Ciuili secundum legistas, iudex ad vlterio-
ra procedere non poterat. Cùm ergò Christophorus
posteà comparuerit, licèt cum protestatione, & institE-
rit, dicitur voluntariè institisse, & sic recusationi re-
nunciasse. Et 10. Decembris, 1542. fuit iterum posita,
& per maiorem partem tentum, prout supra.

EPITOME.

Consensus, Probatio, Simonia.

SVMMARIA.

1 *Confessio propria in mandato an se probet simoniacum.*
2 *Causa bona & mala concurrente euitandum est delictum, & eligenda illa, ex qua delictum vitatur.*
3 *Enunciatiua quando non probat.*

DECISIO CCCLXXXI.

IN vna Hispalens. Canonicatus & præben. in qua 24.
1 Nouem. 1542. dubitaui, an † confessio Christopho-
ri, de qua in mandato, probaret eum Simoniacū, fuit
resolutum, ꝗ non: quia in proœmio duplex causa fina-
lis assignatur: Prima erat, non immemor liberalitatis:
2 Secunda, nō immemor cōcordię initæ. Et ideò † cùm
concurrerent causa bona & mala, vt euitaremus deli-
ctum, sumenda erat illa, ex qua delictum euitaba-
tur. Et quòd illa prima esset similis, apparebat in
conclusione, de qua in mandato: dum in eo diceba-
tur, siue ex mera liberalitate, siue ex alia quauis cau-
sa: & illa verba de concordia inita, poterunt intel-
ligi de concordia quoad tractatum, non autem im-
perfecta. Et quòd illud esset verum, apparet, dum in
superiori parte dicitur, ꝗ Rodericus liberè resigna-
uerat, non obstante concordia, non esset iam libera re-
3 signatio. Item dicebatur, † ꝗ ex quo illa enunciatiua
non erat necessaria ad hunc effectum cùm ex aliis cau-
sis resignatio sustineretur, quòd non probaret, iuxta
nota. in l. optimus. de cōtrahend. stipulat. Et tantò ma-
gis vbi principaliter de enunciato disputatur, vt per
Anton. & alios in c. illud. de præsumpt.

EPITOME.

Tempore pestis valet testamentum cum minori numero testium.

SVMMARIA.

1 *Testamentum tempore pestis quomodo valeat.*
2 *Notarius non connumeratur inter testes testamenti, cùm probatio fit per scripturam.*

DECI

DECISIO CCCLXXXII.

FVit reſolutum in vna Rom.hæreditatis de Ballio-
1 nibus coram D.Thom 24.Nouemb.1542.ꝙ†te-
ſtamentum factum tempore peſtis non valet cum mi-
nori numero quinque teſtium : & quòd licèt Alex.in
l.ſententiam.C.de teſta. milit. dicat ſufficere duos:ta-
men ibi Dec.eum reprehendit.Contrarium etiam vi-
detur ſentire Alex.in l.fin.& alij Docto.quos allegaui
ſuperius in illa deciſi.an teſtamentum conditum tem
pore peſtis valeat cum minori numero ſeptem teſtium
2 †notarius etiá non poterat connumerari,ex quo pro-
bationem fiebat per teſtes , ſed non per ſcripturam,
iuxta not.in l.Domitius.per Docto.ff.de teſtam.& gl.
in l.hac conſultiſsima.C.de teſta.vbi Doct.Alex.con.
153.vol.1.circa fin.

EPITOME.

Condemnatio in fructibus qui percipi poterant.

SVMMARIA.

1 *Condemnatio ad fructus,qui percipi poterant, & diſtributiones quotidianas an valeat & nu.4.8.*
2 *Condemnatio ad fructus,qui percipi poterant, non fit, niſi vbi perſonæ illata eſt vis.*
3 *In c.reintegrandæ. 3.q. 1. non veniunt fructus qui percipi poterant.*
5 *Poſſeſſor malæ fidei condemnatur ad fructus,quos percipere potuit.*
6 *Violentia non fit tantùm armis,ſed etiam ſine armis.*
7 *Ad diſtributiones non condemnatur aliquis niſi praceſſerit proteſtatio.*

DECISIO CCCLXXXIII.

CApitulum Cæſarauguſtan.eiecerat de Choro Mat
1 thæum Paſquali : qui †Matthæus poſteà egit ſpo-
lio,& obtinuit Capitulum condemnari ad fructus per
ceptos,& qui percipi potuerunt, & ad diſtributiones
quotidianas. In ſecunda inſtantia , pro parte Capituli
dicebatur , quòd Capitulum malè fuerat condemna-
2 tum ad fructus,qui percipi poterant. Nam talis†con-
demnatio non fit,niſi vbi adeſt violentia circa perſo-
3 nam,Rot.deciſ.10.de reſt.ſpol.in nou. Et†in c.reinte-
granda.3.q.1.non venire fructus,qui percipi poterãt,
notat Rota. decis. 16.de reſt.ſpol.in antiq.Biſig.eod.
4 tit. Tamen contrarium fuit†tentum in vna Cæſarau-
guſtan. pro Mattheo Paſqual.contra Capitulum 27.
5 Nouemb. 1542.coram D.Sarn.tamen†malę fidei poſ
ſeſſor ſine titulo condemnatur ad fructus,qui percipi
potérant,ſecundum Abb.in c.grauius. col.3.verſ.nũc
venio ad ſecundum:col. 5.ver.2.quæritur.de reſt.ſpo.
& Iaſ. in l.apud Iulianum. §.fructus. ff. de leg.1.quod
etiam Rota videtur ſequi , quando ſpoliatus non ha-
bet iuſtam cauſam,quare ſpoliauit,iuxta deciſ.fina.de
reſtit.ſpol.in antiq. Ex quo Matthæus admiſſus dice-
batur violenter eiectus,ad l.clam poſsidere.§.ſequi ad
6 nundinas.cum l.ſeq.ff.de acquir.poſſ.&non†ſolùm di
citur violenter fieri cum armis , ſed etiam ſine armis,
vt etiam teneatur interdicto,l.2.in verſic.ad ſolum au
tem.& ibi gloſſ.in verb.actorem.de vi & vi arma. Et
7 licèt Rota non†ſoleat condemnare ad diſtributiones
niſi vbi procedit proteſtatio : tamen dicebatur, quòd
8 iſtas †diſtributiones ipſum Capitulum actu percipie-
bat, ne ex facto ſuo & culpa locupletiores fierent : i-
deò Rota in vtroque caſu ſuſtinet ſententiam Domi.
Maceratenſ.

EPITOME.

Reſignatio,admiſſio , & prouiſio in vno eodémque contextu cùm eſt relata,reſignatio probatur , licèt de notarij mente non conſtet.

DECISIO CCCLXXXIIII.

VIgeſima quarta Nouemb.1542.in vna Toletan. de Alpedreta coram D.Thoma fuit dictum , ꝙ quando in vno & eodem contextu ordinarius in ſuis literis facit mentionem de reſignatione in admiſsione & prouiſione,quòd probatur reſignatio,licèt aliter de conſenſu reſignantis per notarium rogatum non conſtaret : ſecùs ſi ordinarius referret reſignationem factam de præterito,vt per deciſi.Rotæ 2.in nou.&397. in antiq.tamen in illo caſu licèt ordinarius atteſtaretur de prædicto , fuit creditum:quia conſtabat, quòd reſignans veniebat,& non contradicebat , immò approbabat.

EPITOME.

Tertius poteſt pro intereſſe ſuo coram delegato venire & ſententiam referre quamuis cauſa non ſit contra eum cõmiſſa.

DECISIO CCCLXXXV.

IN vna Valentin.de Pego 4.Decembris, 1542. fuit reſolutũ coram me, quòd tertius poteſt venire pro intereſſe ſuo coram delegato,& ſententiam pro ſe reportare,licèt cauſa non eſſet commiſſa contra eum vt per Abb.in c.veniens.col.2.verſ.nunquid iſte tertius. & ibi Felin.col.5.circa fin.ver.vltimo in hac materia. de teſt.Item dicebatur,quòd licèt in clauſula diſpoſitiua. tantum eſſet commiſſa contra intruſos & intrudendos : tamen , quia in parte poteſtatiua dicebatur cum poteſtate citandi N.omneſque alios ſua communiter vel diuiſim intereſſe putantes , quòd ſicut poterat Ioannes Baptiſta citare Martinum,quòd ita etiam Martinus potuiſſet venire ad cauſam, nec ad paria iudicarentur.

EPITOME.

Gratia expectatiua ſurreptitia ob falſo narratam familiaritatem.

SVMMARIA.

1 *Gratia expectatiua continens falſam narrationem eſt ſubreptitia.*
2 *Gratia de prima expeditione non niſi qualificatis perſonis datur.*
3 *Motus proprius ſubreptionem excludit ſed non in præiudicium tertij.*

DECISIO CCCLXXXVI.

EAdẽ die in vna Caleiaten. dimidiæ portionis pro
Didaco Monroi contra Ioannem de Guara , qui
1 †dederat gratiam expectatiuam de prima expeditio-
ne,in qua narrauerat ſe eſſe familiarem Papæ,& con-
tinuum Commenſalem,cùm tamen non eſſet: fuit ta-
2 men dictum † quòd gratia de prima expeditione non
datur,niſi perſonis qualificatis, & ideò ſe talem nomi
nauerat:tamen quia gratis expediuerat, ꝙ gratia eſſet
ſurreptitia.per Conſil.Gemin.128.Item erat alia ſur-
reptio:quia dixit ſe nominatum à Conclauiſta , & ta-
men non fuit,ſed nominatus per 4.menſes poſt ceſsio
nem gratiæ. Non obſtat quòd gratia expectatiua expe
3 dita motu proprio : quia motus†proprius per regu-
lam Cancellariæ tantum excludit ſurreptionem , ſed
non excludit præiudicium tertij, prout erat hic.

quia

quia tractabatur de preiudicio alterius expectantis, qui io gratia ſua impediebatur perexpectatiuã Ioãnis.

SVMMARIV M.

1 *Motus proprius quando dicatur inpraiudiciũ tertij factus.*

DECISIO CCCLXXXVII.

DIe a 1. Decembris, 1542. cauſa iterum poſita, fuit
1 dictum,† quòd motus proprius per regulam excludit ſurreptionem, non autem in præiudicium tertij, vt puta, ſi propter illam nominationem familiaritatis propter priuilegia, quæ dantur familiaribus, pſe vinceret alium expectantem: tunc motus ptoprius in præiudicium alterius non operatur, ſed tantùm operaretur, ſi de expeditione facta gratis propter narratam familiaritatem: Et ſi dicatur, quòd etiam iſto caſu tractatur de præiudicio officialium excuſat tempore expeditionis: quia non expediuiſſet, niſi titulum indicent: & ideò tertius poteſt hodie dare de illo præiudicio.

EPITOME.

Statutum vrbis de docendo infra annum de nullitate, vbi habeat locum.

DECISIO CCCLXXXVIII.

STatutum vrbis, quòd infra annum dicatur de nullitate, aliàs non audiatur habet locum vbi nullitas eſt eiuſdem ex actis, cùm videlicèt ex defectu citationis, vt ſemper Sozin. conſi. 121. in cauſa reclamationis. col. 2. vol. 3. Alex. conſi. 105. ponderatis his. in 2. colu. no. 7. vol. 5. Iaſ. conſil. 20. nu. 2. Et ita fuit reſolurum in vna Roman. dotis, quarta Decembris, 1542. corã Domiuo Vorſtio. In contrarium tamen facit, quod dicit Abb. conſi. 55. in cauſa. in 2. dub. in a. vol. Anchar. conſi. 211. de iure communi.

EPITOME.

Poſſeſsionis iuſtificatio eſt neceſſaria ad obtinendum regreſſum.

DECISIO CCCLXXXIX.

FRatri Felici in ceſsione cuiuſdam vicariæ, facta in fauorem Benedicti, fuerat reſeruata penſio vndecim librarum ſuper parochiali de Rendecannas de conſenſu Aotonij Filtren. ſocceſſoris per ſe & ſucceſſores ſuos, ne ex ceſſiooe huiuſmodi nimium diſpendium pateretur, & aſſerendo poſteà, quòd dicta vicaria eidem Felici fuerat commendata per obitum cuiuſdam Piſtorieo. idem Felix poſteà agebat contra fratrem Robuſter ſucceſſorem Antonij immediatum ad regreſſum ob non ſolutionem penſionis. Voloerunt Domini 23. Decembris, 1542. quòd quia agebator ad regreſſum beneficij, ſuper quo conſenſerat, ꝙ Felix iuſtificaret aliquod ius ſibi in vicaria ceſſum competiiſſe. Et etiam quòd non iuſtificaret, quòd ipſe produxiſſet quandam reſeruationem & acceptationem: Sed neceſſarium, quòd ipſe doceret de obitu ipſius Ioannis. Et quòd per eius obitum vicaria vacaſſet, ex quo ipſe aſſeuerat, quòd vicaria fuerat ſibi cõmendata per obitum illius, & ne ceſsione huiuſmodi nimiũ diſpendium pateretor & vltra. Et hoc dicebant omnes domini. videlicèt, quòd ille beneficiatus, in cuius fauorem fuerat facta ceſsio, & cuius cauſa Aotonius conſeoſcrat, acceptaſſet illud ius, aliàs quòd Antonius nec eius hæredes non tenebantor. Et Domini videntes inniti coidam concordiæ dixerunt, quòd attento, quòd omnia iſta non verificabantur pro parte fratris Felicis, quòd Franciſcus quoad regreſſum excuſaretur, ſed quòd ſolueret penſionem. Cauſa erat intitulata Terracooen. penſionis.

EPITOME.

Hæres, inueſtitura.

DECISIO CCCXC.

CVm feudum eſt acceptum pro ſe, filiis & hæredibus, licèt requiratur, quòd filij & hæredes ſuccedant, prout dicit in l. & iuriſiuraodum. §. liberè. ff. de oper. liber. tamen ſufficit, quòd non eſſet per filios, quio ſint hęredes, prout dicit Deci. conſil. 208. col. fi. deciſ. Neapol. 64. in noo. & 199. & Afflict. in c. 1. an agnato. verſic. filio. col. 2. verſic. & hoc verum. Sozin. in tract. feudorum in 8. part. de feud ſucceſſ. in 3. chart. 87. & ita fuit reſolutum io vna Paduan. Feudi coram Domino Mariſcoto quarta Decembris, 1542. Non obſtat, quòd contrarium teneat Brun. conſil. 40. col. 2. & Curt. Iun. conſil. 138. col. 5. & ſequen. & conſ. 155. col. 2. & ſequent.

EPITOME.

Quædam compulſoriales poſſuot per diuerſos iudices exequi.

DECISIO CCCXCI.

IN vna Portugalen. coram Domino Sarnenſ. fuit reſolutum, quòd compulſoriales, quę diriguntur vniuerſis & ſingulis, & in quibus dicitur, ita quòd vnos veſtrum alium non expectet, poſſunt exequi per diuerſos iudices, ita ꝙ proceſſus incboatus per vnum iudicem poteſt finiri per alium, atteotis verbis, ꝙ vnus veſtrum alium non expectet. Non obſtat tex. in c. cùm plores. de offic. deleg. in 6. qoia in illo tex. non ſunt appoſita verba ſupradicta. Et ita reſolutum fuit 10. Decembris, 1542. quia illa verba, qoæ in præſentia aliorũ non poſſunt verificari, verificantur præſentationem.

EPITOME.

Præceptoriæ S. Ioannis Hieroſolymitan. ſunt ad nutum amobiles.

DECISIO CCCXCII.

COram Domino Mariſcotto 10. Decembr. 1542. fuit dubitatum, an præceptoria S. Ioannis Hieroſolymit. ſiot beneficia ad outom magni magiſtri & conuentus amobilia. Et pro affirmatiua dicebatur, quòd iſti fratres Hieroſolymitan. emittunt tria vota, iuxta c. cùm ad monaſterium. §. tales. & c. 2. & vtrobique per Abb. & alios, de ſtatu monachor. nam 1. dicuntur perſonæ religioſæ, quæ non poſſunt matrimonium contrahere, & promittunt obedientiam ſuperioris, quam promittũt neceſſariò, dicuntur amouibiles ad nutum ſuperioris, ad nota. per Abb. in c. 2. colum. final. verſicul. ſed ego reddo aliam rationem. de ſtatu monachorum. & idem dicit, Abb. poſt Imol. & Anton. in c. cùm diſputare. in 1. not. in 2. colum. verſicul. quęro 2. & ibi poſſunt huiuſmodi præceptores amoueri quandocunque. & verſicul. & puto, quòd comparatur. de iudic. & tale non eſt dubium etiam de ſoro Eccleſiaſtico, ad not. per Felin. in capit. 2. in 2. column. verſicul. tria ſunt Modern. & Dominic. de ſoro competen. & religio iſtorum dicitur ad hoſpitalitatem

3 *Statutum & ſi contra æquitatem eſſe putetur ſi tamen ali quã ex rat one fundatur validum eſt.*

DECISIO CCCXCVIII.

DIE 14. Decemb. 1542. fuit reſolutum in vna Vr
beuetan. Domorum coram Domino Aquen.
1 quòd ſtatutum prohibens, quòd † neque in vltima
voluntate, neque inter viuos mater poſſit plus vni
quam alteri ex filiis relinquere, eſſet validum: non ob
ſtante quòd Alex. & Iaſ. referendo cõmunem opinio-
nem contrarium dicãt in l. ex facto. ff. de vulg. & pupi.
ſub t, quòd non fundatur: quia Iaſ. dicit in d. l. ex facto
§ ipſe. quod ſequeretur iudicando & conſulendo opi
nionem contra communem quam ibi etiam ſequitur
Claud. referens multos alios Doctores contrarium te
nentes. vide omnino Hieronimum Ver. in rep. d l ex
facto. colu. 14. verſi. nota 12. idem tenet Cal. conſi. 20.
in ſtatu. de conſti. Dec. conſil. 361. habita column.
2 1. & ſtatutum † licet videatur contra æquitatem, tamẽ
quia habet quid rationabile, eſt validum, vt per Bald.
in l cum tabulas col. 2. verſ. & ideo C. de legat. Corn.
conſ. 73. colum. vltim. verſ. & ſufficit quòd ſtatutum
volu. 4.

EPITOME.

Regula Leonis loquens in acceſſibus non habet locum in regreſſibus.

DECISIO CCCXCIX.

EAdem die in vna Mutinenſ. monaſterij coram D. Sa nen fuit reſolutum, quod regul. Leonis reuo catoria acceſſus nõ habet locum in regreſſibus: quia differentia eſt, cum vnum habeat cauſam de præterito alterum non, vt per Caſſad decis. 1. de pact.

EPITOME.

Non probata reſignatione in manib. Papæ vitiatur noua prouiſio.

SVMMARIA.

1 *Reſignatione non probata corruit noua prouiſio.*
2 *Beneficium per obitum vacans non poteſt per generales clauſulas ſiue alia quauis ratione impetrari niſi probetur reſignatio.*
3 *Gratia principali vitiata colabaſcunt omnes aliæ clauſulæ acceſſoriæ.*
4 *Ordinario dicenti reſignationem in manibus ſuis eſſe factã etiam ſi eius literæ cum teſtibus producantur ſi de aliter non conſtet non creditur.*

DECISIO CCCC.

IN vna Salamantin. de villoria 15. Decembris 1542.
1 fuit reſolutum, quòd † noua prouiſio in qua narra-
batur reſignatio in manibus ordinarij, non proba-
ta reſignatione eſſet ſubreptitia, per Rot. deciſi. 24. de
2 præben. in non. & ideo Ioannes de Grado, in † fauo-
rem cuius conceſſa erat prouiſio nõ poterat per clau-
ſulas generales, ſiue alio quouis modo, impetrare be-
neficiũ vacans per obitum eiuſdem: quia narrabat ſe
3 reſignaſſe, nam † vitiata gratia principali omnes aliæ
clauſulæ acceſſoriæ corruunt, vt no. per Abb. in c. ſe-
des Apoſtolica. colum. 2. & in c ſuper literis de reſcri.
4 Non obſtat, † quod ordinarius dixiſſet reſignationẽ in
manibus ſuis fuiſſe factam & literæ ordinarij produ-
cerentur cum teſtibus quia ordinarius dicebat reſi-
gnationem per procuratorem eſſe factam & non con
ſtabat & ſic reſignatio narrata non verificabatur.

EPITOME.

Sententia, quæ non ſe refert ad acta, an ſit nulla.

SVMMARIA.

1 *Sententia ſine probationibus lata vel ex actis iniqua eſſ. apparens ſi ſe referat ad acta notoria non eſt iniuſta.*
2 *Sententia ſine probationibus lata ſi tantum defendatur à nullitate conſeruatur, ſin vero executioni mandari petatur non exequitur.*
3 *Sententia ſine probationibus lata quamuis in principio non ſit nulla depoſt tamen annullatur etiam abſque appellatione.*
4 *Sententia, ſine probationibus quam quis obtinuit: non annullatur ſi obtinens in promptu ad eam probandam probationes offerat.*

DECISIO CCCCI.

IN Cauſam Toletan. matrimonij coram me. 15. De-
1 cembris 1542. fuit reſolutum, quod † ſententia la-
ta ſine probationib vel quando appareret iniqua ex a-
ctis, dum tamen ſententia ad acta non ſe referat,
non eſſe notoriè iniuſta ita vt eſſet nulla per ea quæ
dicit Alexander in l. præſes. ff. de re iudic. in principio
vbi ponit communem, & Afflictus, deciſion. 18. & 47.
Petrus in c. dilecti colum. 47. verſ. tertius caſus de ap-
pellat. vbi loquitur in ſententia ſine probationib. la-
ta, Felin in c. Eccleſia, colu. 11. & ibi Dec. colum. 11. de
conſt. Dec. in l. 11 column. 3. verſic. 4. & vltim C. de er-
2 ror. calcul. & maximè in caſu illo, in † quo non tracta-
batur de exequenda ſententia illa, ſed tantum eam de
fendendo à nullitate, quia ſi fuiſſet tractatum de exe-
cutione dicendum eſſet, quod tunc eſſet etiam ſeruã
da æquitas Rotæ quę tales ſententias non exequũ-
tur, vt dicit Rotæ. deciſ. 340 in nou, Non obſtat
3 etiam, quod dicebatur † quod talis ſententia, licet
non nulla à principio, tamen ex poſt venit annullan
da etiam abſque remedio appellationis, prout di-
cit Felin. in c. per tuas de ſenten. excom. in 6. limi-
4 tat quia dicebatur, † quod pro parte eius, qui obti-
nuerat offerebantur probationes in promptu ad pro-
bandum ſententiam latam.

EPITOME.

Poſſeſſio capta propria authoritate, licèt ea ſit ſpoliatus, ſi alter doceat de titulo, eſt reſtituenda, Bertran. conſi 320. in interdicto. col. fin. ver. non apparet. vol. 1.

DECISIO CCCCII.

DIE 15. Decembris 1542, fuit reſolutum in vna Aſten. præcepto. ix pro Ioanne Iacobo Buco, coram D. Mohedano quòd poſſeſſio dictę Præceptorię propria auctoritate capta à qua fuerat ſpoliatus, docto de titulo erat reſtituenda, quia poſſeſſio ſimiliũ beneficiorum præcedente titulo propria auctoritate capi non poteſt, vt dicit milis in repert. ſuo in verb. poſſeſſio beneficij & concludunt communiter Dd. & ibi Abb. in c. tranſmiſſa de elect. & c. cum veniſſem col. 3. verſ. an autem ille tertius de reſtit. ſpo.

EPITOME.

Commenda, Poſſeſſio, Minor.

SVMMARIA.

1 *Commenda facta vſque ad legitimam ætatem profitendi ordinem, intelligitur vſque ad 14. annum.*

EPITOME.

Professio non præsumpta.

SVMMARIA.

1 *Professio cùm non constat, an præsumatur ad transferendum onus probandi contrarium in negantem professionem esse factam.*
2 *De iure tertii agens de iure claro, & per viam obiectiuus da re debet.*
3 *Præsumptio non sufficit in obiectiua materia.*
4 *Reus in exceptione fit actor.*

DECISIO CCCCVIII.

Ioannes Salano ad excludendum fratrem Thomã de Lorgio generalem dabat de iure tertii, quia dabat de quadam commenda facta cuidam Georgio vsque ad ętatem legitimam profiteudi dictum ordinẽ: & Rota fuit interpretata vsque ad 14. annum: & dein-
1 de facta prouisione in titulum, dubitabatur, † quia nõ constabat de professione, an præsumeretur professio, itavt transferatur onus probandi contrarium in generalem. Et pro affirmatiua dicebatur, quòd hic nõ agebatur de canonizatoria illius iuris, sed tantùm produeebatur ad effectum excludẽdi generalem. Tamẽ hoc non obstante 18. Decembris 1542. fuit resolutum coram me in vna Tantinen. quòd nõ præsumeretur pro-
2 fessionem fecisse: † qoia cùm Ioãnes daret de iure tertii, debebat dare de iure claro, & per viam obiectus:
3 cùm in † materia obiectiua præsumptio non sufficiat
4 vt per Egid. decis. 528. & 561. col. a. Item † quia reus in exceptione est actor, & ideò non sufficit probare, quòd dicit, sed eius qualitatẽ probare tenetur, vt per Bart. in l. actor. C. de probat.

EPITOME.

Decima ex ecclesia curata an ratione oneris debeatur à plebe.

DECISIO CCCCIX.

QVãdo sub plebe est Ecclesia curata, & parochiani illius Ecclesiæ curatæ ratione illius oneris, an ex hoc decimę debeantur: fuit posita coram D. 1 a bio 20. Decembris 1542. & nil resolutum: vide Barto. consi. 49. illum in modum. vol. 3. & secundum illud cons. fuit decisum 9. Ianuarii 1543.

EPITOME.

Ab expensa condemnatione est absoluendus, si benè appellauit, si malè ad expensas tenebitur.

DECISIO CCCCX.

PRronunciauit vnus ex Dominis canonizando gratiam, & condemnando in fructibus: & quia non probabatur intrusio, & sic sententia erat reseruanda quòad fructus: Dubitaui in vna Placentin. præstimonii de Malguerreto, an etiam deberem absoluere à condemnatione expensarum. Et dixerũt Domini 22. Decembris 1542. quòd erat absoluẽdus: quia licèt quò ad illud capnt benè appellasset, tamen quòad aliud malè appellauit. & ideò non debebat in expensas cõdemnari, nisi respectu illius capitis, in quo benè appellauerat aliquas expensas fecisset, à quibus erat absoluendus.

EPITOME.

Gratia expectatiua surreptitia.

SVMMARIA.

1 *Familiaritas an & quomodo ex descriptione probetur.*
2 *Gratia ab falsam expressianem, est subreptitia. & nume. 3.*
4 *Gratiæ expectatiuæ in prima expeditione non dantur passim omnibus.*

DECISIO CCCCXI.

Ioannes de Vergara obtinuerat gratiam expectatiuam huiusmodi sub tenore, videlicet, dilecto filio Ioanni de Vergara ClericoCalaguritan. familiari nostro salutem: hinc est, quod nos tibi, qui in locum dilecti etiam filii Alexãdri PolillaClerici Corciren. qui in collegio, in quo, diuina fauente clementia, ad summi Apostolatus apicẽ assumpti fuimus, interfuit, quò ad infra scriptam gratiam & omnia & singula gratiã huiusmodi concernentia surrogatus & continuus cõmensalis noster existens & c. Ac huiusmodi grat a extat sub data Calendis 1536. & sic 40. mensibus post, fuit dubitatum per me in vna Calciaten. dimidiæ portionis pro Francisco de Menithiacha cõtra Ioannem de Vergara 8. Ianuarii 1543. an gratia expectatiua di cti Vergara sit subreptitia, ex qoo in ea narratu se surrogatum in locum Conclauistę, & tempore gratiæ impetratę nõ erat. Pro parte negatiua dicebatur, quod Ioãnes nullum ex ea iuuamen consequebatur: ergò non erat subreptitia: cùm propter illam narratiuam Vergara non expediusset: cùm esset productus titulus, in quo probabatur, quòd 15. Nouembris 1443. Rotu-
1 lus familiaris erat cõsignatus Rescribendario, in qua erat descriptus Ioannes de Vergara, apparet, † quòd ex descriptione in Rotulo probatur familiaritas, vigore cuius gratiatus expediuerat. Fuit resolutum, quòd ex illa descriptione in Rotulo probatur, quòd illo tẽpore esset familiaris: qnia in extractione Rotuli procurator interrogauerat Compntistã, an esset verum, & an Rotul⁹ fuisset cõsignatus rescribẽdario, & Cõputista respõdit, quod verũ erat, quod secundum exigẽtiã expeditionũ quotidie noui describuntur: & sic necessariò Ioannes de Vergara non probabat se illo tempore esse familiarem, quod probabatur ex verbis expectatiuæ: Nam dicebatur surrogatus: & posteà subdebatur, continu⁹ commensalis noster existens. Itaque apparebat, quòd illa familiaritas procedebat ex illa surrogatione. Et licèt pro parte diceretur, quòd etiam si tempore datæ non fuerat surrogatus, tempore expeditionis fuerat, quæ fuit facta 30. Decembris 1537. iam erat surrogatus, & sic in expeditione familiaris non fraudaren-
2 tur. In † expeditione tamen, quia erat gratia subreptitia, ex quo dicit se surrogatum tempore datę, cùm tamen non esset. Et licèt nec respectu expeditionis aliquod commodum reportasset cum tempore expeditionis iam tunc surrogatus esset Conclauistæ: quia tamen narrauerat se surrogatum, cùm reuera illo tempore esset surrogatus, ad effectum expediendi gratiã: tamen quò ad substantiam gratiæ, vt gratia nnn diceretur surreptitia, non potnit narrare: cùm non esset, pro quo facit dictum Innocen. in c. super literis. de re-
3 script. dum dicit quòd si sit in † gratiis falsitas expressa, quod etsi reddat principem faciliorem ad concedendum: tamen gratia est subreptitia. Et ita aliàs fuit tentum in vna Calaguritan. Archidiaconatus, pro Ioãne de Aguiano contra Martinum Ximenez. Et fuit di

ctum, quòd non innabat Ioannem, si diceret, ego no-
lo vti priuilegiis Cõclauistarum: quia satis erat quod
4 expressisset surrogatum, cùm non esset: quia † in pri-
ma expeditione non passim omnibus gratiæ expecta-
tiuæ dantur.

EPITOME.

Institutio iuris patronatus.

SVMMARIA.

1 *Collatio ordinarii spreto patrono per obitum sub conditione non facta esse censetur.*
2 *Resignatio spreto patrono facta, nulla est, etiam si infra quadrimestre ab eo non contradicatur.*
3 *Gratia cùm est nulla, non transfertur ius à resignante in resignatarium.*
4 *Iuripatronatu sine patroni consensu non derogatur: sed si ius patronatus non consenti ... patrono alteri conferatur, sub conditione factum esse censetur.*

DECISIO CCCCXII.

FVit resolutum in vna Mediolanen. Canonicatus &
præbend. 8. Ianuarij 1543. coram D. Ptolomæo, quòd
1 collatio ordinarij † spreto patrono, per obitum cen-
setur sub conditione facta, per decis. 528. in antiq. &
Fel. in c. cùm Bertoldus. col. 3. de re iud. & Curt. Iun. in
tract. iur. patro. in verb. honorificum. in prin. & Lam
ber. tract. iur patro. in 2. art. 2. q. prin. 3. part. 2. lib. col.
2. ver. sed difficultas remanet. & ver. 4. est ergò. Et 15.
2 Ianua. coram eodem fuit resolutum † quòd resignatio
facta per Marcum Simoncta de eodem canonicatu,
spreto patrono esset nulla, etiam non contradicente
infra quadrimestre, ita vt ab initio non esset abdicatũ
3 ius à Marco, nec per mortẽ Cardinalis vacasset: quia †
ex quo per comparitionem gratia esset nulla, & sic
Cardinali in cuius fauorem erat facta in manibus Pa
pæ. ius non poterat quæri: ergò non erat à Marco An
tonio ius abdicatum, vt per Abb. in c. cùm quidã. de
4 pact. in fin. quod sæpissimè Rota tenuit. Item † quia e-
rat derogatum iuripatronatus, & sic requirebatur cõ-
sensus alterius medietatis, videbatur sub conditione
facta, vt per Rot. decis. 577. in antiq. Bisignet. decis. 6.
de renun. Et 12. Februarii 1543. causa iterum posita
fuit resolutum, quòd prouisio Apostolica est valida
ab initio, sed irritanda contradicente patrono, vt per
Rot. decis. 518. Feli. in c. cùm Bertoldus. col. 5. de re iu
dic. & in tract. quando liter. aposto in 10. limit. Roch.
de Curt. in suo tract. in verb. honorificum. in princ.
Gom. in reg. de public. in. q. 17. in fin.

EPITOME.

Restitutio spolii decimæ quomodo fiat clericis.

SVMMARIA.

1 *Possessio decennalis non facit ad restitutionem, cùm ius commune ei refragatur.*
2 *Conuentio de decimarum perceptione cum aliquo facta ipsius tantùm personam respicit, & non præstat titulum quò ad successores.*
3 *Clausula, in pristinum statum, quomodo sit accipienda in conuentione de percipiendis decimis. & nu. 6.*
4 *Conuentio authoritate superioris celebrata realis est, & ratione illius titulum habere dicuntur conuenientes.*
5 *Suffraganei consensu facta conuentio an constet.*
7 *Status prior per contrariam possessionem tollitur.*
8 *Iuri suo nemo censetur in dubio renunciare.*
9 *Nouissima conuentio vt derogat priori: ita etiamsi titulus aliquis coloratus ex præcedenti datus sit, per posteriorem ille discoloratur.*
10 *Restitutio ad possessionem vitiosam fieri non debet.*

DECISIO CCCCXIII.

DIe 12. Ianuarij 1543. in causa Veronen. de Ron
cho proposui in attentis conuentionibus inter
Episcopum & clericos factos de possessione decenna
li antiqua, an Clerici ad decimas essent restituendi. Et
1 fuit resolutum, quòd † possessio decennalis nil facie-
bat ad restitutionem, prout anteà fuit resolutum: ex
quo ius commune clericis refragabatur. Item conuẽ
tio inter quendam Antonium & Clericos, vt per 8.
annos Antonius perciperet medietatem decimarum,
reliquarum medietatem perciperent Clerici: & quòd
Archipresbyter cõtulerat quendam Clericatum Mar
co, & quasdam possessiones, quas tenebat. Deinde de
anno 1523. cum authoritate cuiusdam asserti vicarij,
fuit declaratum, quòd per 8. annos Antonius percipe
ret medietatem, elapsis verò 8. annis perciperet tertiã.
Dicebatur, quòd ista conuentio, dato, quòd esset facta
2 † cũ authoritate superioris, quòd tantùm respiciebat
personam Antonij, & sic non poterat dare titulũ quò
ad successores. Item dicebatur, quòd conuentio † fa-
3 cta de anno 1525. in qua concedebatur Petro Rectori
medietas, durante vita eius, & post obitum quod reuer
teretur ad pristinum statum: quia intelligebatur de il
lo statu possessionis trium quartarum, in quo prius
4 Clerici fuerunt: & cùm illa † conuentio fuisset facta
authoritate superioris, quòd diceretur realis; & per cõ
sequens ratione illius conuentionis Clerici dicuntur
habere titulum: quia primò respondetur, quod ex quo
5 ille Episcopus † erat suffraganeus, & non erat Episco
pus Veronen. quòd authoritate eius non constabat:
nisi ad hoc respondeatur, quod ex tempore præsumatur
6 pro vicariatu: tamen illa verba, † quòd reuerterentur
in pristinum statum, non intelligerẽtur de illa pos-
7 sessione antiqua trium quartarum: ex † quo illa posses-
sio antiqua desierat esse per aliam possessionem 40. an
norũ Archipresbyteri: ita quod ille status non poterat
considerari: quia iam desierat esse status per contrariã
possessionem 40 annorum. Assistente iure communi
8 Archipresbytero erat secuta præscriptio, & † nemo in
dubio videtur renunciare iuri sibi competenti, vt l.
cùm de indebito ff. de probation. & ideò secus est, quòd
cùm conuentio fieret, de anno 1525. quo tempore per
conuentionem factam de anno 1521. erat inceptus ex
conuentione alter status, & post mortem Petri possi
derent, vt prius erant soliti, scilicet ante conuentionẽ:
patet, quia non constat, quòd Petrus haberet scientiã
illius possessionis antiquæ trium quartarum. Item di
cebatur, quòd ab illa conuentione erat recessum per
aliam conuentionem de anno 1530. in quo cum autho
ritate superioris fuit facta alia conuentio, videlicet
quòd Clerici medietatem, & Archipresbyter aliam
medietatem perciperet, & sic erat simplex conuentio
9 & vltima. Itaque † tanquàm nouissima derogabat
prioribus & præcedentibus: ita vt si super illis aliquis
titulus coloratus esset datus, per illam vltimam disco
loraretur. Item quãdo conuentio facta de anno 1525.
aliquem titulum coloratum tribueret, prodesset quo-
ad possessionem postea quæsitam, quę in casu nostro
nulla erat immò semper Archipresbyteri continua
runt suam possessionem anteà quęsitam, qua desierat
10 cum illa esset vitiosa, & † ad illam tanquam vitiosam
restitutio

restitutio fieri non debebat.

EPITOME.

Testamento tutor datus an possit sine adiūcti cōsensu procuratorem constituere.

SVMMARIA.

1 *An tutor sine adiuncti consensu possit procuratorem constituere & nu 9.*
2 *Quilibet tutor potest in solidum administrare*
3 *Curatoris non confirmati a iudice datio non v...*
4 *Curator non potest actis authoritatem præstare.*
5 *Adiunctus propter suspicionem vices curatoris agit.*
6 *Suspectum tutorem filiis suis pater dare non præsumitur.*
7 *Adiunctus magis tutori additus censetur ratione latæ administrationis si ampla sint vires hæreditariæ.*
8 *Actibus authoritatem præstare non est adiūcti, sed tutoris.*

DECISIO CCCCXIIII.

IOannes Franciscus de Vardis dederat tutores filiis
suis Cardinalem Sanctor.quatuor coronat. & Rai-
nerium eius fratrem & cùm Raineriо in rebus vrba-
nis in administratione eorum voluit adiunctum esse
Antonium Malefrini.quem in gubernatione rerū Flo
1 rentię voluit esse adiunctum posteà Rainerius† agens
nomine pupillorum contra Comitem del Anguil-
lara constituit procuraturē:dicebatur,quod ille pro-
curator esset nulliter constitutus,quia à Rainerio tan
tum & non ab adiuncto esset datus. Et 12. Ianuarii
1543.fuit resolutum,quòd constitutio procuratoris
valeret:quia si illa datio adiuncti importabat,vt etiam
2 adiunctus† esset tutor,& tunc quilibet tutor potest in
solidum administrare,per text.in l.fina.C. de author.
3 præstan.& in l.1.C.si vnus ex pluribus.aut † si illa da
tio adiuncti importabat,vt censeretur vt curator da-
tus:& tunc si non fuisset confirmatus per iudicem, e-
ius datio nō valebat,Instit.de curat.§.fin. in princip.
4 & quia† vt curator esset datus,eius authoritas in actis
inutilis,est cùm non posit in actis authorizari, iuxta
text.in l.cum vna.§.tutor.ff.de appella. & sic iste adiū
5 ctus† fuisset deputatus ratione suspicionis, tunc vi-
ces curatoris sustineret,Instit.de curat.§.interdum. &
eius authoritas esset inutilis,vt dicit glo.quam Docto.
sequuntur in l.licet.C ex quibus caus.tutor.haben.Et
6 † non erat præsumendum patrem tutorem filiis reli-
quisse suspectū:eum propter suspicionem soleat remo
7 ueri:& ideò fuit conclusum,† quòd potius tutori testa
tor adiunctum dederit ratione commissionis admini
strationis,quod solet de iure fieri,quando sunt amplę
vires patrimonii,vt in §.fina.Instit.de curato.& l.pro-
pter.& l.ob argumentum.C.in quib.caus.tuto.haben
& hoc important suadentque illa verba, in admini-
8 stratione adiunctum dedit ei.Et ideò cùm † authori-
zare in actu ad ipsum tutorem,& non adiunctum per-
tineat,vt dicit text.in d.l.cum vna. §.tutor. sequeba-
9 tur quòd† Rainerius solus bènè procuratorem con-
stituisset.

EPITOME.

Exemplum instrumenti originalis parte non opponente . & iudice non reuocante productum facit fidem.

DECISIO CCCCXV.

IN vna Toletan.matrimonii coram D. Fabio fuit decisum 15.Ianuarii 1543.quòd exemplum originale productum parte non opponente,nec iudice reuocante faceret fidem,vt per Sozin.in authen.si quis in aliquo.in fin.& ibi Curt.Iun.col.5.& Dec.col.10.in exempli.Domini dubitarunt per ea quæ dicuntur in d.authen.col.5.vers.declara prædicta omnia.

EPITOME.

Gratia ad tempus concessa post illud tempus non præstat titulum coloratum.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de prouidendo ad certum tempus concessum,post tempus effluxum non præstat titulum coloratum.*
2 *Concessum ad tempus,post illud effluxum censetur prohibitum.*

DECISIO CCCCXVI.

DIe 11.Ianuarii 1543.in vna Astoricen. parochia-
1 lis coram D.Thoma fuit resolutum,† quòd man
datum de prouidendo ad certum tempus concessum
non pręstaret titulum coloratum quò ad possessionē
beneficij capiendam,quod vacauerat post illud tem-
2 pus:quia † concessum ad tempus, post illud censetur
prohibitum:& quia gratia habebat tempus in se limi-
tatum.Non obstabat,quod dicebatur de gratia expe-
ctatiua,quod secus erat in isto mandato limitato,& sic
de nullitate tituli apparebat,vt notatur per Barto. in
l.1.§.quod parui.ff.quod vi aut clam.Cassad. decis.12.
de rescript.

EPITOME.

Capitulum non tenetur ad fructus non distributos, quamuis vt bonæ fidei possessor ad fructus non consumptos & existentes summo iure teneatur.

1

DECISIO CCCCXVII.

IN vna Conchen.15.Ianuarij 1543. fuit resolutum, quòd Capitulum non teneretur ad fructus non distributos existentes penes Capitulum ipsi Constantino,etiam quod esset per Canonicos: dum tamē essent post datam priuilegij:quia dato, quòd sint Canonici ante intimationem,tamen bonæ fidei possessor tenetur ad fructus non consumptos & penes,eum existentes,vt in l.certum.C.de rei vendic.glo. & Abb. in c. grauis.de restit.spol.& Bald.in l. ex diuerso. ff. de rei vendic.Oldrad.consil.56.

EPITOME.

Regula de idiomate habet locum in commendis perpetuis.

DECISIO CCCCXVIII.

DIe 12.Ianuarij 15 · 3. in vna Caurien. parochialis S.Iacobi fuit tenta decisio D.Sarn.in reg. de idiomate.q.5.vbi refert Cassad. quod regula de idiomate habet locum in commenda perpetua.

EPITOME.

Verba enunciatiua ob fauorem dotis probant.

DECISIO CCCCXIX.

FVit resolutum in vna Ariminen.coram me, quòd verba illa prolata à muliere,pręsente viro: ego accepi eum in maritum,& ei dedi omnia,quæ habebā in mundo:& licèt verba essent enunciatiua , tamen

præualebant

& petiit se ad causam admitti:qui fuit admissus pro interesse suo,& monitis procuratoribus, si volebant acceptare:Et illis nolentibus fuit decretus processus per contradictas,& obtinuit sententiam per D. Marsicanú canonizari in tertia instantia. Ioannes Baptista coram me dixit de nullitate sententiæ: quia dicebat se non fuisse citatum ad causam. Nam licèt ipse commiserat causam :tamen dicebat citationem obtentam esse nulliter executam,nec de aliqua executione in actis apparebat:& pro parte sua allegabatur decis.4 56. & 42.Egid.& Rot.decis. 17.de dol.&contum.in nouiter 402. Respondebatur qood ibi erat diuersus casus:quia erat commissa causa contra specialiter nominatos:hic autem Marcus veniebat vigore clausulæ generalis. Item illa decis.circa fio.ponit distinctioné, & dicit,quod debet dari absolutoria ab obseruatione iudicii,non autem super negotio principali pronunciari.tamen istis noo obstantib. Domini voluerunt sententiam esse bonam.& isto casu tenere decis. 402. per rationes,de quibus in ea,maximè qoia tractabatur de saluanda senteotia: cùm aliqui dicerent quod si fuisset aote sententiam io isto casu, cùm augeretur contra vocatum vigore clausulæ geoeralis, forsan aliter dixisset. Ad decis. Egidij dicebatur,quòd ille sine iure loquitur,& quòd stilus Rotę valet: quia in contrarium est decis.402.& ita fuit resolutum coram me in dicta Valentin. del Pego.24. Ianuarij 1543.

EPITOME.

Procurator ad defendendum non potest committere causam super molestationibus.

SVMMARIA.

1 *Procurator,qui saltem mandatum habet ad defendendum, non potest agere super molestationibus.*
2 *Verba in mandato propriè sunt intelligenda.*
3 *Defendere dicitur propriè ille,qui prouocatus venit ad iudicium.*
4 *Is qui non potest agere non potest intentare remedium l. diffamari.C.de ingen. & manum.*

DECISIO CCCCXXIII.

IN vna Salamantin. Scholastrię fuit resolutum 24.
1 Ianuarii 1543.quòd procurator habens mandatú†
ad defendendum,oon haberet mandatum ad commit
tendum causam super molestationibus ad glo.in c.cõ
stitutus.de procur.& videtur text. in c.accedẽs. eodẽ
tit Non obstat,quòd ille,qui commisit causam super
iactatione,dicatur quodammodò defendere, ad glo.
in l.diffamari.C.de ingeuu.& manomiss.qoia diceba-
2 tur.† quòd cùm verba propriè in mandato sint intelli
3 genda,quòd propriè dicitur†defendere ille, qui pro-
uocatus venit ad iudicium Paul.Cast.in l.ad pupill.§.
qoi commissioocm.ff.de nou. oper. nunciat.& idem
4 in l.libertus patrono.ff. de iniust.vbi dicit,quòd †il-
le,qui non potest agere, non potest intentare reme-
dium l.diffamari.C.de ingen.& man.

EPITOME.

Expressio falsa reddit gratiam subreptitiam.

DECISIO CCCCXXIIII.

IN vna Calaguritan. dimidiæ Portionis in vltima audientia ante Carnisprivium fuit resolutú, quòd licèt Ioãnes Barba.propter clausulam,motu proprio, non tenecatur probare se familiarem,tamen quòd expresserat se oominatum à Conclauista tempore datæ esset subreptitia,dato,quòd illæ narratiuæ non mouissent Principem ad facilius concedendum, secundum Imo.in c.super literis.de rescript.

EPITOME.

Expectans potest duo beneficia in eadem diœcesi acceptare ordinario non contradicente etiam in præiudicium expectantium.

DECISIO CCCCXXV.

FVit tentum in vna Vrgellen. Canonicatus,& præbend.29.eiusdem 1543.quòd D. Bernardus della cruce vigore expectatiuæ ad tres collationes, & tria beneficia,potuit acceptare duo beneficia in d.diœcesi Vrgellen.ordinario non contradicente,in qua erãt expectatiuæ etiam in præiudicium eapectantium : & sic quod decis.1.& 2.de concess. pręben. ampliaretur, dato,quòd in illa diœcesi essent eapectatiuæ,&tractaretur de pręiudicio expectantium. Nam dicebatur, quod illud pręiudicium oon erat considerabile. Nam principaliter Papa intendebat dando eapectatiuam grauare ordinarium: si vigore ordinarius noo sit in coosideratione, sed tantum præiudicium ordinarii, quod non tollitur per contradictionem,& istud præiudicium est delatiuum, non autem peremptorium, quod non est in consideratione,iuxta decis. Rot. 248. in nou. Nõ obstat,quòd ordinarius stante eapectatiua alterius non possit contradicere, conferendo alteri propter decretum appositum in expectatiua: quia respondetur,quòd expressè poterat contradicere dicendo,quòd gratia erat cõsumpta,& quòd cum ipse non potuit secundum acceptare, ad alterum eapectabat: quod cùm non fieret sibi præiudicabat,& præiudiciũ eapectantium noo erat in cõsideratione,ea quo aliud acceptare poterat. Et ista resolutio fuit facta coram D. Mariscoto.

EPITOME.

Statutum prohibens donationem non prohibet remuneratoriam.

DECISIO CCCCXXVI.

FVit resolutum coram D. Aquen.29. Ianuarij 1543. quòd statutum prohibens donationem, oon videtur prohibere donationem remuneratoriam, prout patet in multis partibos iuris:nam licèt inter maritũ & vxorem sit prohibita donatio,non autem remuneratoria sicut ioter patrem & filium etiam remuneratoria non erat prohibenda: Ita erat dicendum in statuto Vrbeuetan. vt tantum prohibeat donationem oon remuneratoriam.

EPITOME.

Testes interrogatoriis prætermissis examinati nõ sunt nulliter examinati, sed sunt repetendi.

DECISIO CCCCXXVII.

FVit tentú in vna Burgen. matrimonii, qoòd testes examinati interrogatoriis pretermissis per hoc nõ essent nulliter eaaminati: sed quòd essent repetendi,& interim causa non expediretur, vt per Aleaand. cons. 178.col.penul.versic.2.& coosi.42.col.pco. volum.4.

& Dec.

& Dcc.in c. licèt causam.8.notab.de probat.

EPITOME.

Resignatio vbi fit in fauorem certæ personæ sufficit quòd intimatio fiat in partibus principali.

DECISIO CCCCXXVIII.

DIE 29.Ianuarij 1543.fuit resolutum in vna Burgen.Cappellaniç coram D.Sarnen.q; resignatio esset intimata in partibus principali,sicuti dicimus in permutatione,vt per Felin.in c.ex parte.col.8. vers.limita 1.de rescript.& ibidem quod ponit Felin. vers. ex hoc infero.quia cum illo facit pro ista decis.glo.in Clem.1.de renun.in verbo,faciẽdo.sed text.in Clem. 1.non obstat,dum considerat, quòd intimatio debet fieri procuratori,vt superiori:quia cum illo tempore Clementis non fuerint resignationes in fauorem certę personæ,sed simpliciter,ideò considerauit intimationem fiendam procuratori vt superiori : Cùm autẽ inualuerint hodie istę resignationes in fauorem certarum personarum,dicendum est,quòd in tali resignatione militat illa ratio quæ militat in permutationibus: & ita dicit Ioannes de Silua.in tract. de benef. in 5.par.q.13.col.13.in fin.& Prob.in addi. ad Io. Monach.super rubr.de renun.col.fin.lib.6.Idem fuit resolutum in vna Salamantin.Abbatiæ S.Saturnini coram D.Mohedano 12.Nouembris 1543.

EPITOME.

Lis per citationem non inducitur,cùm rescriptum est conditionale.

DECISIO CCCCXXIX.

FVit resolutum coram me in vna Hispalen dimidiæ portionis pro Francisco Verregas contra Alphõsum Anaxa,5.Februarii 1543 quòd cõmissio causæ restitutionis in integrum cum clausula,parito iudicato, quòd licèt vigore illius commissionis pars esset citãda ad dicendum contra:tamen quod ante paritionẽ non esset per illam citationem inducta lis:quia rescriptum erat conditionale,l à tractatore.ff.de condit. & demonstra.& iurisdictio sola conditione data, nisi purificata.Sozin.consil.99.col.7.versi.3.aut 4.

EPITOME.

Prouisio cum clausola,dummodò accedat consensus medietatis,non est conditionalis,sed modalis.

SVMMARIA.

1 *Prouisio quando non sit conditionalis sed modalis.*

2 *Collatio non fit sub conditione vt electio.*

3 *Dictio,dummodò,cum actui imperfecto adiicitur.est conditionalis non modalis,nisi ponatur in parte derogatiua, & prouisio Papæ sit pura & perfecta.*

DECISIO XXX.

FVit resolutum in vna Mediolanen.Canonicatus& præbend.coram Ioanne Paulo 12.Februarij 1543.
1 quod prouisio†apostolica de beneficio iurispatronatus cũ clausula,& quatenus de iure patronatus cum derogatione cum dimidio,quæ verba resoluũtur, id est,quia cõsensus medietatis patronorum debet accedere,nõ esset conditionalis,sed modalis, iuxta not. per Alexand.& Ias.in l.cum mota.C.de transact. Et
2 quia †collatio sicut electio non solet satis fi[...] [...]
3 conditione,c.2.de elect in 6.Non obstat,† quòd [...]
dictio,dummodo,quando additur actui imperfecto
dicit conditionem,non modum,vt per Paris in [...].nõ
potest.§.illud.colũ.2. in fin. ver.in ea gloss.de præb.
in 6.& Alex.in l.1.ff.ad l.falcid.quia dicebatur,quòd
prouisio Papæ erat pura & perfecta:& illa verba,dummodò,ponebãtur in parte derogatiua ad validitatem non autem vt collatio conditionalis efficeretur:quod apparebat ex verbis supplicationis,dum dicunt,quòd quatenus de iure patronatus &c.

EPITOME.

Testamentum in terris Ecclesiæ conditum,qualiter debeat fieri.

SVMMARIA.

1 *Testamentum.cui non parochianus,sed tres tantùm testes interuenerunt,inter liberos est validum,nisi magna oriatur inæqualitas.*

2 *Inæqualitas cùm nulla rationabilis potest dari causa, testamentum semper factum vitiatur.*

DECISIO CCCCXXXI.

IN vna Senen hereditatis coram D.Thoma fuit resolutum 16.Februarii 1543. quòd licèt testamen-
1 tum factum in terris Ecclesiæ esset nullum:quia non
interuenerat parochianus,seu confessor, sed tantùm
tres testes,per text.in c.cùm omnes.de testam. tamen
quia eramus inter liberos,erat validum: & licèt diceretur,quòd vbi sunt inæqualiter constituti, maximè
vbi esset magna inæqualitas,testamentum non valeret,vt per authoritates quas allegat Alexand. consil.
2 6.Tamen†illud procedebat, vbi nulla rationabilis
causa asignari poterat illius inęqualitatis,& quare illa inęqualitas tolerari poterat vt dicebatur in illo casu,quia fœminæ erant per statutum exclusæ.Item ratione conseruandę agnationis,nimirum si inter masculos & fœminas erat inducta per testatorem inæqualitas,& nulla erat præsumptio propter hoc falsitatis. Item inæqualitas inter masculos etiam erat rationalis ratione primogenituræ, & quia agebatur de fortalitiis & iurisdictione,quorũ natura est,vt penes annũ maneant.

EPITOME.

Gratia quando sit generalis & incerta.

SVMMARIA.

1 *Gratia prima cùm est generalis, de secunda,si est specialis, mentio fiet.*

2 *Gratia prima si est specialis,& secunda generalis non requiritur in secunda mentio.*

3 *Gratia siue generalis siue specialis quando mentionem fecisse oporteat.*

DECISIO CCCCXXXII.

EAdem die in vna Hispalen. Archidiaconatus de Carmona coram D. Maceraten.fuit resolutum, quòd gratia erat generalis,ex quo habebat clausulam acceptandi,per decis.2.Cassad.de præben.etiam quòd
1 esset alternatiua,erat incerta & ideò†cum gratia [...] et
generalis,de ea secunda gratia speciali debebat facere
mentionem:quia maior potestas erat in prima,per c.
dudum

2 dudum de præbend.& decis.217.in nou.secùs† suitdi
ctum, si prima gratia esset specialis: quia in secunda
speciali de ea debebat fieri mentio. An autem secunda
gratia de prima debebat facere mentionem, vide Sta-
phil.in tracta.de lit.grat.fol.38.pag.2.vers.ex hoc infe
ro vnum, quæ dicatur gratia generalis vel specialis.&
fol.199.pag.2.in princip.in ver.licèt autem standum.
facit ad hoc gloss. in d. c. in verb. certum. de concess.
3 præben.in 6.cum seq.gloss.& aduerte, † quod siue gra
tia sit generalis, siue specialis, videtur, quòd si sequa-
tur gratiam de vacante saltem per clausulas generales
derogatorias de prouidendo, debeat facere mentio-
nem, Cassad.decis.5.de concess.præbend.& de decret.
in reseruat.vbi distinguit Staphil.in tracta.de lit.grat.
fol.32.pag.1.ver.idem dico.& fol.32.pag.2.eod.ver.

EPITOME.

Vigore gratiæ, si neutri, non potest accipi possessio, ante-
quam per iudicem admittatur.

SVMMARIA.

1 *Possessionem capiens ex gratia, si neutri, & ante euentum attentat.*
2 *Surrogatio in forma gratiosa ante literas expeditas an cen seatur inducta & nu.4.*
3 *Possessio potest supplicationis vigore capi, præterquàm in commissorialibus.*
5 *Supplicationis vigore possessionem intrans pro intruso non habetur.*

DECISIO CCCCXXXIII.

IN causa Calaguritan. coram D. Fabio fuit resolu-
tum 26. Februarij 1543. quod vigore gratiæ, si neutri
1 non solùm † cum supplicatione, sed nec etiam cum li-
teris Martinus Ximenez poterat capere possessionem
quòd talis gratia dirigitur Auditori in euentum, in
quem constet: Ergò ante illum euentum, & sine iudi-
ce Martinus non poterat possessionem capere: & sic
attentabat. Item maior pars inclinabat, quòd vigore
2 illorum in dicta gratia, si neutri, etiam literæ † in for-
ma gratiosa surrogationis expediri posisint: & non in-
ducebatur surrogatio, antequàm literæ essent expedi-
tæ: quia illa verba dant potestatem expediendi literas.
Et ideò ante expeditionem nō data subrogatio. Item
3 in eadem fuit dictum, quòd † vigore supplicationis,
præterquam in commissorialibus, potest quis capere
possessionem, vt per Sarnen. in regu. de non iudican.
iuxt. formam supplicat. 5. q. Et 26. Februarij 1543. cau-
4 sa iterum posita, fuit resolutum, quòd immò † per il-
lam clausulam, etiam quòd literæ in forma gratiosæ
surrogationis expediri posisint, ante expeditionē lite
rarum, per illam supplicationem daretur surrogatio:
5 quia † si literæ possent expediri vigore gratiæ præexi-
stētis, quæ gratia ex supplicatione oritur, ideò intrans
possessionem vigore huiusmodi supplicationis non
dicitur intrusus.

EPITOME.

Possesio ciuilissima an per constitutum transeat.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas à pupillo per tutores adita, an defuncto pupillo in successorem continuetur per decretum. & nu.7.*
2 *Possessio ciuilis per constitutum quando non transeat.*
3 *Hæreditas cùm nec corpus nec animam habere censeatur, pendere non dicitur.*
4 *Fictio quando non consideretur.*
5 *Decretum exorbitans, & ius commune corrigens, non extenditur ad casum fictum.*
6 *Casus verus quando etiam locum habeat in ficto.*

DECISIO CCCCXXXIIII.

DEcreuit Polidorus Palauicinus relicto Ioanne
Francisco filio infante tutores suprascriptos:
adierunt hæreditatē, dicendo inuenisse se in bonis
Polidori ius petendi talia bona, non tamen fuit ap-
prehensa possessio bonorum. Postea decessit Ioannes
Franciscus cui successit Michael Bonricus auus ma-
ternus. Dubitaui 19. Februarij 1543. in vna Parmen. ho
norum tanquam surrogatus Verulli pro Michaele
1 Cassalio contra D. liuiam, attento, quod † hæreditas
Polidori fuit addita per Ioannem Franciscum mediā
te persona tutorum, an possessio bonorum, de quibus
agitur, vigore decreti fuit continuata in Bonricum.
Pro parte Liuiæ dicebatur, quod quærebatur de pos-
sessione Polidori, & dicebatur, quòd ex quo hæredi-
tas fuit adita per Ioannem Franciscum, quòd vigore
decreti in illum fuerat continuata: Et ideò illa posses-
sio quoad Bonricum non erat transmisibilis defectu
decreti in Ioanne Paulo iam confirmato: cùm decre-
tum intelligatur in primo hærede iam continuato ef-
fectu in ipso, vt per Alexand. consil. 35. col. 2. vol. 1. &
quòd in ista possessione ambò informantes conue-
niebant: aut quærebatur de possessione Ioannis Fran-
cisci transmisibili vigore decreti in Bonricum. Et
dicebatur duplici ratione, quòd non poterat dici.
Primò quia concurrebant duæ rationes: prima, quòd
possessio capta transmitteretur: secunda, quod per
istud factum per decretum, quod esse non potuit, vt
per Bald. in rub. de caus. posses. & propriet. col. pen.
2 dum dicit, quòd † possessio ciuilissima per constitu-
tum non transit: quia concurrebant duę pactiones.
Sed ad istud respondetur, quòd istud immò veniens
per decretum cessabat: nam prima possessio trāsmitte
3 batur in hæreditatē, † quæ non habet corpus, nec a-
nimā, & ideo non dicitur pendere, l. 1. §. sobole. ff. si
quis testam. liber iussus fuerit, & tamen ab hæreditate
transiuit in hæredem, & sic duæ fictiones concurre-
4 bāt: quia † possessio ficta existit in hęreditate, & per
decretum. Et tamen stante ista duplici fictione de-
cretum disponebat quòd continuaretur. Ergo illa du
plex fictio non erat in consideratione, & sic per istam
responsionem tollitur prima ratio. Secūda ratio erat,
5 quia † decretū exorbitans erat etiam correctorium
iuris communis, ergo non erat extendendum ad ca-
sum fictum, vt per Alexan. consil. 2. in 3. volu. & consi.
202. volum. 1. & 207. col. 2. vol. 7. Curt. Iun. Cons. 208.
6 nu. 17. & 120. nu. 8. sed fuit responsum, † quòd vbi ca-
sus fictus & verus æquiparantur quoad communem
euentum, tunc in materia etiam exorbitāti dispositum
in casu vero habeat locum in ficto, c. ad audientiam.
de Cleric. non residen. Rom. in l. 1. §. de illo. ff. ad Tre.
Bal. in l. omnes popull. col. penul. vers. sed pone quod
statuto caueatur. ff. de iust. & iur. Cùm ergò per statu-
tum possessio in hęredē transferatur, quoad commu-
nem effectum, etiam quòd actualiter apprehensa non
fuit, & vnius effectus possessio translata est, quod ad
7 aliā transferatur: Ergò † pro ista parte, quòd possessio ciui
lissima continuata in Ioannem Franciscum per mor-

tem eius, quòd etiam esset in Bonricum continuata. Pro quo facit, quia gratia resignata in procemio, vt malitiis obuietur, habet locum in casu isto.

EPITOME.

Legitimatio tenet etiamsi non probetur certa mater legitimati.

SVMMARIA.

1 *Filius si à patre pro legitimo agnoscatur, non opus habet certam matrem probare.*
2 *Expositi vulgò quæsitis æquiparantur.*
3 *Vulgò quæsiti legitimari non possunt, nisi à patre agnoscantur.*

DECISIO CCCCXXXV.

FVit resolutum in vna Parmen. legitimationis coram me 19. Februarij 1543. quòd legitimatio tenet etiam quòd non probetur certa mater legitimati,
1 sed† quòd sufficiebat, quòd pater cognouisset eum in filium, ex quo tantùm pro præiudicio eius agebatur, per doctri. Bartol. in l. quòd senatus. §. item per contrarium. ff. de liber. cognoscen. & latè per Ias. consi.
2 106. volu. 1. Non obstat, quòd † gratiatus fuisset expositus, & expositi æquipararentur vulgò quæsitis, vt per Bald. in l. vel assumptio. in fin. ff. ad municipa. & vulgò
3 † quæsiti legitimari non possunt: quia est verum, nisi tales vulgò quæsiti essent à patre cogniti, vt per Bal. in l. si qua illustris. circa fin. C. ad S.C. Orfician.

EPITOME.

Regula moderatoria indultorum an liget Cardinales.

DECISIO CCCCXXXVI.

DVbitaui coram D. Mohedano 3. Martij 1543. an Cardinalis Ariminen. qui præerat Ecclesię Ariminen. & præpositurę, quæ dignitas est in collegiata Ecclesia Lungra. habens prouisionem beneficiorum, & etiam habebat reseruatam collationem vnius monasterij, licèt illud resignasset, subiiceretur regulæ de moderatione indultorum super nominatione facienda, videlicèt, quod debebat nominare vnam colationem omnium à dicta die. Fuit resolutum, quòd Cardinalis subiiceretur regulæ moderatoriæ indultorum: quia mens Papæ propter expectantes debebat moderari. Item licèt resignasset monasterium, tamen reseruauerat sibi beneficiorum collationem ratione monasterij: & vt ista pluralitas euitaretur, habebat nominare, & pro ista resolutione multum ponderabantur verba circa princip. regulæ, quæ dicunt ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum.

EPITOME.

Minori ad beneficium resignatum, si læditur, datur restitutio.

SVMMARIA.

1 *Minor in resignatione læsus restituitur.*
2 *Residentia dicitur onus, & quodlibet beneficium requirit residentiam.*
3 *Residentiæ onus in restitutione in integrum non consideratur.*

DECISIO CCCCXXXVII.

DIe 5. Martij 1543. fuit resolutum in vna Ciuitaten. Capellaniæ maioris, quod minori, qui resi-
1 gnauerat † beneficium residendo & interessendo erat valoris 80. ducatorum, licèt in absentia nullos fructus haberet: tamen pro recompensa dabantur ducati 58. daretur restitutio tanquam læso, per not. in c. ex parte. de restit. spol. & in l. ait pretor. in princip. ff. de maior. in int. rest. Non obstat, quòd nullos haberet
2 fructus, nisi interessendo, † & interessentia dicatur onus: quia dicebatur quòd de iure communi, quodlibet beneficium requirit residentiam, c. fin. de cleric. non residen. & c. fin. de rescript. in 6. Et tamen Dd. pas
3 sim dicunt, quòd datur restitutio ad illú: & onus † residentiæ non consideratur, quia si onus interessentiæ cōsideraretur, ad nullum beneficiú daretur restitutio.

EPITOME.

Resignatio respectiua quo casu non teneat.

DECISIO CCCCXXXVIII.

IN vna Gennen. Serrauslis inter Guidonem Pillellium & Claudium Caransonaram 5. Martij, 1543. fuit resolutum, quòd cessio Guidonis non valeret: quia erat facta intuitu pœnæ & accessus in fauorem Flaminij: quia accessus non poterat habere locum, Au propter minorem ætatem & propter regulam de idiomate: & ideò quòd cessio esset conditionalis & correspectiua, secundum Dd. & Abb. in c. cùm pridem. de pact. & Paul. de Castr. in l cùm quid. ff. de inoffi. testa. & licèt aliqui vellent cum examinare super minori, iuxta c. dilecti. de empt. & vend. obstat ex eo, quia contractus erat prohibitus, & non dependebat à voluntate partium contractum iustificare: & omnes Domini dicebant, quòd attenta regula de idiomate non potest Claudius excusari, ex quo sciebat Flaminum esse Romanum, & parochialis in Sabaudia.

EPITOME.

Regula de consensu præstando in mutatione collationis locum habet.

SVMMARIA.

1 *Collationis vbi fit mentio, ibi in supplicatione exprimi debet collatio, & consensus cassata primæ gratia præstari.*
2 *In supplicatione pro extensione collationis requiritur expressio pensionis.*
3 *Extensio est, cùm retentis collationibus, de quibus in prima gratia ad aliam collationem extenditur.*
4 *Gratia collationis cùm cassatur, & non retinetur, non dicitur extensia sed mutatia.*
5 *Gratiati non est in potestate pro suo arbitrio gratia mutare & mutanda, v. i.*
6 *In collationis mutatione regula Clementis, quæ in supplicatione collationis mentionem requirit, quoque procedit.*

DECISIO CCCCXXXIX.

HIeronymus Douernen. habebat gratiam expectatiuam in Maioricen. & Illerden. cum creatione in canonicum in Valentin. petiit ad largam ad vnum beneficium in eadem Valentin. Dubitauit 9. Martij, 1543. an ista vltima gratia subiiceretur regulę Clemen
1 tis, † qua cauebatur, quòd vbi fiebat mentio collationis, debebat exprimi in supplicatione collatio, & consensus cassatæ primę gratiæ præstari in Cancellaria seu Camera, aliàs quòd literæ expediri non possent: † &

a †& idem in literis extensionis collationis quoad ex- presionem pensionis. Eadem die fuit resolutum, quod esset renunciatio, & non extensio collationis. Quia ex-
3 tensio † dicitur, quando retentis collationibus, de quibus in prima, extendebatur gratia ad aliam collatio-
4 nem: hic autem gratia † collationis non retinebatur, sed cassabatur, & addebatur ad largam: & ideò dicebatur mutatio. Item quia militabat ratio regulæ, vi-
5 delicet, ne † sit in potestate gratiati vti gratia mutata & mutanda: quæ ratio militabat in casu isto.
6 Et ideò fuit dictum, quòd regula † Clementis in isto casu locum haberet, ex quo eramus in mutatione. Sed Domini inclinabant, ex quo in Bulla dicebatur, primam gratiam cassantes id te volente & expressè consentiente, quòd præsumebatur consensum interuenisse, ita quòd expeditores non expediuissent, nisi consensu legitimè præstito.

EPITOME.

Contractus non est simoniacus, etiam si fit correspectiuus.

SVMMARIA.

1 *Mandatum an & quando sit simoniacum.*
2 *Delictum an in dubio præsumatur.*
3 *Delictum obiicie is illud interuenisse clarè probabit.*
4 *Mandatum simplex potest ad libitum reuocari.*
5 *Præsumptio delicti non habet locum in simonia.*

DECISIO CCCCXL.

FRanciscus de Ayala vna die dedit mandatum ad consentiendum, vt Ginesius de Santigliana deputaretur sibi coadiutor in Canonicatu & præbenda, quam posidebat. Et eadem die arrendauit fructus dictorum Canonicatus & præbendæ eidem Ginesio pro 300. ducat. coram eisdem notario & testibus. Du-
1 bitauit 9. Martij 1543. an huiusmodi † mandatum ad consentiendum coadiutoriæ censeretur simoniacum. Pro affirmatiua dicebatur, quòd sic, propter correspectiuitatem: vt per Bart. in l. si neutri. §. fin. ff. de priuil. credit. & notat latè Felin. in c. pastoralis. de rescript. &
2 licèt diceretur, quòd † in dubio præsumeretur delictum: tamè isto casu dicebatur, quòd alia præsumptio pati non poterat, ideò constituit procuratorem ad cõsentiendum coadiutoriæ, & tamen in instrumento ar rendamenti dicebatur, quòd promittebat deseruire canonicatui, vt quilibet Canonicus quoad magis canonicatui deseruitet. fuit tamen contrarium resolutum: tum quia in dubio non præsumitur delictum: &
3 † quia opponens delictum debet clarè probare: tum quia erat præstandum iuramentum, quòd interuenit dolus. Item quia non erat, quòd dedisset 300. ducat. &
4 voluisset stare simplici mandato, † quod poterat ad libitum reuocari. Item quia 300. non poterant referri ad mandatum, sed ad causam arrendamenti. Item quia dicebatur, quòd præsumptio Bartol. de qua in l. si neu-
5 tri. §. fi. ff. de priuil. credi. † non habet locum in crimine simoniæ. vt per Card. & Ioan. Andr. in c. tua nos. de simonia.

EPITOME.

Per assecutionem portionis non vacat Canonicatus primò adeptus.

SVMMARIA.

1 *Canonicatus ob portionis assecutionem non amittitur.*
2 *Dignitatem, personatum, aut aliud perpetuum officium simul cum canonia aut præbenda in aliqua ecclesia absque sed a post dispensationem obtinere nemo potest.*
3 *Portio non est propriè præbenda, sed canonicatibus & dignitatibus annexæ sunt præbendæ.*
4 *Portionatus est pars fructus.*

DECISIO CCCCXLI.

LIcèt portionarius seu Dimidius in Ecclesia Carthaginen. habeat vocem in Capitulo, præterquàm in prouisionibus & erectionibus, & teneatur residere, si vult lucrari fructus, & alia præstare prout in constitutionibus Ecclesiæ continetur, & testes dicerent, quod reputabantur portio, & canonicatus, & præbenda: me proponente tres ex quatuor dominis tenebant, quòd
1 † per assecutionem portionis non induceretur vacatio canonicatus, vt in duobus curatis, & duabus præbendis, per tex. in c. literas. de præbend. & in Clemen.
2 fin. de præbend. Item † in canonicatu, & dignitate, & officio, per tex. in c. t. de consuet. in 6. sed in Canonicatu & beneficio simplici, quod non censetur expressum, inde pœna vacationis non debet extendi quod per assecutionem portionis vacaret canonicatus. Et pro ista parte fuit dictum, quòd erat conf. Calder. 2. & quòd saltè debebat præfigi terminus, prout dicit Abb. in c. referente. de præben. Non obstat, quòd isto casu militat ratio Clemen. fin. de preben. quia respondetur
3 quòd † in portione non erat propriè danda præbenda: sed tantùm in canonicatibus & dignitatibus dāban-
4 tur præbendæ: & quòd illud, † quod habebat portionatus, dicebatur pars fructus: & licèt portionarius teneretur ad residendum, illud erat causatiuè, si non volebat fructus perdere.

EPITOME.

Resignatio facta de vno beneficio vnito capit illud beneficium ei vnitum.

SVMMARIA.

1 *Resignatio beneficij, cui aliud alterius parochialis est vnitum, vnito tacito æquè procedit. & nu. 4.*
2 *Vnio tribus fit modis.*
3 *Titulus benefi. y est indiuisibilis, & neccin duobus locis nec diuisim subsistere potest.*
5 *Demonstratio falsa non nocet, cùm constat de corpore.*

DECISIO CCCCXLII.

IN vna Abulen. de Serentin. 14. Martij 1543. fuit re-
1 solutum, † quòd Bartholomeus, cui erat resignatum per eius patruum beneficium in Ecclesia S. Ioannis de Serentin. quòd poterat capere beneficium vnitum S. Ioannis & S. Mariæ Magdalenę oppidi de Serent. in & quòd istud non erat situationem mutare: quia tunc non potuisset, quia erant cassata illa verba in supplica
2 tione situationis: & ratio fuit, quia † cùm vnio fiat tribus modis, vt per gloss. in c. 1. ne sede vacante. in 6. q. & in c. pastoralis. & ita vnio diceretur esse facta secundo modo, videlicet, de clericis inuicem vnitis. Et
3 † cùm titulus beneficij sit indiuisibilis, ita vt nec simul in duobus locis, nec diuisim dare posint, vt in d. c. t. & in c. minoribus. de præbe. sic cùm beneficium erat in ecclesia S. Ioannis & Mariæ Magdalenæ, dicendum erat, quòd illud erat communicatiuè, id est, quòd beneficia vnius Ecclesiæ censebantur etiam
4 esse alterius: & ideò † ex quo expresserat etiam vnam ex Ecclesiis, poterat etiam capere in alia inuicem vnita maximè

ta, maximè quia expresserat, quod erat principale, de
nominatione: quia semper dicebatur à priore S. Ioan
5 nis & subsequenter Mariæ Magdalenæ. Item † quia
constabat de corpore, ideò falsa demonstratio non
debet nocere.

EPITOME.

Mensis exprimendus, de quo in regula octo mensium, habet locum in nouis prouisionibus.

DECISIO CCCCXLIII.

QVòd mensis, de quo in regula octo mensium, sit exprimendus in nouis prouisionibus, attestatur Sarnen. fuisse resolutum in regula de annali, q. 18. col. pen. Et ita secuti sumus in vna Conchen. canonicatus & præbend. Magistralium pro Alphonso Villanoua contra Didacum Perez. Ratio, quia in regula dicitur non solùm de supplicationibus, sed etiam de prouisionibus gratiarum, vt noua prouisio esset concessa. Resolutio fuit facta coram D. Prospero.

EPITOME.

Reseruatio ex familiaritate Papæ venit ex clausulis generalibus.

SVMMARIA.

1 *Clausulæ generales tolluntur per familiaritatem Papæ de stricto iure.*
2 *Reseruatio ex familiaritate Papæ proueniens non inducitur ex generalibus clausulis absque eius scientia.*
3 *Reseruatio ex familiaritate nunquam procedit, nisi specialiter dicatur.*
4 *Exceptio non facit vt regula extendatur ad ea, quæ sub regula non facta exceptione non venirent.*
5 *Solutio fructuum quando in partibus magis quàm in Curia fieri debeat.*
6 *Collationis natura per expensarum moram non mutatur.*

DECISIO CCCCXLIIII.

CLausulæ generales etiam quamcunque generalem
reseruationem importantes, etiamsi in corpore iu
1 ris clausula resultet, & † licèt de stricto iure capiant va
cationem resultantem ex familiaritate Papæ: tamen
fuit dictum 16. Martij, 1543. in vna Valentin. de Tor
2 ren. coram Domino Ioanne Paulo, quòd † propter re
uerentiam Papę nec cancellaria nec Camera dabit per
tales clausulas reseruationem prouenientem ex fami
liaritate Papæ absque eius scientia. Et in eadem fuit
dictum, quòd procedit, etiamsi in prouisione dicatur,
præterquàm per obitum apud sedem, quòd in aliis vi
debatur firmari regula, vt omnis alia vacatio veniret
per tex exceptuatum in l. nam quod liquidè. ff. depen.
3 legat. Tamen fuit resolutum contrarium: nam † nun
quam venit resolutio ex familiaritate, nisi specialiter
4 dicatur, cum exceptio † non arguat, nec faciat, quòd
regula extendatur ad ea, quæ aliàs non facta exceptio
ne sub regula non venirent, l. generaliter. & ibi Bart.
de fideiuss. & posteà nō seruauit promissionem, & fuit
munitum ab Auditore Camerę, & condemnatum per
tres sententias: petebat Didacus solutiones fructuum
in Curia, & quia fuerat in mora, saltem post primam
sententiam. Item pro ista parte allegabatur Ioannes
Faber in §. præterea. col. 3. versi. in personali. Instit. de
actio. Fuit resolutum 2. Aprilis, 1543. me proponente
5 in vna Astorien. fructuum, † quòd non esset solutio fa
ciēda in Curia, sed in partibus. Ergo & ad illud, quod
6 dicebatur de mora, respondetur, † quòd ideò condem
natus in expensis in mora non habebat mutare natu
ram collationis. Ad dictum Io. Fab. in §. præterea di
cebatur, quòd procedebat in actionibus arbitrariis, &
quod Ioannes Faber loquebatur ibi de interesse ad
Bart. in l. eam quam. C. de fideicom. quod ibi quis te
netur soluere. respondebatur, quòd illud erat propter
naturam verbi, respondere, vt per Bald. in l. exigendi.
C. de procur.

EPITOME.

Fructus ex mora vbi solui debeant.

SVMMARIA.

1 *Fructus in eo loco, vbi collecti sunt, solui debent.*
2 *Ibi potest agi ad accessorium, vbi principalis contractus ratione.*
3 *Solutio quæ fit ratione moræ, fiet in eo loco vbi res est, etiam id beneficij causa.*

DECISIO CCCCXLV.

IDem fuit resolutum in vna Carthagin. liquidatio
nis fructuum contra Alphonsum Dias 5. Martij 1543.
nam Alphonsus obtinuerat rem iudicatam super spo
lio cuiusdam beneficij, &, quia fructus erant liquidati
petebat, quòd isti fructus soluerentur in Curia ex quo
ibi sustinuerat iudicium, & erat in mora, & malæ fidei
possessione propter spolium, per tex. in l. si res mobi
lis. cum duabus ll. sequentib. de rei vendic. & in l. sed
& si susceperit. §. quoties. de re iudic. Istis non obstan
tibus dicta die coram Domino Augustino fuit reso
1 lutum contrarium, † quòd solutio erat facienda in par
tibus, vbi erant collecti fructus, vt per Iacobum de
sancto Georgio, in d. l. sed & si susceperit. colum. 2. vbi
allegat Castr. Non obstat d. l. si res mobilis. cum duab.
ll. sequentib. quia loquitur, vbi res fuit translata de lo
co ad locum, vt declarat Angel. in d. l. sed & si suscepe
rit. vt declaratur ibi per Iacob. post Castren. Et 3. A
prilis, 1543. idem resolutum est, vt per Deci. in l. vnum,
colum. 5. in 6. not. & ibi Curt. colum. 3. in fin. cum se
2 quentib. ff. si cert. peta. dum dicunt, quòd ibi † potest
agi ad accessorium, vbi potest ratione contractus prin
cipalis, vt per Bartol. in d. l. item illa. colum. 2. dum di
3 cit, † quòd quando fit solutio respectu moræ, debet
fieri in loco, vbi est res, licèt sit ratione beneficij.

EPITOME.

Reintrusio Episcopi Salamantini stat, donec alij Episcopo procurante effectualiter ad pristinum statum reducantur.

DECISIO CCCCXLVI.

IN vna Salaman. pro Capitulo contra Episcopum fuit resolutum, quòd ego reintruderem Episcopum ex quo erat probatum per duos testes, quòd de decretis & ordinationibus factis in partibus Hispaniæ non dabatur fides, & etiam erat probatum per scribentes literas, quòd erant personæ legales, quę non scripsissent, nisi quæ vera essent: & in literis scribentium continebatur, quòd ipsi erant delegati ad instantiam Episcopi, & licèt ista non probarent: tamen quia in partibus illis procedebatur de facto, & fiebat contra libertatem Ecclesiæ: dictum fuit, quòd cùm esset de facto, nos procederemus, vt iudices laici infra suos terminos iurisdictionis se contineant, & non se intro-

ſe intromittant inter perſonas Eccleſiaſticas, maximè quando inter eas litea pendent à Curia, & reintruſio ſtaret, donec Epiſcopus curaret, quòd effectualiter ad priſtinum ſtatum reducerentur. Reſolutum fuit 6. Aprilis. 1543. cauſa iterum poſita 9. Aprilis. 1543. Domini dixerunt, quòd benè feceram non dando viſionem teſtium examinatorum procuratori Epiſcopi.

EPITOME.

Aditio hæreditatis præſumitur ex venditione bonorum hæreditariorum.

DECISIO CCCCXLVII.

DIe 6. Aprilis 1543. in vna Parme. releuationis indemnitatis fuit reſolutum, quòd Franciſca Petrucina, quæ vendidit terras prouenientes ex hæreditate eorum filiorum, quę hæreditas erat ei delata, licèt prætenderet ſe creditricem reſpectu dotis ſuæ, tamen ex tali venditione diceretur hæreditatem adiiſſe, per doctrin. Bart. in l. gerit. col. 5. verſic. 3. quando poteſt vtroque modo. ff. de acquiren. hæred. Corn. conſ. 165. col. 1. vol. 2. verſ. his certis. Alex. conſil. 126. colum. 1. volum. 7.

EPITOME.

Princeps promouendo inhabilem ſcienter ſecum diſpenſat.

DECISIO CCCCXLVIII.

FVit tentum in vna Salamantin. corã Do. Mohedano, 1543. quòd quando Papa vel imperator promouet inhabilem cenſetur ſecum diſpenſare, dato, quòd non vtatur verbo diſpenſationis. Et quod ita atteſtabatur Alexand. in l. quidam conſulebant. ff. de re iud. & Iaſ. in l. Barbarius. col. 11. ff. de offic. præto. Felin. in c. propter eà. de teſt. cog. tamen quia fuit dictum, quòd Papa in regula 49. vult, quòd per quamcunque ſignaturam non cenſeatur diſpenſatum, niſi ſpecialiter conceſsio fiat ſuper diſpenſatione, & ideò attenta mente Pontificis fuit dictum, quòd ſuper dicta regula informaretur.

EPITOME.

Data inſtrumenti cum adminiculis probat antiquitatem.

DECISIO CCCCXLIX.

FVit tentum in vna Mediolanenſ. optionis coram Domino Mohedano 6. Aprilis, 1543. quòd data inſtrumẽti probat eius antiquitatem in illo caſu, in quo per duos notarios dicebatur, quòd illud extractũ erat ex protocollis illius notarij, & eis fuerat adhibita fides: & ſic ex quo erat illud adminiculum, illa probarent antiquitatem: quia illud inſtrumentum erat inſertum in illo protocollo, vbi erant etiam alia inſtrumenta. Non obſtat etiam, quod dicit Bertran. conſil. 185. col. 73. incipit, contra venerabilem. vol. 3. in nou. impreſſ. quæ loquitur de priuata ſcriptura, & nullis exiſtentibus adminiculis.

EPITOME.

Actio vtilis contra fideiuſſores datur, ſi debitor non ſit ſoluendo, etiamſi receperit ſpeciem ſoluta pro quantitate.

DECISIO CCCCL.

LIcèt ſit communis opinio, quod ſi creditor recipit ſpeciem ſoluta pro quantitate, quòd debitor liberetur, & per conſequens fideiuſſores, & pignora, & res euincatur, niſi ſpecialiter reſeruentur, vt per Bar. & alios in l. ſi quis alium. ff. de ſolut. & in l. eleganter. in princip. ff. de ſolut. & in l. eleganter. in princip. ff. de pign. action. tamen quando debitor efficitur non ſoluendo, fuit tẽtum, quod ex æquitate datur vtilis actio contra fideiuſſores, etiam quòd non fuerit facta præſeruatio, vt per Specul. in tract. de fideiuſſ. circa fina. aliàs eſſet parare viam fraudibus.

EPITOME.

Superueniente titulo valido cauſa poſſeſsionis cenſetur mutata.

DECISIO CCCCLI.

IN vna Terraconenſ. contra Franciſcum Robuſter pro Ioanne Fore dictum coram Domino Ioanne Paulo, quòd quoties ſuperuenerit titulus validus, vbi quis poſsidebat prius ex titulo inualido abſque alia declaratione voluntatis, cenſetur mutata cauſa poſſeſsionis, quicquid dicat Alexan. in l. qui bona. ff. de acquir. poſſeſſ. Caſſad. deciſ. 4. de reſtitut. ſpoliat. vbi impugnat deciſio. Biſignet. 5. & 8. de reſtitut. ſpoliat. & dictum, quòd hoc tenet Areti. in d. l. qui bona. & Soxin. in l. 3. verſicul. quod facit à fortiori. facit quod dicit Aymo conſil. 171. colum. penult. in fin. verſic. non obſtat dictum Bald. contrarium dicit Sarnenſ. in regul. de triennal. q. 46.

EPITOME.

Præſumptio reſultans ex expeditione.

DECISIO CCCCLII.

FVit reſolutum in vna Valentin. del Pego. coram me, 1543. quòd licèt in Bulla mutationis creationis in Canonicum Hieronymi Dominiæ diceretur, quòd dictam creationem te ad id expreſſè conſentiẽte caſſantes, pręſumeretur pro expeditione, quòd interueniſſet per inſtantiam pro Martino Callahorra: ego præfixeram terminum, Ioannes Baptiſta produxerat ſupplicationem originalem, & à tergo nõ aderat conſenſus: non obſtat Clem. 1. de probat. quia eramus in caſu, in quo Papa narrabat factum in alienum: & licèt transferret onus probandi: tamen per illam diligentiam erat facta probatio, iuxta no. per Felin. in c. illud. de proba. & illa verba, te ad id expreſsè conſentiente, poterant intelligi, id eſt, quia acceſsit conſenſus.

EPITOME.

Regula de publicando an currat contra minorem

SVMMARIA.

1 *Contra minorem ignorantem an currat regula de publicando. & nu. 6. 9.*

2 *Tempus præfixum ad obuiandum fraudibus non currit ignoranti.*

3 *Regula habens decretum irritans ligat ignorantes.*

4 *Decretum ſi ligat à die notitiæ, non poteſt per conſequens regula de publicando ligare à die notæ reſignationis.*

5 *Præſcriptio contra minorem currit, ſiue de damno ſiue de lucro eius agatur, ſi ſciat, ſecùs ſi ignoret factum.*

7 *Minori an detur aduerſus amiſſionem iuris reſtitutio.*

8 *Re non integra minor vtrum reſtituatur.*

DECISIONVM R. P. D. IACOBI PVTEI SACRI PALATII APOSTOLICI CAVSARVM AVDITORIS,

LIBER SECVNDVS.

EPITOME.

L. hac edictali. C. de secund. nupt. quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Pater potest vxori plus legare, quàm vni ex filiis primi matrimonii relictum fuerit, habito legitimi suplementi respectu.*

DECISIO I.



CONCLVSVM fuit in vna Fulginaten. legati coram Dom. Thoma de Thauis, die 23. Aprilis, 1543. quòd 1 pater potest plus legare vxori, quàm vni ex filiis primi matrimonii, cui minus relinquit, per tex. in l. hac edictali. C. de secun. nup. Tamen fuit dictum, quòd istud intelligitur, habito respectu legitimi supplementi, per ea quę dicit Deci. in l. humanitatis. colum. 5. versicul. 2. quia supputato. & ibi Aret. colum 6. circa fin. versi. pro ista quæstione. C. de impub. & al. subst. vbi attestatur communem, & multùm latè tractat, istum articulum Bertrand. in repet. l. hac edictali. versic. primò quæritur de tali quæstione. C. de secund. nupt.

EPITOME.

Sententia condemnans defunctum de hæresi non nocet descendentibus non citatis.

DECISIO II.

FVit dictum in vna Burgen. matrimonii coram d. Io. Paulo die 23. April. 1543. quòd sententia lata contra defunctum condemnans eum, vt hæreticum, non nocet descendentibus eius, per decis. Egid. 178. cum seq.

EPITOME.

Iurisdictio data per conualescentiam talis non Cardinalis nō expirat eius obitu.

DECISIO III.

DIe 16. Aprilis 1543. in vna Anaguina Christi, corā Do. Thoma de Thauis fuit conclusum, quòd commissio directa Cardinali Parisio vsq; ad cōualescētiā Cardinalis de Cesariois, quod post mortem Cardinalis non expiraret, sed duraret iurisdictio attenta mente Papæ, qui, si interrogatus fuisset, ita rescripsisset, iuxta gloss. not. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. quæ secū dum Bald. ibi habet etiam locum in rescripto.

EPITOME.

Optio nō cadit in beneficiis reseruatis motu proprio. Staphil. de lit. grat. fol. 101.

DECISIO IIII.

IN vna Mediolanē. optionis coram Do. Mohedano 16. Aprilis 1543. fuit dictum, quòd si reseruatio est facta motu proprio, siue generalis sit siue specialis, impedit optionem per Canonicum faciendam, per decis. Cassad. 4. de concess. prębend.

EPITOME.

Matrimonium potest contrahi per literas, & quomodo.

DECISIO V.

FVit dictum in vna Colonien. matrimonii coram Domino Maceraten. 16. Aprilis, 1543. quòd matrimonium potest contrahi per litera, quando mulier declarat mentem mittenti vel alteri & quòd per talē receptionem non erat sufficiens declaratio, secundus Franc. in c. fin. de procur. in 6

EPITOME.

Citatio generalis quando afficiat hæredes hæretici combusti post mortem.

SVMMARIA.

1 *Sententia contra hæredes hæretici personaliter non citatos lata est inhabilis. & nu. 3.*
2 *Diligentia in citatione est facienda, vt ignorantia non excuset, cùm est affecta.*
4 *Citandi sunt per edictum consanguinei, cum non agitur de eorum praeiudicio.*

DECISIO VI.

DIe 16. Aprilis 1543. in vna Burgen. matrimonij, in qua per edictum erāt citati filii & heredes cuiusdam

dam,qui fuerat combustus: Fuit resolutum coramD.
1 Io. Paulo quòd † talis sententia non esset habilis,
ad hoc vt sententia noceret illis,quia non est certus
contradictor,qui de facili posit reperiri: & erant illi
personaliter citandi,per not. per Franc. in c. final. de
election in 6.&quòd istud sentiebat Egid.decisi.679.
& quòd ibi fuisset facienda diligentia , vt ignorantia
non excuset:quia præsumitur affectâ, vt per Alexan.
cons.col.1.lib 2.Et die 24.Iunii 1543. fuit resolutũ
in eadem.quòd dato,quòd duo filii eiusdem fuissent
3 citati,quod talis sententia † non nocebat nepoti & a-
lio filio prædefuncto.quia etiam ille nepos erat spe-
cialiter citãdus,licèt fuisset absens à loco iudicii per
30.milliaria:ex quo de facili poterat reperiri per dili-
gentiam,& hic de nulla diligentia constabat,etiam li
4 cèt gloss.in l.hac.ff.ex quibus caus.possess.dat. dicat:
quòd † consanguinei sunt citandi per edictum,intelli
gitur in terminis illis,non tamen vbi ageretur de prę
iudicio eorum.

EPITOME.

Priuilegia Pauli data referendariis suis intelliguntur non so
lum de præsentibus sed etiam de futuris.

DECISIO VII.

FVit resolutum in vna Caurien.coram Dom. Tho
ma de Thauis 22. Aprilis 1543. quòd priuilegia
Pauli data referendariis non solùm comprehenderẽt
referendarios,qui erant tempore concessionis, sed e-
tiam futuros,quodque semel admissus & receptus in
referẽdarium tam hactenus quàm in futurum. Non
obstat,quòd priuilegiũ dicat referendariis nostris, &
sic intelligitur de referendariis tunc existentibus non
autem de futuris,per not.in l.si ita.ff.de aur.& argen.
legat.quia respondetur ex his,quæ ponit Ias.in l. qui
filię.col.3.4.not.ff.de legat.2.

EPITOME.

Bulla Sixti annullans venditionem factam alteri quàm vi-
cino intelligitur vicino volente.

SVMMARIA.

1 *Venditio,quæ non nisi vicino fieri debet,eo volẽte est nulla*
2 *Decretum annullatiuum tum demum operatur si is, in cu-*
ius fauorem apponitur,voluerit.

DECISIO VIII.

IN vna Roman.domus contra Episcopum Sancto-
nen.10.Aprilis 1543.fuit resolutum, quòd licètbul
1 la Sixti annullet † venditionem factam alteri quàm
vicino:tamen quòd ita demum venditio sit nulla, si
vicinus voluerit, per ea quæ dicuntur de emptore &
fundatario, vt per Ias.in l.2.nota.5.C.de iure emphy-
teut.Et de habente regressum,vt per Cassad.decisi.2.
de locat.vbi dicitur,quòd dicat eo ipso volente. Et
2 quia decretum † annullatiuum ita demum operatur,si
is in cuius fauorem apponitur,voluerit, vt per decis.
422.Imol.Philip.Prob.in addit. ad nota.in c.sibi qui
colum.3.num.7.de rescript.in 6

EPITOME.

Quod nouerca concurrat cum filio vsque ad supplementum
legitimę,procedit etiam,quòd si filius supplementum non petat.

SVMMARIA.

1 *Nouerca an cum filio prioris matrimonii concurrat vsque*
ad supplementum legitimæ.
2 *Pater cùm filium a plus petitione non priuet, dicitur filius*
habere supplementum legitimæ ex ipsius patris testantis
iudicio.

DECISIO IX.

FVit resolutum in vna Fulginaten.coramDomino
Thoma de Thauis 27.Aprilis,1542.quòd l.hac edi-
1 ctali.C.de secund.nupt.videlicèt,quòd † nouerca cõ
currat cum filio vsque ad supplementum legitimę,
procederet etiam in casu,quo filius non peteret sup-
plementum,vt erat in casu illo:& dictum fuit , quod
Bald.in d.l.hac edictali.2.quæstione. & quod Corn.
consi.28.circa fin.volum 1.& Ioannes Andr.& Alexã
consil.25.perfunctoriè dictum Bald.sequebantur:& li
cèt Salicet.in d.l.hac edictali.quæst.2.expreßè dicat,
quòd si filius non petit supplementum, nouerca non
posit habere vsque ad tale supplementũ Tamẽ Rota
tunc tenuit contra Salicet.per tex.in l.quoniam præ-
teritæ.C.de secund.nupt dum dicit dando vel relin-
quẽdo.&in §.optimè.authentic.de nupt.Ratio est cõ
2 tra Salic.quia † ex quo pater non priuauerat filiũ plus
petere,dicitur supplementum etiam ex iudicio testa-
toris habere,vt est communis opinio per Bertrand.in
d.l.hac ędictali.non debebat ergò facto suo & culpa
excedere nouercam ab eo,quòd sibi à lege & dispoli-
tione testatoris erat debitũ,&ideò nouerca esset exclu
denda;aliàs facere cum aliis filiis esset colludere, sua-
dendo illi cui minus erat relictum,vt non peteret,&
sic nouercam defraudaret.

EPITOME.

Delictum potest probari per instrumentum,vbi ciuiliter agitur.

SVMMARIA.

1 *Spolium,si ciuiliter agatur,potest probari per instrumen-*
tum notarii.

DECISIO X.

IN vna Calaguritan.Abbatiatus 27.Aprilis,1543. co
ram D.Io.Paulo fuit resolutum,quòd quando agi-
tur ciuiliter,crimen posit probari per instrumentum,
1 vt erat in illo casu,in † quo spoliũ probabatur per in-
strumentum Notarii,vt per Felin. in c cùm in Eccle
siis.col.fin.in pen.fallen.de maior.& vide Ruin.in au
then si quis in aliquo.col.2.circa. fin. ita non pote
Notarius esse rogatus.C.de eden.

EPITOME.

Mutatione collationis facta præcedens acceptatio generalis
non potest deduci ad speciem in collatione mutata.

SVMMARIA.

1 *Epistola transmissa & acceptata continentes factum scri*
bentis an noceant scribenti.
2 *Mercatorum in causis non considerantur apices iu-*
ris.
3 *Confessio extraiudicialis de iure Canonico plenè pro-*
bat.
4 *Confessio quæ fit incidenter quando noceat.*
5 *Confessioni ad obligandum non tam facile statur,quàm con-*
fessioni ad liberandum.

DECISIO XI.

DIe 27.Aprilis,1543.fuit resolutum , quòd post-
quàm fuerat facta mutatio ab Oucten.ad Abulẽ.
quòd

quòd illæ acceptationes generales,qoę erant factæ du
rante gratia in Abulen.non poterantdeduci ad speciẽ
quoad collationem ab Ooeten, quia per mutationẽ
illis erat renũciatum,perClem.gratia.de rescript. Ea-
dem die in vna Neapolitan.seu Romana Cambii co-
ram Domino Rauenaten.io qua Andreas Probarca
5 scripserat †literas Cambii Paulo Rolino,vt solueret
hæredibus de la Casa ducatos 400. ratione Cambii
facti cum Camillo Heruicho : quæ literæ præ-
sentatę fueruot acceptatę per Paulum: & posteà Ca-
millus scripsit dictis hęredibus,vt nõ exigerent à Pau
lo,quia Cambium erat extinctum,& remitteret sibi li
teras Cambii.fuit dubitatum an illa confessio noce-
ret Camillo:quia postea Andreas decessit, & Paulus
dicebat,quòd non tenebatur soluere literas accepta-
tas:quia Cambium erat dissolutum,vt cõstabat ex cõ-
fessiooe Camilli,dubitabatur, ea quoerat facta, an
noceret.Pro parte negatiua,quòd non noceret, allę-
gabatur decis.Rot.430.aliàs 18.de probat. in antiq.
& Bisigoet decisi.1.de coofess.Felin.in c.2.colum.1.
vers.rem prohauit.de fid.instrum.Sed pro parte con-
traria,pro qua fuit facta resolutio, fuit dictom quòd
dicta decisi.post longam disputationem duarum o-
pinionum definit aliter quam malueris in hoc casu:
& ad tenendum illam partem dicebatur, quòd debe-
bant Domini moueri ex eo,quòd agebatur inter mer
2 catores,in †quibus apices iuris ooo considerabantur,
l.si fideiussor.§.quædam.& l.quintus ff.mandati.& v-
trobiq; Bart.Et ꝗ nos eramus in terminis Ecclesiæ
vbi seruandum erat ius Canonicum:& de iure Cano-
3 nico†confessio extraiudicialis plenè probat,vt per Fe
lin.in c.si cautio de fid.instrumeot.quam opinionem
Rota semper seruauit.Nec obstat,quòd dicebatur il-
4 lud esse verum,†quando confessio est facta inciden-
ter:& in casu nostro confessio est facta incidenter, &
ooo principaliter;cùm principalis intentio Camilli
esset, vt inhiberet hæredibus de laCasa,vt exigerẽt.li
cèt incidẽter,vt aliquã causã reddere, cur esset facta,
non obstabat:quia replicabatur,quòd cùm vno & eo
dem cõtextu verborum confessio vna cum inhibitio
ne esset facta,proot inhibitio,ex quo ista coofessio es-
set principaliter facta , prout erat ista , confirmatur,
quia illa confessio erat per viam causæ probandę , vt
per Ias.in l.ex his verbis.ff.de testam.milit.Adiicieba-
5 tur,quòd decisi.Rotæprocederẽt,†vbi tractaretur de
aliqoo obligando,& tunc possuot procedere disputa-
tiones,vt ibi per eas.Nos autem eramus in confessio
ne,quæ tendebat ad liberandum, in qua causa plenã
probationẽ debebat facere, per ea quę dicit Bald.in l.
generaliter.q.12.de non num. pecun. & Alex. cõns.
115.col.2.lib.2.

EPITOME.

Absentes,iotra prouinciam tamen morantes, ad electiooẽ Canonicorum suos vocandi, nisi coosuetudo longo tempore obseruata aliud induxerit.

DECISIO XII.

IN vna Terraconen.corã D.Io.Paulo, die 30.Aprilis,1543.fuit dictum quòd licèt de iure absentes existentes intra prouinciam,sint vocandi ad electionem Canonicorum,per tex.in c.cùm in Ecclesiis de præbeod.in 6.Tamen consuetudo in cootrariũ spatio decẽ anno.obseruata poterat inducere contrariũ: quia illa consuetudo non erat à iure reprobata, per tex. in d.c. cùm in Ecclesiis.Tamen quia ita dicebat Oldra. cons.259.col.3.propterea in hoc inclinabatur.

EPITOME.

Testimonium de auditu transfert onus probandi in aduersarium.

DECISIO XIII.

TEstimonium de auditu facit pręsumptionem, ita vt transferat onus probandi cootrarium in aduersarium,secundum Archid.in c.hoc restat. 22.q.6.Roman.in l.si viro.§.de viro.versic.2. probatur. ff. solut.matrim.Alex.consil. 77. in causa inquisitionis. col.2.lib.1.Deci.consil.595 pro resolutione dubiorũ. column.1.& in authen.si quis in aliquo.col.6.C.de eden. Roma.consi.812.Curt.Iun.in d. authen. si quis in aliquo,colum.4.

EPITOME.

L.hac edictali.C.de secund.nupt.quòd nouerca concurrat cum filius vsque ad suplementum legitimæ procedit,etiamsi filius supplementum ooo petat.

SVMMARIA.

1 *Supplementũ legitimæ filio non petente,an à coniuge secundi matrimony peti possit: & an plus possit habere quàm filius habet. & nu.5.*

2 *Supplementum legitimæ an proficiat vitrico aut nouercæ si filius prio is matrimonii dicat, se nolle supplementum.*

3 *Supplementum legitimæ non petitur actione ex testamento, sed condictione ex lege.*

4 *Filio prioris matrimonii cui minor portio relinquitur, duo competunt remedia: vnum petendi supplementum legitimæ: alterum reuocandi, quod coniugi alterius matrimonii relictum est: nec vnum per aliud confunditur.*

6 *Legitima si à patre non relinquatur à lege relicta censetur.*

7 *Coniux secundi matrimonii potest liberè ad illam vsque portionem, quam filius de iure habet, in secundam vxorẽ testari.*

8 *Quando non habeatur respectus ad supplementum legitimæ si filius non petat.*

9 *Legitima integra relicta esse censetur, quæ quasi inofficiosa erat, si cum prouisione testatoris legis etiam concurrat prouisio.*

10 *Filius potest etiam omisso supplemento legitimæ, petere quod sibi magis vtile est.*

11 *L.hac edictali C. de secun.nupt.datur tantum cùm plus sit coniugi secundi matrimonii relictum quàm filio,cui minor est relicta portio:non autem ad supplementum legitimæ cùm coniugi infra legitimam fuerit relictum.*

12 *Testamentum potest dici nullum ad beuc fi.sũalterius,licèt præteritus non dicat.*

13 *Legitimam quousque habeat nouerca aut vitricus.*

14 *Si plus quàm legitima sit relictũ nouercæ istud quod plus est deducitur, & inter filios diuiditur qui ex priori sunt matrimonio.*

15 *Legitimæ supplementum iudicio testatoris capi dicitur, quamuis etiam condictione ex lege petatur.*

DECISIO XIIII.

ITerum causa Fulginatens.fuit posita 4.Maii,1543. An videlicèt,nouerca seu vitricus possit habere seu retinere,quod sibilegatum est,habito respectu ad supplementum legitimæ,quod filius ipso iure habet, per text.in l.Lucius.§.repletionẽ,& in l.voica.C de inoffi.test.per illum tex.videtur,quòd sit necessarium, ꝙ filius illud supplementum petat:aliàs si illud nõ peta

nont

nõ petit nouerca vel vitricus,nec posſit habere aliud,
niſi quantum actualiter filio inuenimus relictum. Et
pro parte,quòd non poſsit plus habere contra conclu
ſionem ſuperius factam inſurgebat aduocatus,primò
repetens auctoritates ſuperius allegatas, vnde Felin.
in d.l.hac edictali. 2.q.Bal.in l. vnic circa fin. C. de
inoff.teſt.Nam licèt Bal.in d. l vnic.principali q.ad
ſuplementum,an ſufficiat vitrico,habet dubium:tamē
2 in ratione quam facit,† quòd poteſt dicere filius: no-
lo ſupplementum,non eſt dubium: & tunc iſto caſu
ſentit,quòd tūc ſupplementū non proficeret vitrico.
ad id etiam adducebaturCorn.conſi. 8.circa fin.vol.
1.& Anton.Alterius aduocatus etiam circa fin. addc-
bat,ꝙ pro iſta parte in terminis videbatur doctrin.
Bartol.in d.l. hac edictali.col.6.verſicu.modo ſtatim
occurrit aliud dubium.vbi filio nihil eſt relictum, &
vxori legatū factum pro media parte:& ſic patet ibi,
quòd eo nolente petere non habetur reſpectus ad ſup
plementum legitimæ.Nam ſi haberet de illis forſan
centum,nihil filius auocaret:cùm ſupplementum poſ
ſit vltra illa 100 eſſe.Secūdò dicebatur quòd ſecundū
communem opinionem filius ponderabit legitimam
& poſteà de reſiduo peteret viriles portiones inter
filios primi matrimonij,& coniugem,ſecundum Cyn.
conſ. 117.Socin.conſil. 3 col.fin. verſ.circa tertium
dubiū.vol. & Dec.conſil.246.col. 1.Ig tur legitima
non poterat nouercæ,ſeu vitrico prodeſſe. Tertiò di-
3 cebatur quòd † ſupplementum legitimæ non petitur
actione ex teſtamento, ſed condictione vt per Paul.
& Iaſ.in l.omninò.C.de inoffic. teſtamen. nam non
dicitur relictum ex teſtamēto,& ideò non poteſt no-
uercæ ſeu vitrico ſuffragari. Preterea in caſu l.hac edi
4 ctali.filio† competit duplex remedium, vnū petendi
ſupplementum legitimę & alterum reuocandi, quod
nouercæ & vitrico relictum eſt: & vnum per aliud
non confunditur,vt per Ang.in §.optimè.authen. de
nupt.Bartol.Bald.& Angel in l.1.C. de iur. dotium
Fulgoſ.conſil.97.Et ideò cùm vtrumque remedium
competat,poterit filius remedium reuocatorium in-
tentare,& non potere ſupplementum legitimę: Ideò
debet vitrico ſuffragari. Iſtis non obſtantibus Rota
5 fuit in eadem opinione,& dicto,quòd † nouerca poſ-
ſet tantùm habere,quantum erat ſupplementum: &
quod non poterat,primò per tex.in l hac edictali.verſ
6 ſic.ita tamen.vbi licèt pater † non relinquat legitimā
tamē à lege cenſetur relicta,vt per tex. in l. quoniam
præteritæ.C.de ſecund.nupt.in verſ.danda vel requi-
renda.& in d.§.optimè.& ne eſſet in poteſtate filii pri
uare nouercam legato ſibi facto. Nam tunc non pro-
pter iniuriam à teſtatore illatam ex quo lex illud reli
ctum teſtatoris ſuppleret vſque ad legitimam: ſed ex
facto ipſius filii priuaretur,& daretur tūc materia frau
dandi nouercam:cùm poſſent filii alij vnà cum filio
nolente petere colludere.& pro iſta parte adduceba-
tur authoritas Bal.in d.l.hac edictali col. 5. verſi. 2.
amplia circa iſtam materiam.C.de ſecund. nupt. vbi
7 Bald.expreſsè ſentit,ꝙ † ſecundus vir vſque ad illā por
tionē,quā filius de iure poteſt habere, liberè in ſecun
dā vxorē teſtari poteſt:& ſic not ꝙ Bald.tantū conſi-
derat,quòd ita filius acceptare velit, vel nō:ad autho
ritatem Bald.in l.hac edictali.columm.6.verſicul. mo
do ſtatim occurrit aliud dubiū reſpondetur duobus
modis:& primò retorquendo illud reuera facit pro
8 cōcluſione Rotæ:nā† ſi ibi nō cōſideretur potētia pe-
tentis actualiter,vt nō petat ab hærede inſtituto,certè
vxor nō concurrit in illis centū,ſed propter illā po-
tentiā petēdi voluit Bal.quòd detur cōcurſus.Secūdò
etiā iſta reſpōſio declaratur,ꝙ caſus noſter eſt diuerſus
à caſu Bald.in d.verſi. nā in caſu noſtro fuit aliquid
relictum filio ſeu filiæ moniali:& quia iſto caſu cum
9 † prouiſione teſtatoris cōcurrit prouiſio legū ad fortificandū iudiciū defuncti,perinde eſt, ac ſi teſtator
integram legitimam reliquiſſet: & ita loquitur Bal in
d.l.hac edictali.column. 2 in fin.verſicul.ſed quæſtio
ſtat in hoc cum ſequenti col & ex quo nihil fuit relictum,& prouiſio teſtatoris nō cōcurrit cū prouiſione
legis,inde nihil facit ad caſum noſtrum. Non obſtat
quod dicit Salicet in d l.hac edictali.10 q.5.dum vult,
ꝙ ſi filius nō petat ſupplementū,ꝙ nouerca nō poteſt
10 habere tantùm,quantum eſt ſupplementum: quia
† filius poteſt petere,quod ſibi vtile eſt:& ideò omiſſo
ſupplemento filius petere poteſt remedium legis,tan
quàm ſibi vtile.vt ibi per eum. Quia reſpondetur, ꝙ
dictum Salice nō poteſt accommodari ad caſum noſtrum:cùm Salicet.loquatur,quando filius nō vult in-
tentare remedium d.l.hac edictali. nam dicit, ꝙ etiam
in iſto caſu illud remedium non poteſt intentari:quia
11 illud remedium datur,quando nouercę eſt relictum
vltra legitimā.tunc verò concedo,quòd ad illud plus
datur remedium illius legis:ſed quando infra legiti
mā eſt relictū filio,tunc non poteſt,niſi ad ſupplementum habeat pro relicto,per d.l.hac edictali in v[illegible]
tamen & per text in d l.quoniam præteritæ, C de ſecun nup.& licet filius non poterat,tamen nouerca po
teſt beneficio filii vſque ad ſupplementum:ſicut [illegible]
12 mus,ꝙ ad † beneficium alterius poteſt dici teſtamen-
tum nullum,licèt filius preteritus non dicat,prout
ſtā veriorem dicit Alex in l.poſt hanc.col.2. verſ ſed
dubium notabile.& cū ſequen col.2.verſ. ſed dubium
eſt.C.de conductor.&ibi Iaſ.dicit iſtam eſſe magis cō
munem,col.6 verſ. ſed dubium notabile. cum ſeq.
col. Ex hoc comperitur non eſſe verum, quod dicit
Bart.in l vnica in fin.C de.inoffi. teſtamen. & conc.
Anton.& Alexan.in conſil.ſuperius allegato,quia per
dictam communem opinionem nouerca petiit vti be
neficio filii competenti,etiam ꝙ ipſe eo vti noluerit.
Nec obſtat quod filius detrahit legitimam, & poſteà
reſiduum diuiditur inter nouercam & filium:quia pro
13 reſolutione eſt aduertendum, quòd † ſi filio portio
vnius legitimæ non eſt relicta,ex quo legitima ei ipſo iure ſuppletur,vſque ad illud ſupplementum poteſt
14 habere nouerca,& ſi† reperiatur plus nouercæ relictū,illud plus inter filios diuidatur,vt dicit text.in d.
l.hac edictali.verſic.ſi verò plus.& in l.quoniam præ
teritę.cum authent.ſequen. Nec obſtat,quòd ſupplementum non petatur actione ex inſtrumento, ſed condi-
15 ctione ex lege,quia hoc non obſtante dicitur † iudi
cio teſtatoris percipi,ex quo nō prohibuit,prout iſta
dicit communem opinionem Bertrand. in d. l. hac
edictali.ſol.159.nu.19 cum ſequen.&tāto magis, quia
hic non conſtabat, quòd filius vellet,licèt non peteret,quia poſteà peteret.

EPITOME.

Auditores Cardinalium an poſsint præfigere terminum compulſorialium vigore commiſsionis,in qua dicitur, quod præfixo termino quis aliquid facere compellitur.

SVMMARIA.

1 *Auditor Cardinalis an poſsit præfigere terminum compulſorialium.*
2 *Auditor Cardinalis an poſsit ferre ſententias interloquutorias.*
3 *Termini præfixio an ſit ſententia interloquutoria.*
4 *C.ſtatutum.de reſcrip.in 6.non habet locum inter laicos & in re-*

in re prophana.
5 *Causa cùm agitur inter laicū & clericum quando coram iudice laico agitari possit.*
6 *Actor sequitur forum rei, etiamsi actor sit Episcopus, vel clericus.*
7 *Causa vt dicatur inter laicos vel clericos pendere, attendendus est reus.*

DECISIO XV.

QVarta Maij 1542. fuit dubitatum in vna Siguina
Castri coram D. Thoma de Thauis, quòd And.
1 Georgius Auditor † Cardinalis Cæsarinis potuisset
præfigere terminum compulsorium inducentem, vt
termini præfixio inducit, qua quis cōpellitor aliquid
facere in termino pręfixo. Item eadem decisio dicit,
2 quòd † nō potest ferre sentētias interlorutorias: & pręfixio termini videtur sententia interloquutoria: tamē
3 ex opposito dicebatur, quòd termini pręfixio † non est
sententia interlocutoria. & allegabatur consi. Paul. de
Castr. 25. colum. 3. secundum antiquam impressionem, quod consilium non reperitur in aliis impressionibus. Tamen Rota non fuit mota ex his, sed ex quo
constabat de subdelegatione D. Cardinalis in personam D. Georgii, fuit attenta illa subdelegatio. Non
obstat, quòd d. Georgius non esset Canonicus iuxta
formam c. statutum de rescrip. in 6. quia fuit dictum,
4 ꝙ non † habet locum inter laicos, & de re prophana,
vt per Fran. in c. tua nos. col. 2. vers. ergò de appell.
5 Non obstat, quòd causa † erat inter laicum & clericū:
quia aderat in ea Episcopus aduersarius, & tunc etiā
habet locum dictum c. statutū, vt per Fran. in d. loco:
6 quia dicebatur, quòd † ex quo Episcopus erat actor, &
7 sic debebat sequi forum rei: & quòd † reus attēdebatur ad hoc, vt diceretur causa inter clericos vel laicos
quo ad illum effectum.

EPITOME.

Donatio iuris pręsentandi non abdicat ius à donante ante confirmationem superioris.

SVMMARIA.

1 *Donatione iuris præsentandi laico per laicum facta, non potest ante superioris confirmationem præsentari.*
2 *Donantis post mortem potest interuenire superioris consensus in præiudicium hæredis.*
3 *Renunciatio laico sine consensu superioris facta in renuntiantis præiudicium valet, quo ad superiorem minimè.*

DECISIO XVI.

QVarta Maii 1543. in vna Astoricen. de Confor-
1 tis, fuit resolutum coram me, † ꝙ laicus donans
laico ius præsentandi absque consensu superioris, ꝙ
antequā superior donationē confirmet, quòd donans
& eius hæredes nō possunt præsentare: cùm ius à donante ante confirmationem nō sit abdicatum, per doctr. Abb. in c. cùm sæculum. in fin. de iur. patro. In contrarium allegabatur decis. Rotæ 873. de iure patr. in
antiquis: Sed contra illam decis. latè scribit Abb. in
respōsione. incip. augeri. in 4. dubio. col. 3. & multa scribit Lambert. in tractat. iur. patron col. 4. articulo 1. 2.
part. q. princ. 1. lib. fol. 109. quia fuit respōsum, quòd
nō obstabat: quia loquitur in alio casu, videlicèt, quòd
2 † consensus superioris potest interuenire post mortē
donantis in præiudicium hæredis, nō autē dicit, quòd
si nō interuenerit, quòd interim hæres omninò posset
pręsentare. & istud tenet Lamber. in d. tracta. in 7. art.
1. q. princ. 2. part. 1. lib. fol. 102. col. 2. versic. tu consi-
3 dera. sicut etiam dicimus in renunciatione † quòd licèt quo ad renunciantē valeat in eius præiudiciū sine
consensu superioris, tamen priuatur eo non nisi superiore volente, c. quod in dubiis. de renunciat. & ibi
Abb. & alii, Bitignet. decisi. 1. de renunc.

EPITOME.

Præsumitur olim possidere, quando agitur de possessione tertii

SVMMARIA.

1 *Possessor qui olim possedit, hodie possidere non præsumitur, si probetur possessio tertij.*
2 *Possessor qui est semel, adhuc possidere præsumitur, nisi constet possessionem esse interruptam.*

DECISIO XVII.

IN vna Taruisin. Prioratu corā me die 7. Maii 1543.
1 fuit resolutū, ꝙ olim † possessor non præsumitur hodie possidere. quādo datur de possessione tertii, vt erat in illo casu, in quo Ioannes de Porta ceperat possessionē Prioratus de anno 1536. Et quia erat probatū, ꝙ Capitulū Taruisin. possederat: tamen contrariū
fuit dictū per cōsil. Anchar. 297. col 6 & optimè declarat Alciat. in tract. de præsump. pag. 269. versi. limita
4. Non obstat decis. 124. aliàs 4. de prob. in nou. per l.
3. §. in amittēda. & §. ꝙ si seruus. ff. de acquiren. possess.
l. cū qui. ff. de procur. & Are. cons. 102. col. 2. vol. 3. vbi
loquitur in possessione tertij: & tamen dicūt, ꝙ semel
2 † possessor pręsumitur possidere, quia intelligūtur
post mortem tertii: & ita istam decis. intelligit Abb. in
c. cùm ad audientiam. 2. col. de rest. spol. Prętereà in
illa decis. non constabat quòd possessio esset interrupta, prout in casu isto.

EPITOME.

Quando intelligitur, quòd virtus executoris alio durat anno.

DECISIO XVIII.

IN vna Bononiens. N. prouisionis, die 7. Maii, 1543. fuit dictum, coram D. Thoma de Thauis, ꝙ illud, quod dicitur virtus executoris alio durat anno, per c. conquerente in literis, de offic. delega. propter clausulam defendat habere locū, quando agitur contra eū cōtra quē sunt decretę executoriales infra annū spoliati: quia non dicitur paruisse, ex quo infra annum non præsens erat, secundum interpretationem Rotæ: secus est, quando alius spolians, contra quem executoriales nō fuerunt decretæ: quia iudicio ordinario cōtra eum agendum est.

EPITOME.

Priuilegia data referendariis competunt eis etiam ꝙ ea ignorent.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium non nisi à die scientiæ alicui quæritur, si personæ priuatæ detur, secus si ratione officij conferatur.*
2 *Priuilegium acceptans cēsetur illud cum omnibus oneribus suis acceptare.*

DECISIO XIX.

SEptima Maij 1543. fuit resolutum in vna Tauriēs. parochialis Sancti Iacobi, quòd priuilegium datum referendariis, dato, quòd nō faciant Collegiū, ta-

men

men competunt eis, etiam quod ignorent priuilegia:
1 & licèt communis opinio sit, quòd priuilegium† non
quæratur alicui, nisi a die scientiæ, vt per Ias. in l. fin.
ff. de constitut. princip. Tamen fuit dictum, quòd illud
verum est, cùm priuilegium datur alicui personæ pri
2 uatę: secùs quando datur ratione officii. Vnde† accep
tando illud videtur acceptare cùm omnibus oneribus,
& honoribus in genere, pro quo facit, quòd dicit Ias.
in d. l. final. in 6. seu 7. colum. dum respondet ad Bar-
tol. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

EPITOME.

Verba, propria auctoritate possessionem apprehendendi, posita in regressibus, quomodo intelligantur.

DECISIO XX.

Die vndecima Maii, 1543. fuit dictū in vna Bonič. Canonicatus ꝙ illa verba posita in regressu Canonicatus, quódque illorum corporalem possessionē propria auctoritate apprehendere valeas, non excludebant consensum Capituli, ita vt non obstantibus talibus verbis, nihilominus possessio debebat capi capitulariter: sed tantùm importabant, vt quis non teneretur apprehendere possessionem cum suo executore, sed eo excluso posset cum auctoritate tamen Capituli: ne Papa videatur tertio preiudicare: quod non est dicendum. Et ista causa pendebat coram me.

EPITOME.

Coniuncta persona quando possit agere pro coniuncta, etiam quando procuratorem habet.

DECISIO XXI.

Eadem die in vna Nursina coram me fuit dictū, ꝙ coniūcta persona non excluditur à comparendo pro coniūcta, etiā ꝙ cōiuncta persona constituerit in illa causa procuratorem, quando procurator est negligens, vt per Alex. in l. exigendi. C. de procur. inter limitationē ibi positam: & ideò licèt Fabricus citatus cōstituisset procuratorem in partibus, quia tamen secūdum statuta ciuitatis Nursinę procurator non potest in causa comparere, ideò fuit dictum, ꝙ in illa causa potuit pro eo coniuncta persona comparere.

EPITOME.

Pater vt legitimus administrator potest pro filiis transigere, & latè vide, quando promisit pró eis de rato.

SVMMARIA.

1 *Pater de re filiorum quos in potestate habet, transigens eis non obest.*
2 *Contrahens cū patre de re filiorum non potest à contractu recedere, si pater de rato pro filiis cautat.*
3 *Promissio patris de rato pro filiis cùm cedit in fauorem contrahentis, potest à contractu per contrahentem recedi nō expectata filiorum ratificatione. & nu 5.*
4 *Patre de rato pro filiis cauente statim perfectus fit contractus.*
6 *Donatio absenti, etiam notario stipulante, facta potest retractari, & alteri donare antequam absens ratificet.*
7 *Absenti & ignoranti cùm fit donatio nihil quaritur.*

DECISIO XXII.

Fuit dictum in vna Senens. hæreditatis coram me, 11. Maii, 1543. ꝙ pater poterat tanquàm legitimus
administrator suorum filiorum transigere & pacisci,
ex quo eramus in his, in quibus poterat ipsi patri quę
ri vsusfructus: & quod ei quęrebatur quo ad vsumfru
ctum, etiam filiis non ratificantibus contractum, per
text. in l. final. §. vbi autem. C. de bon. quæ lib. & per
Bartol in l. final §. pupillus. de verborum obligat. &
1 ꝙ† pater pro filio possit transigere, erat text cū gloss.
in l. de re filiorum. ff. de transact. & not. Bartol. in l. prę
2 ses. C. de transact. Item dicebatur, ꝙ † ex quo etiam in
illo casu pater nomine filiorum, pro quibus de rato
promiserat, teneri voluit de suo, & contraxerat, quòd
cōtractus esset perfectus, ita vt ab eo contrahens cum
patre non posset recedere, dato, quod nō constaret de
ratificatione filiorum. Non obstat, quòd dicebatur, ꝙ
3 ex quo illa promissio† de rato erat in fauorem con-
trahentis cum patre, quòd poterat ipse recedere à cō
tractu, & non expectare ratificationē filiorum, per not.
per Ias. in l cùm proponas. col. 3. versicul exeunde C.
de pact. Alexand. consil. 13. column. 2. volum 4. [illegible]
Iin. in c. peruenit. el 2. column. final de iure iurā. Rip.
in l. final. colum. 53. C. de reuocat. donat. dum loqui-
tur de clausula rato manente pacto, quæ apposita ope
ratur, quòd si obseruans vult recedere à cōtractu, pos
4 sit recedere: quia dicebatur, ꝙ† ex quo erat contractū
cum patre, qui promiserat de rato pro filiis, quòd con
5 tractus erat statim perfectus, ita vt† non esset amplius
in potestate alterius partis contrahentis ad libitum
suum à contractu recedere, cum pater non possit re-
cedere: aliàs diceremus, quòd contractus claudicaret.
Non obstat, quod allegabatur Deci. consil. 226. col.
6 3. & in l. contractus. colum. 3. de regul. iur. vbi si† quis
fecit donationem absenti, Notario stipulante, potest
postea à donatione recedere, & alteri donare, ante-
quàm absens ratificet: quia dicebatur, quòd procedit
in contractu, quem quis fecit cum absente: quo casu
7 † absenti ignorāti nihil quæritur, & ideò potuit rece
dere: sed secus erat in casu nostro, in quo contractus
cum patre erat perfectus, atq; ideircò nō potuit à con-
tractu recedi.

EPITOME.

Priuilegium ducis Sabaudię quomodo interpretatur.

SVMMARIA.

1 *Dictio aliis, intelligitur de similibus, nec dissimilia comprehendit.*
2 *Priuilegium strictè est interpretandum, cùm agitur de præiudicio impetrantis.*

DECISIO XXIII.

Die 17. Maii, 1543. fuit resolutum in vna Gebennen. parochialis Serrauallis coram me, quòd pri-
uilegium Illustrissimi Ducis Sabaudiæ non compre-
hēderet parochiales reseruatas: quia illa verba, non sō
de dignitatibus prioratibus, conuentibus, & aliis, illa
1 † dictio, aliis, intelligebatur de similibus: vnde cū pa-
rochiales non essent similes, non comprehenderentur
2 in priuilegio, † in quo strictam debemus facere inter
pretationem: ex quo tractabatur de præiudicio impe
trantis. Item dicebatur, quòd istud colligebatur ex
procemio dicti priuilegii, in quo Papa tractat de ec
clesiis Cathedralibus, & monasteriis consistorialibus
Nam cùm in his posset agi de præiudicio Ducis, ac
etiam circa dignitates conferendas, ideò in illis vo
luit præseruare consensum Ducis: secus autem erat in
ipsis Parochialibus.

EPITOME

EPITOME.

Mandatum & subdelegatio quamuis sine testibus non valeat in præsentia tamen iudicis facta probat.

DECISIO XXIIII.

FVit dictum in vna Toletan. de Ochanna, 8. Iannarij, 1544. quòd licèt Felin. dicat in c. quoniam cõtra. colum. 6. in fin. versicul. vtrum autem procedat: de probat. quòd mandatum & subdelegatio sine testibus facta non probant: tamen quando fiunt in pręsẽtia iudicis, sine eo mandante, quòd tunc fidem faciant, propter colorem iudicis: & quia presumuntur multi assistentes, vt per Felin. ibidem, colum. 5. versicul. sed reuocat in dubium. & dictum est, quòd illam opinionem erat aliàs Rota sequuta in vna de Turribus Vedas.

EPITOME.

Citatio vbi fit per edictum an debeat dimitti copia citationis

SVMMARIA.

1 *Citatio originalis ad valuas affixa, non tamen eius dimissa copia, nec lecta an valeat.*
2 *Lectio & originalis affixio, quæ arbitrio iudicis subiacet, in citationis executione requiruntur.*
3 *Copia dimissio in citatione an sit necessaria.*
4 *Citatio per edictum cum legitur & originalis afigitur, copia eius nõ dimittitur.*
5 *Citatio cùm nõ legitur, sed originalis tantùm affigitur, copiæ dimissio est necessaria,*
6 *Citatio quando legi debeat.*

DECISIO XXV.

1 ITem eadem die in vna Tolentan. quia † citatio
ad videndum committi iuramenta testium fuerat
decreta per affixionẽ ad valuas Ecclesiæ Sancti Mi-
chaelis ad primam diem, & notarius attestabatur affi
xisse originales, & non dicebat, quòd post illarum a-
motionẽ dimisisset copiam nec literas originales legis
set: Dubitatum fuit, an talis executio esset bona. Et pro
parte affirmatiua dicebatur, quòd nullibi cauebatur
quòd quis teneatur dimittere copiam affixam. Nam
decisi. 223. in nou. requirit duo, † videlicèt lectionem
2 & affixionem originalis, & illa affixio debet manere
arbitrio iudicis: vt dicit Bart. in extrauagan. ad repri
mendum. in l. final. de dimissione autem copiæ nihil
ibi dicũt. Quòd nõ sit † necessaria dimissio copiæ, vide
3 tur sentire Bonifac de Vital. in Clement. 1. de indic.
numer. 14. & idem Bonifac. in Clemen. causam. §. ꝙ
si forsitan. num e. 15. de electio. Pro alia autem parte
quòd immò esset necessaria dimissio copiæ, considera
batur, quòd † aut citatio per edictum legitur, & origi
4 nalis affigitur, & tunc non requiritur dimissio copiæ,
ita procedit decis. 223. in nou. & quod dicit Bonifac.
5 in d. Clement. causam. §. quòd si forsitan. versicul. pu.
blicari. Aut verò citatio † non legitur prout erat in
casu nostro, sed tantùm originale affigitur, & tunc nõ
loquuntur prædictæ decisi. Et quia de mandato iudi-
cis potest fieri per affixionem, & affixio originalis nõ
potest esse perpetua: sed debet amoueri: ne sint in po-
testate partis originale affigere tali tempore, vt non
possit ad notitiam partis deuenire: ideò ante origina
lis affixi amotionem debet copia citationis dimitti:
6 quæ fraus cessat quando leguntur: † quia lectio debet
fieri, quando adest multitudo. Et ista distinctio multũ
mihi placebat. Sed aliqui volentes dissoluere nodũ, di
cebant quòd ista distinctio posset procedere in prima
citatione deuolutiua causę, sed ex quo hic in tali cita
tione non eramus, dicebant ipsi, quòd ista citatio po
terat sustineri. Tamen nihil fuit resolutum.

EPITOME.

Possessio pascendi communitatis non probatur ex eo, quòd homines sunt soliti pascere.

DECISIO XXVI.

EAdem die 8. Iunii, 1543. in vna Nurtina coram me fuit resolutum. quòd dato, quòd testes dicerent, quòd homines Castri Armilphi lignauerunt, & pasculauerunt cum territorio, de quo agebatur: tamen per hoc non probatur possessio lignandi & pascendi pro parte communitatis, per consi. Corn. 299. volu. 1. & 45. in 3. volum.

EPITOME.

Decretum irritans nõ inficit possessionem beneficij de vacante secus est de vacaturo.

DECISIO XXVII.

IN vna Gerunden. beneficij. S. Dominici, coram D. Ioan. Paulo 26 Iunij, 1543. in quo Antonius primò resignauerat in manibus Papę in fauorẽ Stephani, & posteà adhuc existens in possessione in partibus idem Antonius resignauit in manibus ordinarij, qui admissa resignatione de eodem beneficio prouiderat cuidam Iacobo. Idem Iacobus vigore dictæ prouisionis assequutus fuerat possessionem. Postea Stephanus primus resignatarius Iacobum spoliauerat: dubitatũ fuit, an Iacobus secundus resignatarius possit agere spolio contra primum resignatarium. Et dubium faciebat quòd ex quo primus resignatarius habebat decretum irritans in sua prouisione, quòd tale decretum non inficit, nisi in prouisionibus seu beneficijs de vacaturo, secus est in gratijs, per deci. 2. Cassad. de restitut. spoliat. vbi innititur reddere rationem: & quamuis eam non reddat, videtur dicendum, quòd decisio sit vera: quia aliàs dicẽdo omnes secundæ prouisiones de vacante factæ per Papam essent nullæ. Et ita etiam per prius in vna Ilerden. coram D. Maceratens. conclusum fuerat.

SVMMARIA.

1 *Compromissum an possit in secunda instantia à sententia contra istud lata peti. & nu. 3.*
2 *Compromissum fieri non potest in causa appellationis ne ea videatur cauillosa.*

DECISIO XXVIII.

IN vna Tudertin. grani corám me, in qua Ioannes
Andreas existens in Curia ad prosequendum
causam contra Sebastianum maritum Agnetis, soro
ris suæ Agnes ipsa obtinuit sententiam in ciuitate Tu
dertin contra ipsum Ioannem Andreã super alimẽtis
Et fuit commissa causa nullitatis coram me vigorẽ Eu
genianæ & in calculo ferendæ sententię fuit petitum
compromissum per ipsum Sebastianum vigore statuti
Tudertin. volentis causas inter consanguineos committi
debere. & quia non constabat de dicto statuto, titu[illegible]
1 † sententiam ad annullandam sententiam in partibus

latam vigore dictæ Eugenianæ. Postea in secunda instantia fuit productum statutum Tudertin. in forma pcebanti,& petitum compromissum : & non obstante tali petitione,fuit negatum,& fuit confirmata prima sententia, Ratio quia sicut † in causa appellationis non potuit peti fieri compromissum,tanquam ea petita sit cauillosa,vt per Ias.in l.si causa.colu.2.versic.no ta etiam diligenter.C.de transact.& in l.elegans:in
4. 3 not.de condic. indeb. ita & in ipso casu , † cùm iudicium nullitatis videatur accessorium, & dependens à primo.Et ideo cùm agens non elegisset in partibus viam iudicij,cùm poterat tum petere viam compromissi,ita quòd res videbatur clara, quod iudicium esset nollum agitatum contra existentem in Curia. Et quamuis est quæstio iuris clari vt nulla, videre poteris per Marcum Antonium Blandin.In tracta. d. commi. 4.q.de quibus caus.possit aut debeat committi.in princip.cum sequenti colum.in versi.6.declara.

EPITOME.

Statutum vrbis excludens sororem propter fratrem an habeat locum, vbi frater & soror sunt forenses.

SVMMARIA.

1 *Statutum scriptum in persona,& vel habilitans vel inhabilitans aliquem contra iuris dispositionem comprehendit quoque forenses.*
2 *Fœmina non subiecta nō excluditur à bonis statuto subiectis.*
3 *Soror forensis à statuto quomodo excludatur.& nu.5.9.*
4 *Locus rerum acquirendarum quando attendi oportcat in statuto.& nu.6.13.*
7 *In statuto dubio si fundans non est audiendus tum excludendus per illud clarum pro se dispositionem habet.& nu.12.*
8 *Ab intestato veniens ex tacita defuncti voluntate venire dicitur.*
10 *Soror non excluditur ab hæreditate per statutum sed tacitam defuncti voluntatem.*
11 *Voluntas defuncti non cessat etiamsi statuti ratio cesset.*
14 *Defunctus cùm est subditus statuto locus quomodo sit attendendus.*

DECISIO XXIX.

Statutum Romanum in successione fratris ab intestato vocat fratrem ad successionem exclusa sorore, vt patet in nouis reformationibus c.24.incip. defuncto sine filijs.sub rubric.de success. ab inestato. Dubitari modo contingit, an soror fœmsis excludatur à fratre forensi,in quo defunctus erat Romanus & agitur de bonis in petitorio Romano, & sic sta
1 tutum pro sorore facit.Nam † statutum est scriptum in persona,& tunc statutum habilitans vel inhabilitans aliquem contra iuris dispositionem comprehendit forenses , secundum Bartol.in l.cunctos populos, colum.11.versicul.& ideo dico si statutum,C. de summa Trinit. & Abb.& Brun. ibi concordan. allegan. in tracta. de statut. excluden. fœmin. propter masculos. articul.1.colum.5. Calder.consil.34.de testamen.Anchar.consil.196.in fin.Barba. consil. 75.in 3. vol. vbi infert opinionem communem esse cum Bart.reprehendendo Salicet.& alios tenentes contrarium:nec esse ab huiusmodi opinione in iudicando recedendum di-
2 cit Paul. de Castr. consil. 32. 2.col.& quod † fœmina non subiecta non excluditur à bonis statutis subiectis tenet Felin.in c. postulatis. column. 2. de foro com pet.Roch.in c.fin.100.in 1.limit.dictam conclusionē
3 de consuetu.pro fratre. & quod statutum † operetur exclusionem sororis etiam forensis, attento,quod defunctus subijciebatur statuti decreto, etsi statutum [illegible] quatur in rem,vel in personam, quam refert esse communem Petrus de Anchar.in repetit.c canonum statuta.& dicit hanc esse communem post Ias.Butr.Bar. & Salicet.Ioann.de Anania & alios Curt. Iun. consil. 5.colum.2.versi.ad secundum respondetur.& sequent. & iudicando dicit Socin. in consil. 288. post princip.
4 & † ex quo non agitur de persona , sed de acquisitione,ideo debet attēdi locus rerum acquirendarum,secundum Bal.in d.l.cunctos populos.colum. 1,versio ad secundum,vbi Salic.column.16.videlicet ad successores ab intestat.dicit se consuluisse sic,& de facto obtinuisse Socin.consil. 36. late examinat articulum referendo Bartol.& aliorum opinionem , & concludit secundum opinionem Salicet. & vt in causa inte[illegible] attendatur persona dicentis.& idem Socin.consi. 2 Albert.Brun. super statuto excluden. fœmin. propter masculos.in 6.articu. princip. mouet quæstionem , an fœminę forenses excludantur.& colum.3.in fin.dicit, quod opinio Bald. apud antiquos fuit communis , [illegible] non fuit distinctio in verbis statuti. & refert Corn dicentem hāc esse communem opinionem in con. 147. in 3.volum.sed corruptè.nam est in consil.16.& in fi.
5 tenet † statutum ligare fœminas forenses volentes succedere stantibus masculis. & fœminis. vbi tantum masculus & fœmina essent forenses : in princip.quæst. videtur sentire,quod masculi non gaudent fauore statuti: Tamen si attendimus rationem Bal[illegible].& aliorum tenentium considerandum esse acquisitionem,[illegible] locum rerum acquirendarum , propter quæ excluditur fœmina , idem posset dici , quando ambo essent forenses,Io.Argui.in tract primogenituræ.in 2.quæst 2.lib. examinando quæstionem primogeniti , de q[illegible] per Bart.in d l. cunctos populos inculcat & male à Doctoribus examinat & refert latius , quam aliq[illegible]is alius modernus omnia dicta antiquorum in d.[illegible] cunctos populos,& tenet opinionem Salic. Socin. quod sit seruanda consuetudo locorum,in quibus decedens habebat domicilium , tenendo hanc esse veriorem & communem,pront dicit Socin. consil. 288. Cu[illegible] à in d.c.canonum.colum. 5.in vers.4. limit.7.licet [illegible] rius concluserit statutum non ligare forense[illegible] , in hoc comprehendit Anchar.&, Socin. dicentes [illegible] munem esse contra Barto. tamen in d.col. in d.[illegible]
6 4.limit. concluditur, † attendi consuetudinem [illegible] vbi defunctus habebat domicilium , licet vo[illegible] cedere esset forensis , secundum Anchar. in d. cano num.attenditur etiam.nam si rectè consideretur,n[illegible]n videtur quòd Bart.in d. l.cunctos populos, ab i[illegible] pinione dissentiat. Nam in statuto disponente c[illegible] personam distinguit, an talis decedens erat An[illegible] primogenitus , succederet in bonis Angliæ con[illegible] rando quod persona decedentis videtur ligata , [illegible] omnia Ioan.Aloisius allegauit , qui causam pro v[illegible] tate terminaturus erat,& voluit , quid sentirem intel ligere:cui respondi , quod in tanta Doctorum varie tate in iudicando eorum sententiam sequerer ,q[illegible] nuit fratrem vocari exclusa sorore : non inficie[illegible] tamen,quod ex tribus prima fronte contrarium [illegible] tiebam.Et primò occurrebat,quod statutum non[illegible] tuit habilitare vel inhabilitare personam,& si[illegible] sem comprehendere, per dictum Bartol. in d.[illegible] C. de summa. trinit. S. cundò etiam illud magis [illegible] bat : quod ratio statuti excludentis sororem [illegible] pter fratrem , quod est ratione agnationis con[illegible] uandæ vbi frater& soror sunt , cum ad stamenti[illegible] prias non autem ad alienas cognationes coseru[illegible]

spe[illegible]

spectant. & istud est, quod voluit Brun. in d. tracta de statu. excluden. fœmin propter masculos. in 6. artic. prin. col. 2. ver. aut verò statutum simpliciter. Et ideò cùm ratio statuti in isto casu non cesset, debet cessare eius dispositio, l. 4. §. toties. cùm vulgat. de dam. infect. Tertiò negare non possumus cum † articulus sit
7 dubius & cum soror claram habeat dispositionem iuris pro se ad l. maximum vitium, C. de lib. præterit. fundans se in statuto dubio non est audiendus, ad l. cæteris, cum aliis, sed subtiliter pro veritate indaganda dixi considerando quòd præmisso fundamento omnia quę pro ista parte construi possent facile corruunt,
8 & clara habetur pro parte statuti dispositio. Nam si verum esset prout ita est, quòd veniens † ab intestato ex tacita voluntate defuncti venire dicatur, l. si quis cùm nullum. & l. conficiuntur. in priu. ff. de iur. codicill. & ita voluntas defuncti censetur dispositioni statuti conformis, per doctri. Bart. ab omnibus approbatam in l. heredes mei. §. vltim. ff. ad Trebel. Tertiò sicut potuit expresse sequendo legem pa-
9 triæ suæ sororem † excludere expresse, ita potuit & tacitè & istud fundamentũ dicit inuincibile Salice. in d. l. 1. col. 6. in fin. Et ex hoc fundamento sequitur responsio ad supplementa dum dicitur quod statutum non potest habilitare forensem: quia dico, quod non
10 ex statuto † soror excluditur, & frater vocatur, sed ex tacita voluntate defuncti, quę sicut potuit cõtra iuris dictionem expresse eam excludere potuit & tacitè. Item & dum dicebatur, quòd ratio excludẽtis in hoc casu cessabat, ergo cessare debebat statuti dispositio
11 quia respondetur, quod licet cesset † ratio statuti, nõ tamen cessat defuncti voluntas cum interest agnationẽ suam vbique conseruare. Non obstat quòd sumus in casu dubio, & ideò à clara iuris† dispositione
12 non est recedendum quod argumentum multum facit Bartol. in alleg consi. 75. in 3. vol. quia respondetur quod in casu statuti vrbis sumus in claris. Nam statutum dicit defuncto sine filiis, & sic considero, quod si-
13 cut voluit Bar. & sequaces, vt quando statutum † est reale, quia bona sunt per statutum affecta attentis statuti locis, ita pariter erit dicendum, quòd quando persona defuncti, vt subdita est affecta per statutum, quia statutum loci sit attendendum, arguendo de rebus ad personas, & ideo diligenter intueatur doctrina Bart. quæ facit differentiam inter statutum reale & perso-
14 nale, quando† persona defuncti non est subdita, sed quando est subdita tunc indistinctè Bart. vult statutũ loci attẽdendum fore. pro ista parte est conf Ale. nũc videtur primò considerandum. vol. 2. & vltra authoritates superius allegatas hanc secundam partem consulendo in terminis siue in fortioribus tenuit Gozad. consil. 46. pro Reuerendissimo Cardinali Grimaldo. vbi quasi omnes doctores supradictos allegat, & plures alios,, & ibi etiam ponit communem opinionem fore pro hac parte, à qua in iudicando non discederet. intellexi etiam quod ipse Ioan. Aloisius in hanc partem inclinauit.

EPITOME.

Remissoria ad liquidandam obligationem in forma Cameræ potest decerni præcedente citatione per contradicta vel in tata absentia, sed prius principales debent personaliter citari.

SVMMARIA.

1 *Remissoria quando non possit decerni ad procedendũ ad cõfessionem.*
2 *Obligatio cum est liquida, & procurator fatetur debitum in actis, nulla sunt in condemnando partes iudicis.*
3 *Ad liquidationẽ obligationis quãdo sit citãdus principalis*
4 *Processus iudicis recusati post appellationem factus nullus est.*

DECISIO XXX.

Resolutum fuit in vna Aquen. quam proposui 5. Octobris 1543. quòd licet Auditor Cameræ (ex stilo in oblig. iu forma Cameræ liquida iurata absentia partis, facta cõfessione, per procuratorẽ, procedat ad executionẽ & reliquas cẽsuras nõ aliter nisi citato personaliter principali, tamẽ ad liquidãdã obligationẽ in forma camerę, vt erat in casu illo, in quo prætendebatur Ioan. Dominicum contrauenisse concordiæ initæ cõtra quã non venire, & eam obseruare promiserat sub pœna priuationis beneficiorum suorum, & ducen
1 torum ducatorum. Et ideò † ad probãdum conuentionem vt postea posset procedi ad confessionem, non poterat decerni remissoria principali ex aduerso non citato personaliter: & ille stilus cũm sit stricti iuris non debet extendi ad istum casum. Ratio est, quia
2 † quando obligatio est liquida, si procurator constitutus in actis fatetur debitum, nullæ aliæ sunt partes iudicis in condemnando. Et ideo sufficit, quandocunque principalis citetur, secus est quando obligatio
3 non est liquida. Nam cũm agatur † de liquidando eam, & sic de graui præiudicio, & procurator cõstitutus in actis, nihil fateatur, nec possit fateri, nisi liquidata obligatione, ad illam liquidationem faciendam est principalis citandus, aliter reputaretur remissoria decreta absque citatione, & sic inferretur præiudicium parte non citata. Nec quidquam faciebat in isto casu, quòd postea Ioan. Dominicus contra quem erat decreta remissoria in partibus, fuisset personaliter citatus, quia dicebatur, quòd comparuit, & allegauit iudi-
4 ces suspectos, & appellauit, quo casu † si processus iudicis recusati post appellationem factus est nullus, vt per Dd. in c. cum speciali. in princ. in fin. col. de appel. etiam quòd appellatio postea foret defecta, vt per Lap. allegat. 1.

EPITOME.

Ordinarius præsumitur scire vacationem non autem modũ seu qualitatem vacandi.

DECISIO XXXI.

In vna Leodien. Cononicatus sancti Pauli pro Gerardo Boncorcet contra Eduardum, fuit resolutũ 8. Octobris 1543 quòd Cardinalis Leodien. qui contulerat vigore indulti beneficium vacans in curia præsumeretur habere notitiam vacationis, per decis. 263. in nou. & tex. in Clemen. vnica. in fin. de concess. præbend. sed non qualitatem, videlicet, quòd vacauerit in curia: quia ordinarius benè tenetur scire modum vacandi, & tanto magis in illo casu, nec aliàs diceremus, quòd Cardinalis voluisset facere actum nullum: cum de vacanti in curia non poterat prouidere, sed Papa prouidebat de consensu Cardinalis: & præsuppositio semper est pro validitate.

EPITOME.

Possessio siue præiudicio alicuius tradita dicitur sub conditione data.

SVMMARIA.

1 *Possessio cum est sub conditione tradita, non est acquisita*
2 *Protestatio si contractum præcesserit, actu ex interuallo*

1 in iure,an Cardinalis † vigore regressus,an vero Fran
ciscus Bannalosa su accessu. Et pro Francisco dice-
2 batur,quòd impetrans † per verum modum vacandi
præfertur impetranti per putatiuum, vt per Domin.&
Franc.in c. susceptum. de rescript.in 6.& per Felin.in
c.in nostra. 37.correla.de rescript. nisi † putatiuus
haberet clausulam vel alio quouis modo: quia tunc
impetrans per modum putatiuum præfertur,per deci.
12.de rescript. in nou. aliàs 145. Argumentum habe-
bat locum,vbi tantum erat expressus verus modus, &
putatiuus ab eo ,quia tunc veritas opinioni cedere
debet.Secundò pro Francisco allegabatur commen-
4 tator regul.in reg.18.de infirm.resigna.vbi † impetrans
per resignationem cum clausula ; vel aliàs quouis
modo & alius impetrat per obitum , & vacat 20.
dies præfertur ille , qui impetrat per obitum : & illa
clausula,quouis modo , nihil operatur :sed responde-
batur , quod illa decisio habebat particularem ratio-
nem videlicet,fraudis tollendæ,ea quo regulæ non e-
5 rat derogatum : & vitiata principali † impetratione
per resignationem, honestum erat,quod illa clausula,
quouis modo,nihil operaretur. Et dum ibi commen-
tator facit differentiam inter gratiam de vacanti &
de vacaturo.fuit dictum,quòd talis differentia repro-
6 batur per decis.1.de rescript.in nou.& gratia † de vaca
turo habens clausulam, quouis modo,præfertur habē
ti specialem modum vacandi, & sic est decisum in d.
decis.17.de rescript. Tertiò pro Francisco dicebatur,
quòd † quando concurrunt gratiæ speciales & gene-
7 rales, species derogat generi , per text.in c.dudum.&
tex.in c. quamuis. de præben.in 6.sed fuit responsum,
8 quòd in isto casu vtraque † gratia esset specialis: cum
vtraque esset data ad certum corpus beneficij, vide-
licet ad cantoriam , per text. in c.ex parte el.1.de offi.
deleg. Non obstat , quòd gratia Cardinalis haberet
9 clausulam † generalem. vel aliàs quouis modo:quia
cùm tantum in vno modo gratia debebat verificari,
non poterat dici generalis: & ita considerabat com-
mentator in d.reg.in fi.reg. Item dicebatur, quòd si ex
eo gratia Cardinalis dicebatur generalis,quia habebat
dictam clausulam, quouis alio modo: Immò diceba-
tur,quòd virtute literæ gratia Cardinalis compreben-
debat eosdem casus , quos comprehendebat gratia
Francisci. Nam cùm diceret,præterquàm per resigna-
tionem,simpliciter,vel ea causa permutationis , exci-
piēdo istos duos casus excludebat omnea alios,per tex.
in c.qui generalia.de procur.in 6.Imò dicebatur,quòd
gratia Francisci specificè non habebat casum assecutio
nis,vel sub verba inhabilitatis , quę tamen verba sunt
generalia.

EPITOME.

Beneficia vacare apud sedem idem quod in curia: vide Si
monet in tractat reseruat. q. 22. qualiter vacantia in curia di
cantur vacare apud sedem.

SVMMARIA.

1 *Referendata licèt vacent extra curiam,dicuntur tamen in
curia vacare.*
2 *Resignata beneficia in curia per procuratorem,in curia va-
care censentur.*

DECISIO XXXVI.

FVit dictum in vna Gerunden. beneficij coram D.
Ioan.Paulo 18. Octobris 1543. quòd beneficia va-
cantia apud sedem dicuntur vacare in curia, per text.
in c.1.de prębend.in 6. cùm in principio dicit,apud se-
dem,& in fine dicit in Romana curia,per text.in c.præ
sentia, de præbendis. in sexto, voluit Lap. alleg. 96.
in principio bonè verum est,quòd non omnia vacan-
tia in curia dicuntur apud sedem vacare, vt puta, refe-
1 rendata, † per extrauagan. ad regimen, quæ licèt va-
cent extra curiam , dicuntur tamen vacare in curia ,
quia eorum dispositio pertinet ad curiam . & hoc est
quod voluit dicere Sarnen.quęst.81.in princip. super
2 regul.de triennali:& fuit dictum , quòd † beneficia re
signata in curia per procuratorem , dicuntur vacare
in curia,vt per Dd.& Archid. de præbend.in 6 & de-
cis. 1.de rerum permut.in nou.

EPITOME.

Filia an habeat bona patris hypothecata, pro legitima.

SVMMARIA.

1 *Filia an tacitam habet hypothecam , aut ius aliquod reale
in bona patris pro dote ex statuto debita. & nume. 13.*
2 *Legitima debetur ex bonis paternis,non tamen pro eius so-
lutione sunt bona hypothecata.*
3 *Filio magis fauet lex in legitima,quàm legatario in legato.*
4 *Hypotheca an detur pro legat.s.*
5 *Creditores præferuntur legatarijs. & lex magis fauet cre-
ditoribus ,quam legatarijs.*
6 *Hypothecaria con petit pro legitima legata.*
7 *Personalis & realis actio quid sit.*
8 *Filius habet pro legitima partem in qualibet re hereditaria*
9 *Filius non potest petere,vt sibi legitima in vna hereditatis
parte assignetur.*
10 *Bona patris an sint filio obligata, sic vt meliorem ex ijs
partem possit eligere.*
11 *Legitima an competat filio ex conditione ex lege quæ est
personalis in rem scripta.*
12 *Actio personalis in rem scripta datur contra tertios pos-
sessores.*

DECISIO XXXVII.

FVit deliberatum in vna Florentin. pecuniaria co-
1 ram D. Prospero,an si filia † habeat in bonis pater-
nis hypothecam saltem tacitam , vel ius aliquod reale
pro dote debita vigore statuti Florentin. mandantis
filiam dotari de bonis paternis idque pro legitima.
Et pro parte negatiua , quod non haberet hypothe-
cam in bonis paternis pro legitima , allegabatur Ale-
xand.in l.4.col. 8. nu.16. ff.ad l.Falcid.& idem consil.
78.clarissimè Dd.2.col.fin. vers. non obstat id.volu.3.
vbi dicit,quod ista opinio est communis,& idem Ale.
consi.127.viso tit.num.18.vol.6.Dec.cons.235.in glo.
magna.col. 4.in 4.dub.vol.2.Negus.latè in tractat.de
pignor.in 2. part. 4. memb.fol. 53.secundum paruam
impressionem. vers.245.vsque in princ.1.col.Ludoui-
cus Bologn.consil.59.vol.1.Gozad cons.282.col.2.in
princip.in 2.not.de legat. 1.vbi ponit,an etiam per sup
plementum legitimæ, & idem dicit Negus in loco su-
perius allegato.Non obstant verba statuti , dum di-
cunt,quod filiæ exclusæ debeant dotari de bonis pa-
ternis , & ideo videtur , quod sit exponenda per dicta
ad Alex.& glo.in l.prętor ait.§.in eum.ff.de damn. in-
fect.& habetur per Abb.in dictionario suo .in ver.de:
& per Lucam de Penna,colum.15.C.de decurio lib.10.
& ideò importat hypothecam,vt per Bar.in l.codicil-
los.§.instituto.q.2. quia respondetur,quòd non sem-
per dictio,de,stat pro super:nam videmus,quod legiti
2 ma † debetur ex bonis,seu de bonis patris,authen.cō
iuncta.C.de inoffi testa. & tamen per supradicta bona
patris non dicūtur hypothecata Et in terminis huius
3 quæstionis quod quando lex iubet dotari † filiam de
bonis,quod propterea non inducit neque tacitè ne-
que expressè hypothecam ponit Mattheus de

Afflict.in decis.Neapol.162.vbi etiã dicit,ꝙ communis opinio est quòd nõ habeat filius bona paterna pro legitima obligata.Tamen pro parte contraria allegabatur Paul⁹ de Mõte,in repet.l.4.in 4.col.ver.Falcid. vbi Paul.reprehendit Alex.& dicit,quòd nõ errar in terminis. & allegabat Bal.& Areti.tenentes contrarium & ibi adducit fundamentum inconnicibile,sed praecipuè mens Caroli.ibidem col.in fin.item quaeritur. impugnat ibi Pau.de Monte pio , & dicit, ꝙ Bal.& Are.
4 per eum allegari non dicunt,ꝙ filius † in legitima est fauorabilior seu lex magis fauet filio in legitima quã
5 legatario in legato: & tamē† pro legatis datur hypotheca,ergo & ꝓ legitima:quia ista ratione quilibet creditor haberet hypothecam pro suo eredito: cùm lex magis faueat cuicunq; creditori, quàm legatario: ex quo creditores praeferuntur legatarijs.Tamen opinionem ,quòd bona paterna sunt obligata pro legitima, licèt teneat Alexander consil.156.circa praedicta.col. 2.in princip.Sed non facit ad propositum: quia loqui
6 tur † pro legitima legata,quo casu nõ est dubium,ꝙ competit hypothecaria,iuxt.text. in l.1.C. communia de legat.& in quantum Oluin.in loco superius allegato dicit , quòd Bal.& Aret nõ dicunt id,ad quod per Paul.de Monte pio allegatur. Aduertatur , quòd imò
7 iudicio meo praesuppono , quòd † actio personalis est illa , qua dico personam mihi obligatam , realis verò, qua dico rem mihi debitam vel obligatam, §.omnis. Instit.de actio.modò si communis conclusio est,Paul.
8 de monte pio in d.l. 4. col.4.in 8.q. quòd † filius pro legitima habet partem in qualibet re haereditaria,licèt in dispositione dicitur assignari legitima ex vna vel duabus rebus arbitrio iudicis propter periculum diuisionis.Si ergò filius in qualibet re habet partem ergo habet illam partem obligatam , non autem totam. Et
9 ideò non † potest petere legitimam sibi in vna assignari:quia tunc peteret plus debito.& istud est quod dicit Aret.in d.l.si eum.si ergo expressè sentiunt,quòd filius habet ius reale,in qualibet re haereditaria.esse contrariam dicit Alexan. in d.l. 4. quia si benè videatur Alex.dicit,quòd nõ reperitur, quòd filius † habeat bo
10 na patris in solidum obligata. vt possit melinrem parrem eligere. & idem dicit Alexan. consi.112. superius allegato: vbi dicit , quòd communis opinio est in solidum ,ne aliàs contrarietur super dictis,& ista est distinctio Pau.de Monte in d.loco:licèt ratio non sit bona, & ideò non inhaereo. dicebat Bal.in authen. presbyterum,circa fi.lib.3.C.de Episcop.& cleric.quòd legiti-
11 ma competat † ex conditione ex lege, quae est personalis in rem scripta,vt per Deci.cõsil.633.col.fin.volu. 4.& per Corn.consil. 109. de annali.& col.3.versic.3.
12 quaeritur, & ibi ponit , quòd ibi datur actio † personalis in rem scripta cõtra tertios possessores, & sic contra decis.Neapol. Causa fuit proposita 15. Octobris 1543.sed nihil fuit decisum.

EPITOME.

Porrectio supplicationis non facit , quin alia possit per eundem porrigi,& super ea consensum praestare.

DECISIO XXXVIII.

FVit resolutum in vna Placentin. Canonicatus & praebendae coram me 19.Octobris 1543.quòd porrectio supplicationis factae ꝑ procuratorē vel principalem non perficit ita resignationem , quo minus aliam porrigere possit, & super ea consensum praestare: quia Rota non amplectitur rigorem text. in cap.quidam. de renunciat. Iste punctus fuit iterum positus , praesupponendo,quòd vltra mandatum ad corrigendum aderat etiam ratificatio supplicationis porrectae per principalem : & tamen 23 . Ianuarij 1544 fuit resolutum id,quod suprà, dumodò probaretur stilus curiae.

EPITOME.

Tractatus de permutando inter partes licitus est non autem contrà.

DECISIO XXXXI.

FVit resolutum in vna Canonicatus S.Andreae coram me 19.Octobris 1543.quòd tractatus de permutando est permissus inter partes,non autem cõtrà,per c. quaesitum.& c.vniuersorum.de rer. permuta.& Barto.in d.c.quaesitum.& ideò in casu illo,inquo Matthaeus promiserat constituere procuratores irreuocabiles ad renũciandũ parochiae in manibus Archiepiscopi vel Papae an electionē Georgij.& Georgius promiserat cõsentire reseruationi pensionis annuae 10. ducat similiter constituere procuratores ad resignandum quoddã beneficiũ in fauorem dicti Matthaei, ac etiam soluere 20.libras pro expensis , & vnum equũ seu 20.marchas pro fructibus,& se obligauerunt & iurarunt ita facere , quòd talis conuentio respectu tractatus permutationis esset licita , ex quo dixerant in manibus Archiepiscopi vel Papae , virtualiter esse reseruatum beneplacitum superioris.

EPITOME.

Conuentio de soluendo expensas & fructus pro cessione iuris est illicita.

DECISIO XL.

EAdem die fuit resolutum, quòd eadem cõuentio quoad pactum promissionis 20 . librarum , & vnius equi,seu 20.marcharum pro expensis & fructibus,& quòd Georgius teneretur ad expẽsas , & fructus,esset illicita,per tex.in c. cùm pridem , de pact. nec obstat,quod dicebatur,quod ille text.non loquitur, quando ab altera parte datur etiam beneficium, & fit etiam promissio expensarum pro iure: quia dicebatur,quod cum renunciatio debeat esse libera,Matthęus non attendebat renunciare,nisi etiam habuisset beneficium,& fructus,& expensas,& sic ratione istius totius, quod promittitur per Georgium erat contractum parochialem renunciare. Nec obstat, quod in causa illius d c.cum pridem tempore.daretur pro temporali,vt puta pro expensis & fructibus dabantur 20. librę,& equus: quia dicebatur cùm in c.cùm pridem. etiam pecunia dabatur pro expensis,tamen quia dabatur correspectiuè ad concessionem iuris ideo Papa reputauit illam pactionem illicitam.

EPITOME.

Processus iudicis reuocati tenet ante exceptionem reuocationis oppositam.

DECISIO LVII.

DIe 18.Octobris 1543. in vna Messanen.Baroniae coram me fuit resolutum,quod processus iudicis reuocati ante reuocatiouē intimatã esset habitus validus per ea quę dicit Abb.in c.audita.col.3.ver. in hoc argumen.multa ponit Felin.in c. caeterum.col.3.vers. valet processus factus vigore primi rescripti reuocati donec de eo excipiatur,& ibidem Felin.in col. 10.ver. sic.4. 4. correl . & ibidem Felin in column .10. in 1.

in l.extensione dicit, quòd non sufficit scientia aliunde habita de reuocatione, nisi deducatur pro exceptione partium, & debet excipiens appellare ab vlteriori processu, & reuocatione exceptionis.

EPITOME.

Beneplacitum Papę ex forma laudi quo casu non fuit necessarium.

DECISIO XLII.

DOminus Aquen. in quodam laudo dato inter Cornelium ex vna, & Io. Strozium Decanum ex alia laudauerat, quod quoniam idem Ioannes procurasset prouideri sibi ipsi, vel Decanus prouideces in fauorem Cornelij de beneficio decem ducat. quod Cornelius prætendebat habere reseruatum super fructibus Decanatus S. Pauli Leodien. pensio esset extincta. Idem dabat terminum vnius anni cum dimidio ad effectum dictæ pensionis seu reseruationis soluendæ, primo ad rationē 12. ducat. & voluit, quòd si præmissa nō adimpleret quilibet remaneret in iure suo excepta actione petendi pensionem, quam extunc Cornelius quietabat, & præsupponebatur in facto, quòd Cornelius pro tali commissione habuerat 40. ducat. prout probatur per testes. Postea dicebatur, quod pro exoneratione sua D. Aquen. voluit, & decreuit, quòd super pręmissis partes impetrarent signaturam confirmationis à Papa. Dubitaui ego de mēse Octobris 1543 an pro pensionibus decursis requireretur confirmatio Papæ propter illa verba, super præmissis, & fuit conclusum, quòd non: Cornelius etiam quòd laudum non sortiretur effectum, quietauit pro 40. scut. receptis ob pensiones decursas, & ideò illa verba, super præmissis, referuntur ad casum, quando laudum fuisset impletum, maximè quod tali casu non requirebatur beneplacitum Papæ, cùm non esset licitum reseruare pensiones decursas pro 40. scutis.

EPITOME.

Salarium non conuentum, non debetur.

SVMMARIA.

1 *Debitum voluntarium non tenetur soluere defuncti Episcopi successor*
2 *Episcopus non tenetur necessariò habere Vicarium vel Officialem.*
3 *Successor ad debita necessaria tenetur.*

DECISIO XLIII.

DIe quinta Nouembris 1543. fuit resolutum in vna Zamoren. pecuniaria pro Episcopo Zamoren. contra Quintillanum de Monte coram me pendente per duos ex tribus votantibus, quia non erant plures, quod Vicarius Episcopi Zamoren. iam defun-
1 cti † non poterat petere salarium non conuentum à successore pro seruitijs præstitis eius pręedecessori:
non quia cùm probantur duo extrema, videlicet, quòd Episcopus esset solitus conducere, & vicarius locare operas, per consil. 109. vol. 6. Dec. & consi. 132. in fi. tunc dicebatur, quod tale debitum erat voluntarium
2 quia Episcopus † non tenebatur de necessitate habere vicarium vel officialem, ad not. per Ioan. Andr. in c. cùm absenti. de vita & honestat. cleric. Petrus de Ancha. consi. 218. col. fin. vers. 2. moueor, quia nisi quando est ordinarius. & per Dominic. post Archi. in c. statutum, Fel. in c. quidam. de offi. ordin. Et ideo † succes-
3 sor non tenetur ad debita voluntaria, sed necessaria predecessoris, ad not. per Abb. in c. 1. & 2. de solut. & in c. præcedentiũ. aliàs principalium. de pignor. item dicebatur, quòd etsi à successore immediatu petere potuisset tamen quòd non erat honestum, quòd peterat à mediato, ideò quòd de primo successore erat intelligendum ne res procederet in infinitum, argu. d. l. ex hoc sermo. ff. de verb. signif. cũ cumulat. per Felin. in c. 1. de treug. & pace.

Adversus dec. ... vide Bour. dec. 347 n.o 6 p. 2. et flores Diez ... 97 ... n. 4.

EPITOME.

Successor in beneficio non tenetur ad debita voluntaria prædecessoris.

SVMMARIA.

1 *An voluntariorum debitorum solutio ex consuetudine induci possit. & num. 2.*

DECISIO XLIIII.

DIe 12. Nouembris 1543. in ista Zamoren. dedi
1 dubium, an deberetur † salarium non conuentum stante affecta consuetudine aliquorũ Episcoporũ Zamoren. videlicet prædecessoris & successoris quōdā Anthonij Episcopi dando salaria conuenta suis vicariis: & fuit resolutum quod quia nō probātur duo extrema de quibus Federicus. & Alexan. hic allegant quod non deberentur Non obstat consuetudo proba-
2 ta † quia illa procedit in salario conuento, & ideo nō fit extensio ad alium casum: quia tantum præscriptũ quantum possessum: & istud salarium conuentũ magis videtur ex pacto, quā ex consuetudine nec obstat Cor. consi. 116 col. 2 vol 4 quia ibi erat consuetudo locorum soluendi salaria, quod in casu isto non probatur non obstat cons. Soc. 196. col. 2. vers. 2. principaliter. vol. 2. quia fuit dictum quod verba Soc. erant declaranda iuxta tradita per Alex. d consil. 196. vol vbi exceptis personis de quibus in l. 2. ff de ordin. & extra ordin. cog. cùm aliàs non possint implorare officium iudicis nisi consueuerint locare operas suas solitas ab eis conduci.

EPITOME.

An violans sequestrum quod erat appositum post sententiā latam super attentatis incidens in pœnam Clemen. ad compescendas. de seq poss. & fruct.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum violans quando nullam incidat in pœnam.*
2 *Clem. ad compescendas de seq pos. & fruct. pœna quando incurratur.*
3 *Sententia super attentatis lata non est pœnalis, nec habet locum in ea d. Clem. ad compescendas.*

DECISIO XLV

EAdem die in vna Bachinonen beneficij. S. Bartholomæi pro Ioan. Paulo contra Ioan. Angelũ coram me fuit dubitatum an violans sequestrum appositum per sententiam latam super attentatis, quod vt superius fuit resolutum, non legitimè erat decretum incideret in pœnam Clem ad compescendas. de seq. pos & fru. Et pro parte affirmatiua allegabatur decis. Rotæ 150. in anti. & decis. 2. Bisignet. de sequest. poss. & fructu. Sarnens in regul de annali. q. 5. in fi.
1 in quibus locis dicitur, † quod violans sequestrum nullam incidit in pœnam illius temeritate, qui propria authoritate cōtrauenit, sed istis non obstantib.
2 fuit cōtrariũ cōclusum, quia † ad hoc vt quis incidat

in pœnā Clem. oportet, quòd sit sententia lata in peti
3 torio vel in possessorio: & cū sententia † super attenta tis non sit huiusmodi, vt dixi in alia decis. pœna illius Clem. locum nō habet. Nam cùm sit pœnalis debet habere locum in terminis proprijs. & pro hoc facit, quod dicit Card. in d. Clem. §. si quis autem. vers. oppono tamen in terminis illius constitutionis. Ad allegata in contrarium fuit responsum procedere, quando sententia lata est, tamen est nulla.

EPITOME.

Minor decem annorum cum dimidio, sine authoritate tutoris potest quærere possessionem Canonicatus & præbendæ.

DECISIO XLVI.

EAdem die in vna Elsina Canonicatus & præben. etiam corā me fuit resolutum, q̄ minor decē annorum cū dimidio sine authoritate tutoris & curatoris poterat quærere possessionem canonicatus & præbendæ: quia ita dicebant Alex. & Ias. reprobantes Bart. & Imol. in l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquir. possess. per tex. in §. pupilli. in fin. Instit. de inutil. stipul.

EPITOME.

Oportet vt nominatus à milite gaudeat priuilegijs, quòd miles tempore vacationis non desinit esse miles.

DECISIO XLVII.

DIE 9. Nouembris 1543. fuit resolutum per Dominos ex tribus votantibus in vna Lamancen paro chialis de Ilosa, quòd Siatus Cordero nominatus à Valeriano de S. Cruce nō poterat gaudere priuilegijs militū, ex quo tempore vacationis ipse non esset miles, per tex. in l. quod cōstitutū. & l. tribunus. ff. de test. mili. & cum scientia in Valeriano requireretur militia tempore vacationis, vt tenet Staphil. in tractat. de lit. iustit. & grat. fol. 11 a. & Sarnen. in c. statutum. num. 16. de rescript. in 6. aliàs requireretur, quòd ratione eiusdem officij duo gauderent priuilegijs, videlicet, nominator & emptor nouus. Non obstat, quòd textus priuilegijs diceret, quòd nominatus procederet, ac si foret in omnibus & per omnia: nam respondebatur, quòd intelligebatur durante militia in persona nominantis. ne melioris esset conditionis nominatus quàm nominans, & quòd nouerat verum, quòd sequuta nominatione effectus esset perfectus: sed tamen tunc de nouo præferebatur, quoniam vacatio beneficij sequebatur, & ideò priuilegia dabant prærogatiuas, & antelationes in assequutione beneficiorum: oportebat ergo, quòd eo tempore duraret qualitas militiæ.

EPITOME.

An possit, quòd Cessionarius non possit intentare actiones vtiles ratione cessionis, an saltem possit intentare directas nomine cedentis.

SVMMARIA.

1 *Actio priuilegiata an & quando transeat in cessionarium. & nu. 3.*
2 *Cessionarius potest actiones directas nomine cedentis intentare.*
4 *Priuilegium, quod in haredes transit, etiam extraneos, cedi potest.*

DECISIO XLVIII.

DVodecima Nouēbris 1542. dubitaui ego in vna Parmē. pro Michaele Cataneo coram D. Leu. præsupposito, quòd Michael Benochius non potuerit cedere iura sibi competentia ad possessionem adipiscēdam ex statuto Mediolanen. & cùm vt cessionarius non possit intentare actiones vtiles nomine proprio, an saltem vt cessionarius possit intentare actiones directas cessas nomine cedentis. Et pro parte negatiua, quòd non posset, adducebatur doctrina Bar. in l. post dotem. col. penul. vers. pone ergò in simili ff. solut.
1 matrim. vbi quando † sumus in actione priuilegiata, si ceditur, dubitatur, an transeat in cessionarium cum priuilegio, & ibi Bart. distinguit: aut sumus in cessione necessaria, & si tūc cessionarius vult intētare actiones directas ad vtilitatem cedentis, potest, si autem sumus in cessione voluntaria, & tunc indistinctè actio transit. Et licèt quòad primum dictum Bart. in cessione volū taria, quòd doctri. sit vera, loquuntur ibi Doctores per Alex. & Aquen. cùm autem non simus in casu isto in cessione voluntaria, ergò in cessionarium non transibit, nec vtilis nec directa. pro parte affirmatiua adducebatur, quod voluit Angel. in l. si vsus fructus de donation. vbi vult Angel. quod licèt fideicommissarius nō possit, l. simili. §. exacti. ff. de iure delib. tamen
2 † cessionarius potest intentare directas nomine cedentis, vt fiat restitutio ipsi cedenti, & facta restitutione poterit sibi restituere, & idem dicit Alexan. in l. apud Iulianum. §. vtrum. & ibi Aquen. in vers. idē ineadem gloss. in fin. vbi fortificat dictum Angel. ff. ad Trebell. licèt autem Curt. Iun. in l. 2. de pact. dictum Angel. videatur impugnare. tamen cùm nō habeat authorem pro se, non videtur ab eo discedendum. Est ergo ibi decisum, quòd ius non possit cedere, & tamen cessionarius poterit intentare directas nomine cedentis. & ad doctrin. Bart. dicebatur, quòd ibi Bart. loquitur
3 † in priuilegio, quod competit personæ non rei, prout dicit Par. nouel. in tracta. de dote. 12. s. par. 5. col. in 2.
4 q. Nos autem sumus hic in priuilegio, † quod transit ad quemcunque hæredem, etiam extraneum: quo casu tunc tale ius pōtest cedi, vt per Bartol. in l. 1. in fin. C. de priuileg. dotis. vide resolutionem infrà 59.

EPITOME.

An prouisio facta per obitum Cardinalis Ecclesiæ Commēdatarij censeatur esse facta per cessationem commēdæ ex persona cedentis Cardinalis.

SVMMARIVA.

1 *c. susceptum. de rescrip. in 6. an habeat locum in ordinario.*
2 *Eadē ratio quæ est in prouisione Papæ, militat in ordinario.*

DECISIO XLIX.

VIcarius Archiepiscopi Pallentin. contulerat Bernardino Baradino Ecclesiam parochialem villæ de pago Valentib. diœceseos vacantem de iure pariter & de facto per obitū Reuerēdissimi Gulielmi del Vie S. Roman. Ecclesię Cardinalis ipsius commendatarij seu vltimi seo immediati possessoris: dubitaui ego in dicta Valentin. parochialis de pago inter Ioannem Baptistam de Baldassinis ex vna & Martinum de Calahorra ex alia die 15. Nouembris 1543. an prouisio facta fuit Martino Calahorra per obitum Cardinalis. Et fuit resolutum, quòd non, per text. in c. susceptu

de rescript.in 6.quia erat expressus modus vacationis ex persona Gulielmi: vnde non debebat venire alius modus vacandi,maximè ex alterius persona,& illa verba Cardinalis Commendatarij stabant demonstratiuè & ex facie collationis illius apparet,quòd vicarius non fuit per obitum illius prouidere, non obstante quod Gemin.consi.52.circa fin.dicat,quòd c.susceptum.de
1 rescrip.in 6.non habet † locum in ordinario,quia cõtrarium dicit gloss. in d.c.susceptum. & ibi Domini.
2 quòd eadem † ratio , quę est in prouisione Papæ de vacanti, militat in ordinario , & censeretur processum ex altera persona,per no.in d.c.susceptum.

EPITOME.

Vbi ad prosecutionem alicuius iudicij est præfixus terminus ille non currit pendente iudicio alio præiudiciali.

SVMMARIA.

1 *Terminus ad iudicij prosecutionem præfixus non currit durante iudicio præiudiciali.*

2 *Controuersia ex quibus verbis in emptione præsumatur.*

DECISIO L.

FVit resolutum in vna Roman.domus coram D.Rauellen.die 16.Nouembris 1543.quòd stante impedimento moto Episcopo Pantonen. intentati remediũ bullæ Sixti per Claudium,dicentem, Episcopum non esse vicinum seu consortem,non curreret tempus annale secundum interpretationem datam à testibus:per ea quæ dicit Tiraq. in tracta. de vtroque retract. fol. 96.pag.1.versi.7.quia ibi dicit, quòd licèt præfigatur
1 † terminus ad prosequẽdum aliquod iudicium, illud non currit durante iudicio præiudiciali, vt ibi per eũ.
2 Et licèt † bulla in illis verbis ,si emptor noluerit renunciare, cogatur ꝑ magistros stratarum,præsupponat controuersiam:tamen fuit dictum , quòd de controuersia loquitur cõsequuta cum denegatione principali, vt puta,si diceret emptor non teneri ad retractũ, eo quòd ipse sit pariter vicinus : Tamen qa eramus in facto,vbi præsupponebatur, ꝗ annus esset elapsus à denegatiõe facta per Claudium, ideò fuit facta resolutio pro ipsis.

EPITOME.

Procurator in negotio principali non potest per dominum in negotio restitutorio reuocari,nisi parte consentiente.

SVMMARIA.

1 *Procurator defendens in principali causa , cogitur quoque defendere in iudicio restitutorio.*

2 *Procurator quando non nisi parte consentiente possit à domino reuocari.& nu.4.*

3 *Restitutorium iuditium est principalis prosequutio.*

5 *Defensor etiam ante litem contestatam non potest sine causa reuocari.*

DECISIO LI.

FVit dictum eadem die in vna Salamantin.Abbatię S.Saturnini corã D.Rauellen.quòd † procurator
1 in casu principali cogeretur defendere dominum in causa restitutionis,per text.in c.2.& ibi Franc.de procur.volente procuratore,quamuis posset reuocari,in-
2 telligitur † tamẽ parte volente, vt dicit Franc.in d.c. 2.& Salic.in c.ex parte Decani vers.not.ca glo. de res-
3 cript.& cùm iudicium restitutionis † sit prosequutio
4 primi iudicij , sicut in primo iudicio † non potest reuocari nisi parte volente,vt dixi, ita & in iudicio re-
5 stitutorio:nam dicitur,quòd † & defensor etiam ante litem contestatam non potest sine causa reuocari , vt dicit Felin.in d.c.ex parte Decani.col.fin verf.& dicit Bart.

EPITOME.

Confessio extraiudicialis probat execrabilitatem.

SVMMARIA.

1 *Confessio extraiudicialis quomodo probet de iure Canonum.*

DECISIO LII.

FVit resolutum in vna Sexten. Archidiaconatus coram D.Io.Paulo,die 16. Nouembris 1543.quòd cõfessio extraiudicialis, quòd quis habet septem curata, probaret execrabilitatem,& ideò quia non esset relti-
1 tuendus:quia † confessio extraiudicialis de æquitate Canonica probat,vt per Felin.in d.c.& si Christus.de iureiur. Item & quoniam quando agitur ad pœnam ordinariam imponendam,vt per Rotam decis. 80 in nou. qa dicebatur , quòd hic agebatur de præiudicio circa possessionem , & ideò non imponebatur pœna ordinaria,quæ respiceret etiam petitorium.

EPITOME.

An mensis ordinarius in prouisione Papæ sit exprimendus.

SVMMARIA.

1 *Mensis ordinarij an coram Papa exprimi debeat.& num.4.*

2 *In regula reseruatoria mensium reseruatorum meminisse,& relationem fieri oportet.*

3 *Regula cum est odiosa & exorbitans de mensibus in regula expressis mentio est necessario.*

5 *Ordinario ne in consuetudine præiudicetur , ijs qui apostolicos menses ab ordinarijs discernunt, ordinariorum mentionem facere opus est.*

DECISIO LIII.

FVit dubitatum in vna Conchen.coram D.Prospero die 16. Nouẽbris 1543. an de beneficio vacan-
1 te in mense † ordinario prouisus à Papa teneatur facere mentionem in supplicatione de mense ordinarij. Et ea quinque votantibus tres fuerunt pro parte negatiua: quia id in regula reseruatoria octo mensium dicitur : ergo cùm regula † dicat de dictis beneficijs
2 tũc vacantibus,de mense mentio fiat,scilicet de vacã te in dictis octo mensibus,& relatio ad primã fiat , & ex quo nulla erat facta mẽtio de mensibus ordinarijs,
3 ergo ad illos non poterat relatio fieri. Et quia † regula erat exorbitans & odiosa,ergo strictè intelligenda, videlicet de illis mensibus in regula expressis.Duos verò dicentes,quòd immò verius deberet exprimi mẽ
4 sis † ordinarij, mouebat:quia Papa,dum reseruat octo mẽses,sibi tacitè includit,quòd alios quatuor ordinarijs concedit, & sic virtualiter de mensibus omnibus in regula exprimi debere , maximè cùm vnica ratio tantùm possit assignari,videlicet vt sciat Papa, in † cõ
5 suetudine an præiudicaret ordinario,vel non, ideoq; mẽsis ordinarij est exprimendus : quia discernentes menses ordinarios ab Apostolicis de necessitate est dicendũ,vt de omnibus debeat fieri mẽtio: Nã nõ est maior ratio , quòd Papa voluerit certificari magis, quòd beneficium vacaret in mense Ianuario quàm Februario : sed voluit de omni mense mentionem debere fieri , vt sciret , an ordinario præiudicaret,

vel

vel non. Illa verba, de dictis beneficijs tunc vacantibus, intelligenda erant, quòd referretur ad principium videlicet, ad illa verba, donec interim generalis expeditio fiat.

EPITOME

In possessorio ex pacto competenti obstat exceptio, dolo facis.

DECISIO LIIII.

FVit resolutum in vna Siguina Castri Montis Forlini, corā me die 16. Nouēb. 1543. cōtra Illustriss. Marcum Antonium Columnam pro Illustriss. D. Hieronymo Columna, quòd sicut interdicto adipiscendi potest opponi exceptio domnij incontinenti probandi, l. 2. C. de edict. diui Adriani tollen. ita & vbi possessio deberetur ex pacto concordiæ. quia ita pariter militat in illo casu dolo facis exceptio, pro quo facit, quod dicit Bald in l. possessores. ver. & nota, quod in istis restitutionibus, de pact.

EPITOME.

Testes inter alios examinati, quomodo faciunt plenam probationem.

DECISIO LV.

FVit resolutum in vna Parmen. iurisdictionis Vallium, quòd testes inter alios examinati quandoque repeti non possunt, cùm sumus in antiquis, per ea quę dicit Rip. referendo Salicet. & alios. in repet. l. admonē di. col. penul. ff. de iureiuran. Et fuit resolutum 16. Nouembris 1543. coram D. Ioan. Paulo.

EPITOME.

Tempus appellationis prosequendæ computatur à die appellationis interpositæ, non autem commissionis præsentatæ.

SVMMARIA.

1 *Appellationis prosequēda tempus quando currere incipiat.*
2 *Terminus hominis an computetur in termino legis.*

DECISIO LVI.

EAdem die in vna Oueten. Canoncieatus & præbēdę coram D. Ioan. Paulo, pro Martino Romano, fuit
1 resoutum, quòd † tempus prosequendi appellationē, seu fatalia, incip. currere à die interpositę appellationis non autem à die præsentatæ cōmissionis, per Clemen. sicut appellationem. de appellat. & nō obstat, quòd, quia stilus curiæ dat decem dies ad committendum appellationē, videbatur, ꝙ ille terminus hominis nō debet cōputari in termino legis, quia nō volenti agere, per gl. in c. sæpè cōtingit. adver. careat impetratis. de appellat. quia dicebatur, quòd illa glos. communiter reprobatur, vt ibi
2 per Abb. dicentem, quòd † immo terminus hominis computatur in termino legis: & non obstat, quòd non volenti agere, quia imputandum erat ei, qui statim causam poterat committere, & non commisit: videtur facere contra istam decis. quod dicit Lanfranc. in repet. c. quoniam cōtra. in tract. interloquut. & appell. col. fi. nu. 38. vers. vlt. e complemento. de probat. sed non facit, quia potest intelligi, quando parti, nihil pōt imputari vt in ea su isto.

EPITOME.

Exceptio dolo facis potest opponi in secunda instantia.

SVMMARIA.

1 *Exceptio dominij incontinenti probandi quando possit opponi in tertia instantia.*
2 *Secunda instantia quid agatur.*

DECISIO LVII.

DVbitaui ego die 14. Nouembris 1543. an in secunda instātia possit allegari exceptio dol. facis, in vna Seguina Castri Montis Fortin. dicebatur quòd nō, & quod ita dicebat Bald. in l. per hanc. col. 5. C. de tē por. appella. quod dictum sequebatur Afflic. in c. li. constit. regni, constitutione incipie. circa violentiam. nu. 32. Tamen fuit dictum in illo casu quia tunc
1 ponebatur, quòd † ex quo in prima & secunda instātia erat actum possessorio adipiscendi, quòd in tertia instantia poterat opponi exceptio dominij incontinēti
2 probandi, & sic dolo facis: quia secunda instātia † cōmittitur omni exceptione, quia descendunt in primis capitulis ad victoriam causæ, & coadiuuant intentionem actoris, seu exceptionem rei, vt per Barto. post Petr. & Ias. in d. l. per hanc. & ibi Angel. sed exceptio dominij incontinenti probādi coadiuuat exceptionē rei, ergo erat admittenda. Et fuit dictū, quod illud dictum Bal. in d. l. per hanc. videbatur impugnare.

EPITOME.

Minor in causa possessorij adipiscendi restituendus aduersus omissam allegationem dolo facis.

DECISIO LVIII.

ITem in eadem fuit eadē die resolutum, quòd minor in causa possessorij adipiscendi erat restituendus, quòd dictam allegationem dolo facis in prima instantia omiserat, ad gl. in l. vnica. in gl. fi. C. si de moment. possess. & ibi Bart. in l. fin. & Bald. in l. momentaneæ. col. 2. vers. quæro 3. practica Lapica in forma libelli in appellatione desinitiua. ver. coram nobis. quicquid dicat decis. 13. constit. Neapol. in nou.

EPITOME.

An cessionarius, qui non potest intentare vtiles nomine proprio, possit intentare directas nomine cedentis.

SVMMARIA.

1 *Actiones directæ an possint à cessionario nomine cedentis intentari.*
2 *Vtiles actiones in priuilegiatis non transeunt. & nume. 7.*
3 *Cessionarius voluntarius nec vtiles nec directas actiones quando pro cedente intentet. & nu. 5.*
4 *Iura cum apud cedentem remanean insufficia, nomine illius indicari non potest. & nu 6.*

DECISIO LIX.

DVbitaui ego in vna Parmen. Valīnia pro Michaele Casalio contra Liuiam eius matrem, die 19. Nouembris 1543. præsupposito. quòd Michael Casalius veniret vigore cessionis ad possessionem eiuisdem, cùm ex decreto Mediolanen. eidem competentibus
1 vtilibus † actionibus agere non possit, an saltem ex cōstitutione procuratoris in rem suam possit actiones directas nomine Barosellj cedentis intentare. Pro parte negatiua adserabatur doctrina Bartol. in l. post
2 dotem colum. fina. circa fin ff solut. matrimo. quod vbi † sumus in cessione voluntaria, tunc si actio est priuilegiata, vtiles actiones non transeunt: item etiam cessionarius poterit intentare directas nomine cedentis, secus in necessaria Et licèt, quod secundam, se cet

cet vbi cesſio eſt voluntaria, communiter Domini ſe
quuntur Bartol. & hic eramus.in ceſſione volunta-
3 ria, & in † actione priuilegiata, quando priuile-
gium non datur, niſi ſolo hæredi, ergo Michael
ceſſionarius voluntarius non poterat nec vtiles nec
directas intentare. Prætereà conſiderabatur, quòd in
ceſſione voluntaria,& in actione priuilegiata erat de
cretum,quòd cedens cedebat omnia iura directa.Item
4 vt nulla reliqua † dictarum actionum penes cedentē
remaneat:quo caſu non eſt dubium, quòd iura reman
ſerint inefficacia penes cedentem, per ea quæ ponit
Iaſ.in l.ſi cum emptore.col. fin in 1.num.de pact.ſi er
go iura remanſerint inefficacia penes cedentem,ergo
nomine illins iudicare non poſſent. Illis tamen non
obſtantibus fuit concluſum dicta die contrarium per
dictum Angel.in l.ſi cùm.ff.ad Trebel.vbi Angel limi
tando quæ dicuntur in l.mulier.§. ex eo.ff.ad Trebell.
quòd Federicus cedere non poſſet, intelligitur, † quã
5 do ceſſionarius vellet intẽtare vtiles nomine proprio,
ſecus ſi intentaret directas nomine cedentis,ad quod
facit, quod dicit Aretin. conſil. 124. & illud dictum
Angel ibi Claudius idem tenet & Bald inc.non nulla.
col. 3.verſi. aliquando tamen ceſſionarius,de reſcript.
idem Imol.in l.ſeruo inuito. ff. ad Trebel. & dictum
Iaſ in l.ſi cum emptore.ff.de pact.dupliciter videbatur
6 Primò, † quòd erant inefficaces, quando cedẽs vellet
intentare nomine cedentis ad voluntatẽ ſuam: ex quo
conſtitutus procurator erat in rem ſuam, iuxta di-
ctum conſi.Aret.124.Non obſtat doctrin. Barto. in d.
l.poſt dotem.ff.ſol.matrim. quia dicebatur. quòd illa
7 loquebatur † in actione, quæ ſui natura non erat tran
ſitoria ad quẽcunque hæredem, prout conſtat in for-
ma decreti: Et quod ita intelligeretur iſtud,videbatur
tenere Barto.in d.l.ſ.circa ſin.verſic 6. quæro.C.man
dati. Paul.de Caſtr.conſi.15.in fin.vol.1.verſ.nonnulli.
in tracta.12. part.colum.5.in 12. quæſ. Campeg.in eo
dem tract.in 1.part.q.81.

EPITOME.

In cauſa matrimoniali actor ſequitur forum rei.

DECISIO LX.

FVit dictum in vna Pampilonen. matrimonij 19. Nouembris 1543.coram me,quòd mulier, quæ cõmiſerat cauſam ſuper matrimonio contra virum Calaguritan. dato quòd matrimonium eſt contractum in diœceſi Pampilonen. quod teneatur ſequi forum rei: Ideò ſignatura,quæ dicebat, vt committatur ordinario Calaguritan.non autem Pampilonen.quia actor ſequitur forum rei, l.2. de iuriſ.omni. iudic.c. cùm ſit generale.de for.comp.Nec obſtat, quod ratione contractus quis ſortitur forum in loco contractus:quia intelligitur, ſi ibi reperiatur, l. hæres.ff.de iudi.c.Romana.§.contrahens.de iudi.in 6,

EPITOME.

Teſtes inter alios examinati in antiquis,licèt faciant ſemiplenam probationem,non tamen concludenter probant primũ extremum.

SVMMARIA.

1 *Teſtes inter alios examinati ſemiplenè in antiquis probant, non tamen primum extremum,cùm notorium plenè eſt docendum.& nu.4.6.*
2 *Probatio ſemiplena ſufficit in antiquis leui in præiudicio.*
3 *Reſtitutio in poſſeſſorio datur,etiamſi ſemiplenè tantù probata fuerit.*
5 *Teſtes de fama examinati ſemiplenè probant.*

DECISIO LXI.

VIgeſima prima Nouembris 1543 in vna Parmen.
Vallium coram D. Ioan. auio fuit reſolutum,
1 quòd † licèt teſtes inter alios examinati, ex quo era
mus in antiquis, facerent ſemiplenam probationem,
vt ſuperius annotaui: tamen non concludenter pro
barẽt primum extremum, ex quo plenè notorium eſt
2 probandum. Non obſtat, quòd † in antiquis ſufficit
ſemiplena probatio,vt per Felin.in cap.cum cauſam.
col.fi.verſic.extra gloſſ.pro pleniori.de probat.& So-
cin.conſil 89.col.1.in fin quia illud procedit in mate
ria leuis præiudicij, vt per eundem Felin. in d c.cùm
cauſam.vt puta in dicta materia poſſeſſorij: cum non
inducatur materia leuis præiudicij, ſecundum opinio
nem multorum Doctorum. Et fuit tentum in præce
denti audientia in vna Siguina Caſtri, dum Rota vo-
3 luit,quòd in materia poſſeſſorij daretur † reſtitutio,nõ
obſtante,quòd probatio,quæ eſt ſemiplena in materia
cedẽtis,eſt plena,vbi ſum' in antiquis,vt patet in fama
tamen in caſu noſtro Doctores concludebant, quòd
in antiquis teſtes aliàs examinati tantũ ſemiplenè pro
bant,ſed hic nõ erat ſecũdum extremũ, & plenè,quòd
ſecus erat in fama: quia cum fama in antiquis plenè
4 probaret, & teſtes inter alios examinati † in materia
recenti non probant ſemiplenè, ſed tantum generale
præiudicium faciunt,ſufficit, quòd propter antiquita
tem ſemiplenam faciant. Item teſtes de † fama exami
5 nati cum parte, & ideò tollerantur, vt in antiquis
ſemiplenam probationem faciant:ſecus eſt teſtibus in
ter alios examinatis, & ideò probatio potius dicitur
de iure ſpeciali, & ideò non debet tantùm extendi.
6 Nõ obſtat,quòd † in antiquis narratur ceu verba enuncia
tiua in inſtrumentis inter alios probent,per Alexand.
& Iaſ.in l.cum aliquis. col.2.C. de iur delibe.Iaſ.con
ſil.81. col.2. volum.6. quia loquitur in materia confir
matiua,& ſic modici præiudicij,vt ſuprà dixi.

EPITOME.

Cauſa expreſſa in coadiutorio vel alia ſimili debet probari.

DECISIO LXII.

IN vna Hiſpalen.S.Saluatoris die 20. Octobris 1543. fuit reſolutum, quòad validitatem coadiutoriæ, in qua pro parte Franciſci erat expoſitum, quòd ipſe aduerſam infirmitatem patiebatur,& maximè impediretur,vt deſeruire non poſſet, & propterea ſenex petebat ex certis cauſis ſibi aliquem in coadiutorem deputari: quòd cum coadiutoria non eſſet motu proprio, ſed ad ſupplicationem partis,& de iure non detur niſi ex cauſa,vt in c.1.de cleric.non reſiden.in 6.quod vel debebat probari infirmitas, vel alia conſimilis cauſa, ex qua fuiſſet Papa motus, & impetrans teneretur verificare narrata,ad Felin. in c.conſtitutus.de reſcript.

EPITOME.

Gratia quo caſu fiat ſubreptitia.

DECISIO LXIII.

DIe 26. Nouembris 1543. in vna Neapolitan. contra Archiepiſcopum Neapolitan. coram

D.

D. Mobedano dubitaui, quòd ex quo certi administratores cuiusdā Ecclesiæ decem illi Ecclesiæ per decem vel duodecim Capellanos ad eorum nutum amobiles impetrauerant à Leone, quòd talis Ecclesia non posset erigi in titulum beneficij ecclesiastici cum decreto irritanti. & quod tales laici possint tali Ecclesiæ deseruire facere per vnum vel plures Capellanos ad nutum, eorum amouibiles: & posteà Cardinalis Neapolitan. impetrauerat dictam ecclesiam pro vno perpetuo beneficio, dicendo, ꝙ ex hoc diuinus cultus augeretur. Fuit conclusum, quòd talis impetratio foret subreptitia: quia cum tempore datæ impetrationis deseruiretur per decem clericos, non erat verum dicere, quod cùm ex erectione pro vno diuinus cultus augeretur. Non obstat, quod dicebatur, quod ex literis Leonis apparebat, quod erat in facultate eorum tenere vnum vel plures, & sic cùm possent deseruiri facere per vnum amouibilem, quòd videbatur, quod satis diuinus cultus augebatur: per præsens statum impetrationis considerandum erat, non autem id, quod euenire poterat. Nā etiam poterat euenire, quòd nec perpetuus beneficiatus inseruiret. Non obstat etiam, quod dicebatur, quod erectio habebat consuetis supportatis oneribus, & ꝙ si consuetum erat deseruir i per decem, quod etiam ipse ita volebat deseruire: quia dicebatur, quod ex hoc nō augebatur cultus diuinus, sed potius erat inprimo statu suo conseruare.

EPITOME.

Data præsentia in loco, præsumitur scientia publicæ famæ.

DECISIO LXIIII.

Die 26. Nouembris 1543. in vna Toletan. matrimonij coram D. Fabio, à quo erat datū dubium, præsupposita fama publica contra eum & collationis, & quòd Beatrix erat in loco & vicina amica, an præsumatur scientia illius: fuit resolutum, quòd data præsentia in loco, seclusa infirmitate & alijs casibus spiritualibus, qui per Doctores considerantur, in locis infra dictis præsumeretur scientia vt per Bart. in l. 10. post column. 9. & 10 gloss & Bartol. in l. si tutor. C. de authori. tuto. gloss. in c. 1. allegat. de postulat. prælat. & ibi Dyn. col. 4. 12. not. & per multas alias authoritates tūc allegat non obstat dictum Felin. in c. cum. de rescript. vbi post Antonium de Butr. dicit requiri etiam scientiam famæ. & illud dictum Anto. sequitur Sigismund. Gofred. cons. 2. col. fin. versic. noc obstat, quia Domini dicebant, quòd attentis omnibus conclusionibus illud dictum noo videbatur verum esse, & necessarium esset probare scientiam famæ: tunc frustratoriē erat probare publicam vocem & famam. Posteà die 25. eiusdem mensis concluserunt in eadem, quòd probata dicta publica voce & fama probaretur scientia præsumpta Beatricis, dato, quod aliqui testes eiusdē loci dixerint, quòd cùm iam dictam publicam vocem & famam multoties de eadem deponerent, & cùm testes deponentes de publica voce & fama non teneantur deponere de toto populo. sed de maiori parte, vide Aretin. in l. cùm quidam. §. quod dicitur. col. 3. versic. in gloss. super versic. fiat. C. de acquiren. hæred. dato. ergo, quod aliqui scirent, per hoc quod scirent, non de publica voce & fama.

EPITOME.

Non statur iuramento puellę existentis in 12 anno.

SVMMARIA.

Potētia carnalis nō præsumitur à iure in fœmina impubere.

2 *Iuramenta impuberum quando fidem faciant.*

3 *Confessio puellæ impuberis quando in iudicio non probet copulam carnalem.*

4 *Iuramento alicuius non statur, cùm contra eum iuris est præsumptio.*

DECISIO LXV.

Die 26 & 28. Nouēbris 1543. fuit resolutum in vna Hispalen. matrimonij, quòd † cùm ius non præsu
1 mat potentiam cardinalē in fœmina minore 12. annorū, & quod est tex. in c. 1. de relat. puella. & in c. 2. & in c. puberes. et c. fin. de despons. impub. & not. Anto. in c. de illis. & sic de suppo. in cap. continebat. de desponsat. impub. quòd mulier, quæ in 12 anno completo iurauerat se à Ioanne fuisse carnaliter cognita, non probat copulam, licet id in iudicio confessa fuisset: non obstante. quòd authen. sacramenta puber. habeat † lo
2 cum in iudicio, vt per Bartol. ibi communiter approbatum: cùm intelligatur in minori proximo pubertati, & in quo poterat cadere delictum, vt Bart. in d. authen. sacramenta puberum. vt in alia materia matrimoniali proximus pubertati dicebatur, qui distabat per sex menses, vt per Bart. Abb. & alios in d. c. continebatur
3 de despons. impub. cùm † ergo ista non fuisset pubertati proxima, nec in tali puella præsumptio delicti caderet. ergo matrimonium non poterat confessio ipsius puellæ confirmare. Et facit pro ista parte, † quia vbi
4 est præsumptio iuris contra aliquem, non statur eius iuramento, Bartol. in l. relicti. §. inter omnes. ff. de furt. Non obstat, quòd mulier in 12. anno potest cognosci, & in c. continebatur. de desponsat. impub. quia prætendebatur, quod poterat, si alio modo appareret, cum verò præsumpio iuris erat contra mulierē, idcò eius iuramento standum non erat.

EPITOME.

Commissio super priuatione beneficiorum ob non solutionem non facit beneficium litigiosum.

DECISIO LXVI.

In vna Hispalen. attentatorum coram D. Aquen. die 16. Nouēbris 1543. fuit resolutum, quòd Didacus Vasquez, qui commiserat causam priuationis, cui pensio non erat soluta, & præsentauerat bullam Auditoris Cameræ, quòd in euentum, in quem non solueret, veniret priuandus, & beneficium alteri conferretur, & posteà Ioannes allegabat, quòd mortuo Ioan. beneficiū diceretur litigiosum: quia cùm super beneficio non erat lis, sed tamen super priuatione magis quàm super regressu, quòd tunc beneficium fuisset litigiosum, per d. gloss. quia tunc dixisset illud amouendum, & beneficium ad eum spectare, secùs in primo casu, in quo collatio erat conuentualis.

EPITOME.

Contradictio ordinarij ex quo acto elicitur.

DECISIO LXVII.

Die 28. Nouenbris 1543. in vna Vrgellen. coram D. Fabio fuit resolulum cuntra D. Bernardinum de la Erime, ꝙ ad hoc, vt constaret de cōtradictione ordinarij in dictis Cassad. volentis, quòd ordinario nō contradicente poterat quis in eadem diœcesi duo beneficia capere, satis erat, quòd Capitulū ei dedisset possessionem vigore gratię expectatiuæ, vt ad mandatum executiuum

tiuum alteri expectanti: quia dicebatur Capitulum contradicere propter decretum expectatiuæ, & ideò tradendo illi possessionem, & id ex mandato executoris, tamen declarabat voluntatem, quod volebat beneficium ad eum spectare & non ad dictum capitulum.

EPITOME.

Prorogatio facta per Papam quo casu esset valida absque consensu eius, cui præiudicabatur.

SVMMARIA.

1 *Prorogatio termini ad probandum aliquid ex consensio ne an sine consensu concedentis terminũ valeat & nu.5.*

2 *Termini extensio quomodo detur, si nõ possit adimpleri pro missum. & nu.4.*

3 *Papa aut princeps non potest iuri tertij derogare, nec in tertii iniuriam aliquid concedere præsumitur.*

6 *Argumentum quando non ducatur à contrario sensu.*

DECISIO LXVIII.

IN vna Tranes. pensionis corã me, in qua D. Traianus de consensu procuratoris transtulerat pensionem 40. ducatorum, in fauorem Hectoris de Viceeomitibus, & in supplicatione erat clausula, quòd in euentum in quem Hector infra annum docuisset, quòd releuatus possessor Præposituram, super qua pensio reseruabatur, ante resignationem resignasset: quod tunc Traianus teneretur similem pensionem super suis beneficijs consentire. Hector intra mensem non probauit resignationem, sed tantum per quatuor dies ante lapsum anni obtinuit prorogationem à Papa sex mensium, narrando, quod propter longitudinem itinetis & infirmitatem probare non potuerat. Dubitaui ego,
1 an † talis prorogatio termini sine consensu esset valida. Et pro parte negatiua, quod non allegabatur tex. in l. cùm stipulatus mihi à procuratore. ff. de verborũ
2 obliga. vbi quando † elapsum tempus est, & tantum tpis, ex quo non erat verisimile: quod infra reliquum tempus potuerat promissum adimpleri, commissa est pœna, & quod tempus prorogetur: si ergo est inducta liberatio in casu nostro arguendo a contrario, dato, quod tempus fuisset prorogatum, non potuit Papa iure tertij derogari, tam per regulam de non tollendo iusquæsitum, quàm ex dispositione iuris, quod Prin-
3 ceps † non censetur eum iniuria alicuius aliquid concedere. Fuit tamen contrarium resolutum 26. Nouem
4 bris, 1543. quia ille text. loquitur † in conuentione partium, quæ ab ipsis dependet, & est valida: hic eramus
5 in † conuentione, quæ de se non erat valida, sed dependebat de facto Papæ, puta, reseruatio pensionum: ideò potuit Papa ex causa sine consensu Traiani illud factum extendere: non obstat, quod à contrario sumendo argumentum, videlicet, quod si Hector non probasset non erat liberatus Traianus, quod in isto facto non reperiebatur factum Papæ, per textum, in c. Agato. quia dicebatur, † non licebat sumere argumen
6 tum à contrario sensu, ex quo resultaret absurdum & iniquum, quod quis noluisset si non probasset intra annum iactate suum.

EPITOME.

Ex duabus causis finalibus sufficit, quod vna subsit.

DECISIO LXIX.

ITem in eadem fuit dictum, & resolutum, quod licèt duæ causæ essent expressæ, quod quia causa longitudinis erat causa de se potens ad mouendum Principem & satis erat illam probare, per ea quæ dicit Franc. in c. cum cessante. in princip. de appellat. & quod causa infirmitatis de se non erat potens, quia per alium poterat inquirere, sed magis poterat mouere Principem longitudo itineris.

EPITOME.

Quæsitum nomine sociorum debet ab omnibus ratificari, & non sufficit, quod ab aliquibus.

SVMMARIA.

1 *Socius mandatum non habens & emens aliquid, opus habet nõ particulariũ sed totius societatis ratihabitione, antequam ipsi generaliter aliquid quæratur.*

DECISIO LXX.

IN vna Romana domus pro Francisco Frumento contra Petrum de la Porta coram me in qua Franciscus Frumenti † emerat domum nomine sociorum
1 à quibus præsupponebatur, quod non habebat mandatum, fuit resolutum 28. Nouembris, 1543. quod si nõ constabat, quod tota societas ratificasset, licèt constaret de ratificatione aliquorum, quod non esset quæsitum societati, nec illius socijs particulariter ratificando. Ratio quia particulares socij ratificauerant, & non tota societas, vel Franciscus habuisset maiorem partem, quam illam, quam societas putabat habere à principio: vel incideret in communionem inuitus: Et ideo necessarium erat, quod constaret de ratificatione omnium sociorum. ad quod facit, quod dicit Bartol. in l. si quis aliam. ff. de solut.

EPITOME.

Clausulæ generales positæ in parte prouisoria censentur repetitæ in regressu siue accessu in eadem supplicatione contento.

DECISIO LXXI

EAdem die fuit dictum in eadem Valentin del Pego corã me, pro Ioan. Baptista Baldasino contra Martinum Calahorra, quod clausulæ generales sique præmisso sine alio quouis modo, aut ex alterius eius iuscunque persona positæ in parte prouisiua resignationis factæ in fauorem Andreæ, censerentur repetitæ in regressu, & accessu, & ingressu postea in fauorem eiusdem Ioannis Baptistæ reseruatis, maximè quod in illo dicebatur, quodque decedente Andrea sique dimittente, aut amittente, aut alio quouis modo vacante: & prouisione Andreæ facta nulla & inualida existente: Ita verba non poterant intelligi ex persona Andreæ, ex quo propter regulam, de idiomate, nihil erat quæsitum Andreæ, sed intrabat regressus ex illis verbis vel resignatione nulla & inualida existente: & tunc non poterat dici, quod daretur regressus & accessus ex persona Andreæ, qui nihil habebat, sed ex persona cuiuscunque vacaret, prout dictum erat.

EPITOME

Titulus coloratus ex quibus iudicatur.

DECISIO LXXII.

IN vna Firmana Plebis Sancti Benedicti vigesima octaua Nouembris 1543. fuit tentum quòd in spolio pro colore tituli satis erat quod testes deponerent quod viderant vicariatum vicarij conferentis & quod alias collationes fecisset, quæ erant sortitæ effectum suum.

EPITOME.

Possessio quando dicatur vitiosa iure familiaritatis.

SVMMARIA.

1 *Possessio, quæ est in heredes pro hæreditarijs portionibus, translata an prælegato possidente sit vitiosa.*
2 *Ius familiaritatis quomodo excuset vitiosam possessionem.*
3 *Legatarius quando vitiosè possidere dicatur, & quando non.*
4 *Interdictum Quorū legatorum & Quorum bonorum est remedium adipiscēdi, quod exceptione dominij incontinenti probandi admittit.*
5 *Testatoris & hæredis voluntas est eadem: nec hæres potest contra factum defuncti venire.*
6 *Possessio data propria auctoritate quando possit apprehendi.*
7 *Hæres habens facultatem possessionem propria auctoritate apprehendendi, id non potest, cùm possessio est a tertijs possessoribus occupata.*
8 *Fideicommissarius vniuersalis non potest apprehendere possessionem ob Trebellianicam seu Falcidiam.*
9 *Legatarius in rem certam apprehendit propria auctoritate possessionem.*
10 *Possessio quando non dicatur vitiosa iure familiaritatis.*
11 *Filius seorsum à matre habitans non dicitur iure familiaritatis possidere etsi fructus portet ad domum matris.*

DECISIO LXXXIII.

IN vna Placentin, Castri Sarmati, in qua Iacobus iu
re prælegati institutus in castro Sarmati, vigore de-
creti Ducatus Mediolanens, erat possessio translata in
hæredes pro hereditariis portionibus, qua translatione
facta reperiebatur quòd quòd postea Iacobus possedis
1 set Castrum in solidum, Fuit dubitatum, an † possessio
Iacobi foret vitiosa, ita vt Iacobus præsumeretur pos
sedisse iure familiaritatis. Et ratio dubitādi fuit: quia
ex quo translata fuit possessio vigore decreti in hære-
des, non poterat Iacobus assequi vitio spolij posside
2 re, & ideò præsumendum erat, quòd † posidet iure fa
miliaritatis ad euitandum delictum prout ita conside
rat Alex. consil penult. Tamen ego dicebam, quòd ta
lis possessio non poterat dici vitiosa, per ea quæ dici
Ias. in l. nō dubium. C de lega vbi dicit, quòd ille text.
3 secundum communem intelligentiam, quando † hæ
reditas est adita, vt post apprehensam possessionem, &
tunc si legatarius apprehendat possessionem, dicitur,
vitiosè possidere, ponit ibi Ias. duas fallētias prima est,
quādo legatarius habet authoritatē apprehēdendi pro
pria auctoritate: secunda quando est hæres institutus
in re certa, & sic vbi præsupponitur, quòd dato, quòd
hæres institutus in re certa capiat possessionem post
apprehensam possessionem hæredis, non dicitur vi-
tiosè possidere: & non solum istud procedit secun-
dum Ias. vbi quoad euitandum pœnam de qua in d.
l. non dubiū. sed etiā dicit Ias. quoad hoc, vt non
teneatur quoad interdictum. Quorum legatorum,
4 & sic remedio possessorio: ego inferebam, ergo nec
tenebatur remedio recuperandi. Hoc est, † quod dice
batur, quòd remedium Quorum legatorum, seu Quo
rum bonorum est interdictum adispicēdi, & in tali be
nè admittitur quæstin dominij incontinenti probādi,
sed ista exceptio non habet locum in remedio recupe
randi: ergo de vno ad aliud non licèt arguere: quia re
5 plicabatur, ꝙ † esset voluntas testatoris, sicut voluntas
hæredis quia hæres non potest venire contra factum
defuncti: quòd licèt in interdicto recuperandi non
obstet dominij exceptio, obstat tamen exceptio pro-
priæ volūtatis, vt in c. solicitè. de rest. spol Hinc videm⁹
6 † quòd si quis dederit facultatem apprehendendi pos
sessionem propria auctoritate, potest possessio appre-
hendi, dum tamen non inueniat resistentiam, ad no.
in l. creditores. C de pig. nō obstat, quod dicit Dom.
7 in c. si beneficia de preb. in 6. dum dicit, quòd † hæ-
res, qui habet auctoritatem apprehendēdi possessionē
propria auctoritate, non potest apprehendere, quādo
res est occupata. quia intelligitur à tertijs possessori-
bus. Sed hic capitur possessio ab eo, qui dedit facultatē
apprehendendi, & non resistit. Non obstat cons. Ias.
145. in 4 vol. quia Ias. fundat se super quodam cons. &
tamen dicit ad id, ꝙ allegabatur Præterea Ias. loqui-
8 tur in fidei commissario † vniuersali, qui licèt habeat
licentiam apprehendendi propria auctoritate, tamē
non potest apprehendere possessionem, quando est
apprehensa per hæredes propter præiudicium, quod
fit hæredi in Trebellianica seu legitima: Hic autem
9 eramus in † instituto in re certa, & nullum præiudiciū
poterat considerari, quòd inferretur hæredi. Et vltra
10 videbatur, quòd quando † possessio fuisset vitiosa, ꝙ
non poterat dici iure familiaritatis, tunc dicitur quan
do constat de non iure alterius in proprietate, secun
dum Paul de Cast. in l. iure familiaritatis. ff de acqui
rend. possess. hic autem erat totum contrarium: quia
constabat de iure ingredientis, & non de iure allterius
Et pro ista parte faciunt, quæ dicit ibi, Imo. & Aretin.
de filio & matre seorsum habitantibus: quia si filius
11 † portat fructū ad domum suam non dicitur iure fa
miliaritatis possidere. Cum mea opinione fuit aliud
auditor. In contrarium fuerunt duo, quia non eramus
plus quàm quatuor. Et ista fuerunt proposita tertia De
cembris, 1543. coram Domino Ioanne Paulo. Causa
iterum posita vnus mutauit sententiam, & sic fuerunt
tres pro Comite Gaspare: & ex alijs tribus vnus non
votauit, quia non viderat propter corporis alteratio-
nem, & alius non venit: tertius fuit in primo voto.

EPITOME.

Tertius qui non est in lite, non attentat.

SVMMARIA.

1 *Possessio quando non sit attentata.*
2 *Lis pendens inter duos tertium non afficit.*
3 *Tertius, qui litem non agit, si capiat possessionem non potest alio tertio surrogato tanquam attentator interpellari, sed agetur interdicto adipiscendæ possessionis & nu 9.*
4 *Prouisus per ordinarium lite pendente dicitur attentare.*
5 *Beneficium lite pendente nec cedi ur, nec ad i aliquispiam præsentatur.*
6 *Actor superstes potest agere super attentatis contra successorem rei defuncti.*
7 *Surrogatus videtur sapere naturam eius, in cuius locum surrogatur.*
8 *Surrogatus apprehendens possessionem defuncti nondum est plenè surrogatus.*

DECISIO LXXXIIII.

PEndente lite inter Io. Roderici ex vna actorem, &
Ioannē Cartez reum ex altera, super Cantoria His
palens. Ioannes Cortez obijt de anno 1522. accepit
posteà possessionem. de ann. 1536. Didac⁹ Vasquez,
& obtinuit se surrogari ad ius Io. Cortez, etiam quoad
possessionem & prosequutionem litis, in eo statu qui
1 petijt † possessionem Cardinalis reuocari tanquam
attentatam, vt puta lite pendente, quæ lis sustinebatur
in persona actoris, & ipsius Didaci surrogati gratiosè
in quo etiam lis continuatur, vt per decisi. 1. Cassad.
vt

vt lite penden. Et tamen decima Decembris, 1543. me
proponemte in vna Hispalenſ. Cantoriæ tenuerunt,
quod talis poſſeſsio non erat attentata: quia lis † pen-
2 dens inter duos non afficit tertium, qui non fuit in li-
te, juxta text. in c. Romana. §. in alium. de appella. in 6.
cùm litis pendentia non afficiat alios, quàm litigantes
Rota deciſi. 2. vt lite penden. io antiqu. Item idem pro
batur in deciſi. 10. vt lite penden. in nou. aliàs 411. circa
fin. verſi. ſi verò non actor, ſed quidam alius, vbi deciſi.
3 concludit, quod ſi † tertius, qui non eſt in lite, cepit
poſſeſsionem, alter tertius ſurrogatus non poteſt age
re attentatis, ſed ſolum interdicto adipiſcēdæ poſſeſsio
nis. non obſtat tex. in d.c. Romana. §. in alium. dum di
cit, tertius attentat: quia non per hoc dicit, quòd via
attentatorum poſſit reuocare, ſed illa dictio ſtat pro
facie: quod patet, quia tex. dicit, quòd in tertium iudex
non habet iuriſdictioné, cùm tamē ſi verè attentaſſet,
ita vt eſſet comprehenſus in lite, iudex tertio admini
ſtraret iuriſdictionem contra impedientes tertio poſſeſ
4 ſionem, c. 1. de offic. delega Non obſtat, quòd † proui
ſus per ordinarium lite pendēte dicitur attentare: quia
hoc procedit ꝓpter d.c. ſi hi contra quos, vt lit. pend.
5 lib. 6. nam † inficiens nedum collationem ſed etiam
poſſeſsionem, & omnia ſequuta ex prouiſione lite pen
dente facta. meritò non auditur, Rota deciſ. 18. de re-
ſtit. ſpol. aliàs 542. in antiq. Hic autem eramus in titulo
regreſſus legitimé conceſſo ante litē. & hoc modo reſ-
pōdetur ad deciſi. 1. & 2. vt lite penden. in antiq. Nec
6 obſtat, quòd ſicut † poterat agere attentatis actor ſu-
perſtes, vt dicit d. deciſi. 411. in fin. ita etiam poteſt ſur-
7 rogat⁹ gratioſè in locum rei: cùm ſurrogatus † in hoc
videatur ſapere naturam eius, in cuius locum ſurroga
tur: quia reſpōdetur, quòd actor ſuperſtes poteſt agere
propter decretum d.c. ſi hi contra quos. Sed Didacus
8 † ſurrogatus quando apprehendit poſſeſsioné Cardi
nalis non erat adhuc ſurrogatus, ſed longè poſt: vnde
factum legitimè non debebat per ſuperuenientiam
ſurrogati reuocari. Pro hac parte, quòd † tertius non at
9 tentat, qui non eſt in lite, videtur tenere gloſſ. in cap.
non ſolum. In gloſſ. magn. in verb. reducen. in princip.
de appellat. in 6. vbi dicit, quòd ſi tertius, qui non eſt
iudex, vel pars alicuius, attentat, non per viam attenta
ti, ſed iudicio ordinario per ſuum iudicem reuocatur,
vt etiam dicit dicta deciſi. 411. in dict. verſicul. ſi verò
actor. dum vult, quòd non per viam attētati, ſed inter-
dicto adipiſcendi reuocetur.

EPITOME.

Prærogatiuæ datæ officialibus intelliguntur de actu officia ſua exercentibus: Idem punctus fuit reſolutus in vna Leodien. S. Bartholomæi die 1. Februarij 1543. coram Domino Antonio Auguſtino.

SVMMARIA.

1 *Verba, quæ generaliter loquuntur, ſunt generaliter intelligenda.*
2 *Priuilegio gaudent ij tantū, qui ſua exercēt officia. & nu. 4.*
3 *Qualitates, quæ tacitè inſunt, ſi in vna parte expreſſæ ſunt, in alia repetitæ eſſe non cenſentur.*
5 *Præcedentia an referantur ad ſequentia. & numer. 7. 9.*
6 *Scriptores Apoſtolici an magis gaudeant priuilegio exemptionis quàm alij Officiales qui prænominati ſunt.*
8 *Quando de vno caſu ad alium cenſeatur facta eſſe repetitio.*
10 *Ad ſequentia facilius refertur regula quàm ad præcedentia.*

DECISIO LXXV.

REgula Cancellariæ vult, quòd referendarij, ſub
diaconi, protonotarij participātes, clerici Cameræ
Apoſtolicæ, Auditores, Rotæ Abbreuiatores, de mino
ri parte actu ſua officia exercentes, Scriptores Apoſto
lici omnibus alijs præferantur: Dubitaui ego in vna
Calciaten. dimidiæ portionis 10. Decembris. 1543. an
illa verba actu officia ſua exercentes, non ſolùm deter
minarent & reſpicerent officiales præcedentes, ſed etiā
ſcriptores Apoſtolicos à Romana Curia abſētes, vt ha-
beant illā prærogatiuam. Et pro parte negatiua, quòd
illa verba non reſpicerēt ſcriptores Apoſtolicos dicebā
tur, quòd Papa non expreſſit ad c. audientiā & ꝙ cùm
1 verba † generaliter loquebātur, ergo generaliter erāt
intelligenda. Item dicebatur, quòd ſi vera erat ratio,
conſiderata per Staplul. in tractatu de lit. grat. & inſtit.
fol. 126. l. Titius. ff. de teſtamēt. militari cùm ſimilib.
2 quòd † non debent gaudere regula, niſi qui exercent
3 officia ſua, & laborant, certè illæ † qualitates, quę taci
tè inerant, ſecundum Staphil. ſi expreſſæ ſint in vna par
te, non cenſentur in alia repetitæ, ad nota. per Immol.
in l. Iulius Paulus. ff de condition. & demonſtrat. cuius
dicta ſequi videtur Socin. in l. mulier. column. 2. verſ.
ex quo infertur. ff eodem titul. præſertim quia ſecun
dum Bartol in d. l. Iulius Paulus. qualitas non cenſetur
repetita quoad perſonas, quando annectitur primæ
perſonæ, & non ſequenti. Bald. in l. 1. §. Cato. column.
final ff. de fide inſtrument. cuius opinionem eſſe com
munem retulit Aretin. volumin. 1. columna tertia. in
fin. ſi qualitas non cadit vniformiter in perſona ſequē
ti, ſicut in prima præcedenti. tunc non cenſetur repeti
ta, ad l. finali. §. ſecundo. ff. de legat. 2. Modò in Abbre
uiatoribus item, quia in beneficio Principis non fit re
petitio, quando per talem relationem reſtringitur diſ-
poſitio, Alexand conſil. 88 verſicul. & oportunè. col.
3. verſicul. præterea quando ſumus. volumin. 1. Iaſon.
in l. 1. column. final. verſicul. 8. limita. C. de lib. præte-
rit. Felin. in c. cauſam quam. column. 4. verſicul. limita.
de reſcript. Iſtis tamen non obſtantib. Domini tenue
4 runt contrarium, † quando iſta priuilegia & prærroga
tiuæ ſunt conceſſæ his, qui actu ſua officia exercent,
per Felin. in c. pro iuis. prope finem. de maior. & obedi
en. & ponit Staphil. in d. tract. fol. 115. & 116. & hoc ex
pluribus cōcluditur: Primò de iure competēti, tex. in l.
Titius. ff. de teſtament. militar. Secundò, propter ratio
nem in procemio regulæ poſitam, vbi iuxta perſonarū
conditiones, & merita moderantur, habendo conſide
rationem ad labores, quos officiales exercentes ſuſti
nent: & iſta ratio eſt vnica, & expreſſa. Et ideò licitum
eſt ex eo arguere, etiamſi non fuiſſet ſcripta ad gl. in
5 l. generalis. C. de fidei commiſſ. Tertiò † propter verba
ſua officia exercentes, non obſtat, quòd ex quo ſcripto
res, deſcribuntur poſt verba exercētes, regula refertur
ad ſuperiores, & non ad ſcriptores. Nam ex præmiſsis
6 multipliciter reſpondetur, quòd ex quo conſtat † de
ratione regulæ, reſpiciuntur enim officiales exercen-
tes nec eſt dare diuerſitatis rationem, quare ſcriptores
magis gaudere debent nō exercendo, quam alij officia
les per regulam prærogatiuarum, & regula, exercentes,
referri debet ad omnes. Accedit, nam ſcriptores ſunt
minus qualificati quam alij nominati, ergo abſurdum
eſſet, quòd ipſi non exercendo gauderent & alij non.
7 Ad euitandum † abſurdum, clauſulæ referuntur ad
omnes, ſicut etiam reſtringuntur, ſi ex reſultatione re-

fultaret absurditas, ad not. per Brun. in l. talis scriptura §. fina. ff. de lega. 1. & quia scriptores non sunt appositi ante verbum, sua officia, quia fuerunt additi antiquis re gulis, & isto casu potest commentari gloss. l. tale pactū. §. fina. ff. de pact. Non obstat, quod dicitur, quòd qualitas in beneficio nō censetur repetita: quia ex dictis per
8 Staphil, propter † rationis identitatem fit repetitio de
9 vno ad aliud: quia † refertur ad omnes praecedentes, er go eadem ratione debet referri etiā ad sequentes, cùm
10 regula facilius † inferat in sequentes, quā in praecedē tes: & ex ista identitate rationis tolluntur contraria.

EPITOME.

Stante suspensione petitorij non admittuntur testes in possessorio ad discolorandum titulum.

DECISIO LXXVI.

FVit resolutum decimanona Decembris, 1543. quòd nō admitterētur testes in possessorio ad discoloran dum titulum, quando suspensum erat petitorium: quia in possessorio satis erat dare de primo extremo, ac titu lo colorato, qui dicitur, quando erat habitus ab habēte potestatem: & licet pro parte aduersa replicetur, quòd illa potestas erat limitata ad dominium Venetorum, & quòd ipse volebat probare, quòd beneficium, de quo a gebatur, erat extra dominium: Dicebāt Domini, quòd illud respiciebat petitorium. Fuit resolutū in vna Cor duben. capellaniae coram me trib. ex quatuor in hoc cō uenientibus.

EPITOME.

Fama impedimenti, quae extabat tempore contractus matri monij, attenditur, vt pro dicatur legitima.

SVMMARIA.

1 *Fama & vox publica de contractu matrimonio, an aliā post hanc perceptam eidem nubens constituat in mala fi de, & liberos fac. at illegitimos, & numer. 3. 5.*
2 *Fides bona aut mala tempore contractus matrimonij anim spiciatur. & nu. 9.*
4 *Ignorare dicitur qui nihil omnino sciuit per famam, aut alia quauis ratione.*
6 *Deponendi sunt interdicti qui celebrāt contra famam, & nō eligendi. & nu. 12.*
7 *Scietia per famam in graui praeiudicio nō sufficit. & nu. 11.*
8 *Matrimonium: verum & putatiuum quando aequiparetur.*
10 *Negligentia post contractum matrimonium quando t. le retur.*
13 *Illegitimus nemo potest ex fama cum vno teste iud i cari*
14 *Probatio praesumptiua ad docendum dolum aut fraudem nō sufficit.*
15 *Probatio per famam causat culpam, licet non dolum.*
16 *Proles est legitima etiāsi contrahentes matrimonium sciant subesse impedimentum.*
17 *Scientia vera & non praesumpta probabitur, cùm contra tertium adducitur.*
18 *Filius non est tertius à parentibus, & propter parentum delictum ab radicem infectam punitur.*

DECISIO LXXVII.

IN vna Toletan. matrimonij pro Ario G[illegible] Comite de Pugarosto, coram Domino Fabio 1543. 30. Decembris. in qua Ioan. Baptista primò contraxe rat matrimonium cum Ioanna Ortiz, de quo matri monio Beatrix praedicta vxor habuerat notitiam, vt probatur per testes: sed dicebat Beatrix, quòd Ioannes Baptista a primo matrimonio per sententiam erat liberatus: sed replicabatur, quòd sententia per sortes erat lata, vt probabatur, & q; de hoc erat in loco publi
1 ca vox & fama: Dubitatum fuit, † an attenta illa publi ca voce & fama, quae erat de tempore contractus ma trimonij in loco, Beatrix esset malae fidei in eo contra hendo, ita vt soboles fuerit illegitima. Et conclusum
2 fuit, quòd sic: quia bona † vel mala fides inspicitur tē pore contractus matrimonij, ad text. in cap. finali. §. si quis verò. de clandestin. desponsa. & in cap. ex tenore. qui filij sint legitimi. & quòd initium cōtractus matri monij quoad bonam fidem vel malam fidem inspici tur, probat Bar. in c. referēte. qui filij sint legitimi. Et ideò dicit Praeposit. in c. fin. col. penulti. in princip. de clandest. desponsat. quòd Doctor. communiter con
3 cludunt, quòd † fama primi matrimonij in vicinia prae stat illud impedimentum, & si contrahatur matrimo nium sequens est nullum etiam quoad legitimitatem fi liorum, & idem Felin. in ca. veniens. de eo qui duxit in matrimon. quam poll. per adult. in vers. ab extra, dicit,
4 quòd † mulier dicitur ignorare quando nihil omninò sciuit per famam, allegando text. in cap. praetereà. se cundo, de desponsat. quia vt ibi dicit Abb. & Doctor
5 esse † modicū praeiudiciū abstinere à matrimonio tertij vt non propter famam debeat abstinere, & si non abstinuerit, dicitur contraxisse cōtra praesumptā sciētiā natam ex fama: & ideò esse in mala fide, & tantò magis quòd cùm filij, qui dicuntur illegitimi, non tractent de damno vitando, vt dicit Praeposi. in cap. prolatum. qui filij sint legitimi. & ad istam opinionem facit text. cap.
6 primo. de potestate praelator. Nam si † ibi celebratur contra famam, interdicti veniunt deponendi, & sic ine ligibiles. Tamen quia abstinendo ab initio erat modici praeiudicij, sufficit scientia praesumpta per famam. Non obstat, quòd † quando agitur de graui praeiudicio, non
7 sufficiat scientia per famam, concludunt Doctor. vbi Abb. in cap. super eo. de cōsanguin. & affin. & in c. prae tereà. & de clande. despōsat. Et ideò, vbi agitur de dissol uendo matrimonio, nō sufficit probare impedimentū per famā quia respondebatur, quòd hic nō agebatur de dissoluendo matrimonio: cùm illud esset per primum iam dissolutum, sed tamen agebatur, quòd stante fama & impedimento secundi matrimonij Beatrix esset in mala fide, contrahendo contra praesumptam scien tiam, ex dicta fama resultantem. Non obstat secundò, † quòd matrimonium verum & putatiuum quoad ef
8 fectum legitimitatis comparantur, cap. ex tenore. qui filij sint legitimi. & Praepos. in cap. quod nobis. colum na tertia. versic. secundo. filij sint legitimi. ad dissoluen dum matrimonium putatiuum tunc habet effectum veri, quando bona fide est cōtractum, vt dicitur in di
9 ctis iuribus: & istud nūc inquiritur an bona † vel mala fide sit contractum: & in hoc attenditur initium con tractus: & cùm tunc temporis extaret fama, videtur contractum contra scientiam praesumptam ea fama co rum, & ideò mala fide. Nec obstat, quòd Inn. cen. di cat in cap. finali, numer. tertio, de. clandestiu. despon. & ibi sequitur

sequitur Hosti. Ioannes Apd. & Anton. de. Butri. quòd
19 negligentia post contractum matrimonium tolleretur, ita ergo in casu nostro dicitur. quia respondebatur, quòd matrimonium erat in loco faciendum, secus autem est de negligentia circa inquisitionem impediendi, quāuis de illo ab initio constitit: quia talis negligentia non tolleratur, prout expresse dicit ibi Innocen. numaro quarto. Non obstat, quod vbi agitur de graui præiudicio fama nō probat, & ex fama non præsumitur, secundum Baldum in cap. cùm contingat. & ibi Barba. numero 24. de postulat. prælator. & Deci. ibi co lum. 5. in princip. & idem Rota de dolo & contumac. decis. 22. in antiqu. Feliu. in d. c. cum contingat. colum na sex . & in cap. quoniam frequenter. columna quin
21 ta. vt lite non contesta. Cùm † ergo hic agatur de illegitimitate, & infamia filij, & de statu bonoris, & magni comitatus, ergo ex fama non præsumitur sciencia, nec in isto casu probauit: quia respondetur, quòd attento initio agitur de modico præiudicio. Nam stante fama talis impedienti facilè erat à matrimonio tali abstinere, & ideò fama ꝓbat, & licèt agatur de illegitimitate & infamia, ista veniunt in quandam consequen
22 tiam, sicut erat in c. t. de postulat. prælat. nam † ibi stante fama interdicti, si Episcopus celebraret, incurreret irregularitatem, & efficeretur ineligibilis, & ista sunt grauia, quæ hic nòn consideràntur, attento, quòd ab initio stante fama interdicti facile erat abstinere, & idē habetur in cap. illud. de cleric. excommun. ministran. & ex hoc tollitur aliud argumentum, quod hic agebatur
23 principaliter super illegitimitate, cùm † super hoc causa expresse erat commissa, sed ex sola fama non potest quis illegitimus iudicari: immò nec ea fama cum vno teste, vt per Bald. in l. in bona fide. C. si cert. peta. Ias. in repet. l. admonendi. & Deci. in cap. veniens. columna. quinta. de testibus. & in cap. si pro debilitate. de offic. deleg. quia respondebatur, considerandum esse, quòd ex fama ista non reputabatur illegitimus, sed cùm probaretur plenè secundum matrimonium contractum fore: & stante primo valido, & quòd istud secundum fuit contractum stante fama. Ad id, quòd sententia ab solutoria per sortes esset lata, dicebatur, quòd istud impedimentum plenè probatur, & probato impedito famæ succedit dispositio iuris quod contractus stante impedimento famæ, quia non fuit diligens non inquirendo veritatem, dicitur eum mala fide contrahere, & sic illa mala fides facit, quòd proles dicitur illegitima. Non obstat, quòd dicebatur, quòd non † probando do
14 lum vel fraudem non sufficit probatio præsumptiua, gloss. in l. 2. §. primo. ff. de minor. Bal. in l. prima, C. quomodo & aduersus quos. Aret. in l. prima. columna. 4. versic. secundo. cons. 12. & ibi Socin. columna. quinta. versic. circa septimum. ff. si cert. petat. Ergo probatio per famam non erat potens ad malā fidem, & sic causare illegitimitatem in filio: ad istud respondebatur, quòd licèt probatio per famā non erat potens ad malam fidē,
15 & sic causare illegitimitatem in filio, quòd † licèt probatio per famam non causat dolum, tamen causat culpam, ita Aretin. in l. cùm quidam. §. quod dicitur, col. penult. versi. vnde potest probabiliter dubitari ff. de acquirend. hęred. & ideò sciēs impedimē tum per famā, nec curās inuestigare, est in culpa faciendo contra præsumptā scientiam, nimirum si iura volunt, quòd contrahendo dicatur esse in mala fide, & esse matrimonium, non autem tenet comperta veritate etiam quoad illegitimitatem filiorum, quæ est sequela matrimonij. Nō
16 obstat, ꝙ si est † aliud impedimentū, quàm consanguinitatis, quòd si parentes cōtrahunt in facie Ecclesiæ. etiam scientes impedimentum, ꝙ nihilhominus proles est legitima, vt voluerūt Vincē. & Lanfred. quos refert Collector in c. ex tenore. qui filij sint legitimi. Sed con trarium est verius, prout idem refert Præpos. & etiam
17 hoc sequitur Abb. non obstāt † quòd vbi scientia adducitur contra tertium, in cuius præiudicium debet vera & non præsumpta probari, vt colligitur ex decisi. Neapol. 290. numer. 6. & latè Alciat. in tra cta. præsumption. reg. 3. præsumpt. 31. & præsump. 2. cui respondetur, ꝙ non est verum, quòd filius † sit ter
18 tius, sed cùm procedit à radice infecta, punitur in ille gitimitate proles propter contemptum mandati Ecclesiæ, vt docet Proposit. in c. ea tenore, colum. 2. circa si. qui filij sint legitimi.

EPITOME.

Notarij Auditoris primi defuncti debent scribere coram Auditore primo admisso.

DECISIO LXXVIII.

Qvinta Ianuarij 1544. fuit dictū, ꝙ licèt D. Peregrinus Fabius esset deputatus in locū D. A. Marci Antonij, qui decesserat post Syluestrum Darium: tamen quòd Notarij Auditores defuncti debent scribere coram Auditore, qui primo admitteretur, quòd licèt ego & Ioannes Paulus diceremus quod bulla locum haberet nisi specialiter Papa deputaret d. Peregrinum ad locum d. Marci Antonij: quia tamen dominus Aquen. & Mohedanus diaerunt quòd aliàs idē casus euenerat, vnde super Aragone & Syluestro ita fuerat decisum, ideò fuimus nos eandem decisionem sequuti. Idem fuit seruatum 19. Martij, 1533. et Notario Mohedani primo defuncti fuerant Notarij do. Pauli Emilij Verral li, quamuis idem Verrallus haberet mandatum, vt ad mitterentur nouati.

EPITOME.

Procuratoris cedentis confessio non potest reuocari in secū da instantia per cessionarium nisi doceto de errore.

SVMMARIA.

1 *Cessionarius non possit reuocare confessionem procuratoris cedentis.*
2 *Confessio facta in prima instantia à procuratore, potest in secunda etiam post sententiam per dominum principalem retractari. & nu. 4.*
3 *Confessio procuratoris, cùm super ea sententia fundatur. à cessionario reuocari non potest.*

DECISIO LXXIX.

Eadem die in vna Astoricen. de Forias coram me fuit resolutum, quòd cessionarius non possit reuo
1 care † cōfessionē procuratoris cedentis: quia confessio cedentis ante confessionem factam obstat cessionario, l. factam. §. si hæres. vbi Paulus de Castr. ff. ad Trebell.
2 non obstat quòd confessio † procuratoris possit reuocari in secunda instantia & post sententiam, Rot. dceisi. 2. de confessis, in nou. quia dicebatur. quòd illud erat per dominum principalem, sed hic eramus in cessiona
3 rio: & ea quo cedens † passus fuerat furri primam sen tentiā & sententia fundabatur in confessione per pro curatorem suum emanata, & non fuerat per eum emanata, dicebatur, quòd cessionarius post cessionem non potest illam reuocare: quia ius declarandi non transit in successorem, l. Pomponius scribit. §. fru mentum. de rei vend. maximè quia idem decisi. 60. non

4 vult quòd † principalis possit reuocare confessionem sui procuratoris, ista ratio cessabat isto casu, quando confessio erat facta in partibus per procuratorem maximè stante quod sententia super illa confessione erat fundata & præsumptio erat, quod dominus habuisset de ea notitiam, & ex quo non fuerat per eum reuocata minus potetat reuocari per cessionarium minus obstat quod dicit Bald. in l. error. C. de iur. & fact. ignoran. quia tex. in l. non idcirco. loquitur in verbis enunciatiuis. & Doct. de errore illã l. intelligũt Alber. Odofre. & Bal. ibidem.

EPITOME.

Simonia conuentionalis in vno beneficio contracta reddit inhabilem ad aliud beneficium.

DECISIO LXXX.

IN vna Sancti andreæ Canonicatus & præbendæ vn decima Ianuarij, 1544. proposui dubium, præsupposito quòd Gregorius commiserit simoniam conuẽtionalem an ex hoc esset incapax ad alind beneficiũ: & fuit cõclusum quod sic, quia ita tenet Mil. in reper. in verb. simoniacus in beneficio simoniacè recepto, inhabilis est ad aliud post Anton. in c. pen ultim. de simon. colum. 2. versicul. ad secundum dicit quòd Episcopus dispensauit, vt alius in tracta. de iure patron. fol. 24. col. 4. versicul. & etiam simonia abstineat. & sic absque dispensatione obtinere non posset. & quia istiDoctores non faciunt differentiam inter simoniã conuentionalem & realem quia illud proceditquo ad pœnam priuationis de qua in extrauag. Paul. & ideo nisi daretur etiam differentia inter vtramque simoniam in casu nostro, dicebatur, quod tenenda erat decisio Doctor, in d. c. penult. de simon.

EPITOME.

Eo ipso quod quis declarat locum esse regressui, non solùm pensiones non dicitur iure priuatus etiam quod à sententia declaratoria appellatur.

SVMMARIA.

1 *App llationis sententia non suspendit effectum sententiæ declaratoriæ, ad hoc vt non abdicetur ius à non soluente pensiones reseruatas.*
2 *Ius regressus quando ipso iure abdicetur & quando non. & num. 3.*

DECISIO LXXXI.

DIe 13. Ianuarij 1544. fuit dictum in vna Calaguritan. præstimonij de Palatio coram me pendẽte, quòd Gundissaluus Martini, qui habebat regressum ad dictum præstimonium ex quo Gundissalus declarauerat voluntatem suam agendo ad præstimoniũ ꝙ si verũ esset ꝗesset locus regressui, quia Episcopus non soluerat, cum literæ dicant, quod lapsis sex mensibus eo ipso priuatus existat quia statim declarata voluntare per Gundissalunm Episcopus in præstimonio nullum ius habebat etiam dato, quod à sententia declaratoria pro parte Episcopi esset appellatum ꝙ
1 illa † appellationis sententia non suspendebat effectum sententiæ declaratoriæ quò ad hoc, vt non intelligetetur iterum abdicatum ius ab Episcopo: Immò quod si episcopus erat pendente secunda sententia quod ius non vacabat ex persona Episcopi, quia
2 † statimquòd Gundissaluus declarauerat velle esse locum recressui, & ita tn veritate erat, quod erat locus quod statim ab Episcopo ius esset abdicatum, & Gundisaluo quæsitum, Item fuit dictum quod Gundissaluns inri, liti, & causæ non renunciauerat in fauorem Episcopi quod si c illud ius non erat quæsitum Episcopo dato quod esset abdicatum ab Episcopo, tamen
3 per prouisionem per † obitum factam in fauorẽ Ferdinandi per illam clausulam siue per resignationẽ corã notario factam, quia ex quo erat facta in fauorẽ certæ personæ videlicet Episcopi, si illa persona certa illud ius non capiebat non erat abdicatum à Gundissaluo, per doctrin. Abb in c. cùm pridem. in fin. de pact. fuit dictum in ista Calagurita, quòd daretur dubium an parua data & consensus Gundissalui perficerent resignationẽ absque signatura Papę.

EPITOME.

Licet propter necessitatem aliquid capere liceat, tamen tenetur postea ad pretium.

SVMMARIA.

1 *Furari licet religioni in necessitate, sed tamen si ad pinguiorem postea fortunam peruenerit ad precium rei tenebitur.*
2 *Furari licitum est tempore famis, sed furans ditior factus ad pretium rei furatæ tenebitur.*
3 *Princeps, si ex re priuata publicam faciat tenebitur tamen ad pretium rei.*
4 *Vicinus incendio orto destruens sine dolo malo & iniuria domum vicini adium suarum defendẽdarum causa nec de dolo nec aq. ilia tenetur.*

DECISIO LXXXII.

EAdem die proposui in vna Rhodien. bonorum & coriorum, an stante publica voce & fama de aduentu Turcharum Rhodum, an liceret religioni capere ligna & coria Dominici de Furnariis, ita vt religio non teneatur ad illa deperdna in expugnatione Rhodi. Et fuit resolutum, quod licet religioni propter
1 imminentem necessitatem licitum esset † forari, . si quis. de fur. & c discipulos. dc consuetudin. c. . distin. 5. & quia tempore necessitatis ad Bald in l. 1 §. cum tamen eadem ff. ad l. Iuliam de pla & gl. in c. 3. de furtamen quia religio tunc temporis vel etiam post potuit pretium soluere, quod tenebatur ad pretium,
2 per ea que dicit Abb. in c. 1. §. si quis. de fur. vbi † licet tpe famis sit licitũ furari, tñ si postea deuenerit adipin guiorẽ fortunã, tenetur soluere pretium rei furatæ & faciunt quæ dicit Felin. & Deci. in c quæ in ecclesia
3 rum. de constitutio, quòd si † Princeps potest rem priuatam ex causa publicam facere, tenetur tamen ad pretium non obstat text in d. l. 3 §. quod ait prætor. ff.
4 de incend. ruin. naufrag. vbi † orto incendio vicinus remotus potest destruere domum vicini proximioris si timet quòd incendium ad domum eius deueniat, & tamen non tenetur de dolo, nec etiam actione l. aquiliæ & est tex. in l. si quis fumo. § 1. ff ad l. Aquili. Ita etiam esset dicendum in casu nostro: quia respondebatur quòd in dictis legibus, cessat actio de dolo, & actio pœnalis: sed ibi non dicit quod non datur actio ad pretium rei non aderit dolus, & tunc illud non sit licitum facere nisi re graui vrgente, & quia si quando certum est, quod etiam illa domus vicin co buri debebat: Ideo cùm vicinus ex domo combusta nullam commoditatem percepturus erat, ita si per vicinum

ciuû destrueretur etiam nec pretium consequi debet.

EPITOME.

Procurator qui nihil facit an possit præstare consensum post mortem principalis quando principalis in vita porrexit supplicationem.

SVMMARIA.

1 *Mandatum re integra post mandantis mortem extinguitur.*
2 *Procurator in vita qui nihil egit, quando post mortem possit consentire.*

DECISIO LXXXIII.

IN vna Abulens. pensionis coram domino Vostrio,
in qua principalis porrexerat supplicationem ad re
signandum. Et postea constituerat procuratorem ad
præstandum consensum. Procurator qui non egerat,
mortuo principali consenserat, fuit dubitatum deci-
maseptima Ianuarij 1544. an talis consensus esset va
lidus. Dominus Ioan. Paulus & ego dicebamus quòd
1 non: quia † mandatum post mortem mandãtis re inte
gra extinguitur & verum erat dicere, quod respectu
procuratoris erat res integra. Alij verò Domi-
ni Mohedanus & Fabius, cum quibus sentiebat ipse
Dominus Ioannes Paulus, dicebãt quòd etiam in i-
sto casu militabãt decisi. Cassad. 1. & 3. de renuncia-
2 tion. quia † si quando procurator gratiæ porrexit
in vita post morem potest consentire, ita quando prin
cipalis porrexit. Cui replicabamus, vt supra. Tamen
quia aduocatus dicebat, quod etiam Alexandrina isto
casu loquebatur, dicimus, quod Alexandrinam nõ vi-
demus, ꝙ si ita esset, quòd non eramus cum octo aliis.

EPITOME.

Diuisio patris inter filios habet vim vltimæ voluntatis.

SVMMARIA.

1 *Diuisio hæreditatis per patrẽ inter filios an habeat vim vlti-mæ voluntatis an vero donationis inter viuos.*
2 *Filius possidens rem aliquam patre sciente & patiente longo tempore ex donato possidere præsumitur si nihil constet de titulo diuisionis.*
3 *Donatio inter viuos quando magis quam diuisio à patre facta inter filios præsumatur.*
4 *Fructus ne faciunt suos filij pendente vltima voluntate ex diuisione hæreditatis.*

DECISIO LXXXIIII.

IN vna Roman. seu Venetiarum coram domino A-
1 quens. 16. Ianuarij, 1544. fuit resolutum quòd † diui
sio patris inter filios haberet vim vltimæ voluntatis, &
nõ donationis inter viuos, per ea quæ dicit Abb. con
sil. 66. colum fin. circa med. versic. non obstat pri-
mò volumin. 2. Ripa. in libro 1. column. 9. versicul. nã
illa diuisio & tex. cum gl. vbi Salicet. & Paulus de
Castro in l. quę pater, el 1. & text. in l. si filia nupta. §.
pater. ff. famil. herciscun. d. l. quoties. C. eod. tit. Non
obstat quod dicit Ias. in l. qui aliena. in princip. in fin.
colum. 8. ff. de acquirend. hæred. & Deci. in l. si dona-
tione. colum. 1, versic. 2. limita. C. de collat. vbi dici-
2 tur quod si † filius possidet aliquam rem longo tem-
pore patre sciente & patiente quod præsumitur do
natio qui respondebatur quod ibi non cõstat de titulo
diuisionis ergo causa prima Ianuarij eiusdem anni ite
rum posita quatuor votantes fuerunt inter se diuisi.
Nam dicebant duo, quod verum est, quòd simplici-
ter loquendo diuisio patris inter filios habet vim vlti
3 mæ voluntatis, sed quia hic † erant aliquę coniecturę
quod pater simpliciter noluerit actum vltimę volun-
tatis, sed donationis facere, puta, quia filij longo tem
pore fuerunt in possessione puta spatio quindecim
annorum percipiendo fructus, vt domini & in vtilita
tẽ eorum conuertendo ideo ex hoc præsumebatur
4 donatio. quia † si fuisset vltima voluntas non fecisset
interim fructus suos. Item quia dixit in actu vltimo, de
le co sedi Roma & nota, quia nihil dico, quia aliàs di
sposui. Nec dicere possumus quod voluerit cum dua
bus vltimis voluntatibus decedere.

EPITOME.

Scriptores Apostolici, licèt sint veri familiares, tamen non gaudent priuilegiis scriptorum ante publicationem bullæ scriptorum.

SVMMARIA.

1 *Priuilegia & prærogatiuæ suffragentur etiam ante publicationem earum & data familiaribus infrascriptis, inter quos scriptores describuntur, an ex familiaritate ijs scriptoribus competant, an vero ex priuilegio. & nu. 2.*
3 *Familiares antiqui & veri gaudent priuilegio quod familiaribus conceditur & non huiusmodi familiares, qui ex priuilegio veniunt.*

DECISIO LXXXV.

DIe Mercurij vigesimatertia Ianuarij 1544. fuit
resolutum in vna Calciaten dimidię portionis
1 coram me, quòd licèt † scriptores Apostolici sint in
Rotulo descripti & Bulla scriptorum dicit quòd Pa-
pa concedit infradictis familiaribus priuilegia & prę
rogatiuæ quæ à tempore datæ præsentium etiam an-
te publicationem suffragantur. Et sic cum scripto-
res Apostolici sint descripti inter infradictos fami-
liares per consequens debet gaudere priuilegiis à da
2 ta Bullę prout etiam alij familiares: tamẽ † dicebatur
quod illa descriptio non erat ratione familiaritatis:
& ex eo, quod ipsi erãnt familiares Papæ patet, quia
in dicta regula, quæ facit eosdem scriptores veros
familiares, sunt plures alij officiales puta Audito-
res, referendarij, Protonotarij: milites Sancti Petri, &
alij quamplures & tamen isti non sunt descripti, er-
go scriptores non describuntur ratione familiari-
tatis sed ratione priuilegij. Item Papa habet multos
familiares veros qui non sunt descripti, sed habent
pręrogatiuas, vt patet in regula mare magnum appel
lata, ergo familiaritas non facit, quod scriptores sint
descripti, sed priuilegium Papæ, quo casu obstat regu
3 la quod nulli expectanti Bulla. & cæt. ergo † scripto-
rum in quantum vult quod prærogatione datæ infra-
dictis familiaribus suffragentur à data præsentium,
intelligendum est de familiaribus antiquis & ante as-
sumptionem veris nõ autẽ de descriptis per priuile-
gium propter dictam regulam, quod nulli expectanti
Apostolicæ & cæt.

EPITOME.

Annus, de quo in regula de annali, à quo tempore currere incipiat.

SVMMARIA.

1 *Annus ad committendam causam in regula de annali non*
incipit currere à die notitiæ rei, nec à die constitutionis
procuratorum, nec à die præstiti mandati, sed à die quo
actor cum reo venit ad litem.
2 *Notitia citationis executa non inducit litis pendentiam.*
3 *Citatio habetur pro executa si reus eius notitiam habens*
impediat quo minus exequatur.
4 *Citatio cedens in fauorem Rei si pro reo impediatur non ha*
betur pro executa & quare

DECISIO LXXXVI.

IN vna Valentin. Parochialium coram Domino
Ioanne Paulo fuit resolutum vigesima tertia Ia-
1 nuarij, 1544. quòd † annus de quo in regula de anna-
liad cõmitendũ causam inciperet à die executę cita-
tionis ita quod non à die habitæ notitiæ per reum de
2 citatione contra eum decreta: quia talis notitia non
inducit litis pendentiã, vt per Egid. decisi. 456. & 661.
nec etiam à die constitutionis procuratorum, nec
etiam mandati producti, quia talia non inducunt li-
tem, sed à die quo actor venit ad litem contra reum.
3 Non obstat quòd † reus habuisset notitiam de cita
tione in partibus, & impediuisset, quo minus exe-
queretur citatio, & ideo debebat haberi citatio pro
executa iuxta Clemen. causa. in fine. de electíon, quia
respondebatur, quod istud erat quando operari ha
buisset in preiudicium ipsius rei: sed quia in casu no-
stro erat in fauorem rei, ideo dixerunt, quòd non de
bebat operari huiusmodi effectum: quia aliàs actor
ignorans pœnam pateretur.

EPITOME.

Conditio si Papa dispensauerit est impossibilis, & reiicitur, & legatum valet.

SVMMARIA.

1 *Conditio, quòd filius subdiaconus esset hæres si Papa infra*
annum dispensaret vt effectualiter matrimonium contra-
here liceret habetur pro impossibili qua non vitiat institu
tionem.
2 *Fideicommissum adiecta institutioni conditione impossibili*
quando non valeat & sit pro non scripto.
3 *Dictio, insuper multiplicat appositum grauamen.*
4 *Fideicommissum an insurgat ex tacita mente testatoris*
5 *Grauamen in substitutione fideicommissi adiectum annullat*
fideicommissum & quare.

DECISIO LXXXVII.

IN vna Barchionens. hæreditatis coram Domino
Ioanne Paulo, die decima octaua Ianuarij fuit re-
1 solutum, quod † filius qui erat in ordine subdiaco-
natus institutus sub conditione, si papa infra annũ di
spensaret vt effectualiter matrimonium contrahere
posset diceretur institutus sub conditione impossibi
li, ita vt talis conditio tanquã impossibilis reiiceretur
& institutio maneret, per ea quæ dicit Alex. in l. apud
Iulianum. §. constat. column. 2. versic. ilicet autem di-
ximus. & ibi Ias. colum. 3. in fi. & colum. 4. dum loqui
tur de relicto fratribus facto si Monasterium ędifica-
rent, ff. de legat. 1. Non obstat quòd diceretur, quòd
ista esset conditio impossibilis de facto, quæ legatum
non vitiat, vt per Bart. in l. 1. col. pen. ff. de condit. in-
stitut. quia dicebatur, quod Bart. intelligebat de con-
ditione impossibili quæ sapiebat difficultatem, sed nõ
eramus in casu isto in conditione quæ erat impos-
bilis, per superius dicta: vt in hoc omnes conueniunt
& dum postea dicebatur quod ista conditio esset ap-
posita fideicommisso medietatis hæreditatis quod cõ
ditio videbatur impossibilis vt fideicommissum ma-
2 neret. Fuit replicatum & resolutum, quod † fidei-
commissum vt grauamen, in euentum illius condi-
tionis non repletæ non valeret, per tex. in §. si possunt.
in authent. de sanctiss. Episcop. nouel. 123. collat. 9.
vbi grauamen sub conditioue tali appositum habetur
pro inualido & non scripto Et eodem modo non so-
lùm grauamen respectu medietatis hæreditatis post
annum faciendum, sed etiam aliud grauamen alte-
rius medietatis dum dicebat, & insuper si infra dictũ
annum non obtineat illam & postea quandocunque
3 moriatur: Nam per illam dictionem † insuper appa-
ret quod volueris grauamen multiplicare. Et ideo
etiam illa substitutio per sententias fuit declarata nul
la & apparet: quòd si postea in prima, dũ voluit, quòd
tantum Io. Honofrius alteram medietatem non pos
set habere, nisi de vna sua, ẽt si diceretur, cũ liberis legi
timis & naturalibus, prout specificè declarat in hoc
versicul. (nam declarando magis meam voluntatem)
Non obstat quòd in versicu. (& si forsam supradictus
Ioannes Honofrius filius meus mihi hæres non erat)
testator velit, quòd in euentum dispensationis obti-
nendę, postea quandocunque moriatur quòd Ioan-
nes Franciscus esset vt hęres: quia respõdebatur quod
4 iste casus non euenit. nec possumus dicere quòd † ex
tacita mente testatoris insurgat fideicõmissum seu
substitutio fideicommissi in alio casu quãdo non ob
tinuit dispensationem: quia vt superius dixi, in euentũ
in quem Ioannes Honofrius non obtineret dispen-
sationem, testator in pœnam non obtinentis grauat re
stituere quandocunq; moreretur, etiam si cum liberis
5 decedat. Et ideo vnum est reiiciendum, † & de graua
mine apparet in declarando, nam si non voluisset gra
uare debebat simpliciter facere substitutionẽ. & quan
docunque Ioan. Honofrius decessisset ei substituis-
set Franciscum.

EPITOME.

Habens mandatum ad beneficium conferendum non solum ad vacantia, sed etiam ad vacatura habere censetur.

DECISIO LXXXVIII.

PRocurator habens mandatum ad beneficia colla-
ta & conferenda acceptanda non solum dicitur
habere mandatum ad beneficia vacantia, sed etiam
ad vocatura conferenda: quia quando vna dictio plu
ra habet significata, propria intelligitur secundum
omnia significata quod quamuis in materia str[illegible]a, vt
per Aretin. in l. cum lege ff. de testamẽto militar. ver
ba generaliter sunt intelligenda in materia procura
torij. Cassa. decisi. 1. de procurat. & quia etiam manda
tum procuratoris extẽdebatur, vt per Rot. decisi. 48.
& 413. in nou. cum ergo dictio, conferenda, possit refer
ri ad vacatura ideo sequebatur mandatum quoque ad
ea extendi posse. Et istud fuit resolutum in vna Fir-
man. S. Benedicti coram domino Mohedano. 1544.

EPITOME.

Legitimatio filij facta instante patre facta mentione filiorum, licet non sint citati, est valida.

SVMMARIVM.

1 *Filii naturales & legitimi in legitimatione sunt citandi,*
eorum mentio non fiat.

DECI-

DECISIO LXXXIX.

EAdē die fuit corā eodem resolutum in vna Raue-
naten.hereditatis, ꝙ legitimatio filij facta instante
patre existentibus filijs legitimis & naturalibus, facta
mentione dictorum filiorum, licèt non essent citati,
valeret, vt per Ias.in l.Gallus.§ & quid si tantùm.colū.
2.versicul.4.limita.ff.de libec.& posthu.& licèt Bald.
4 in l.cùm ita damus.ff.de adopt.dicat quòd † filij sint
citandi, istud intelligendum est, quando de eis mentio
non est facta, per Doctor.vt suprà. Quòd cequiratur
citatio filiorum, ponit Ias.consil.68.viso themate. co
lum.3.versicul.3.facit.volum.3.& melius colum. pe-
nultim.vers.non obstat ergo.

EPITOME.

Decretum regulæ limitatoriæ indultorum Cardinalium in fauorem expectatorium ligat manus inferiorum à Papa, dato quòd expectans insttamentum non acceptet.

SVMMARIA.

1 *Decretum appositum in expectatiua ligat manus inferioris à Papa, etiamsi expectans non acceptauerit.*

2 *Decretum in expectantis fauorem appositum non operatur, si expectans non acceptet.*

DECISIO XC.

DIe 28.Ianuarij, 1544.in vna Rauennaten.pro Do
mino Prospero Auditore contra Dominum Iu
lium Galeatium corā Dom no Mohedano fuit reso-
lutum, quòd Cardinalis Rauennatens absens à Curia
qui proptec eius absentiam in fauorem expectantium
habebat tres menses alternatos, & beneficium vaca
uerat in mense Martij, & sic expectans non potuisset
de dicto mense pcouidere Iulio Galeatio eò quia o-
stendebatur, quòd Dom.Iulius Galeatius habebat ex-
pectatiuam in dicto loco, etiā quāuis ipse non accep-
1 taret: † quia decretum appositum in expectatiua ligat
manus inferiocis à Papa, dato, quòd expectans non ac
ceptasset, per ea quæ dicit Felin. in c.s.colum.antepe
nultim de præscript. Cassad.decisi.1.& 2.de decret.in
reseruat.appos. decisi.6. posita colum.2.de reseruat.
Non obstat, quòd dicitur, quòd indultum limitatū in
2 fauorem expectantium, si † ergò expectans non ac
ceptet, decretum in eius fauorem appositum non dici
tuc operari, pcout dicit decisi.Rot.444.in antiq.quia
respondebatur, quòd etiam in expectatiua & reserua
tione decretum apponitur in fauorem expectantium,
& reseruatur non acceptantium, pec decisi.superius al
legatas. Fuit iterum causa posita, 15.Ianuarij, 1544.&
D.Ponens inclinabat cum duobus.

EPITOME

Impetrans gratiam subrep itiā, licèt in ea habeat derogatio nem regulæ de annali, tamen non satisfacit regulæ de annali.

SVMMARIA.

1 *Appellationis tempore durante beneficiis priuatus nemo dici potest.*

2 *Derogatum si sit primæ parti, & impetrans non obseruet secundam partem decreti, an satisfaciat regulæ de annali.*

3 *Impetratio cùm est subreptitia & nulla, non est satisfactum regulæ de annali.*

4 *Regula de annali considerat inualiditatem gratiæ validæ, secùs si gratia sit nulla.*

DECISIO XCI.

HEnricus Ledos, quia Antonius Pinter fuerat
priuatus beneficijs suis, impetrauerat beneficia
1 Antonij pec priuationem: durante † tamen tempo-
re ad appellandum non poterat dici priuatus: & quia
talis impetratio fuerat facta contca annalem possessio
nem, & impetratione fuerat decogatum quoad pri-
2 mam partem: Fuit dubitatum, an † talis Hencicus im
petrans incidit in cegulā de annali: quoniam primam
partem regulæ non obseruauerat. Et pco parte nega-
tiua dicebatuc, quod non incidisset, eò quia obtinue-
rat derogatiunē quoad primam partem, & quoad alias
partes, vt infra sex menses veniret ad litem. Item
obtinuerat pcorogationem anni. Tamen 28.Ianuarij
1544 fuit resolutum pec maiorem partem, coram Do
mino Mohedano, in vna Barchinonen. quòd Henri
3 cus non † satisfecisset cegulæ de annali, eò quia impe
tratio erat sucreptitia & nulla: Et sic impetratio gra
tiæ erat nulla, vt per Abb.in c.sedes.colu.2.& ibi De
ci.& Felin.colum.1.versi. surreptitia in vna parte.pe
rescript. Si ergò derogatio erat nulla, non erat satis
4 factum regulæ: & licèt † regula de annali consideret
inualiditatem gratiæ, dum dicit tantum probè ligan
tium motus ceprimantuc: tamen secùs est, quando
gratia est nulla, quia corruūt oēs clausulæ accessoriæ.

EPITOME.

Ex actu translationis nullo voluntas principalis non mutatur.

SVMMARIA.

1 *Translatio pensionis in alium in loco mortis an sufficiat vt mutatio voluntatis principalis probetur.*

2 *Voluntas testatoris declaratur etiam ex testamento et actu qui postea nullus esse apparet.*

3 *Pcocurator esse remteg ca desinit si mutata sit testatoris voluntas, etiam si actus mutationis sit nullus. & nume.8.*

4 *Testamentum prius non reuocatur per posterius, nisi sit perfectum.*

5 *Voluntas pcior an per posteriorem imperfectum & inualidam mutata esse censeatuc & quace.*

6 *Resignans si ante consensum in Cancellaria pcastitum moriatur, beneficium non per resignationem, sed obitum eius vacabit.*

7 *Actus reuocatorius alterius æquè perfectus et absolutus esse debet atque prior qui cenocatuc.*

DECISIO XCII.

IAM superius dixi, quòd si principalis porrexisset
in vita, an procurator in vita posset consentire, ꝙ
fueramus varij, vt patet supcà. Fuit posteà dubitatum
in vna Abulens. pensionis coram Domino Aquens.
1 prima Februarij, 1544.ad edocendum † de mutatio
ne voluntatis pcincipalis an sufficeret, quòd ipse prin
cipalis in articulo moriens transtulisset eandem pen
sionem in alium, licèt illa translatio esset nulla. Et
fuit resolutum & conclusum per tres ex quatuor, ipso
quarto contradicente, quòd sufficeret, vt pec Cassad.
2 decis.1.& 2.de renunciat.vbi cequiritur, quòd † volun
tas principalis non mutetur, vt hic, licèt actus esset
nullus, cùm mutata erat voluntas, & ex actu etiam nul
lo declaratuc voluntas, vt est text in l.final ff de rebus
3 eorum qui sub tutel.vel cura sunt. Et ideò † quia erat
mutata voluntas, pcocurator re integra desinebat es
4 se pcocuratoc. Non obstat, quod pcius testamentum
† non reuocatur, nisi per aliud testamentum perfectū
non

non autem imperfectum & nullum, §. posteriore. In stit. quib. mod. testamentum infirmatur. & l. hoc iure, ff. de regul. iur. Tertiò ita etiam esset dicendum in isto
5 casu, vt prior voluntas† non censeatur esse mutata ni si per aliam validam: quia respondebatur, quòd illud procedit io testamento solemni & perfecto, & hic nō
6 eramus in actu ita perfecto. quod patet, quia si † resignans decederet ante præstationem consensus in Cancellaria, certè beneficium per obitum eius vacaret,
7 & nō per resignationem. Item ibi tractatur de † acto reuocatorio alterius, & tunc oportet, quòd ille sit æquè perfectus vt prior. & hic solum tractatur de mutanda voluntate, licèt illa non sit potens ad reuocan
8 dum primum, sed † sufficit, quòd sit mutata, ita vt procurator re integra ooo possit consentire & sit functus eius mandato.

EPITOME.

Comes Palatinus habens facultatem legitimandi absque præiudicio ascendentium & descendentium in legit ma eis debita potest legitimare stantib. filijs legitimis & naturalibus.

SVMMARIA.

1 *Potestas legitimandi Comiti Palatino vnde censeatur data quamuis expressè nil dicatur, sic vt ad legitimam admittu possint.*
2 *Exceptio firmat regulam, & facit vt comprehendat ea, quæ sui natura non posset.*

DECISIO XCIII.

Die 4. Februarij, 1544. in vna Rauenaten. coram D. Mehada no fuit resolutum, quòd Comes Pala
1 tinus quando habebat † facultatē legitimandi absq; tameo præiudicio ascendentiū & descendentium & eorum, de quorum successione ageretur, quoad prædictas successiones, si personę ipsæ ab intestato decederent, de iure admitti deberent io legitima duntaxat eisdem ascendentibus & descendentibus debita, posset legitimare stantibus filijs legitimis & naturalibus. Nam licèt dicatur, quòd talis potestas non veniat nisi expressè concedatur, vt per Paul. de Castr. in l. Gallus. §. quid si tantùm. io fin. ff. de lib. & posthum. Alexan. consil. 6. colum. 7. in 2. volum. Tamen dicebatur in casu isto ꝙ potestas talis erat data, ex quo dicebatur in casu oostro absque preiudicio ascendentiū &
2 descendentium. Nec obstat, quòd exceptio † licèt firmet regulam, tamen facit, quòd regula comprehendit ea, quæ aliàs de sui natora ooo comprehenderet, vt per Bar. in l. generaliter. §. vxori. ff. de vsufruct. legat. quia dicebatur quod hic non eramus in regula ex exceptione, sed potius in quadam concessione limitata & restricta, vt vix; Comes possit legitimare absque præiudicio descendentium. Item etiam dicebatur, quod exceptio esset inualida & oihil operaretur, vt per Deci. in l. 1. ff. de regul. ioris item quod exceptio declarabat regulam.

EPITOME.

Data parua & consensus resignandi absque signatura Papæ non perficit resignationem: & data inspicitur à tempore supplicationis signatæ non autem porrectæ Bald. Paul. de Castr. in l. 1. C. vt lite penden.

SVMMARIA.

1 *Episcopi obitus non inducit iuris vacationem ex eius persona, si illo moriente cōsensus tantùm sit præstitus & data parua. & nu. 3.*
2 *Signatura Papæ perficit resignationem.*
4 *Resignatario si non quæratur ius non abdicatur a resignā te.*
5 *Signatura retrotrahitur ad tempus datæ, si supplicatio reperiatur tempore datæ signata.*

DECISIO XCIIII.

In vna Calaguritan. præstimonij de Palatios, in qua Gundissaluus Martinez, postquam obtinuerat sententiam priuatoriam contra ipsum ob non solutionem pensionis, & postea concordauerat cum eius procuratore cedendo liti, iuri, & causę. Et Episcopus promittebat soluere pensiones decursas, & pro decurrendis promiserat dare cautionem Banchariam: & fuit per resignatione tantùm erat capta parua data & præstitus consensus, & posita in manibus Ioannis de Anguiano: & præsupponebatur, quòd pro parte Episco
1 pi erant omnia adimpleta. Dubitaui ego, † ex quo Episcopus decessit antequàm supplicatio esset signata, an dicta parua data & consensus Gundissalui perficeret resignationem absque signatura Papę, ita vt per obitum Episcopi diceretur ius ex persona eius vacare. Et quarta Februarij, 1544 fuit resolutum, quòd
2 non esset perfecta ex his resignatio: quia † signatura Papæ perficit resignationem, Cassad. de resignation. quæst. 184 num Rota in antiq. decisi. 852. & per Modern. in materia de constitution. vnde cùm resignatio non esset per Papam in fauorem Episcopi admissa,
3 † non poterat dici ius ex persona eius vacare. Et quia
4 resignatio erat in fauorem Episcopi, † si Episcopo non esset ius quæsitum, per consequens nec etiam Gū
5 dissaluus abdicat. Non obstat, quòd signatura † retro trahatur ad tempus datæ: quia respondebatur, quòd illud [illegible] verum, si supplicatio reperiretur signata tē pore [illegible] non admitteretur probatio in contrariū: Sed quia cō[illegible], quòd tempore obitus supplicatio nō erat signata, nō poterat dici, quòd ius Episcopo esset quæsitū, & sic non poterat dici per eius obitū vacare.

EPITOME.

Stante publica voce & fama impedimenti publicitas matrimonij non excusat contrahentes à mala fide.

SVMMARIA.

1 *Matrimonij publicitas an excuset à mala fide mulierem cū eo contrahentem, de quo fama est cum alteram duxisse & nu 4.*
2 *Præsumptio affinitatis inter coniunctos tollitur per publicationem matrimonij.*
6 *Ignorantia affinitatis præsumitur in publicè contrahentib.*

DECISIO XCV.

In causa Toletan. pro Comite Pugnarostero con
1 tra Beatricem, qoarta Februarij, 1544. fuit resolutum, coram Domino Fabio, quòd† stante fama publica de collusiooe sententiæ, quòd publicitas matrimonij non excusaret Beatricem à mala fide, vt per Innoceo. in c. final. versic. sed quòd si publicè. & ibi Ioannes Andr. colum. penultim. & per Anchar. colum. penultim. versicul. 3. principaliter quæro. & ibi Præpo si. colum. 3. in fio. cum sequen. de clandestin. despons. & Deci. consil. 154. Non obstat consil. Ias. 156. colum.
2 4. dum † vult præsūptionē sequutæ affinitatis ioter con-

coniunctos tolli per publicationem: Et quòd præsumi
3 tur † ignorantia affinitatis in publicè contrahentibus & idem videtur dicere Deci. in consil. 166. ita etiam est
4 dicendum in casu nostro, vt quia † matrimonium publicè esset contractum, tolleretur illa præsumptio, quæ ex fama oriebatur: quia respondebatur, ex mente Innoc. in d. c. final. in d. versicul. & quòd si publicè. vbi dicit, quòd publicatio benè operatur respectu aliorum impedimentorum, ex quo eramus in impedimento proueniēte ex fama publica, in quo habebamus doctrinas claras: dicta consilia non faciebant ad propositum.

EPITOME.

Excommunicatio etiamsi sit nulla, potest tamen peti absolutio ad cautelam.

DECISIO XCVI.

Die 8. Februarij 1544. in vna Toletan. pensionia coram D. Mohedano fuit dictum, quòd licèt excommunicatio sit nulla, potest tamen excommunicatus petere absolutionem ad cautelam, vt Rot. decis. 456. in fin. in nou. quia quod dicitur de nullitate, est in fauorē excommunicati: & ideò si excommunicatus non vult dicere de nullitate, sed petere absolutionem ad cautelam potest, maximè cum præiudicio non fateatur se excommunicatum, vt Dd. in l. decem. ff. de verbor. oblig. & talis absolutio per iudicem dari ex officio potest, c. cùm contingat. de off. dele. vbi Hostien. & Doctor.

EPITOME.

Reseruatio pensionis super fructibus beneficij, super quo erat regressus, non facta mentione de eo, an sit ab initio nulla, vel veniat annullanda.

SVMMARIA.

1 *Reseruatio an tacito regressu sit subreptitia, & nulla.*
2 *Pensionem ex regressu nunquam concedit signatura.*
3 *De iure ad rem mentio fieri debet.*
4 *Subreptio prima non sanatur ex legitimo actu superueniente.*
5 *Pensio ritè ex mente resignantis si nō sit reseruata, an nulla sit an verò annullanda veniat.*
6 *Subreptio fieri non dicitur, nisi in casibus à iure expressis.*
7 *Futura quænam non inducant subreptionem.*

DECISIO XCVII.

Episcopus Balneogertē. Solis nuncupatus resignauerat Canonicatum & præbendam Ecclesiæ Toletan. in fauorem Io. de Lerua, reseruatis sibi validè infra dictis, & non alijs: & Ioannes consenserat reseruationi pensionis 100. ducat. super fructibus parochialis de Barcha, quam obtinebat, sed ad dictam parochialem habebat regressum Cardinalis S. Crucis. Dubitauimus ego bis, videlicet die 4. & 8. Februarij 1544. in vna
1 Toletan. pensionis, † an talis reseruatio pensionis erat subreptitia: & dicebatur, quòd ex quo non fecerat mē tionem de regressu, ergo esset nulla, adnot. in c. super literis. cū alijs, de rescrip. maximè arguebatur ista subreptio ex communi vsu signaturæ, qui attendendus est, Felin. in c. superbua. col. 5. vers. exponenda sunt, de rescrip.
2 Nam † signatura nunquàm concederet pensionem ex regressu grauando successorea sine eorum consensu expresso, quando successores haberent regressum: & non est dubium, quòd † de iure ad rem debeat
3 fieri mentio, Felin. in cap. in nostra. col. 4. versic. de iure ad rem. & vers. limita tamen prædicta. de rescript. sicut de electione & præsentatione, ad decis. Rot. 17. de præben. in nou. Non obstat, quòd Cardinalis habens regressum si post biduum huiusmodi reseruationi nō opposuerit, nec vnquam nec hodie defunctus opponere non posset: quia † surreptio prima non sanatur ex
4 actu superueniente, ad not. per gloss. Innoc. in c. cum dic. & ibi per Abb. col. antepenult. de re iudicat. & facit c. si ex tempore. de rescript. in 6. & quando pensio † nō
5 esset nulla, satis erat, quod poterat annullari, ita vt non diceretur satisfactū menti Episcopi resignantis, volentis, quòd pensio transiret ad successores validè, & tamē quoad successorea non erat validè reseruata: quia eis volentibus beneficium grauari non poterat. Tamen istis non obstantibus Domini inclinarunt dicta die in contrarium, videlicet quòd reseruatio pensionis stante regressu, licèt ab initio esset valida, annullanda tamen esset in euentum accessus. Et fuit dictum, quod hoc expressè tenebat Gig. in tracta. pensio. q. 47. vbi ad propositum multa allegat. Non obstat id, quod dicit
6 de surreptione: quia † non dicitur surreptio, nisi in casibus à iure expressis, ad glos. in Clem. 1. de præben. Felin. ad c. in nostra. in 3. correl. de rescript. & cùm resolutio pensionis pendeat ab incerto futuro euentu, &
7 † futura habentia adesse, & non esse, non inducunt surreptionem, secundum Felin. in dic. c. in nostra. in 7. correll. de rescript. & facit id, quod dicit Sarnen. in regul. de infirm. res. & Cassad. decis. 16. de præbend. & ex hoc respondebatur ad id, quod dicebatur de successione, & quo ad illud non erat valida, quia dicebatur, quòd id incertum erat propter dubium mortis euentum, item an habens regessum velit locum esse regressui tali. Tamen ista decisio non fuit firmata: fuit tamen dictum, vt iterum informaretur.

EPITOME.

Licèt coadiutoria expiret, non tamen expirat pars prouisionis in ea contenta.

DECISIO XCVIII.

In vna Toletan. Archipresbyteratus de Madrid. coram Do. Ioan. Paulo 8. Februarij 1544. in qua erat coadiutoria, & Papa in ea dicebat quòd coadiutoria valeret, etiam quòd Claudius non indigeret coadiutoria: nec literæ coadiutoriæ intimatæ forent. Postea dabatur coadiutori successio: Dubitatum fuit, an ex quo coadiutoria non valuit, & non fuit sortita effectū ex eo, quod coadiutus obijt, antequàm coadiutor de coadiutoria fuisset certificatus, an ita rueret etiam illa successio, & sic pars prouisina coadiutoris. Et pro parte affirmatiua dicebatur, quòd ex quo illa successio venit accessoriè, deficiēte principali etiam omnia accessus corrueret. Fuit tamen resolutū contrariū: quia erant duæ gratiæ in fauorem coadiuti: & illa erat extincta per obitum illius, & altera in fauorem coadiutoris: & cum ista esset æquè principalis etiam im casu isto, in quo dicebatur, etiamsi coadiutor non intelligeret & quòd ista secunda gratia non dependens à prima non expiraret.

EPITOME.

Non est satis factum regulæ de annali, dicendo per plures annos possedit, quando possessor non est decennalis in ista causa etiam sic dictum, quòd annalis possessor ante impetrationem gaudeat regula de annali, vt per Sarnen in reg. de annali. q. 4a. n. fin: quia verba regulæ istum casum comprehendunt.

SVMMARIA.

1 *An in impetratione dicens priuatum plures annos possedisse cum decennalis sit possessor, sufficiat ad excusationē regulæ de annali,quæ vult, vt exprimatur quot annos priuatus possederit.*

2 *Dictio,Plures ad duo an solum extendatur, an etiam ad centum.& num. 3.*

DECISIO XCIX.

IN vna Barchinonen.Canonicatus,8.Februarij 1544.
1 fuit dictum, quod non † erat satisfactum regulæ de
annali,si ille,qui impetrauit beneficium possessum per
decennium, dicat in impetratione, quod obtinuerat
per priuationem, & priuatus per plures annos possede
rat: quia cum regula dicat, quod debet exprimere,
2 quot ann os possedit, ex dicto, † plures, verificatur
in duobus annis,vt per Bartol.in l. si gemina.ff.arbor.
furt.cæsar.non erat satisfactum regulæ:quia Papa difficilius concessisset, fuit posita causa iterum: Nam
3 licèt verbum, † plures, pluribus verificari possit.in plu
rib. vsque ad centum,vt per Albert.in dictionario suo
in verb.plura: tamen quia etiam verba poterant verificari, verba contra referentem erant capienda.& ad propositum videatur Alexan.in l.sæpe.col.2.de re iudic.vbi tractat de istis dictionibus.

EPITOME.

Consensus quando requiritur,& quando sufficiat tacitus.

SVMMARIA.

1 *Procurator si habeat mandatum ad renunciandum simpliciter,vel pro quacunque recompensa,an expressè non consentiens regressui accipiando ius cedentis qui non nisi reseruato regressu resignare volebat, tacitè consensisse videatur.& nu.8.*

2 *Acceptans ius aliquod præsumitur illud cum omnibus ei appositis conditionibus generalibus suscipere.*

3 *Priuilegium reuocans regressus sine consensu de expresso intelligitur,non autem tacito voluntario.*

4 *Consensus necessarius etiam tacitè interuenire potest,secus in voluntario,quem quis nō tenetur præstare,qui expressè tantùm interuenict.*

5 *Consensus formalis cùm de præiudicio agitur,nunquam sufficit.*

6 *Cum aliquid pro forma propter aliquem ex eo resultantem effectum requiritur satis est si per æquipollens adimpleatur.*

7 *Consensus verus inducitur ex patientia & longa taciturnitate,idemque operatur quod expressus.*

9 *Procurator præsumitur dominum de ea re certiorem fecisse propter quam constitutus erat.*

DECISIO C.

DIe 11. Februarij 1544. fuit resolutum in causa
Hispalen Caotoriæ coram me,quod non solum
1 mandatum Ioannis de Zamera esset sufficiens ad con
sentiendum regressui, ex † quo procurator habebat
mandatum ad renunciandum simpliciter,vel pro qua
cunque recompensa, & expresso vno casu requirente
mandatum speciale,vt est casus renunciationis, secundum Franc.in c.qui ad agendum. de procur in 6.Venit sub verbis generalibus omnis illius casus, etiam si in mandato esset dictum,quod posset omnia alia, quæ exigerent magis speciale mandatum: & hoc stante, dato,quod expressè non consensisset regressui: tamen acceptando ius Cardinalis cedentis,qui in eadē supplicatione,& in cedula,quam mittebat,nolebat resigna
re,nisi reseruato regressu,tacitè videbatur consentire,
iuxta ea quę dicit Ias. in l.contra iuris.§.fin.de pactis.
2 quod ille,qui acceptat † aliquod ius,videtur acceptare cum omnibus conditionibus generalibus in illa ap
3 positis.Nō obstat, quod priuilegium † cleri Hispaniarum reuocaret regressus sine consensu,& debebat in
telligi expressè, non autem tacitè,vt no. per Bald. in l.
26.voluntas.ff.solut.matrim.vnde cum illa acceptatio,
resultaret, tacitus consensus non poterat dici, nisi
quod esset regressus reuocatus quia respondebatur,
quod notata in dicto §. voluntas.procedebant respectu consensus ex sola patientia & taciturnitate prouenientis,prout Alex. & omnes in d.c.fin.in princip. & ibi Franciscus.versic.tene mentem.de indi.in 6.vbi nisi appareant indicia consensus, vt quia procuratorem adduceret,aduocatos instrueret,liti nō videatur quis consensisse:faciunt quæ ponit Purpur. in l.fin.col. 11. in fin.vers. vt tales consensus.ff.de pact.Et not in d.§. voluntas. procedunt in consensu voluntario, quem
quis non tenebatur præstare: † secus tamen est in ne-
4 cessario,prout est in cessione & promissione limitata,
que non potest acceptari nisi necessario omnia acceptentur,& tunc etiam patientia & taciturnitas operantur consensum requisitum,l. 2. C.de acquir.possess.cū alijs, de quibus in l. quæ dotis. sol. matr. Accedit,
† quia quando consensus requiritur illius, de cuius
5 præiudicio agitur,nunquam etiam intelligitur forma
lis,vt Innoc.& Alex.in l.si quis bona.§.sursum. ff. de
acquir.hered.post Bald. in l. 1. in vlt. chart. vers. quia
6 admitti.Et quando † aliquid requiritur propter ali-
quem effectum ex eo resultantem, & requiritur pro
forma sufficit adimplere per æquipollens considerando effectum.per Alex.post alios in §.& quid si tantum
7 Item † patientia & diuturna taciturnitas inducit ve-
rum consensum,& idem operatur quod expressus,Ias.
in l. quę doti. ff.solut.matrim in 11. causa.Non obstat
8 quod † negaretur scientia & notitia principalis, quia
respondebatur, quod constabat de mandato & quod
6 procurator sciuit: & † præsumebatur certiorasse eum
de concordia propter quam faciendam constitutus erat procurator, ex his que tradit Roman. consil. 480.

SVMMARIA.

1 *Probatio vera & plena ex iuris dispositione resultans non tollitur facile per coniecturas.*

2 *Probatio vna præsumpta tollitur per aliam præsumptam.*

3 *Probationes mille possunt in antiquis ad probandum coniungi.*

DECISIO CI.

IN causa Toletan.decimarū de Crepancolos 15.Februarij 1533.fuit dictū,quod informaretur, an ex eo quod ꝓbatur,qood terminus de Locas erat in termino de compacuellos & hoc diceretur de re vera & non pręsumpta quòd esset in parochia de Compacuellos:quia si verum erat,quod esset in ista parrochia,tūc
1 dicebatur qood difficile videbatur quod vera & ple-
na probatio ex iuris dispositione resultans tolleretur
per coniecturas & iudicia, quæ de per se nec plenè
2 nec semiplene probant:si aotem † erat præsumpta,
tunc vna præsumptio tollitur per aliam: & per maiores præsumptiones videbantur esse illæ qui militabant pro Ecclesia de Eputinas ex tot adminiculis
resultantibus. Item quia dicebatur, † quòd ex eo,
3 quod eramus in antiquis, mille præsumptiones
etiam

etiam imperfectę,ad probandum coniungi poterant.
Fuit dictum,quòd in casu nostro informaretur , an in
casu nostro essemus in antiquis,ita vt plures imperfe-
ctæ cnniungi possent ad plenè probandum.

EPITOME.

Decisio Bisignc.2.de concessioo.præbend ooseruata.

DECISIO CII.

LIcèt Staphil.in tracta.de lit.grat.fol.68.pag.2 .se-
quatur decis.Bisignet.2.de concess.præben.repro
bata,decis. 291. in nou.tamen Domini 15. Februarij,
1544.coram D.Prospero noluerunt sequi dictam de
cis.1.sed sequuti fuerunt dictam decis. 397. in nou.&
decis.288.& 327. in antiq.cum sint posteriores. Itē est
contra opinionem omnium in c.deliberatione.§.fi.de
offic.deleg. in 6. qui vno ore sequuntur opininnē gl.
ibi dicentis, quòd Episcopus non potest.& ibi Domi
nic.& Franc.reprobant dictam decis.Bisignet.& cons.
Oldrad.77.& omnes in tit.de concess.prębend.

EPITOME.

Matrimonium probatur per diuturnam cohabitatiooem,
famam,& tractatum maritalem.

DECISIO CIII.

FVit dictum in vna Venetiarum coram D.Mohed.
15.Februarij,1544.quòd diuturna cnhabitatio,vt
erat in casu illo decem annorum,communis famæ re-
putatio,&tractatus maritalis probarent matrimoniū,
per tex.in c.illud.& ibi Abb.in 4.col. ver.ego credn.
cum sequen.col.de præsumption.& tantò magis in ca
su illo non agebatur de fœdere matrimonij,sed ad ef-
fectum legitimationis,ad quem effectum sola cohabi
tatio sufficit,vt per Fel.in d.c.illud.col.fi.circa fin.

EPITOME.

Aliud est appellare verbaliter,& scripturam conficere, aliud
in scriptis appellare.

SVMMARIVM.

1 *Notarius facit fidem de appellatione.*

DECISIO CIIII.

IN vna S.Carthaginen. Catharinę coram D.Mohe-
dano,in qua fuerunt intimatæ executoriales die 10.
contra quendam citatum per edictum, fuerat proces-
sum:& die ipsa 16.appellauit,&factus contumax à die
notitiæ dicendo,appellat , quòd appellationem suam
redigeret in scriptis.Fuit resolutū 16.Februarij,1544.
quòd talis appellatio non esset bona:quia aliud est,ꝙ
appellatio verbalis redigatur in scriptis , aliud quòd
cùm teneatur appellare in scriptis,ex quo in ipso actu
non appellauerat,vt in l. s.in fin.& l.à sciencia.§.fi.de
appellat. tenebatur cedulam appellationis in scriptis
dare, & ita determinat Franc. in c. s. in princip.col.
1 fin. vers.a. aduerte. de appellat.in 6.non obstat decis.
Egid.15.quia†Notarius benè facit fidem de appellatio
ne,sed non est legitimè interposita.

EPITOME.

Decretum processus per audientiam potest alio tempore
repeti, & sustinetur sententia, dato , quòd probatur præsentia
medio tempore.

SVMMARIVM.

1 *Abesse,aut in actis non comparere,paria sunt.*

DECISIO CV.

IN vna Salamantin.Capellaniæ Chori coram me 17.
Februarij 1544.fuit dictū,quòd Didacus Vasquez,
qui anno 1534.docto de absentia Antonij Vega obti-
nuit decerni processum per audientiam,& nihil aliud
facit. Posteà de anno 1538. repetito eodem decreto
processus obtinuit sententiam,quòd processus & sen-
tentia valerent,dato, quòd Antonius de anno 1537.&
38.esset in vrbe, ex quo non probabatur scientia Di-
daci , & quòd Antonius debebat in actis comparere:
1 quia paria†sunt abesse,vel in actis non comparere, &
hoc prn validitate actus.

EPITOME.

Fatalia secondæ sententiæ an sint decursa stante nullitate
tertiæ sententiæ.

SVMMARIA.

1 *Sententia tertia cùm est nulla,an secunda ob decursum fa-*
talium transeat in rem iudicatam & nu.3.
2 *Sententia cùm est nulla,si ab eo, contra quem fertur,causa*
nullitatis committatur, fatalia pendente hoc iudicio non
currunt in casu appellationis.
4 *Fatalia currunt , cum non est a sententia nullitate appel-*
latum.

DECISIO CVI.

IN vna Rnma.Scomissę,quam proposui 20.Februa-
1 rij,1544.in qua†erant latæ tres sentētię &tertia erat
nulla,dicebat ille,pro quo erant latæ,quòd si tertia e-
rat nulla,quòd secunda transiuerat in rem iudicatam,
ex eo quia fatalia erant decursa.Replicabatur,ꝙ sen-
tentia erat lata infra fatalia , ꝙ si iudex nulliter pro-
nūciauerat , impedimentum iudicis debebat excusari
2 à lapsu fatalium.Dixerunt Domini,ꝙ†si lata senten-
tia esset nulla,& ille,contra quem fuerat lata statim di
xisset de nullitate,itaq; causam nullitatis commisisset
tunc pendente iudicio nullitatis in casu appellationi-
fatalia non currunt,vt per Bald.in l.maiores.C.de ina
3 offic.testam.& tunc verum esset dicere, †ꝙ sententia
non transisset in rem iudicatam:secùs est quando non
4 commisit causam nullitatis: † quia cùm tunc videtur
stare per eum,est imputandum est,qui non procurauit
validam sententiam habere,& ideò fatalia currunt. fa
cit,quod dicit Alex.consi. 59.viso titulo. col.2.versi.
his hic præsuppositis.& per totam illam col.vol.4.

EPITOME.

An procurator substitutus in causa pendente inter Marti-
num & Franciscum,sit substitutus in causa pendente inter sur-
rogatooem Martini & Francisci.

SVMMARIA.

1 *Procurator substitutus in causa,non tenetur surrogato re-*
spondere,sed nouum requiritur mandatum, & principalis
domini citatio.& nu.3.
2 *Procurator potest agere cum surrogato, si lis post mortem*
alterius sustineatur cum altero ex collitigantibus

DECISIO CVII.

IN vna Astoricen.de Cubo,coram me die 3.Martij,
1544.in qua Martinus Romanus commiserat cau-

ſam contra Franciſcum Aluarez,literis non confectis
cum derogatione regulę, dum tamen ante terminum
ad articulandum : & obtinuit decerni citationem,in
qua cóparuit Georgius procurator Franciſci, & ſub-
ſtituit in cauſa huiuſmodi pendente inter Martinum
& Franciſcum Gometium cum quo Gometio Marti
nus aliquos terminos ſeruauit ante terminum tantum
ad articulandum. Poſteà Martinus ceſsit in fauorem
Melchioris de Hotrea , qui fuit ſurrogatus ad proſe-
quutionem litis & cauſæ in eo ſtatu &terminis,in qui-
bus erat Martinus:& poſteà Melchior ante expeditio
nem literarum ſeruauit terminum ad articulandum
benę:& poſteà expediuit cómiſsionem ſanatoriam,in
qua dicebatur parte legitimè citata. Vnde Melchior
citauit Gometium procuratorem ſubſtitutum , qui
1 Gometius dicebat,† quòd ipſe non erat procurator in
ipſa cauſa:quia licèt eſſet ſubſtitutus in cauſa,non ta-
men pendente de ſurrogato iudicio,per deciſ.Rot.13.
& vltimam.in tit.de procur.in nou. Ex aduerſo dice-
batur , ꝙ immò eſſet procurator, per deciſ.Rot.440.
in no.fuit reſponſum ad dictam deciſ. quòd illa pro-
2 cedit,quando lis † poſt mortem alterius ſuſtinetur in
altero ex collitigantibus,vt erat in caſu illius deciſio.
3 440.In caſu noſtro,quia Martinus† ceſsit in fauorem
Melchioris , & Melchior ſeruauit terminum ad arti-
culandum , vnde emanauerat communis iuriſdictio,
ita ꝙ non poterat dici ſurrogatus in lite & cauſa,quæ
nõ erat:& ideò erat neceſſarium, quod de nouo prin-
cipalem citaret:quia mãdatum Gometij expirauerat.

EPITOME.

Sicut concordata tollunt coadiutorias,ita etiam indulta.

SVMMARIA.

1 *Concordata vt ſunt fauorabilia , & latè interpretanda ita & indulta.*
2 *Coadiutoria habet vim reſignationis propter conſenſum illius,qui conſentit coadiutoriæ.*
3 *Coadiutoria quando non operetur reſignationem.*

DECISIO CVIII.

IN vna Toletan. Archidiaconatus de Madrid,die 3.
Martij, 1544.Domini inclinarunt, quòd ſicut con
cordata tollunt coadiutorias,prout dicit Caſſad.deci.
1.de pact.ita & indulta Cardinalium,quia ſimilia ver-
1 ba ſunt in indultis:& ſicut† concordata ſunt fauorabi
lia, & latè contra præcedentem interpretanda,ita &
indulta,cùm imò æquiparentur , vt per Caſſad.deciſ.
2 4.de priuil.Non obſtat , quod † coadiutoria haberet
vim reſignationis propter conſenſum illius conſen-
tientis coadiutoriæ,iux.gloſſ.in c.beneficium. in ver.
aſſenſus.de reg.iur.in 6.quia dicebatur,quòd iſtud ni
hil erat , ex quo in caſu illius c.ille conſenſus ſtatim
3 operabatur effectum ſententiæ , † & hic erat contra-
riũ:quia nollebat dimittere beneficium,niſi poſt mor
tem,& in vita illud tenere volebat.

EPITOME.

Proceſſus cum procuratore reuocato an teneat.

SVMMARIA.

1 *Proceſſus factus cum procuratore reuocato poſt litem conteſtatam aduerſario non contradicente , ſed reuocationem acceptante non valeat.*
2 *Proceſſus per contradictas factus tenet.*
3 *Conſentire videtur qui cùm poſsit non contradicit.*

DECISIO CIX.

DIxerunt Domini tertia Martij,1544.in vna Tole-
tan.redditionis adminiſtrationis bonorum coram
1 D.Ioan.Paulo,quòd † proceſſus factus cum procura-
tore reuocato poſt litem conteſtatem non contradi-
cente aduerſario,& reuocationem acceptante non va
leret, ſed procedendum erat per contradictas: prout
erat in caſu illo,in quo procurator poſt litem conte-
ſtatam fuit reuocatus,& non contradicebat,& aduer-
ſarius proceſsit per contradictas,& ſic tacitè talem re-
2 uocationem acceptauit.Fuit dictum,quòd † proceſſus
per contradictas tenet, per glo.in c.qui quis.in verb.
ipſo volente.vbi Franc.de procur.& not.omnes poſt
glo.in c.mandati.de procur.& in l.omnia. §.1.de pro-
curat.Felin.in c.ex parte Decani.col.pen.verſ.poſtre-
3 mò ſcias.de reſcript.& quòd non† contradicens dici-
tur conſentire,vt declarant omnes poſt gloſſ.ibi in l.
ſilueſtri.ff.de procu.& Pau.de Caſt.in l.ante litem.col.
1.ff.de procu. Felin.in d.c.ex parte Decani.col.penul.
verſ.poſtremò facias, quia cum procuratore ſit onus.
l.ſi qui procurant.C.de edend.& tenetur ad expenſas,
Rota in nou.deciſ.21.in reuocatione potius agitur de
eius commodo,quàm de damno,quo caſu tacens re-
gulariter conſentit,vulgari reg.qui tacet.&c.

SVMMARIA.

Quod ſufficeret reuocatio apud acta,etiam quòd non inti-
maretur poſt litem conteſtatam.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio tenet indiſtinctè in præiudicium reuocantis.*

DECISIO CX.

ET quòd ex quo reuocatio erat apud acta, ꝙ non
requirebatur intimatio , ſed ſcientia eius præſu-
matur,vt dicit Paul.de Caſtr.in l.1.col.2.C.de ſatiſda.
1 Item quòd reuocatio† in præiudicium reuocantis in-
diſtinctè tenet,not.gloſſ.in d.c.quamuis.in verb.reuo
cari.& Abb.in c.mandato.in 1.not.de procur.&deciſ.
571.in antiq.Paul.de Caſtr.in l.procuratorem. col.2.
ff.de procur.Felin.in c.ex parte.verſ.dicit.de reſcr.l.1.
C.de ſatiſdat.

EPITOME.

Quæ cauſa fuerit conſiderata ſufficiens ad legitimandum.

SVMMARIA.

1 *Legitima habet vim diſpenſationis.*
2 *Diſpenſatio, in qua vulneratur ius publicum,requirit cauſam neceſſariam & vtilem publicam.*
3 *Legitimatio,in qua vulneratur ius priuatum patris & filiorum,requirit neceſſitatem & vtilitatem priuatam.*
4 *Cauſa ſufficiens legitimationis quæ ſit.*
5 *Legitimatione ius agnationis acquiritur.*
6 *Patris ſola voluntas ſufficit pro ſufficienti legitimationis cauſa.*

DECISIO CXI.

IN vna Rauennaten.legitimationis,coram Do.Mo-
1 hedano 3.Martij,1544.fuit dictum,quòd† licèt legi-
timatio haberet vim diſpenſationis , & in ea requira-
tur cauſa , maximè in inferiore legitimante , vt dicit
Anto.de Butrio.in c.per venerabilem.colu.2.Tamen
2 quòd licèt †in diſpenſatione , in qua vulneratur ius
publicum, requiratur cauſa neceſsitatis vel vtilitatis
publicæ

publicæ & conueniens,prout dicit tex. in c.in requi-
3 sitis.& ibi Cardin.&c. tali.in q.7. tamen in† legitima,
in qua tantum vulneratur ius priuatum,putà patris &
filiorum,quod sufficeret causa necessitatis vel vtilita
tis priuatæ:&nihilominus æquiparatur adoptioni siue
arrogationi,in qua vtilitas priuata consideratur,vt in
§.cùm impuberes. Instit.de adopt.& hoc stante fuit
4 dictum †quòd causa sufficiens esset illa in legitima ap-
posita,in qua pater dixit legitimatum esse bonæ famę
& conditionis,morigerum,&non dissipatorē.Et pro
primis duobus dicebatur,quòd hoc innuebat Ancha.
consi.14.& cons.576.pro resolutione.col.pen.vers.&
cum ista dispensatio facta. Et quòd ista causa bonæ fa
mæ,vel conditionis,vel bonorum morum esset suffi-
ciens & causa particularis,non autem generalis,tenet
Corn.consi.1.num.17.vol.3.Item vltra istas pondera-
batur,dum dicebatur,quòd non erat dissipator.Nam
ista causa poterat continere vtilitatem filiorum.Nam
cùm iste non dissiparet,poterat dato principio,multa
5 cumulare : & †cùm per legitimationem acquirantur
iura agnationis,postcà filij possent ei succedere.Dice-
6 batur etiam , †quòd sola voluntas patris sufficit pro
causa,prout ita dicit Alex.consi.188.col.pen.vers.non
obstat argumentum.vol.5.Ias.consi. 40.col.pen,vers.
2.nota.vol.3.Socin.cons.6.nu.37.& 00.

EPITOME.

Pactum,de quo hic,an fuit iudicatum validum.

SVMMARIA.

1 *Pactum de succedendo in re particulari, si quis sine filiis moriatur an valeat.*
2 *Pactum in rem & non in personam conceptum non tenet, siue de tota hæredit ate,siue de parte agatur.*

DECISIO CXII.

COmes hæres institutus à Ioann.Baptista de Petru-
ciis timens litem sibi inferri per fratres defuncti,
1 transegit cum Augustino, vt in loco tertiæ portionis
daretur sibi quoddam podere , & illa tertia pars re-
maneret penes Augustinum,ita vt teneretur oneribus
hæreditariis. Et quia in transactione erat appositum
pactum , quòd si Comes moreretur sine filiis,portio
hæreditatis Ioan.Baptistæ, in qua ipse comes succes-
serat,perueniret in filios dicti Augustini:Dubitaui e-
go 12.Martij 1544.quia tale pactum erat de re parti-
culari,an valeret.Et pro parte negatiua,quòd non va-
2 leret,dicebatur,quòd †verba pacti erant concepta in
rem , & non in personam, & ideò non valeret, iuxta
consi. Barto.123.promitto.de quo per Curt.Iun.con.
15.quæ distinctio habet locum siue agatur de tota hę
reditate siue quarta,Alexand.in l.stipulatio hoc modo
concepta.de verbor. obligat. & Curt. in d.consil.15.
Immò & quando agitur de particulari habet locum
dicta distinctio,vt per Purpur.in l.fin.col.pen.versic.
aliam cautelam.

SVMMARIA.

1 *Pactum de successione in bona , quæ ab altero obuenerunt, vt quoque ad filios paciscētis deueniāt,an valeat.& nu.3.*
2 *Pactum de re hæreditaria particulari,vt paciscens quoque ad onera hæreditatis teneatur,valet.& nu. 5.*
4 *Pactum de futuro successore quando teneat.*
6 *Pactum cum tertij consensu factum valet,donec tertius in illa voluntate persliterit.*
7 *Pactum de succedendo sic valet , vt quando tertius velit, pœnitere possit in futurum , quamuis de præsenti transa-ctum sit.*

DECISIO CXIII.

ITerum dubitaui in eadem 13.Martij,1544.hoc mo-
1 do,an† pactum,quod in euentum.in quem Christo-
phorus siue Comes decederet sine filiis portio hære-
ditatis Io.Baptistę deueniat ad filios Augustini, & sit
validum. Et fuit resolutum per omnes, quòd valeret:
2 quia licèt† esset pactum de portione hæreditatis Ioā.
Baptistę,tamen quod pactū esset de re particulari,quia
istud dicit Bart.in l.cùm filius.§.Lucio.ff.de legat.2.
Tamen quia posteà post istam transactionē erat con-
uentum inter Comitem & Augustinum,vt pro illa ter
tia parte Augustinus traderet sibi vnum podere,& Au
gustinus teneretur ad onera hæreditaria. Et ideò
3 †cùm pactum esset de re particulari,non attendendo
per quæ verba sit concepta conuentio , valet tale pa-
ctum,prout latè consuluit Paris. qui omninò videa-
tur cons.26.ex tenore.nu.889.cum plurib.seq.vol.2.
4 Item fuit dictum,quòd isto casu istud pactum† venie-
bat in consequentiam præcedentis contractus pręam
buli, videlicèt transactionis & recessus à lite : quo
casu tale pactum de futuro successore est validum,se-
cundum Bar.in l.fi.vers.aduerte tamen.& ibi Ias.in 3.
col.ver.limita. C.de pact. fuit resolutum cum distin-
ctione,quòd aut pactum fuit de hęreditate certa intra
duos , quia forsan vnus eorum habet spem ad succes-
sionem,& tunc siue fiat de hæreditate tota,siue quota
seu de re particulari, tale pactum non valet:& ita lo-
quitur Purpur.in d.l.fi.per authoritates superius alle
gatas.Tamen aduerte,ꝙ contra hoc membrum distin
ctionis,facit,quod dicit idem Purpur.in l.pactū quod
dotale.col.fi.vers.& hic declarat. C.de pact.aut verò
5 †cùm sit pactū pro re particulari propria , vt in casu
nostro,& tunc valet tale pactū: quia non inducit vo-
tum captandæ partis. & fuit dictum , ꝙ istud tenebat
Alex.cons.28.vol.3.per cōs.184.sed aduerte,quod isti
non dicunt istud membrum procedere,quando pactū
de præsenti teneret. Vnde quando est pactum conti-
nens successionem in futurum,vt est istud,& sicut hæ
reditas tota non potest dari,sic etiam pars eius nō po-
terat:quia non videtur maior ratio in vno,quàm in a-
6 lio. Et sicut in terminis legis fit,† quando tertius con
sentit,valet pactum, quādiu ille tertius persistit in illa
voluntate:ita etiam in casu nostro valet,quando Co-
7 mes† persistit in illa voluntate,ex qua est pactū appo-
sitū successionis. Et sic habet tractū in futurū,vt pœ-
nitere possit.itaq; pro ista decis.siue resolutione facta
nihil melius facit, quā dictū Azonis relatū per Clau.
in d.l.fi.col.pen.C.de pac.quod vide si possit dici , ꝙ
Azo,si videatur in frōte loquitur,quando pactum est
conceptū in personā: quia Azo dicit,vt caueat da tu-
rū,de quo ad eum peruenit de bonis,quæ fuerunt præ
decessoris viuētis,nominando mortuū,cuius fuerunt,
& subiiciendo personæ viuenti,cuius sunt:& sic vide
ꝙ ista verba valent de pręsenti : quod autem habent
tractum in futurum,prout sunt verba nostra.

EPITOME.

Assertio benemeritorum facta per Comitem Palatinum le-
gitimantem probat.

SVMMARIVM.

1 *Meritorum assertio inter priuatos non probat , secus inter eos qui in dignitate sunt.*

DECISIO CXIIII.

DIctum fuit in vna Rauennaten.legitimationis,co
ram Do. Rauellen.13. Martij, 1544.quòd licèt
1 †inter priuatos assertio meritorum nõ probet,tamen
quòd istud fallit in Comite Palatino legitimante ali-
quem in asserendo,quòd propter merita collata in pa
trem & filios, dum tamen assertio meritorum fieret
per ipsum Comitem, probaret, per ea quæ dicit Ias.
cons.229.col.9.vers.2.& cons.101.col.4.in fin. vol.4.

EPITOME.

Protestatione præseruatur quasi possessio conferendi in cau sa,de qua hic.

SVMMARIA.

1 *Collationis quasi possessio ex collationibus à Capitulo factis quæsita,an vicario Archiepiscopi conferente post aliquos annos interrũpatur,an verò protestatione præseruetur.*
2 *Protestatio contraria facto vitiatur.*
3 *Protestatio,dum tamen iuribus suis non præiudicetur,compatitur cum facto,& non est ei contraria.*

DECISIO CXV.

IN causa Mediolaoen. Canoniratus pro D.Bernar-
dino de la Croce contra Andream Corninum, in
1 qua 14.Martij,1543.dedi dubium,an†quasi possessio
conferendi, ex collatiooibus factis ab anno 1512. per
Capitulum quæsita sit interrupta per collationem fa-
ctam de anno 1528.Et fuit resolutum,quòd ex quo il
la collatio facta à Virario Archiepiscopi erat de fa-
miliari Cardinalis, & sic de beneficio reseruato. Et
quia capitulum in admissione admisit illum sine præ-
iudicio quorumcũque iurium suorum,quòd illa pro-
testatio præseruasset ius Capituli.Nec obstat,quod di
2 cebatur, †quòd protestatio erat contraria facto,& i-
deò vitiabatur:quia respoodetur,quòd immò sic com
patiebatur, quia videos quòd erat de familiari, siue
per obitum familiaris facta prouisio, Capitulum vo-
3 luit admittere,†dum tamen non præiudicaret iuribus
suis:Et illa protestatio non dicitur contraria facto,
quando compatitur se cum illo, vt post alios ponit
Ripa in c.cùm in.col.7.de constit.

EPITOME.

Administratio Ecclesiæ Zamoren. nec cessauit per electio-nem ad eandem,nec per ascensionem ad Oueten.

SVMMARIA.

1 *Vacatio beneficiorum & aliorum iurium obtentorum, vt per priuationem inducatur non sola electio sufficit,sed requiritur & confirmatio & possessio.*
2 *Nominatus ante prouisionem nullum ius habet in Hispania.*

DECISIO CXVI.

DIe14.Martij,1544. fuit resolutum in vna Zamo-
ren. parochialis,coram D.Aquen.quòd admini-
stratio Ecclesiæ Zamorẽ.non cessaret per electionem
1 ad eaodem:quia vt inducatur†per priuationem bene-
ficiorum & aliorum iurium obtentorum vacatio, re-
quiritur nedum electio.sed etiam confirmatio, posses
sio,& consecutio r. cùm io cunctis. §.cùm electus. de
electio. Nec obstat dictum collectoris in c. Ecclesia
vestra.circa prin.versi.quid de questiooe facti de ele-
ction.quia si benè videatur,non dicit contrariũ,quod
dicit Inno.in c.cùm tu.col.1.& tantò magis istud fuit
2 decisom†in fratribus Hispaniæ,vbi cùm cesset electio
& viget ibi nomioatio,ita vt oominatus ante prouisio
nem nullũ ius habeat ad quod facit,quod dicit Abb.
in c.nihil.de electio.

SVMMARIA.

1 *Ascensio vnius Ecclesiæ ad aliam non inducit cessationem prioris.*
2 *Episcopus vnus potest duas Ecclesias Cathedrales administrare.*
3 *Officia & procurationes,quæ alterius vice geruntur,incompatibilitatem non inducunt,cùm non sunt perpetua.*

DECISIO CXVII.

1 EAdem die fuit dictum in ipsa causa, quòd†ascen-
sio à Zomorensi ecclesia non cessabat per ascen-
sionem ad ecclesiam Oueten. quia administrator est
vt procurator Ecclesiæ.c.deliberatione.de off.deleg.
2 lib.6.Et potest † vnus Episcopus duarũ Ecclesiarum
Cathedralium habere administrationem,vt per Gem.
in d.c.cùm non ignores.col.1.vers.vnius Episcopi.Et
3 procurationes†& officia,quæ alterius vice geruntur,
oon inducunt incompatibilitatem,cùm non siot per-
petuæ,prout de vicariatu declarat Abb.in c.de multo.
col.pen.de præben. versi. & per hoc soluitur quæstio
nunquid acceptante Episcopo vicariatum.vt de vice-
legatis tradit Oldrad.cons.277.col.7.Gemin.in c.de-
liberatione.col.2.& seq.de offic.deleg.lib.6.

EPITOME.

An Beatrix fuerit in probabili iuris errore,inactis his,de quibus in dubio.

SVMMARIA.

1 *Error iuris quando non excuset contrahentem matrimonium.& nu.10.*
2 *Fama & vox publica matrimonij contracti legitimum præstat contrahendi impedimentum.*
3 *Testis vnus religiosus legitimum dat obstaculum contrahendarum nuptiarum.& nu.8.*
4 *Contrahens si sciat subesse in nuptiis impedimentum, & tamen nubat,filios parit illegitimos.*
5 *Sententia prima quando non causet bonam fidem, si secundum eam procedatur.*
6 *Secunda sententia non tollit impedimentum,de quo iudicatum est,cùm per collusionem est obtenta.*
7 *Collusionis famæ standum non est,si vna pars famam, altera titulum pro se habeat.sed titulo,cùm legitimator. ō adest collusionis probatio.*
9 *Sententia collusiua non præstat titulum bonum, & bonam fidem in spiritualibus.& nu.11.*
10 *Filius si natus sit in domo patris,quando non teneatur credere famæ aut dicto matris.*
12 *Publicitas matrimonij stante scientia impedimenti nihil operatur.*
13 *Ignorantia consanguinitatis præsumitur ex matrimonio publicè contracto.secùs autem in aliis impedimentis.*
14 *Confessioni mulieris coniugis instantis pro matrimonio contra matrimonium stantibus suspicionibus non creditur.*
15 *Fama quando præferatur iuramento procuratoris quoad sententiam collusoriam.*
16 *Fama est id quod pro maiori parte dicitur.*
17 *Mulier semper est in probabili iuris errore, cum non potest consulere peritos, vel sumus in casibus in iure non expressis.*

18 Perito-

18 Peritorum consultatio quando mulierem à iuris errore non excusat.
19 Error iuris aequiparatur ignorantiae facti, si dubitetur quae sit communis opinio.
21 Ignorantia & negligentia, quae ex post facto venit, est quantum fieri potest, excludenda.
22 Opinio singularis profertur pro legitimitate.
23 Bona fides potest ex multis imperfectis iuribus simul iunctis doceri.

DECISIO CXVIII.

IN vna Toletan. matrimonij pro Comite de Puga-
roltro contra Beatricem, in qua 14. Martij, 1544.
1 proposui dubium, an † ex omnibus simul iunctis, vide-
licet sententiis, publicata confessione Ioannis, iura-
mento procuratoris in consultatione peritorum, Bea-
trix fuerit in errore iuris probabili: & fuit resolutum
per maiorem partem, duobus tamen contradicenti-
bus, pro parte negatiua, quòd non: & praesupponeba-
tur, quòd matrimonium Ioannę & Io. Baptistae pro-
babatur. Item quòd de tali matrimonio erat publica
2 vox & fama, † quae fama non est dubium, quòd praestet
legitimum impedimentum, c. super eo. de consangui.
& affinita. Itē de tali matrimonio habuerat notitiam
3 Beatrix per † vnum testem religiosum, & dictum cuius
etiam praestat iustum impedimentum, c. propterea. 2.
de desponsſ. stante ergo impedimento Beatrix non po
4 terat contrahere, quia oportet, quòd contrahens † ni-
hil sciat de impedimento, & si aliquid scit, filij sint ille-
gitimi, secundum Imo. & Praepos. in c. fi. col. 6. ver. sed
pone ꝙ mulier. cum seq. vbi dicitur, quòd ita commu
niter dicunt Dd. de clandest. despons. Non obstat mo
5 dò sententię. Et primò prima † sententia non obstabat
quia cùm esset lata super iactationibus, ne Ioanna se
iactaret esse vxorem Ioannis, non obstante tali senten
tia se iactauit, vnde deuentum est ad secundum iudi-
cium, & quoties de veritate primae sententiae referan-
tur in d. l. tunc talis sententia non causat bonā fidem,
secundum Abb in c. tenor. colu. 3. de re iudi. Secunda
6 sententia † non obstat: quia vt ante sic & post fuit pu-
blica vox & fama, quod per collusionem habita non
tollebat impedimētum praecedens. Non obstat, quod
dicit Bald. in ca. vigilanti. de praescript. ꝙ vbi ab vna
7 † parte extat fama, ab alia titulus, quod standum est ti
tulo, & sic sententiae non autem famae collusionis: quia
dicebatur, ꝙ in casu Bal. illa non erat legitima proba
8 tio, vt dicit Bal. & in casu nostro † fama prioris matri-
monij, & dictum vnius testis, quoad praestandom im-
pedimentum secundo matrimonio est legitima proba
tio, vt patet in d. c. praesentia. & super eo sequentes al-
legat. Item in casu Bal. ab alia parte titulus erat bonus
vt ibi pręsupponit Bald. in casu autem nostro titulus
9 † videtur sententia, quae ab ipso initio erat infecta, vi-
delicet collusiua, & ideò illa sententia non debebat at
tendi. Et sic apparet, quòd sumus in diuerso casu Bal.
& illud actum retorqueri posset. Item etiam poterat
10 retorqueri, quod dicebat, quòd † filius, ex quo est natus
in domo sua, non tenetur credere famae, nec etiam di
cto matris, quae non faciunt legitimam probationem:
& procedebat legitima probatio pro filio: quod secus
est in casu nostro, vt superius dixi. Non obstat, quod
dicit Anch. in c. probatum. qui filij sunt legitimi, dum
11 sentit, quòd sententia † collusoria causat bonā fidem,
dum dicit argumentū contra de l. generaliter, de no-
xis. & ita remanet, quia dicebatur, quod Anch. nil fir-
mat, & dicebatur, quod debebat intelligi, prout Anc.
declarat seipsum in c. consultationibus. prope fin. de
iure patro. dum dicit, ꝙ d. l. generaliter. loquitur in
12 profanis, secus est in spiritualibus. Non obstat † publi
citas matrimonij contracti, quia stante scientia impe-
dimenti publicitas matrimonij nil operatur, c. fi. §. 1.
de cland. desp. onſ. & Praepos. col. 6. versic. sed pone.
de clandest. desponſ. Non obstat, quod dicit Ias. cons.
13 156. quoniam. col. 3. ver. 4. vbi † ex matrimonio publi
cè contracto praesumitur consanguinitatis ignorātia,
secus autem est in aliis impedimentis, in quibus non
praesumitur ignorantia ex publicitate, vt per Inno. in
d. c. fi. Non obstat confessio Ioannae ex proclamatio-
nibus Ioannae ad Caesarem, & aliis deductis in infor-
14 matione facta: & † stantibus suspicionibus non statur
confessioni mulieris coniugis instantis pro matrimo-
nio contra matrimonium, & Abb. & ibi omnes, sc
Prepos. in 2. not. in c. attestationes. de desponſ. impub.
& in c. super eo. de consanguinit. & affinit. non obstat
15 iuramentum † procuratoris, ꝙ nesciebat interuenisse
collusionem: quia dicebatur, quòd de iuramento non
constabat, ꝙ Beatrix habuisset notitiam, cùm non vi-
disset processum: & quando habuisset, dicebatur, quòd
procurator licèt iurasset nescire collusionem, tamen
fama erat in contrarium, cui tenebatur magis credere:
16 cū fama † sit illud quod pro maiori parte dicitur: Non
17 obstat, quòd mulier dicitur semper † esse in probabili
errore iuris prout dicit Ias. in d. cons. 156. col. 7. circa
fi. vol. 4. quia illud est verum, quando non potuit con
sulere peritos, vt volunt omnes in l. iuris ignorantia.
C. qui admit. vel quando sumus in casibus expressis in
iure, prout erat casus Ias. vt ipse ponit in fin. d. c. Non
18 obstat, quòd Beatrix † peritiores consuluerit: quia di-
cebatur, quòd istud non plenè probatur: & quādo fuis
set plenè probatum, dicebatur, quòd non constabat,
quòd totum factum exposuisset, quia non curauerat
sententiam per collusionem habitam. Et quia igno-
19 rantia ex iuris errore † erat probabilis, quando inter-
est obscurum, habens opinionē varietatis, quando va-
rietas est, vt communis opinio apparere non posit, &
tunc iuris error aequiparatur errori facti: si verò iusest
clarum & resolutum per Doctores, non habetur pro
probabili, vt per Feli. in d. c. 4. col. 8. vers. dicitur au-
tem probabilis iuris error. de praescrip. & Bal. in repe.
l. Celsus. in 4. not. de praescrip. Quare in casu nostro,
20 cùm † impedimenta essent certa & resolnta per iura
clara, talia impedimenta non tollebantur per senten-
tiam & confessionem collusinam. Nec obstat, quòd
21 ignorantia † & negligentia sit excludenda, quātum est
possibile, ex post facto, vt per Fel. in c. fin. de cland. de-
sponsat. & clandestinitas est omninò desendenda, Col-
lect. in c. ex tenore. in fin. qui sint filij legitimi: & opi-
22 nio † singularis pro legitimitate profertur, vt per Bar.
consi. 6. scriptum est. lib. 1. Ias. cons. 122. colu. 2. lib. 4.
quia dicebatur, quòd Inn in c. fi. de cland. despon. po-
tius dicebat contrariū: item procederet, quando esset
possibile, & iura essent clara. Non obstat ꝙ multoties
23 † multa imperfecta simul iungantur ad aliquid pro-
bandum, ergo licèt ista separatim coniuncta non pro-
bant bonā fidem, debent simul iuncta probare bonam
fidem: sed pro respōsione vide quod dicit Ias. in repe.
l. admonendi, col. 8. nu. 216. ver. & ad iura de iureiu. in
3. solut. ex quo clarè colliges, quòd ista imperfecta iu-
ra posint simul iungi ad causandam bonam fidem.

EPITOME.

Quando producto instrumento, & citata parte ad dicēdam contra nihil dicitur contra instantiam, an possit ante sententiam posteà opponi contra istud instrumentum, quod non est in forma probanti.

SVMMARIA.

1 *Instrumento in prima instantia producto, si pars nihil opponat, iudex ad sententiam procedendo tacitè illud recipit, nec pars poterit posteà obiicere, quòd non sit in forma probanti.*

2 *Index instrumentum productum si tantum recipiat, potest etiam reiicere, & pars ante sententiam de non forma probanti dicere.*

DECISIO CXIX.

QVando est productum instrumentum in actis in forma non probanti, & pars contra quam producitur, erat citata ad dicendum contra, & non opponit: fuit dubitatum in vna Allinagen. coram D. Aquē. 15. Martij 1544. an ante sententiam pars posset opponere, & dicere, quòd non faceret fidem. Et pro parte negatina allegabatur, quod dicit Host. & post eum Butr. in c. qnoniam contra. col. 3. ver. qnęro an productio nostra apud acta. de probat. & in terminis sequitur Alex. in auth. si quis in aliquo. col. 2. vers. fallit. C. de eden. Felin. in c. fin. & ibi posui aliqua in vna apostil. de fid. instrum. tamen in isto articulo Domini sequuti sunt distinctionem, quam facit Soci. in d. Auth. si quis in aliqno. in fin. & ibi Deci. col. 5. & decis. 10. & vltimò facit in d. auth. si quis. C. de eden. quòd quia in
1 strumentum † illud in prima instantia, quando fuerat
productum, pars nihil opposuerat, & non obstante, quod
non esset in forma probanti, iudex processerat ad sententiam, & sic tacitè illud instrumentum receperat, quod
pars non potest amplius opponere, quòd non sit in
2 forma probanti: secùs est, † si iudex illud tacitè saltem
non recepisset: quia tunc sicut iudex posset illud ex officio reiicere, ita posset pars opponere, quòd non esset in forma probanti.

EPITOME.

Impetrans beneficium vt de iure patronatus, si istud per eum non verificatur, impetratio est nulla.

SVMMARIA.

1 *Narratiua iurispatronatus cùm sit pars gratiæ, debet per impetrantem verificari.*

2 *Qualitas causatiua aut demonstratiua in impetratione expressa quare debeat iustificari.*

3 *Præsentatione patronorum laicorum, & institutione sequuta probata nō docetur quasi possessio, si non constet sortitas esse effectum.*

DECISIO CXX.

DEcima septima Martij 1544. in vna Tranen. fuit dictum, quòd ille, qui impetrauit beneficium, dicens, quòd de iure patronatus existit cum solita derogatione, si posteà non probat, qnòd esset de iure patro
1 natus, impetratio est nulla: quia cùm † narratiua iuris-
patronatus sit pars gratiæ, debet probari per impetrantem: sicut diximus, quòd quando quis narrat etiam de
2 alia huiusmodi, tenetur probare. Item quia illa † qualitas, quæ de iure patronatus existit, stat causatiuè vel demonstratiuè, & tunc non est dubium, quòd qualitas expressa facilius inducit principem ad concedendum cùm omninò non de patronatu, sed de officio disponere habebatur, & ideò illa falsa demonstratio vitiat, ad decisi. 587. in antiq. 19. Bisig. de pręben. & Felin. in d. c super literis. 1. & 2. col. Gemin. in cons. 111. Item
3 fuit dictum, quòd † licèt probata esset patronorum
laicorum præsentatio, & institutio sequuta, tamen quia non cōstat, quòd sortita esset effectum, quasi non erat probata quasi possessio, maximè cùm non doceretur de vltimo statu, & apparebat de alio statu, per cuius obitum omnes veniebant.

EPITOME.

Scientia per testes singulares probata.

SVMMARIA.

1 *Venditionis scientia probatur per testes singulares singularitate adminiculatiua, non autem obstatiua, & nu. 3*

2 *Scientiæ adminiculatiuæ descriptio.*

4 *Scientia & mala fides per quæ probari possit.*

DECISIO CXXI.

VIgesima quarta Martij, 1544. fuit conclusum in vna Roman. domus pro D. Claudia vxore D. Aloisij de Gaddis, contra Episcopum Portonē, quòd
1 scientia † venditionis domus, de qua tunc agebatur,
probaretur per testes singulares singularitate admini
2 culatiua, non autem obstatiua, vt putà, † quia in eo casu probatur, quòd Cardinalis D. Gaddis dixerat Episcopo in ciuitate Marsilien. quòd illius testis, videlicèt Franciscus de Soderinis, nepos Episcopi, dicebat audiuisse ab Episcopo de venditione facta Aloysio de Gaddis. Dicebant Domini, quòd licèt isti testes essent
3 singulares singularitate adminiculatiua, tamen † quòd
probarent scientiam venditionis in genere, per ea quæ dicit Curt. Iun. in repe. l. admonendi. col. 17. dum defendit ibi Paul. de Castr. contra Ias. ff. de iureiuran. & ibi Rip. col. penult. Deci. in c. licèt causam. col. 325. vers. 8. sit conclusio. & per Curt Iun. consil. 64. vbi di
4 cit, quòd scientia † & mala fides probantur per vnum
testem: Item per famam: & cùm actum est, quòd fama semiplenè probat. Item scientia per coniecturas probatur, Abb. cons. 87. col. 2. vol. 1. dicit, quòd per indicia pura per famam probatur scientia: & cùm fama semiplenè probaret, quòd hinc probaretur scientia de venditione facta Claudiæ, etiamsi non præiudicaretur omni exceptioni, quando est scientia plena, vt dicit Fel. in c. cùm oporteat. de accusat.

EPITOME.

Statutum Perusinum excludens ab intestato filias temporaliter nō habet locum, quando filiæ institutæ sunt in testamento.

SVMMARIA.

1 *Filiæ exclusæ per statutum, quamdiu masculus vixerit, & per testamentum patris prohibitæ, ne plus quam decem illis relicta peterent, an moriente masculo sine liberis sint reintegrandæ ad hæreditatem pristinam. & nu. 3. 7.*

2 *Soror exclusa temporaliter cessante impedimento est reintegranda, cùm sine causa est præterita. & nu. 6.*

4 *Voluntas testatoris simplex excludens ab hæreditate perpetua est.*

5 *A causa intestati ad causam testati arguere non licet.*

DECISIO CXXII.

IN vna Perusina hæreditatis coram Do. Io. Paulo, die 24. Martij, 1544. in qua dubitabatur, an stāte sta
1 tuto Perusino † excludēte filias ab intestato, quàm diu
masculus vixerit, si pater facit testamentum, in quo relicta fuerunt decem filiabus, & probibet eas plus petere, posteà masculus mortuus fuit sine filiis masculis, fuit dubitatum an filiæ essent reintegrandæ ad pristinum statum, & ad pristinam hæreditatem. Pro parte
afir-

affirmatiua, quòd sic, allegabatur doctrin. Bar. in l. fin.
2 ff. ad Trebell. vbi quando † soror est exclusa temporaliter cessante obstaculo veniret reintegranda. & illa doctrin. Bart. est communis, vt per Soc. cons. 263. in princip. fuerunt allegata infinita alia consilia. Fuit tamen resolutum contrarium: quia fuit dictum, quòd illud habet locum, quando statutū excludit ab hæreditate, vt puta, quando pater ab intestato suisset defunctus: ex quo enim statutum excludebat temporaliter, cessante impedimento, filiæ veniebant reintegrandæ.
3 At in casu nostro † non erat statutum, sed voluntas patris excludens filias, prout dicit Barto. in l. 1. §. fin. C.
4 de leg hæred. & illa † simplex voluntas erat, ergo perpetuò exclusa filia, vt Bald. in d l. §. 1. Non obstat, quòd voluntas testatoris videatur se conformare cum dispositione statuti, & ideò videtur testator voluisse, φ cessantibus masculis filia reintegraretur: quia dicebatur, quòd statutum tantùm loquebatur ad causam ab
5 intestato. & à causa † intestati ad causam testati non licet arguere, vt per Bal. in l. quęcūque. col. 3. C. de seruis fugit. & Soci. consi. 30. col. 8. vers. superest. vol. 1. Non obstāt doctrinæ allegatæ, quia omnes illę, & principaliter Bar. in l. si col 3. ad Trebell. dum loqui
6 tur de filia præterita † in testamento, vel quando est inhæreditata, loquitur, quando sumus in casu, in quo propter præteritionem vel hęreditatem sine causa res cessantibus masculis reducitur ad casum intestati, vt potest colligi ex doctrina allegata per Bart. in tract. quando masculi fœminas excludunt, in 10. articulo. in 5. q. quia tunc cùm filiæ à statuto excludantur, nimirū masculis cessantibus reintegrantur. In casu nostro non statutum, sed ius commune attenditur, volens, φ defuncti voluntas seruetur fœminas excludens: nec in casu isto possumus dicere, quòd in isto casu voluerit testator se conformare cum dispositione statuti, quoniam hic eramus in claro, quòd testator voluit eam excludere, & testamentum semper valet. Et ideò stante
7 testamento valido † filia non potest reintegrari. Et ita conclusum fuit per sex votātes nomine eorum prorsus contradicente nemine discrepante.

EPITOME.

Relaxatio censurarum habens vim diffinitiuæ, quando fit cum causæ cognitione, sopitur totum negotium.

SVMMARIA.

1 *Iussus aut decretum Iudicis habet vim diffinitiuæ.*
2 *Sententia relaxatoria censurarum magis habet naturam interlocutoriæ quàm diffinitiuæ.*
3 *In relaxatione censurarū datur & mandatum executiuum vltra censuras.*

DECISIO CXXIII.

Fvit conclusum coram D. Fabio in vna Roman. nō obseruationis promissionum, die 4 Martii 154 . quòd relaxatio censurarū facta præcedente causæ co-
1 gnitione haberet vim diffinitiuæ: quia † decretū seu iussus iudicis factū cum causæ cognitione habet vim diffinitiuæ, secundum Felin. in c. conquerente. col. 3. versi. verum istud priuilegium. & vers. 2. not. de offic. delega. & in rubric. de re iudic col. 4. versic. ad illud de præcepto. Et ideò aduersus talem relaxationem iudex non potuit reponere, decis. 2. de appell. in antiq. Ale-
2 xan. consi. 50. in lib. 2. in 5. col. Non obstat quòd † sententia censurarū potius capit naturam interlocutoriæ quàm diffinitiuæ, vt per Abb. in c. sacro. in 4. not. de
3 senten. excommunic. quia in † relaxatione censurarū vltra censuras datur etiam mandatū executiuum: Et ideò quando relaxatur cum causæ cognitione videtur totum negotium esse sopitum.

EPITOME.

Datur licētia ædificādi sepulchra dato cautione de demoliēdo.

DECISIO CXXIIII.

Volverunt DD. in vna Toletan. iuris sepeliēdi die 14. Martii 1544. corā D. Peregrino, in qua in partibus enunciatum fuerat, ne quis ædificaret certa sepulchra, φ data cautione de demoliendo daretur facultas ædificandi, iuxt. text. in l. de pupillo. §. si is cui. ff. de nou. oper. nunciat. Et quia nō trimestre sed triēnium erat elapsum, Alex. in c. fi. de nou. oper. nuncia. & nuncians vsque de iure docuerit.

Testes, qui dicūtur massarii, si deponūt, φ ædificaruot, probant.

DECISIO CXXV.

Fvit resolutū in vna Trusin. seu Toletan. confiniū seu territorii, prō D. Fabricio Celio, die 24. Martii 1544. φ testis, qui dicit, egòvt massarius ędificaui, probaret, φ licèt verbū Massarius sit verbū iuris, & quia probatum ab eo, qui erat in loco, quia omnes erant de Castroveteri: & deponebāt, φ massarii ędificarūt, & sic cùm deponerēt in re eis nota, videlicet, φ illi sint massarii, φ probaretur, per ea quæ latè ponit Salicet. in l. 1. in princip. col. 2. per totum. C. de vsur.

EPITOME.

Sententia eius, qui habet ius retrahendi se à retractis, de vēditione facta debet esse certa non tantùm respectu venditionis sed etiam prætii, & aliarum circunstantiarum.

DECISIO CXXVI.

Fvit resolutum in vna Firmana domus coram D. Mohedano, die 13. Martii 1544. φ sentētia eius, qui habet ius retrahendi vēditionē, vt puta consanguinei vel vicini, debet esse non solùm certa respectu venditionis, sed etiam pretii & aliarū qualitatū, prout ita determinat. And. Tiraq. in suo tracta. de iure retract. fol. 301. pag. 1. vers. pono, Afflict. in tracta. de iure patron. inserto in 2. vol. §. 2. & 4. & licèt Alex. cons. 137. volu. 7. dicat, φ sufficiat sentētia absq; denūtiatione, tamē ibi Alex. nō determinat qualis sentētia requiratur.

EPITOME.

Ius petendi supplementum legitimæ spatio 30. annorum præscribitur.

DECISIO CXXVII.

Fvit resolutum in vna Senen. hæreditatis, coram D. Thoma de Thauis die 28. Martii 1544. quòd spatio 30. annorum sit præscriptum ius petendi supplementum legitimæ, prout istud attestantur Roman. & Bal. in tracta. præsup. in 4. part. 5. part. princi. q. 3. incipien. tertiò verò de vtili & quotidiana quęst. & Dec. consi. 303.

EPITOME.

In quibus præscriptionibus non consideretur mala fides & actio personalis, vide Mar. Socin Curt. Iun. conf 14.

viso puncto.col.9.vers.non obstat.

DECISIO CXXVIII.

ITem quòd in præscriptione iuris quærendi non cõ
sideratur mala fides etiã de iure canonico,Bald. in
l.1.col.2.ff.de condict.& Bald.in d. tract.præsumpt.
4.part.5.part. prin.q.3.Soci.cõs.113.vbi q hæres anti.
legatarius acceptet legatũ præscribit spatio 30.annorũ
Bald.in d.tract.in 2.part.3.part.princ.in 13.q.in fin.Pa
ris.cons.111.col.fin.volu.1.Dec. cons.154. Ripa in l.
fin.196.q.C.de reuocan donat.Paris.cons.16. vol. 2.
Marian.Socin.in cons.24 col.7.in fin.vol.1.Grat.cõsi.
111.col.penult.vol.2.

EPITOME.

Facultas ędificandi sepulchra cõcessa data cautione de demoliendo.

SVMMARIA.

2 *Nunciantem nouum opus ad tres menses expectabit ædificator,vt iuris sui præiudiciam possit probare denunciator.*
2 *Denunciator cùm statim potest docere de iure suo,est expectandus & non obstante oblata cautione non est danda ædificandi facultas.*

DECISIO CXXIX.

IN vna iuris sepeliendi data cautione de demolien-
do concessa fuit facultas ædificandi,tex. in l.de pu-
pillo.§.is cui.ff.de nou.oper.nunt.& dicebatur, quòd
licèt text.in c.fina.de nou.oper.nuncia dicat,quòd nũ
1 ciens† debet expectare per tres menses,tamẽ dicebat,
quòd si incontinenti nunciãs potuisset docere de iure
2 suo,quòd erat expectandus,† & non erat danda facul-
tas ędificandi sub cautione propter euitãdas expẽsas,
vt per ea quæ dicuntur per gloss.in d.c.fin. Et ita fuit
dictum,quod fuerat seruatum in vna Agrigentin.Mo
nasterii de mense Maii 1544.

EPITOME.

Vide quomodo excusauerit diligentia à desertione.

SVMMARIA.

1 *Procurator in vltimo momento in domo absentis iudicis compareat,& petens absentia testimoniales,& schedulam appellationis apud notarium relinquens appellare præsumitur.*
2 *Impeditus qui est propter iudicis absentiam appellare tenetur coram viris probis.*

DECISIO CXXX.

IN vna S.Andreæ fuit resolutũ de mẽse Maii 1544.
corã D.Rauellen.quòd ex quo in vltimo† momẽto
1 procurator comparuerat in domo Domini , & facta
diligentia de appellando coram Domino , fuerat ei
responsum,quòd non erat domi,&ipse petiit testimo
niales,& reliquit schedulã notario,dicendo,quòd cra
stina die rediret & appellaret, prout fecit quòd pro-
pter istam diligentiam sententia non transiiset in rem
2 iudicatam:licèt ex aduerso diceretur,quòd † quando
quis est impeditus appellare propter absentiam iudi-
cis debet appellare corã probis viris,vt Abb.in c. fin.
in 3.not.& ibi Franc.col. 5.versi.10.quæritur.ad fin.
de appella.& q iste licèt reliquisset schedulam,tamen
non appellauerat. Tamen Domini propter iurisdictio
nem talem excusarunt eum à desertione.

EPITOME.

Colonus per quem actum præiudicet domino in possessione.

SVMMARIA.

1 *Colonus an conducendo ab eyciente se a possessione auferat domino locatori possessionem.& nu.3.*
2 *Colonus vt dominum possessione priuet, requiritur realis traditio.*
4 *Locator & dominus prior possessionem per conductorem retinet,quando fraudulenter & dolosè ab alio conducit.*

DECISIO CXXXI.

COlonus existens in fundo fuit eiectus de domo
1 existente † in fundo,& facta eiectione e domo,
antequàm eiiceretur è fundo recognouerat eiicientẽ
& sic conduxit fundũ à dicto eiiciente: fuit dubitatũ
coram D.Gropero in vna Cesenaten.de mense Maii
1544.an ex tali conductione dominus seu patronus lo
cator perdidisset possessionem. Et ex septem votanti-
bus tentũ est,q non,per text.in l quisquis.§.si condu
ctor.4.not.Alexan.in l.peregrè.§.quibus explicitis.ff.
2 de acquir.poss.ff.vbi vt † colonus præiudicet domino
requiritur,q realiter possessionem tradit. Alii autem
ex votantibus dicebant,q d.l.peregrè.§.fin.de acqui-
ren.possess.non loquebatur in istis terminis. Nam lo-
quitur,vbi colonus dolo,vel fraudulentia vult priua
3 re dominum. Et licèt † eramus in casu,in quo necessi-
tate compellente,& vt prouideret rebus suis,ne in to
tum à fundo expelleretur,ergò priuauit dñm , & erat
dicta realis traditio: Item dicebatur,quod d.§. si con-
4 ductor.nõ habebat † l. cum,quando fraudulenter co-
lonus conducit,at hic nulla fraus & dolus coloni in-
teruenerat,sed vt sibi consuleret: Ergo habebatur ac si
colonus realiter tradidisset.

EPITOME.

Diuisio patris inter filios interposita quando sit potius donatio quàm vltima voluntas.

SVMMARIA.

1 *Diuisio patris profecturi in militiam inter filios an sit donatio inter viuos an vltima voluntas.*
2 *Diuisio patris inter filios quando magis habeatur pro donatione inter viuos,quam vltima voluntate.*

DECISIO CXXXII.

PAter volens proficisci ad stipendia Venetorum
pro Capitaneo seu conductore militũ diuisit om-
nia bona,quæ habebat in territorio Romę inter filios
qui filii possederunt dicta bona spatio 13.annorũ per-
cipiendo fructus,& in suos vsus & vtilitates conuer-
tendo,sciente & patiente patre. Posteà pater veniens
ad mortem testatus est,& dixit, De gli beni & de la ter
ra di Roma,di Pitigliano, & di Nolla non ne parlo,
perche altre volte ho declarato la mia volunta , & ho
disposto. In vna Romana. seu Venetiarum coram D.
1 Aquen. de mense Martii 1544.fuit dubitatum † qua-
lis dispositio esset illa diuisio inter filios facta,an esset
vltima voluntas,vel donatio. Et pro parte affirmati-
ua,quòd esset vltima voluntas,allegabatur text. in l.si
filia nupta.§.si pater.ff.famil.herciscũd.& ibi Paol. de
Castr.col.fin.vers.sed pone. ad hoc põderat illum tex.
& hoc firmat Bart.in l.cùm pater.§.fin anté.ff.de leg.
2.Abb.

3.Abb.consi. 66.col. fin. ver.non obstat.vol.2.Chas-
san. de consuetu. Burgund sol.156.col.1. contrarium
tamen fuit resolutum, quod censeretur donatio inter
min. perdictum Felin. in l.filius. col. 4.vers.sed hinc
quæro.C fam. herciscun.de quo per Ias.in l.qui alie-
na.in princip. & fin.col.ff.de acquir. hered.Non ob-
stat quod illud dictum Salic. impugnet: nam respon-
det Ias.in l si certis annis.C.de pact.& Alex.in l.si do-
natione.C.locati.tum & Deci. in d.l.fin.de donation.
8 illud defendit. Item quia si aliter diceremus, † quod
non esset donatio inter viuos sequeretur quod filij fru
ctus percipientes,& eos in suam vtilitatem conuertèn
tes deliquissent: ne ergo istud dicamus potius debe-
mus dicere, quod pater voluerit date inter viuos ex
quo tanto tempore passus fuerat in vita quod illi per
ciperent fructus quam vltimam voluntatem. facit &
hoc verbum, si temporaliter inter filios facta, quod
habet vim vltimæ voluntatis per supra deducta: Id
verum est, quando sola diuisio interuenit, sed quando
vltra diuisionem interuenerunt decennalis possessio
scientia & patientia patris præsumitur potius donatio
quam vltima voluntas, per ea quæ dicit Ias. in d.l.qui
aliena.in princ. col. fin.

EPITOME.

Tutor sicut ante litem contestatam potest constituere actorem ita & procuratorem de iure canonico.

SVMMARIA.

1 *Tutrix testamentaria & data per iudicem an possit substituere, si eam facultatem à iudice in decreta eidem tutela acceperit.*
2 *Tutori vel curatori non potest iudex dare potestatem constituendi procuratorem ante litem contestatam.*
3 *Tutor non potest de iure ciuili in re pupilli procuratorem constituere, sed actorem, de iure verò canonum potest.*

DECISIO CXXXIII.

FVit dubitatum corã D.Peregrino in vna Tole-
tan.iuris repetũdi, die 4. Aprilis 5144. an tutrix
1 †testamentaria & data per iudicem decreta tutela eidẽ
cum facultate substituendi possit substituere, per de-
2 cis. Bisiguet. 10.de procur.dum vult, quod iudex† nõ
potest tutori dare licentiam constituendi procurato-
rem ante litem contestatam. Item quòd licet text.in l.
3 neque tutores.C.de procur.dicat, quòd† tutor in re
pupilli non potest procuratorem, sed actorem con
stituere, tamen quòd ista differentia de iure canoni-
co non recipitur, vt dicit Alber.in d.l.neque tutores.
& c.petitio. vbi Innoc.& Abb. in 3.not. in fin.de
procur.

SVMMARIA.

1 *Apprehendens possessionem ex institutione paterna, nõ dicitur apprehendere iure familiaritatis, sed nomine proprio. & nu.10.*
2 *Spoliatus possessione apprehensa restituẽdus est ad eam.*
3 *Prouisio legis & decreti citius operatur in transferenda possessione, quàm prouisio hominis.*
4 *Tacita & expressa facultas quando æquiparentur.*
5 *Institutus in re certa quando possit possessionem propria auctoritate apprehendere absque vllo vitio. & num.7.*
6 *Hæres, qui possessionem hæreditatis ex testatoris voluntate tradere tenetur, si videat alium capere possessionem, & nõ contradicat consentire videtur.*
8 *Duorum hæredum, qui ambo habent facultatem apprehẽdendi portionem suam propria authoritate, si alter totam hæreditatẽ arripiat contrauenit voluntati testatoris, & propter cõẽ adictionem perditur facultas propria authoritate possessionem rapiendi.*
9 *Hæres vilis contrauenniendo testatoris voluntati amittit facultatem propria authoritate possessionem apprehendẽdi.*

DECISIO CXXXIIII.

IN vna causa Placentin. Castri Sarmati, de qua supe
rius aliquid dictum est, decisum fuit pro Comite
Olderico Scito contra comitem Gasparem Scotum,
1 quia† cùm Iacobus pater Olderici haberet titulum, vi
detur haberẽ institutionem castri Sarmati, quòd ap-
prehendendo possessionem dicti Castri diceretur ap
prehendisse nomine proprio, non autem iure familia-
2 ritatis.l.1.& ibi Aret.ff.de acquir. possess. vnde cùm †
posteà fuisset spoliatus, debuisset in possessionem resti
tui. Causa iterũ posita super eodẽ puncto, die 24.Apri
lis 1544.ex septem votantibus, quia aberat D. Aquẽ.
fuimus quatuor ꝓ Comite Olderico, & tres pro Gas
pare: Duo ex quatuor, qui fuerũt pro Comite Olderi-
3 co, mouebantur, quia† licèt prouisio legis & sic decre
ti operetur citius in transferenda possessione, quàm
prouisio hominis, vt per Innoc.in c.præterea requisi-
uisti, de appellar. Bald.in consi.454.in fin.volum. 1.ta-
men dicebãt isti, ꝙ repugnabãt, ꝙ possessio esset trãs
lata in hæredes, & posset apprehendi propria authori-
tate per institutum in re certa propter facultatem tã-
4 tùm datam à testatore: quia† quò ad hoc tacita facul-
tas & expressa æquiparantur, vt per Angel.in l. si res.
ff.de rei vendi.& istud non solùm habet locum in ista
possessione ciuilizata, per decretum translata, sed etiã
vbi possessio erat plenificata in persona hæredũ: quia
5 dato, ꝙ hæredes† plenariè essent adepti possessionem
tamẽ propter auctoritatem seu facultatem datam ap-
prehendẽdi propria auctoritate, hærede nõ resistente,
possessio absque vllo vitio potuit per institutum in re
certa apprehendi, vt per Ias.in l nõ dubium. colum.2.
in 3 fallen. iunctis iis quæ dicuntur in principio illius
6 l.C.de legat. Et maximè qui† hæres, quia iuxta volun
tatem testatoris tenebatur tradere, videndo, ꝙ alius ca
piebat possessionem, & non contradicebat, videbatur
consentire, iuxta doctrinam singularem, in l.a.C.de ac
quirend possess. Non obstat, quod dicit Ias.consil.146.
in 4.volum. quia dicebatur primò, quòd Ias. in prin-
7 cip. non loquitur,† quando erat data facultas appre-
hendendi, debebat adiri iudex & pars citari allegan
do Bald.consil.243.: nam aduertendũ est, ꝙ dictum
quam Ias est intelligendum secundum authoritatem
allegat Ruin. quando pars restabat, vel erat leuior, ꝙ
resideret: quod patet, quia Bald.dicit ꝙ potest pars im
plorare officium iudicis, ne vis fiat ei, & per hoc ergò
nõ negat Bald quòd si vellet propria auctoritate, quã
do pars non resisteret, apprehẽdere, quando esset vitio
sus possessor. Immò Bald. sentit expressè contrariũ, dũ
dicit, quòd si pars implorat officiũ iudicis, ꝙ debet iu
dex impartiri, ne vis fiat ei, ergo licentia apprehendẽ
di propria authoritate nõ obstãte decreto operatur.
Itẽ nõ obstat, quod dicit Imol.in c.in præsentia circa
8 principium. dũ vult, ꝙ† si sunt duo hæredes instituti,
quilibet eorũ habet facultatẽ apprehendẽdi portio-
nẽ suã propria auctoritate: quia respondetur, ꝙ statim
ꝙ vnus hæres apprehẽdit totã hæreditatẽ, facto decla
rauit, ꝙ nolebat stare voluntati testatoris, & sic con-
tradicebat. Vnde cùm habeamus contradictionẽ in-
riũ, sic illa facultas apprehendendi propria authorita
te nõ operatur: quòd secus est in casu nostro, in quo
nulla conditio in facto nec verbo est. Et idem respõ-
debatur

bona patris hypothecata prò supplemẽto,dato, quòd aliquid pater in testamento reliquerit. Non obstat, contrarium dixerit Fulgos consil.28. Deci. cons. 235. col.penultim.& Neguſ.in tracta.de pignor.in 4.mẽb. e.partis princip.vers.24.col.9. Et fundamenta con-
2 clusionis fuerunt,quòd supplemẽ tom † legitimæ nõ petitur actione ex testamento,sed condictione ex lege,vt fecit gloss.in l.omnimodò.inverb.erigere.C. de inoffic.testam.vbi Paul.de Castr.& idem in l.summus. in 1.not.C.eo.Iaſ.in d. l.omnimodò Corn. conſ. 26. verſ.nõ obstat.3.volum.consil.108.vol.4.colum.2. So cin.consil.150.col.28.num 33.versic.1.Secundum est
4 argumentum,† quòd supplementum petitur contra voluntatem testatoris,vt Cuma.consil.20. col. 1.Anchar.consil.411.col.fin.versic.2.casu.& ita per istas rationes tenet Sociu.in l.si ex toto,colū.1.ff.de leg.1.

EPITOME.

Fama probata quando transferat onus probandi.

SVMMARIA.

1 *Impetrans Apostolicum probans per famam publicam beneficium esse maioris valoris,quàm indultum dicit,trãsfert onus probandi contrarium in prouisum ab ordinario, si agatur ad canonizationem.*
2 *Collatoris ordinarii literis,quibus datur illi facultas conferendi beneficia certi valoris & numeri non creditur in præiudicium alterius nisi per notarium & testes subscripta sint,si potestas illa sit limitata.*
3 *Prouisio ordinarij præsumitur maioris esse valoris quam babet indultum si factæ non sint diligentiæ.*

DECISIO CXXXVIII.

IN vna Abulens.beneficii de Villa Torreinqula Episcopus habebat facultatem conferendi in sex mẽsibus,& in aliis sex Cardinali de Farnesio:Ita non erat in indulto,quòd si beneficium erat reseruatum,& 24. ducat. valorem excederet, quòd prouisus teneretur expedire nouã prouisionem,& iura Cameræ soluere:
1 dicebatur † per impetrantem Apostolicum cõtra prouisum ab ordinario,quòd beneficium excedebat: & cùm non soluerit iura Cameræ,quòd beneficium vacabat. Fuit dubitatum coram Domino Prospero,die 5. Maii,1544.quis teneretur probare valorem,& impetrans dicebat,quòd prouisus ab ordinario tenebatur probare beneficium esse infra 24.ducator.valorem ex quo ipse probauerat per publicam vocem & famam, quod erat maioris valoris,&ideò trãsferebat onus probandi in prouisum ab ordinario,per dictum Archid. in c.hoc videtur 22.q.5.Roman.consil.341.cum aliis concordan. de quibus in addit.in tracta.Ioann.Crot. de testib.col.5.versic.3.fallit.Ad quod fuit responsum quòd illud procedit,quando agitur ad canonizationem,secus si ad absolutoriã, vt in illo casu agebat pro uisus ab ordinario,per Egid.decisi.471. Non obstat decisi. 10.de probat.aliàs 348.in nou.quia illa decisio
2 † loquitur in habente facultatem limitatam,quod secùs est in casu nostri indulti,nam poterat prouidere
3 de quocumque beneficio. Tamen † prouisio resoluebatur in euentum,quòd esset maioris valoris 24. ducator.non factis diligentiis,de quibus in indulto.

EPITOME.

Statutum Rauennat.quòd vir lucratur medie tatem dotis, quomodo intellectum.

DECISIO CXXXIX.

DIe 9.Maii,1544.fuit resolutum in vna Ariminen. matrimonii coram me , quòd maritus lucretur medietatem dotis quando mulier traducta ad domũ confirmato matrimonio decedit, licèt in fine statuti dicatur,quòd prędicta locum habeant in ciuibus & districtualibus Ciuitatis,& districtus Rouennæ haberet locum in Curia Raueunę,qui duxerat vxorem Ariminen.quòd videlicet mortua vxore lucraretur dimidiã partem dotis,ea ratione,quia licèt in fine dicat, in ciuibus,& sic videretur posse dubitari,an illa verba intelligerentur,quòd tam vir,quam vxor,si esset ciuis. Tamen dixerunt Domini,quòd debebat intelligi de inrisdictione,quòd maritus esset ciuis,& teneri habitatores quia statutum prouidere volebat omnibus hominibus Ciuitatis & suæ vtilitati, vt dicebatur in proœmio: & erat dictio,hominibus,intelligẽda de iure,quod appa rebat,quod in requirentibus disponitur de vtilitate ipsarum:& dicitur,quòd maritus lucratur mediam partem dotis de voluntate vxoris:Ergo illa verba sequẽtia & prędicta,quòd locum habeant in ciuibus , erant intelligenda in ciuibus masculis.Item in viris non autem in fœminis:quia etiam statutum in dubio debet interpretari secundum ius commune, sequitur Barto. in l.exigendi dotem. vbi Doctor.ff.de iudic.Et ita fuit resolutum coram me.

EPITOME.

Oblatio pretii retrouenditionis non requiritur antequàm quis agat,dum tamen fiat ante sententiam.

DECISIO CXL.

EAdem die fuit resolutum in vna Cesenaten. corã D.Prospero,quòd contra heredem eius,qui promiserat,quòd talis,siue hæres eius, retrouenderet domum pro eodem pretio,potestagi per eum, cui facta fuerat promissio,seu eius hæredem ad faciendũ, quòd retrouenditio fieret,dato,quòd pretium oblatum realiter offerretur ante condemnationem maximè vt erat in casu illo,quòd pars offerrebat, licèt variè sint opiniones,à quibus teneatur offerri debere pretium ita demum si petatur,vt per Tiraquel.in trac.de vtroque retract.fol.138.pag.2.tamen potest quis agere, & ante sententiam offerre,per ea quæ dicit idẽ Tiraquel.fol. 140.1.& 2.versi.ego tamen in causa huius consuetudinis.& Deci.in l.filialibus.C.locat.

EPITOME.

Indultum Cardinalis Rauenna suspensum est in fauorem expectatium & collatio ordinatiõ & Apostolica nulla.

SVMMARIA.

1 *Expectantis prouisio annullatur, si infra mensem non acceptauerit,etiamsi ordinarij collatio per alternatiuam regulã sex mensium sit suspensa.*
2 *Prouisio Apostolica tollendo decretũ expectatiua propter clausulas generales derogatorias non adimit decretum indulto appositum nisi specialis fiat mentio.*
3 *Collatio Papæ quando valeat,etiamsi propter expectatiuas indultum sit in suspenso.*
4 *Indultum si habeat duas partes,vnam præseruantem collationem ordinariam & alteram ligantem manus Papæ eam decreto irritanti,Papa temporaliter conferendo videtur priori parti voluisse derogare.*

2 *In priuilegiatais requiritur tantam priuilegiati notitia, & tamen operatur priu legum ante priuilegiati notitiam in eos, in quorum præiudicium conceditur.*

3 *Actus factas an e publicationem priuilegij habent is de cre tum irritans, nullus est.*

DECISIO CXLV.

FVit resolutum coram D. Fabio in vna Cartaginen. Canonicatus & præbende, die 17. Maij, 1544. quòd priuilegium concessum clero Hispaniæ annullabat regressum sine consensu præstitum, quia in materia priuilegiata in tantum non requiritur publicatio, quia 1 etiam si † per legem vel statutum conceditur, priuilegium imediatè ligat & effectum suum sortitur, vt not. Abb. in c 2. colum. 4. verficul. & vide glos. & Dd. col. 2 4. & pen. de constit. & in † priuilegiatiuis tantùm requiritur notitia priuilegiati, licèt quantú ad eos, in quorú præiudiciú dator, operatur effectú ante priuilegiati notitiá, vt per Felin in d. col 4. vers. limita. in 2. col. ver. & inseq. col. vers. hác limitationé intellige. vbi etiá concludit priuilegium concessum per viam constitutionis insertæ in corpore iuris quo magis dubitabatur an requireretur publicatio. Itē dicebatur, quòd † pri 3 uilegiú habens decretum irritans & tunc actus est nullus etiam ante publicationem legis secundum Saiic. in d. c. a. col. 5. vers. 4. limita. quicquid dixerit Cardin. de const. Philip. Franc. super data Sixti. col. 4. versi. & aduerte, Et non obstat, quòd supplicatio non esset perdita, quia dicebatur, quòd non agebatur ad priuilegij cano nizationem.

SVMMARIA.

1 *Prouisio regressus per ordinarium an quomodo valeat. & nu. 3.*

2 *Regressus habet causam de præterito.*

4 *Affectio per prouisionem non expirat, sed per resignationem.*

5 *Regressus cùm sit locus per resignationem, quamuis sit ex causa de præterito, est tamen ius nouum.*

DECISIO CXLVI.

IN vna Palentin. præstimonij Fuentes de Valle Pero, coram D. Paulo, die 30. Maij 1544. in qua Rode 1 ricus ratione familiaritatis † Cardinalis Sanctorum Quatuor Coronat. senioris præstimonium ipsum habuerat, sed post mortem ipsius Cardinalis præstimonium resignauit reseruato regressu, & facto loco regressui obierat, & ordinatus de illo prouidit: Fuit dubitatum, an prouisio valeret. Et quòd non teneret, faciebat illud vulgare, quòd beneficia semel affecta, &c. Et 2 quia † regressus habet causam de preterito, vt per Cas. decis. vnic. de pactis. videbatur & illud ius ex causa de 3 præterito affectum. Sed hoc † non obstante fuit per 4 maiorem partem resolutum contrarium: quia † per prouisionem affectio non expirat, vt per Rot. decis. 282. & 881 in antiqu. & in nou. 181. & 290 & ideò per 5 resignationé expirauit illa affectio: & quia locus † fuit regressui, licèt ex causa de præterito, tamé illud ius nouum fuit.

EPITOME.

Clausula, appellatione remota, non operatur respectu tituli non comprehensi in rescript o.

SVMMARIA.

1 *Appellari potest, et si pro tertio sententia sit lata qua habet clausulam appellatione remota, qua non nisi respectu comprehensorum in rescripto operatur.*

DECISIO CXLVII.

FVit resolutum in vna Augusta. Capellaniæ coram me de mense Iulij 1544. quòd clausula, appellatione remota, operatur respectu comprehensorum in 1 rescripto, non autem respectu tituli, ita † si vt pro tertio ferretur sententia, pro ea, vt erat in casu illo, poterat appellari per ea quę dicit Ire. in c pastoralis, col. pen. in 2. q. di appel. Dec. in c. nobis col. 1. versic 4. falit. de appel.

EPITOME.

Legatus de latere non possit derogare regulæ de viginti

SVMMARIA.

1 *Legati à latere potestas vltra specialiter concessa non extenditur.*

2 *Dispositiua in dulti pars si nihil dicat non possunt partem dispositiuam augere verba executiua.*

3 *Executiua verba quando augeant dispositiuá.*

DECISIO CXLVIII.

DIe 20. Iulij 1544. in vna Cæsaraugustan. Capellaniæ de sancta Clara, pro Thoma Fort contra Petrum Loras, coram D. Io. Paulo, fuit resolutum, quòd legatus de latere existens in partibus Hispanię non potuisset derogare regulæ de viginti, dato, quòd verba indulti seu facultatis legati dicerent, nó obstantib. códitionib. & ordinationib. Apostolicis, & qbu. suis re 1 gulis Cameræ Apostolicis editis & edédis, in vim gratiæ valeret derogari: quia dicebatur, quia † potestas legati seu nuntij non extenditur vltra specialiter concessa, decis. fin. de præb. in nou. alias 488. & in tota illa facultate de clausula de re nulla mentio fiebat. ergo in ea contemplari non poterat, non obstantibus dictis verbis, per quæ dicta facultas videbatur derogare regulis 2 editis & edédis: quia si † in parte dispositiua ipsius indulti nullibi fuit dictum. potest nuncius siue legatus admittere resignationem beneficiorum pro constitutis in mortis articulo, seu in infirmitate: non possunt verba executiua augere partem dispositiuam, operabitur ergo illa clausula, non obstante, quę diuxta contenta, in dispositione indulti, etiam ita videbitur decisum, vt per Sarn super reg. de infirm. q. fi. non obstat, 3 quòd ab † vsu patris familias etiam resignationi, quę fit per absentem debet derogari, prout videmus in Curia: quia illud procedit, vbi in dispositiua aliquid diceretur de amissione registri, qui fit ab eo, qui est in infirmitate constitutus: sed cum hic factum non fuerit, illa verba executiua non habent dispositiuam augere, Non obstat, quod dicit Sarnen. de regul. pro appell. in proœmio regulæ, q. 6. col. 3. num. 5. & 6. quia illa clausula refertur quóad expressa, quoad ea. quibus applicari potest.

EPITOME.

Valor pecuniæ quo tempore attenditur

SVMMARIA.

1 *Valor pecuniæ attenditur secundum tempus contractus etiam obligatione annua & secundum bonitatem intrinsecam materiæ monetæ.*

2 *Qui ex contractu ad ducatos auri largos tenetur an possit soluere in moneta aut specialia. & nu. 10.*

3 *Soluens iuxta valorem qui erat tempore contractus, an liberetur & nu. 5. 8.*

4 *Obligatio promittentis soluere scuta auri largi iuxta communem cursum intelligitur.*

q 6 Valor

6 *Valor, qui attenditur tempore contractus, dicitur bonitas extrinseca.*
7 *Moneta minori soluens attenditur tempus solutionis: in maiori, tempus contractus & nu. 9.*
11 *Species illa nummi si nõ, aut cum difficultate reperiatur, de qua dictum est tempore contractus, potest solui in alia minutiori moneta specie eiusdem bonitatis.*

DECISIO CXLIX.

1 Communnis conclusio est, quòd † valor pecuniæ at
tenditur secundum tempus contractus, vt per Al
ber. Brun. in tract. de aug. chart. 23 col. 1. vers. 215.
cum præmissis. & ista cõclusio procedit etiam in obli
gatione annua secundum eundem in d. tract. char. 28.
colum. 1. versi. 7. prędicta conclusio. Et illud, quòd
attendatur valor secundum tempus contractus, proce
dit non solùm respectu bonitatis intrinsecæ, prout est
materia ipsius monetæ, prout dicit idem Brun chart.
26. col. 4. vers. 4. prædicta conclusio. cum seq. col. 15.
declarat. Et licèt ea forma contractus Bald. dicit, quod
2 † coadiutor teneatur soluere ducatos auri in auro lar
gos, & ideò dicto creditori nõ posset soluere in mone
ta, non obstante cõsuetudine contraria, sed in ducatis
auri largis, vt per eũdem Bru. in eodem tractatu, char.
14. colu. 1. versic. aliquando verò promittit, Et tamẽ
hic est animaduertendum, quia aut volumus, quòd du
cati auri largi non reperiantur, licèt benè distinitiuè
& apud cursores, qui ea eis mercaturam faciunt, repe
3 riantur: & reperto isto themate dicit, quòd † coadiu
tor soluendo iuxta valorem, qui erat tempore contra
ctus, liberatur, vt per eundem Brun. in d. chart. 26. col.
4. versic. tertio, in princip. versic. Et licèt difficultas
non excuset ab obligatione, tamen dico, quòd obliga
4 tio † promittentis soluere scuta auri largi, fuit in com
muni cursu, non autem de ea fiat mercatura & negotia
tio: cùm tritum sit in re, quòd omnis obligatio intel
ligitur rebus sic stantibus. Aut volumus dicere, quòd
5 ducati † auri largi non reperiantur non attenta dicta
facultate, & etiã in isto casu. quod cùm attendatur tẽpus
contractus secundum bonitatem intrinsecam, vt supe
rius dictum fuit: licèt Bal. teneatur ad ducatos auri lar
gos secundum illum valorem, qui currebat tempore
6 contractus, cùm † talis valor dicatur bonitas extrinse
ca. aliàs sequeretur absurdum, quòd cùm tempore cõ
tractus ducatus auri largus valeret decem Iulios cum
dimidio, vel vndecim, & modò valet hodie tredecim,
quòd in plus Bald. suis teneretur hodie, quia promisit:
7 intelligẽdo tamen semper, quòd moneta † minuta per
quam aurũ ęstimatur, puta grossi, ipsi sint eisdẽ boni
tatis hodie, cuius olim erãt alias soluẽdo in moneta
minutiori quantum antiqua æquivaleret, & vide ad
propositum Ioannem Andr. Alea. consi. 2. versicul. v
trum tamen præmissis. et vide etiam Brun. in d. tracta.
chart. 28. colum. 1. versicul. sed tunc solet dubitare.
8 Et quod † Baldusius teneatur dare ducatos auri largos
secundum valorem, qui erat tempore contractus, po
nit idem Brun. in d tractu. de aug. chart. 27. in 5. decla
ratione. dum post opiniones adductas in sua distin
ctione reducendo opinioem ad concordiam decidit
9 casum nostrum, videlicet, † vt sit præstandus ducatus,
qui sit in obligatione, secundum tamen valorem, qui
erat tempore contractus: tamen moneta, quæ pro ea
soluitur, est considerãda seruandum tempus solutio
nis. Nunc respondẽdo informtioni dicitur, quod verum
10 est quod † Baldusius iuxta formã cõuentionis tenetur sol
uere ducatos auri in auro, & non in alia specie, si re
peritur, per tex. & Albee. Brun. superius allegat. vel si
11 non reperiatur, † vel cum difficultate, potest fieri so
lutio in materia eiusdem bonitatis: vt etiam admittit
informans pro D. Marco Ant. Sed dico, quod si Baldusius
soluit scuta auri in auro larga, vel etiam materiam
secundum valorem, qui erat tempore contractus ita
quod si tunc scutum auri largum valebat decem Iu
lios, tãtum ad illam rationem pręstabit ipse Baldusius
semper lucrabitur ad duos Iulios, dum tamẽ vndecim
Iulij hodierni sint eiusdem bonitatis, cuius erant illi,
qui tempore obligationis currebant. hoc modo esset
inconueniens in fine informationis adductum.

EPITOME.

Sequestrum quo casu fuerit concessum.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum, cùm lata est sententia condemnatoria processo re, reuocata priore non datur*
2 *Sequestrum non datur pro fructibus contra monachum monasterium possidentem.*
3 *Iudex potest super fructibus rei immobilis etiam in prima instantia, si legitima subsit suspicio sequestrum apponere ex æquitate.*
4 *Monacho possessori debentur victus & vestitus ex retenta possessione non apposito sequestro.*

DECISIO CL.

Domino Prospero proponente die 3. Septembris,
1544. fuit resolutum in vna causa, in qua age
1 batur de quodam monasterio, in † qua prius pro cesso
re fuerat lata sententia condemnatoria, reuocata pri
ma quod non dabatur sequestrum, prout dicit Calla.
2 decisi. 1. de sequest. possess & fructu. etiam † quòd age
retur contra monachum possidentem monasterium
quòd pro fructibus non daretur sequestrum. Non
obstat dictum Ioannis Andreæ in, clausulis iuris,
in verb si autem fiat 4. modo. cum sequen. colum. dũ
vult, quòd iudex ex æquitate, ne iudicium reddatur e
lusorium, quia subest aliqua suspicio in prima in. stã
3 tia etiam super fructibus rei † immobilis potest se
questrum apponere: & pro suspicione allegabatur, quod
ille erat monachus, & per consequens nihil habens.
Tamẽ Domini dixerunt, quòd ex quo erat possessor,
debebat interim sua possessione vti, sed ista ratio est ea
quam considerat ibi Ioannes Andreas. Et ideò posset
4 dici, quòd † resolutio fuit facta absque studio & sine
informatione, quòd deductis necessarijs pro victu &
vestitu, quia tenta possessione concedenda videntur,
post quàm cautio recessit. Et hoc modo credo esse
intelligendum.

EPITOME.

An fatalia appellationis vel noui iudicis currant à die interpositæ appellationis: faciunt ad ista, quæ ponit Felin. in c. per tuas. colum. final. circa fin. versic. terminus ad prosequendum. de appell.

SVMMARIA.

1 *Tempus prosequendæ appellationis an à die interposita appellationis in partibus, an verò à die commissionis in Curia, aut potius à die, quo verisimilius potuit committi, currat. & nu. 3.*
2 *Appellatio deserta creditur, si ab eius interpositione biennium sit elapsum.*
4 *Dies non incipiunt currere, nisi quando datus est iudex.*

cùm breuis duorum dierum est præfixus terminus in instan tia statutaria.

5 *Restitutio ad tempus elapsum quomodo detur.*

6 *Præscriptio omnis siue legalis siue statutaria est continua nisi lege vel statuto aliud cautum sit.*

7 *Tempus continuum etiam non dato iudice currit impedito*

8 *Agere non volenti non currit præscriptio.*

9 *Tempus conficiendo itineri quod datur non venit sub præfi- xione termini legalis.*

DECISIO CLI.

IN vna Hispalens. decimarum, in qua pro Archiepis copo & Capitulo Hispalen. lata fuerat sententia contra Comitem de Vrg per edictum quæ transiue rat in rem iudicatam, & exequutoriales filio eiusdẽ fuerant intimatæ, & successoris in comitatu, à quibus pro parte ipsius Comitis in partibus Hispaniæ fuit ap pellatum ad Sedem Apostolicam, 12. Maij, 1541. & causa posteà fuit commissa in mense Februarij, 1542.
1 Dubitaui ego, an † tempus appellationis prosequen dæ intercurreret à die interpositæ appellationis in par
tibus, an verò à die commissionis in Curia seu à die,
quo verisimiliter potuerit committere. Quia si à die
2 interpositæ appellationis † biennium, quod in Rota
conceditur, erat elapsum, & sic appellatio deserta: si au
tem à die, quo potuit in Curia causa committi, attentis
impedimentis bellorum, quòd biennium non erat e-
lapsum. Et causa posita die sexta Septembris, 1544.
per me tres ex Dominus votantibus, & quòd tempus
etiã si annuum prosequendæ appellationis currebat à
die interpositæ appellationis, per tex. in Clemẽ. 1 sicut.
de appella. ex quo ibi initium tẽporis, quo appellatio
debet prosequi, ponitur per tex. in l. si in die. ff. de con
dit. & demonstra Tantò magis dicebant isti, quòd nõ
solùm annus sed etiam biennium erat elapsum. Nam
imputandum erat ei, si infra tale tempus fuerat negli
gens, maximè quia secundum Abb. in c. ex ratione. co
lum. 4 versicu ego dicerem. de appellatio. quòd impe-
dimentum interuenit in secundo anno, semper cur
rit tẽpus, nisi in duobus casibus, licèt restitutio detur.
Sed alij quatuor, cũ quibus etiam ego concurrebam,
3 tenebant, ꝙ † tempus appelationis prosequẽdæ incipe-
ret currere à die, quo verisimiliter potuit causã cõmit
tere, per id quod dicit Frã. in repe. c. quoniã contra. in
tractatu de interlocutor. & appella. col. fi. vers. vltim.
cõplemento. de probat. vt Roman. in 3. cõs. in vers. ap
pellationis fatalia. & id ẽ Lanfranc. in tract. de cõpro
miss. in prin. col. 4. circa prin. Non obstat responsio da
ta per tres Dominos contradicentes, dicentes ꝙ
4 Dom. Lanfranc. loquitur † in instantia statutaria, in
qua præfigitur breuis terminus duorum dierum vti
lium, ex quo tunc dies non incipiunt currere, nisi vbi
est datus iudex, quòd secùs est in casu d. Clemen. sicut.
& dicebatur, quòd Lanfranc. limitat Clemen. sicut.
licèt posteà inferat ad instantiam statutariam. Item di
cebatur, quòd rationes Lanfranc. etiam in casu Cle
men. sicut. militabant. Item ista rẽsponsio non cadit ad
id, quod dicit Lanfranc. in dict. tract. de compromiss.
in 6. in 1. volum. tracta. & Brun. in verb. appellationis
fatalia, vbi simpliciter declarat Clemen. sicut. & non
inferunt ad statutum de decem dieb. sed ad aliud statu
tum, vt ibi per eos. Non obstat text. in l. si in die. ff.
de condic, & demonstrat. quia ibi respondet Bartol. li
cèt Clement. sicut, habeat initium, tempus tamen non
habet ita expresse vt subauditionem excludat. Non ob
5 stat, quòd † impedimentum superuenerit in secundo
anno, & ideò dicitur tempus currere, licèt detur restitu
tio: quia respondebant, quòd in hoc erat æquiuocatio:
quia prius erat disputandum, à quo tempore incipiat
annus, & posteà cognosceretur, an bienniũ esset elap
sum vel non. Sed vnum fundamentum, quod nõ fuit
tunc adiunctum: fuit tunc contra secund. illam par
tem, & sic contra istos quatuor. Nam. nos habemus, ꝙ
etiam tempus ab initio est continuum, vt per gloss. in
rubri. de diseur temporis præscrip. in 1. pari. prin. in 6.
6 q. vbi ex hoc infertur, quòd † omnis præscriptio siue
legalis, siue statutaria est continua, nisi lege vel statu
tuto illud caueatur. Cùm ergo tempus præfigendi, de
quo in Clement. sicut. dicatur præscriptio legalis, er-
go continua. Sed ad istud fundamentum potest respõ
deri ex his, quæ dicit Salicet in d. l. si in diem. in distin
7 ctione, quam facit, dum vult, quòd non procedat, quã
do tempus curreret impedito: sed † in casu nostro tem
pus esset continuum, & curreret, etiam quòd non es-
set datus iudex, curreret impedito. Et tamen regula iu
8 ris est, quòd † non volenti agere non currat præscri-
ptio. Cùm ergo detur annus ad prosequẽdũ, debet ita
intelligi ille annus dari, vt toto anno agere posset, & ta
9 mẽ aliquod † tempus sit necessarium, vt ab Hispania
ad Curiam pro causa committenda posset venire, cer
tè illud tempus in datione non debet currere. Ego fui
istam partem amplexus: quia in tempore remissoria
decreta fuerat, & vbi cõstaret de bono iure Comitis,
omninò fuisset restitutus ad euitandũ circuitus. Nolui
causam iterum ponere, maximè cùm Comes pro exe
quenda remissoria debebat se obligare de stante sen-
tentia: licèt etiam aliqui ex Dominis dixerunt, quòd
ego non ponerẽ, pro decisione. Tamẽ ex supradictis
ista opinio potest bene sustineri. Iste autem casus hic
non ponitur pro resoluto. Ista causa fuit iterum posi-
ta die 10. Octobris, 1544. Et fuit resolutũ prout infrà
decisi. 1544.

EPITOME.

Citatio ad primam diem consequentibus non valet.

DECISIO CLII.

COram Domino Aquens. in vna Hispalens. decima rum die 16. Octobris, 1544. fuit resolutum, ꝙ cita- tio ad primam diem & sequentes, si in prima non es- set pronunciatum, sed postea per decem dies vel vigin ti, potest esse nulla tanquàm vaga, & speciẽ seruitutis inducens per ea quæ dicit Bald. in cõsil. 288. & Philip. Ias. in c. cùm parati. colum. 4. versic. verũ scriptum sit. de appell.

EPITOME.

Gratia concessa ad beneficia spectantia ad collationem Matthæi Cardinalis vacatura de eius consensus quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Gratia concessa ad censensum Episcopi, an post ipsius obitũ vacante beneficio extendatur ad consensum successoris & nu. 3.*

2 *Papa non intendit gratiam sine consensu concedere: & gratia ad collationem vnius non extenditur ad collationem alterius.*

4 *Beneficia simplicia & perf ecta propter clausulas in gratiis po sitas pro effectis habentur.*

5 *Gratia personalis ipsa persona moriente expirat.*

6 *Clausula, quæ inhibet Matthæo & pro tempore Episcopo Caribocinensi, an grauet dignitatem an verò personam.*

7 *Verba executiua quamuis declar ent, non tamen ampliant.*

DECISIO CLIII.

IN vna Carthagio.portionis coram Domino Mohe-
dan,in qua fuerat concessa reserua cuidam Hierony-
mo familiari ad beneficia pertioentia ad collationem
Matthæi Episcopi Carthagin, ratiooe Ecclesiæ Car-
thaginco.& iodulti sibi conceßi duntaxat & de eius
consensu spectan.vacantia ad pręsens,& in posterom
vacatura, accedente ad hoc ipsius Matthæi consensu.
1 Fuit per maiorem partem resolutum ,quod † consen-
sos fuit requisitus per Papam , & non grauaret Mat-
thęum Episcopum, nisi de eius consensu,ꝙ licet Mat-
thęus Cardioalis coosensisset,&antequam beneficium
vacaret post obitum Cardinalis , quòd reserua illius
noo caperet: quia consensus Episcopi requirebatur
tempore vacationis cum illo tempore grauaretur.
Cum illo tempore Matthæus non desijsset esse , ergo
2 successor eius non fuit grauatus : quia Papa † non in-
tendebat gratiam sine consensu concedere: &ideo
gratia ad collationem vnius non extendebatur ad col-
lationem alterius, c,cum in illis. §. final. de præbend.
in 6. Non obstat , quod io clausula decreti,sed si Epi-
scopi pro tempore existen. sit indultum,ex quibus vi-
detur dispositiua declarari , vt per Bart. in l.& quam.
3 C.de fid.instr. & ideo videtur , quod † noo solum
Matthęum,sed etiam eius successorem grauare voluit
qoia respondebatur,qood referebatur etiam ad Mat-
thęũ videlicet quod si Episcopo ,pro tẽpore existenti
esset indultom, quod non teneretur ad receptionem,
quod non obstante tali indulto Matthæus teneretur.
Non obstat,quod dicit Cardin.in Clemen.penul.io 1.
4 oppos.& 6.de præben. quod hodie † propter clausu-
las in gratijs positas beneficia sint affecta,ita vt ordi-
narius non possit disponere:quia dicebatur,quod pro
eedebat in gratijs simplicibus & perfectis,sed ista erãt
accedente consensu quod non interueoerat. Ista caosa
fuit iterum posita 8.Oct. 1544.& per omnes fuit reso
lutum id quod supra per maiorem partem conclusum
5 fuerat , videlicet quod gratia † expirasset per obitum
Matthæi Cardinalis Episcopi Cartagin. quia gratia
fuit reputata personalis : Tamen quia in ea dicebatur
ad collationem Matthęi Episcopi Cartaginens.specta
re voluit enim Papa personam Matthæi nõ autem di-
gnitatem grauare , ad no.in c. quoniam.& ibi Abb.de
offi.deleg. item quia loquebatur de beneficijs vaca-
turis , erat atteodendum ad Rot. decisi. 857.io aotiq.
Ergo illo tempore debebat consensus Matthæi inter-
uenire,& alienationes fuerunt consideratæ,de quibus
io informationibus coram Mohed. Et non obstat,ꝙ
6 decretum † io clausulis exequutorijs inhibeat Mat-
thæo,& pro tempore Episcopo Carthagin.& sic vide-
batur,quod per præfata verba Papa voluisset digni-
tatem non autem personam grauare:quia responde-
batur qood talis clausula alia verbis,videlicet inhiben
do Matthæo & pro tempore Episcopo Carthagin.ne
de beneficijs huiusmodi &c.sic restrictè stant ad bene
7 ficia de qnibos in dispositiua erat depositum. Item di-
cebatur sicut præfertur nunc vacauerit, & sic semper
stant restrictiuè: vnde licet † verba in parte executiua
posita declarent,tamen noo ampliant. fuit etiam lon-
go sermooe responsum ad molta fuodameota prout
in informationibus iuris.

EPITOME.

An fatalia si currant à tempore interpositæ appellationis in partibus dari poteris index vide supra decisi.151 facit quod dicit Felin.in c.personam.col.fin.vers.terminus ad prosequendum.de appell.

SVMMARIA.

1 *Appellationis prosequendæ tempus ab eius interposita die currere incipit.*
2 *Excommunicationis exceptio infra octo dies a die appellationis probari debet.*
3 *Biennium ad prosequendam appellationem à Curia datur impedito,si intra annum aliquid ab eo actum fuerit.*
4 *Impedimentum in primo anno biennij est causa,vt alius adijciatur annus.*
5 *Impedito in prima parte anni non datur secundus annus nisi in secunda parte anni quoque adhibuerit diligentiam, etiamsi non nisi per remissoriam decretam causa potuerit expediri.*
6 *Iudicis scripto impeditus qui est,huic fatalia non currunt.*
7 *Tempus certum longinquis appellationibus præfigitur non ad finiendam,sed ad probandam et prosequendam appellationem.*

DECISIO CLIIII.

CAusa Hispalen.decimarum videlicet à qoo tempo-
re fatalia correrent an à die appellationis interpo-
sitæ in partibus,an verò à die quo verisimiliter causam
committere potuit, fuit iterum posita 20.Octobris,
1544 & fuit habita pro resoluta: quia † pro vna parte,
5 videlicet quòd debeat fieri suppletio,&à die ioterpo-
sitæ appellatio & dicti iudicij, fuerunt quatuor:& ego
concurrebam cum eis:quia dicebatur , quod inprimis
habebatur authoritas Lãfranc. prout dixi supra Item
per Bartol.in l.si in diem. ff. de condit. & demonstrat.
& vltra Bartol.est text. in c.1.de except.in 6.vbi ex-
2 ceptio † excommunicationis debuit intra octo dies a
die appellationis probari & supplentor ibi admissiones.
Noo obstat,quod dicebatur,quod Lanfranc.non lo-
quebatur quando eramus in biconio prout eramus in
casu nostro sed dicebatur , ꝙ loquitur quando sumus
3 in anno:quia respondebatur,ꝙ etiam † in Curia dare
tur biennium etiam sine causa,dummodo infra an-
num aliquid fecisset , vt per Cassa.decisi.6.de appella.
colom. final. dicere certè non poteramus bieonium
fore elapsum,nisi sciremus ,quando vnus annus inci-
4 petet currere. Item non obstat quod † impedimen-
tum in primo anno biennij,est causa,vt detur alius an
nus,vt per Doctores , in c.ex talione. de appella.non
autem dicunt quòd non currat annos , & quòd non
potest adiri iudex:quia dicitor , quòd argumentum
non procedit in Curia , vbi indistinctè datur bienniũ.
Item non obstat , quod sentit Anto.in Clem.sicut.de
5 appella. colum.2. vbi dicit,quod si † impeditus io pri-
ma parte anni non facit diligentiam in secunda parte
anni quod non datur secundus aonus.& propterea in-
fert de impedito circa impedimentum & accessum ad
Curiam,vt ibi per eum,quia simili modo respond[illegible]
qoòd illud dictum in Curia non habet locum,[illegible]
me quando in reliqua parte anni fuerit facta dilig[illegible]
tia,& causa noo poterit expediri,nisi per remissoriam
quæ decreta fuerat non obstantę quod Lanfranc.in
tracta.de arbitris.in 4.column.loqueretur in eo , qui
6 † erat impeditus scripto iudicis quod impedimentum
maius est,quàm aliud impedimentum:& in tali impe-
dito fatalia oon currunt,vt dicunt Doctores,in d.c.ex
talione.Hic autem non erat tale impedimentum:quia
dicebatur quod Lanfranc.in d.tracta. de arbitris lo-
quebatur exemplificatiuê,in repet.d.c. quoniam con-
tra.in tractatu autem de interlocotorijs indistinctè lo
quebatur licet postea ibi adstatuit. Non obstat † tex.
7 in l.a.circa princ.de tẽpor.appel.dũ loquitur de appel
latione ex Ægypto, & alijs locis ad imperia,vbi præfi
gitur certũ tempus: fuit responsum,ꝙ illud tẽpus da-
batur ad probaodũ &prosequendũ appellatioñe,noo
autem ad finiendum,prout dicit Clemeo.sicut. Item
quod

quòd possit esse subauditio, de qua supra per decis.151. facit reg. quam ponit Bart. etiam in l. genere. ff. de his qui notan. infam. col. 2. in fin.

EPITOME.

Res inter alios acta quomodo noceat tertio.

SVMMARIA.

1 *Sententia contra fiscum lata tertio, de cuius bonis ipso sciẽte actum est, non quoad actionẽ & exceptionẽ, sed quoad executionem istius sententiæ tantum nocet, si tertius non sit possessor.*

2 *Sententia contra fiscum pro spoliatis lata vni non possidenti nihilominus prodesse debet quàm alteri possessori.*

3 *Sententia in possessorio inter duos lata, tertio non possidenti & causam agitari sciẽti tantùm nocet, vt pati debeat sententiam contra alterum latam executioni dari, non autẽ vt sibimet obsit.*

DECISIO CLV.

EGit I. Bernardinus possessor remedio recuperãdi totum castrum concurrente Sirena cum Honorato cõdomino: Io. Bernardinus obtinuit sententiam restitutoriã ad dictum castrũ, & fuit restitutus ad possessionem castri, Honoratus postea agebat ad possessionem castri tanquàm condominus, & iudicio restitutorio cõtra Ioannem Bernardinum possidentem integraliter castrum. Opponebatur per Ioãnem, quòd Honorato scienti obstabat sententia in eius fauorem lata. Et ideò decima Octobris, 1544. fuit dubitatum in vna Angina coram Domino Peregrino, præsupposito, quòd Dominus Honoratus † sciuerit litem pẽdere inter fiscum, & Ioãnem Bernardinum super possessione castri Suruile, an sententia lata in fauorem Domini Ioannis Bernardini contra fiscum nocuerit Honorato. Et fuit resolutum, quòd quoad actionem & exceptionẽ non nocebat talis sententia, sed tantùm quoad executionẽ faciendã, vt per Innocen. in c. quam nis. in princip. de re iudic. facit quod dicit Egid. secùs si Honoratus fuisset possessor, quia tunc in possessione nocuisset, vt per Felin. in c. cùm super. colum. 4 ver sicul. contra subiectam. cum sequent. colum. de re iud. Immò dicebant aliqui, quòd potius talis sentẽtia de-
2 bebat esse proficua Honorato: quia ipse veniebat ex eadem causa spolij, sicut Ioãnes Bernardinus. Nam ambo fuerant spoliati dicto castro, & sic dicta sententia erat coadiutoria, & non læsiua. Nam erat vnus ex spoliatis, prout decimus, & sententia erat lata in fauorẽ cohæredis, secùs contra, l. sæpè. ff. de re iudic. quod non noceat, & in facto præsupponebatur, quòd in iudicio agitato inter Ioannem Bernardinum & fiscum Honoratus nõ fuerat citatus, aduerte: quia 15. Iunij, 1543. in vna Roman. domorum coram Domino Nouato fuit conclusum, quòd † sententia lata inter duos
3 in possessorio noceat tertio, non possidenti & sciẽti causam agitari, quoad hoc, vt ipse tertius debeat pati, & sic executio fiat in possessorio, contra illũ, contra quẽ erat lata. non autẽ quòd si sententia lata inter duos noceat tertio scienti causam agi quoad hoc, vt contra tertium possessorem fieri debeat executio: quia hoc esset nimis iniquum, & quod ita Doctor. debent intelligi, videlicèt in d. c. cùm super. & in c. quamuis. & in l. sæpè.

EPITOME.

Expectantes an possint acceptare in mense ordinarii sede vacante & ad istam decis. aliquid dixi in prima parte.

SVMMARIA.

1 *Expectantes an sede vacante possint in ordinarij mense acceptare. & nu. 9.*

2 *Priuilegium ordinario datum ipso defuncto expirat.*

3 *Regula verba cùm defunctis prælatis adaptari non possunt, tunc nec eius dispositio.*

4 *Gratiositas Papa quando cesset.*

5 *Collatio cùm fit beneficiarum fructus, futuro successori reseruari debet.*

6 *Papa expectatiuam conferens concedit eam ad omnes menses, effectum eius in fauorem ordinarij per quatuor mẽses suspendendo, moriẽte interim ordinario an expectatiua ad omnes menses extendatur. & nu. 11.*

7 *Decretum accessorium sequitur naturam regulæ, cui est adiunctum.*

8 *Alternatiua personalis adeò afficit beneficium, vt de eo alius disponere non possit, cùm ea durante decretũ manet.*

10 *Regula de prælatis loquens magis dignitatem quam personam considerat, & proinde magis realis quam persona lis est.*

12 *Expectans defuncto ordinario acceptare non potest cùm clausula est realis, & dignitatem respiciat, secus si sit personalis.*

13 *Collatio libera confertur ordinarijs non sub proprio nomine, sed sub nomine dignitatis.*

DECISIO CLVI.

IN vna Carthagin. parochialis de Serra coram D. Mohedano, fuit dubitatum 15. Octobr. 1544. an ex-
1 pectantes possent acceptare † in mense ordinarij sede vacante stante clausula: Et fuit dictum per quinq; ex Dominis duobus contradicentibus, quòd posset acceptare, licèt Pari. in trac. de sede vacan. in 1 par. in §. q. colum. 6. vbi plenius articulum examinat, tenuit, q; expectantes possint acceptare in mensibus ordinarij sede vacante, & quia regula dabat priuilegium perso-
2 nale. Et dicebant illi quinque, quòd licèt † priuilegiũ daretur ordinario, & sic videretur esse restrictũ, tamẽ dicebatur personale: quia defuncto ordinario expirabat priuilegium regulæ, & verba regulæ ad prælatos
3 inferũ ur item regula dicebat, q; prælati † liberè disponere possint, vnde cũ verba regulæ non possint adaptari defunctis prælatis, ergo nec eius dispositio: & quia regula ideò suspendebat effectum expectatiuæ pro quatuor mensibus, quæ de sui natura omnes men
4 ses comprehendebat: quia Papa volebat † se reddere gratiosum aduersus prælatos: vnde cùm prælati non essent, cessabat illa gratiositas: Item quia nulla eis fiebat iniuria, nimirum si expectatiua remanebat in suspenso, & sic expectantes in omnibus mensibus acceptare poterant. Item quia si Papa fuisset interrogatus, ita verisimiliter respondisset, cùm memini tunc fiat iniuria, iuxta gloss. in l. tale pactũ. §. fina. ff. de pact. quia habet locũ in omni motiuo & dispositione. Nõ
5 obstat, quòd † collatio beneficiorum sit fructus, & ideò futuro successori debeat reseruari, vt per gloss. in capitul. cum olim. de maior. & obed. quia respondebatur, quòd verum erat nisi Papa cum ordinario
6 conuenisset de istis fructibus, cùm disposuisset: Nam † concedendo illam expectatiuam dat illam ad omnes menses, tamen effectum eius suspendit per quatuor menses in fauorem ordinarij moriente eo remanet expectatiua in omnibus mensibus post quàm reperitur, quòd Papa non disponit: & hoc ita erat decretum, ne daretur diuturna beneficiorũ vaca-
7 tio. Non obstat † decretum in regula appositum, quia est accessorium, & sequitur naturam regulæ. Non ob-
8 stat decretum alternatiuæ: † nam alternatiua est personalis, tamen afficit adeò beneficium, quòd alias

DECISIO CLIX.

DIe 20.Octobris,1544. in vna Legionen. coram
Domino Fabio fuit dictum, quòd decisi Egid.
1 156. quòd mortno † actore lis dicitur finita. nisi reus
velit prosequi, qnòd illa dec. intelligebatur, quando e-
ramus in prima instantia: quia dato, quòd reus nollet
causam prosequi, nullum pericnium potest imminere
reo: quia dato, quòd surrogatus veniret in eiusdem sta
tu & terminis, prout dicit c.1. vt lit. pend. in 6. vel de
nouo causam inchoaret, & sic nullum pericnlum pote
2 rat reus pati. Sed quando † reus reportasset sententiam
contra se, & in secunda instantia actor moreretur, tūc
lis non potetat dici finita propter præsumptionem o-
rientem extra sententiam contra reum: quæ † suspicio
3 licèt per appellationem esset suspensa, tamen illa suspē
sio tollebatur deserta appellatione, & sic interim, sur
4 rogatus † in iure & ad litem poterat prætendere sen-
tentiam transisse in rem iudicatam, si infra biennium
reus causam non fuerit prosequutus: qnia imputandū
est ei, qui sententiam contra se reportauit, quòd voca-
tis interesse putantibus eam reuocari non fecerit.

EPITOME.

Statutum Anconitan. sub rub. de successfion. ab intestato quo modo intellectum.

SVMMARIA.

1 *Soror ex latere patris tantùm an præferatur, in successione fratris defuncti, filio alterius sororis vtrinq; coniunctæ. iuxta statutum Ancanitanum.*
2 *Soror quamuis non conseruet agnationem, est tamen agnata.*
3 *Statutum interpretandum est, vt minus lædat ius commune.*
4 *Filius succedit in locum matris.*
5 *Statum vocans fratres & excludens sorores intelligitur quoque fratrum vocare filios, cùm filiorum locum repræsentent.*

DECISIO CLX.

IN vna Anconitan. bonorum, in qna tractabatur de
successione fratris defuncti, & extabat soror ex late-
re patris cōiuncta, & ex alia sorore vtrinque coniūcta
ex latere patris prædefuncti extabat filins: Dubitaui
1 ego 20. Oct.1544. an soror ex † latere patris tantùm
præfertur in successione fratris defuncti filio alterius
sororis defunctæ vtrinque coniunctæ, attenta forma
statuti Anconitani sub rubric. de successiõn. ab intesta
to. Et fuit resolutum, quòd soror præferretur: tum quia
statutum dicit, prædictis matre fratribusque vel filijs
fratrum non extantibns, tunc succedere possint. & suc
cedant sorores prædictæ. & in superiori parte feci
mentionem de sororibus vtrinque coniunctis ex latere
patris, tunc subintrat statutum exclusis omnibns alijs
à dictis bonis & hæreditate: & sic qnoniam qni totum
dicit nihil excludit, exclusi erunt filij sororis vtrinq;
coniunctæ quia tamē immediate à tali exclusione ex-
cipit matrem, ista ergo exceptio includit omnes alios
2 in ista exclusione. Tamen quia licèt † sorores non sint
de conseruātibus agnationem, est tamen agnata: & sta
tutum considerat agnationem, patet, qnia post istam
sororem ex latere patris conlunctam vocat sororem
vterinam, & istud non potest dici quòd sit nisi fauore
agnationis: & cùm filius sororis quantūcunque vtrin-
que coniunctæ non sit de agnatione, nimirum si statu
tum voluit illum excludere. Non obstat, † quòd debe
mus interpretari statutum, vt minus lædat ius com-
mune, quàm facere posset, l. 2. vbi Salic. C. de noxali
4 act. Et sic cùm filius † ingrediatur locum matris, vide
batnr, quòd non esset exclusus: quia fuit responsum
qnòd erat diuersitatis ratio propter agnationem, quæ
non erat in ipso filio Item quia apparebat, quòd sta
tuentes recessissent à dispositione iuris communis,
præferendo prius fratres sororibus. Item pariter vocā
do sorores vtrinque coniunctas, & ex latere patris tan-
tum, contra authen. cessante. cum sequent. C. de legit.
hæred Et ideò nō obstat consil. Deci. 484. vbi voluit
5 quòd † statutum vocans fratres & excludens sorores
intelligatur etiam vocare filios fratrum, ex quo sunt
in loco filiorum: qoiafuit responsum, quòd ibi in alia
parte statuti fuit facta mentio de filijs fratrum, prout
dicit Deci. Fuit iterum proposita 24 Octobris, 1544.
& Domini fuerunt in eisdem.

EPITOME.

Maior 14. annorum an possit sine curatore beneficium resignare, & ad resignandum procuratorem constituere.

SVMMARIA.

1 *Maior 14. annor. an possint constituere procuratorem ad resignādum beneficium, quod ex permutatione sine curatoris consensu obtinere potest. num. 5.*
2 *Maior annis potest beneficium in manibus superioris sine curatore resignare.*
3 *In actu solennitatem requirente non potest minor absque illa solennitate quicquam agere.*
4 *Permutatio à maiorenne facta sine curatoris authoritate, etiamsi alteri, cum qua permutauit, minus vtilis sit, tenet.*

DECISIO CLXI.

IN vna Segobiens. portionis integræ coram Domi-
no Prospero, die 20. Octobris 1544. fuit dubitaum
1 † an maior 14. annorum possit constituere procurato
rem ad resignandom beneficium, quod potest obtine
re sine cōsēsu curatoris ex causa pemntatiouis. Et pro
2 parte affirmatiua dicebatur, quòd sic: quia † maior
14. annorum potest resignare in manibus superioris
sine curatore, vt per Mil. in verb. minor 14. annorum
maiori tamen facilè per se, ergò poterit procuratorē
constituere, vt dicit Nico. Boer. in 4. parte decis. argu
men. eorum, quæ dicit Bartol. in l. diuus Seuerus. §. pro
curatores. ff. qui pet. tuto. sed istud in contrarium re-
torquebatur, quia verum est, quòd maior potest cū
illa solemnitate: ergò cum eadem solemnitate procu
ratorem ad resignandum constituere debebat: quia
3 † minor vel mulier, quando non potest actus sine cer
ta solemnitate fieri, non possnnt absque illa solemnita
te procuratorem constituere: oportebat ergo, vt mi
nor constituisset procuratorem coram superiore, &
cnm causę cognitione. Non obstat, quòd in supplica-
tione esset expressum, quòd esset maior 14. annorum,
ita quòd Papa certam notitiam de maioritate habuis-
set, quis respondebatur quòd Papa non habebat cer
tam notitiam, an maiorennis factum per se vel per
procuratorem esset cum solennitate legitima factum.
videlicet cum consensu superioris, & causa cognita.
4 Non obstat, quòd † permutatio esset minus vtilis,
quia dimittebat beneficium, cuius fructns erat npro-
curatori suo reseruati, & ei, per quem erat reseruatus
regressus. & capiebat beneficinm valoris quadraginta
cnius fructus nulli erant reseruati: quia dicebatur,
quòd istud requirebat altiorem indaginē, cum forsam
illi magis expediuisset expectare mortem reseruata

rij cùm beneficium esset valoris 300. quando reciperet,
&de præsenti beneficiũ 40. erat, hoc curatum & aliud
simplex, ergo minori non erat vtilius. & ita eodem die
5 fuit proista parte resolutum quòd † maior 14. anno-
rum sine dicta solennitate non poterat procuratorem
ad resignandum constituere.

EPITOME.

Indultum Cardinalis Burgen facit quòd prouisio apostolica non valuerit beneficio patrimoniali impetrato.

SVMMARIA.

1 *Indultũ an possit obstare prouisioni Apostolicæ de beneficio patrimoniali, de quo agitur.*
2 *Patrimonialia beneficia dupliciter considerantur.*
3 *Patrimonialia ad liberam ordinarij collationem spectantia, certo personarum generi sunt conferenda.*
4 *Patrimonialia, quorum præsentatio, electio & nominatio ad patronos, et institutio ad ordinarium spectat, sub indulto non veniunt.*
5 *Indultum præseruat collationem ordinarij.*
6 *Iurisdictio cùm in fauorem ordinarij per indultum conseruatur, latè est contrà concedentem interpetandum, secùs est cùm iurisdictioni ipsius derogatur.*
7 *Expectatiua reseruantes beneficia ad Episcopi collationem pertinentia, latè non sunt interpretanda.*
8 *Indultum quamuis non comprehendat beneficia ad inferiorũ collatorum collationem & tantum ad ordinatiorum institutionem spectantia, an & quo casu præiudicet prouisioni Apostolicæ.*

DECISIO CLXII.

FVit dubitatum in vna Burgen. beneficij de Gnita
1 rianida, coram D. Peregrino, an † indultum Cardi
nalis Burgen. obstaret prouisioni apostolicę in benefi
cio patrimoniali, de quo agebatur. Et fuit resolutum,
2 qsic: quia † dupliciter ita cõsiderat beneficia patrimo-
nialia: quia aliqua pertinẽt ad pręsentationẽ, electionẽ
seu nominationem patronorum, & sola institutio per-
tinebat ad ordinarium, & illud non erat huiusmodi:
aliqua verò pertinent ad liberam collationem ordina
rij, quæ veniunt sub indulto: quia verba indulti verifi
cantur in ipsis, cùm comprehendant omnia & singula
3 beneficia ad collationem &c. Et licèt ista † beneficia
patrimonialia debeant certo generi personarum con-
ferri, fuit dictum, quòd non eramus in terminis gloss.
in capitul. cùm in ecclesia, de præbend. in 6. & ista
4 non dicerentur pertinere † ad liberam collationem
ordinarij. & ideò non venirent sub indulto: quasi indul
tum comprehendat tantum illa, quæ sint liberę colla
tionis, non illa quæ non liberæ, sed necessitate certo
generi personarum conferri debent: quia respondeba
5 tur, quòd † indultũ præseruat collationem ordinarij:
& ideò non auget iurisdictionem, sed est pręseruati
uum. fuit dictum, quòd tale beneficium comprehẽdit
cum hoc, quòd etiam certo generi conferat, ita quòd
nihil aliud facit, nisi iurisdictionem ordinarij præser-
6 uare: & ea † quo indultum erat in fauorem ordinarij
iurisdictionis, latè contra concedentem interpretandũ
erat: quod secus est, quando venit ad derogãdum iuris-
dictioni ordinarij, vt in expectatiuis, † in quibus reser
7 nantur beneficia ad collationem Episcopi pertinẽtia,
quia tunc cadit dubitatio, en comprehendat beneficia
certo generi personarum debita. Non obstat decis. 3.
Cassad. de priuileg. quia illa loquitur in beneficio pa
trimoniali præseruatiuo seu electiuo, quia illud intel
ligitur sine præiudicio illorum: quod secus est in casu
nostro, vt dixi. Fuit iterum posita 14. Octobris. 1544.
& erat tunc etiam producta regu. in dultorum Car-
8 dinalis, quòd non † comprehendat: beneficia ad col-
lationem inferiorum collatorum spectantia, & quæ
spectãt ad eorum institutionem. & ad præsentatio-
nem aliorum. Et nihilominus fuit idem resolutum
quod supra: quia beneficium patrimoniale, de quo a-
gebatur non erat ad collationem inferioris, nec ad prę
sentationem alicuius.

EPITOME.

Simplicitas non excusat à simonia.

DECISIO CLXIII.

IN vna Tole. de Aspedreda, in qua erat probata certa portio simoniaca super quodam beneficio, fuit dubitatum 24. Octobris 1544. per D. Prosperum, an simplicitas excusaret, iuxta terminos c. cùm vniuersorũ. de rer. permut. illa excusatio fuit ea gratia, ad principem, & non ad auditores pertinet, tum quia ratio text. est, vt decepto succurratur, & ne aliàs ex dolo reportet commodum, quod non erat in casu nostro: tum quia ille recurrebat ad ius suum, quod non erat hic, in quo volebat retinere beneficium.

EPITOME.

Regula reuocatoria Clem. 8. mensium comprehendit beneficia, quæ ex forma statuti Placentini debentur.

SVMMARIA.

1 *Reseruatoria regula 8. mensium an quoque comprehendat ecclesiæ portionem, quæ ex forma statuti certo personarũ generi debetur.*
2 *Papa cùm per legis generalis viam procedit, non derogat necessario statutis.*
3 *Gratia de vacaturo non comprehendit præbendam alteri ex consuetudine vel statuto debitam.*
4 *Papa certa persona gratiam dante non censetur statuto certis personis beneficium tribuenti præiudicare.*
5 *Reseruatione motu proprio facta secundum viam legis generalis permutatio impeditur, quæ non nisi cum permutantibus fieri poterat adeò vt non expectatiua generales, nec reseruationes speciales eam impedirent.*

DECISIO CLXIIII.

FVit dubitatum corã D. Peregrino, 14. Octobris
1544. in vna Placentin portionis pro Ferdinando
1 Cermero contra Didacerum Ferdinandi, an † regula
reseruatoria Clementis 8. mensium caperet portio
nem Ecclesię Placetin quæ ex forma statuti debetur
certo generi personarum, putà, seruitoribus chori be
nemeritis. Et postees informationes fuit resolutum
quòd sic: quia reseruat beneficia qualitercunque qua
lificata. & ad collationem quorumcunque collato-
2 rum pertinentia. Non obstat, † quòd regula derro
get statuto: quia fuit dictum, quòd non derogaret:
Tamẽ quia Papa procedit per viam legis generalis,
non est necessaria derogatio statutorum, ad not. per
Felin. in c nonulli. de rescript. non obstat gloss. in c.
licet ecclesiarum. in glo. mag. de pręben. in 6. dũ vult,
3 quòd gratia † de vacaturo non comprehendit pręben
dam alteri ex consuetudine vel statuto debitam: ita-
que illa verba, ad collationem quorumcunque colla-
torum, videbantur intelligenda de collatione libera,
non autẽ ista arctata ad certos homines: quia fuit res
ponsum, quod illa glo. loquitur in gratia de vacaturo,
quæ

quæ est ambitiosa vitiosa ad c.ne captandę.eum aliis. de concef.præben.in 6.Etiam constat in dicta gratia
4 q Papa† certæ personę gratiam faciebat:& ideo nō est verisimile quod voluerit præiudicare statuto certis personis beneficiū tribuenti,hic autē agebatur de reserua inducta per regulam quę videbatur fauorabilis,ad no. per regulam,quæ videbatur,& ad not.per Federic. in tract.permu.q.1.chart.16.in fi. Cald.4 onf.3.de consuet.Domi.& Parif.in c.fi.§.in præbendis.de consuet. in 6.Istud idem probatur per Patis.col 2.super glo.in
5 verb.authoritates.de rer.permu.lib.6.vbi licet†beneficium permutari nulli alteri debeat quàm permutātib.& propterea propter reseruationes speciales seu generales expectiuas tales permutationes impedire non possint tamen per reseruationem motu proprio factam per viam legis generalis impeditur ipsa per mutatio non obstante affectione prædicta secundum Lap.& alios allegatos ibi per Parif. Item in casu isto ræseruatio erat generalis,& non in fauorem certæ personæ facta,& ideo poterat Papa conferre qualitatem iuxta formam statuti.

EPITOME.

Bulla Leonina facultatis testandi comprehendit etiā bona mobilia vrbana.

DECISIO CLXV.

FVit resolutum in vna Roman.societis 600.ducat. coram D.Aquen.die 24.Octobris 1544.quòd bul la Leonina dans facultatem testandi etiam in spurio quòd comprehenderet etiam bona mobilia in vrbe existentia,quia verba bullæ, istam interpretationem admittebant: dum postea quod verbum feci: de bonis stabilibus loquitur per verba generalia de bonis aliis quibustibet.

EPITOME.

Sequestrum etiam quod possessor non esset soluendo, nō fuit concessum.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum non debet contra monachum, etiamsi non sit sol uendo apponi nisi probaretur cum fructibus abuti,aut alia causa dilapidationis.*

DECISIO LXVI.

IN vna causa Terracon. Monasterij fuerat primo lata sententia absolutoria in fauorē Petri de Belloforte,& postea ex nouiter deductis fuerat illa reuocata & pronunciatum in fauorem Cardinalis de bononia & Cardinalis in ista secunda instantia,eo q agebat contra monachum,petebat sibi decerni sequestrum fuit dictum, quod iuxta formam regulę de compens.non poterat dari,quia non erat prima sententia,per ea quæ dicit Cardi.in Clem.vnic.de seque.
1 possess.petebat iterum Cardinalis, quod daretur † sibi sequestrum,eo quòd contra Monachum agebat,& sic non existent e soluendo, si tamen non probatur, q non abutebatur fructibus,quàm conuertendo eos in suos proprios vsus quod fecisset in prima instantia,vel antequam moueretur lis,quod non debebat dari sequestrum,dato eo quod non esset soluendo, ni si probaretur aliqua causa, vel dilapidatio vel alia cōuersio in proprios vsus,quòd esset solitus facere,quòd nondatur sequestrum. & faciunt not. per Abb. in ca. 2.& fi.de sequestr.poss.& fruct. Quare fuit facta resolutio coram D.Prospero,die 24.Octobris 1544.

EPITOME.

Substitutio pupillaris facta de extraneo in testamento minus solenni non est valida.

DECISIO CLXVII.

FVit resolutum coram D.Fabio, in vna Roman. de Balionibus, quòd substitutio pupillaris facta pro extraneo tempore pestis cum quatuor testibus non valeret,die 24.Octobris 1544.per ea quæ dicit Ias.in l 2.col.5.vers.circa6.requisitum.ff. de vulgar. & pupil. subst.& 18.reg.col.4.vol.4.

EPITOME.

Citatio per edictum requirit affixionem & lectionem & ex quibus verbis non fuerit probata lectio.

SVMMARIA.

1 *Citatio et si legitima non sit,sustinetur tamen sententia in post facto.*

DECISIO CLXVIII.

CItatio per edictum requirit affixionem & lectionē, vt decis.8.in tit.de contuma.Cassad.decis.4 de dolo & contum.In vna Hispalen.decimarum coram me di xerat notarius in valuis Ecclesiæ Hispalen. dum diui na celebrarentur,affixi, & contra tales exequutus fui, & earum vigore citaui. Fuit dictum, q per talia verba non probabatur lectio:qa licet diceret notarius, exe cutus fui,&citaui &c.intelligebatur per affixionē &sic non apparebat de lectione.Tamen quia erat † in post
1 facto,dixerunt Domini, quòd sustineretur sententia. Et quia data erat remissoria, quòd non exequeretur sententia, nisi executa remissoria.28. Octobris 1544. per me fuit proposita.

EPITOME.

Mensis est exprimendus in noua prouisione per resignationem,quòd resignans obijt infra 20.dies.

SVMMARIA.

1 *Prouisio noua per resignationem mensis expressionem requi rit.*
2 *Reseruatoria regula dicens de vacatione per obitum an possit in verè fila & interpretatiua verificari,et si per regulam de infirmis beneficium per resignationem vacare dicatur. & nu.6.*
3 *Clausula,siue præmisso siue alio quouis modo,facit,vt mensis exprimi debeat.*
4 *Beneficium de facto verè per resignationem vacans potest quòad effectum iuris verè per obitum vacare.*
5 *Regulæ loquentes de vacatione per obitum etiam in ficta vacatione loquuntur.*

DECISIO CLXIX.

FVit aliàs resolutum,quòd mensis,de quo in regula reseruatoria erat exprimendus in nouis prouisioni bus,coram D.Prospero,vt adnotaui in lib.1.annotatio num mearum. Fuit etiam resolutum coram eodem Do. Prospero die 27. Octobris 1544. quòd mensis
5 †esset,exprimendus in noua prouisione per resignatio nem quando resignatio nō fuit sortita effectum prout erat in casu illo, in quo in manibus Episcopi Salamantin.erat facta resignatio,& infra 20.dies decesserat, &erat obtenta noua prouisio, & per clausulas generales, siue præmisso,) resignatarius volebat capere be-
2 neficium. † Resolutum fuit in vna Salamatin. de Visosia,

Visolia,quod ex quo non expresserat mensem in noua
prouisione,quod obstabat regula de non expcimendo
mense.Non obstat fundamentum,quod pco parte ne-
gatiua fiebat, videlicet, quod licèt beneficium per re-
gulam de infirmis dicatuc vacare per tesignationem
ergo cegula reseruatoria loquens de vacatione per
obitum non poterat verificari in metè ficta & inter
pcetatiua,per ea quæ dicit Sarnen. in regul. de infir.
q. 3. Tces Domini tres diuersas solutiones dederunt
3 Primus dixit, quod ex † quo in noua pcouisione dici-
tur, siue præmisso, siue alio quouis modo,& propter
ista verba,capere per obitum , & ideo debebat expri-
mere mensem.sed ista responsio non tollit obiectum,
cùm semper illa catio dicatur facta.& sic illa enruit
4 solutio.Nam quod licet de † facto verè vacet per resi
gnationem: tamen quoad effectum iuris verè dicitur
vacare pec obitum: & in his, quę sunt iuris, Princeps
potest facere, quod verè dicatur vacare pec obitum
per ea quę dicit Bartol.in l.si maritus. §.legis Iuliæ.ff.
de adult. Secundus diccbat, quòd non est verum
quod dicatur fictè vacare,sed vecè pec obitum:& pon
derabat regulam de infirmis in illis verbis, collatio
nulla sit.sed fuit ei dictum, quod hoc nihil erat,quia
licet collatio per cesignationem esset nulla, nihilomi-
nus vacatio per obitum erat facta: & hoc sentit regu
la, dum dicit, vacare pec obitum. Vnde ego dixi,
5 † quod Sarnen. non ita indistincte loquitur, sed non
dicit, quod regulæ loquentes de vacatione pec obi-
tum non verificabantuc in ficta vacatione: sed ceg.
reseruatoria non loquituc de vacatione pec obitum,
sed simpliciter: nam dicit, beneficia extra curam va-
6 catuca:& licet ibi † ponat pęterquàm pec resignatio
nem, dicebatuc, quod per regulam de inficmis non
dicebatuc effectualiter per resignationem vacace: &
licet illo modo vacaret, tamen verè vacat. nimirum
si reg. ceseruatoria in eo locum habet. Et ita fuit reso
lutum.

EPITOME.

Fuit facta resolutio in causa Parmen. Vallium de pacto hic
scripto.

SVMMARIA.

1 *Pactum appositum instrumento donationis ne Corrigienses ad defensionem teneantur an valeat.*
2 *Reseruatio cum est inutilis & infructuosa non valet.*
3 *Claus. de debitis & oneribus, in instrumento donationis intelligenda quoque est de alys dabitis hereditarijs.*

DECISIO CLXX.

IN causa Parmen. Vallium die 24. Octobris 1544.
1 in quadedecam dubium, an † in pacto apposita
in instrumento tcansactionis Corrigienses teneantuc
ita defendece Comitem S. Vitalis ex pcomissione per
Ioan. Galeatium in instrumento donationis factæ
Cassandræ vt ipsi Domini Corrigienses non teneren
tur ad defensionem: quia aliàs reseruatio iurium facta
erat in fine primi capituli dum dicitur, quod tales
2 † non veniant in præsenti transactione,& vtrique partis
salua sint iura talis reseruatio esset infructuosa: quia si
Corrigiensibus obstacet exceptio de euictionis actu,
& ceseruatio ipsis non valeret,& erat inutilis. Non ob-
3 stat, quod etiam dictum capi. de † debitis & oneribus
debebat intelligi de alijs debitis hereditarijs, ne aliàs
sequeretuc dictum absurdum: quia etiam declinaba-
tuc per cegulam cap. 8. dum dicitur Et pcimamente
testano saluo nela regione comme de supca. Fuit etiam
dictum quod Corrigienses non erant successoces, nec
iuris nec facti D. Ioan. Galeatij.

EPITOME

Actus, de quibus hic, coram eisdem testibus loco, & Nota-
rio facti non præsumpti correspectiui.

SVMMARIA.

1 *Mandatum dans ad consentiendum coadiutoriæ & eadem die, loco & tempore coram ijsdem testibus eodemque Notario arrendans anticipata solutione an dicatur actum correspectiuum celebrare, & mandatum coadiutoriæ illicitum reddere. & nu. 4.*
2 *Contractus eodem die corā eisdem testibus eodemque notario initus pro correspectiuo habetur.*
3 *Correspectiuitas manifesta inducit simoniam.*
5 *Mandatum ad cedendum & retrocedendum est simoniacum cùm actuum vicinitas est in eadem re, & aliam, quam que praecesserit causam non habet.*
6 *Donatio quando sit simoniaca.*
7 *Coadiutoria, mandatum & arrendamentum super fructibus an sint actus correspectiui ad viuersi.*
8 *Emens domum, & eandem coram ijsdem testibus eodemque notario alteri donans eodem die, & loco non facit actum correspectiuum.*
9 *Donatio bonorum suorum propter receptionem in canonicum non est simoniaca si nullum pactum aut conuentio præcessisse probatur.*
10 *Simonia omni conditione & pacto cessante ex vicinitate non inducitur.*
11 *Simonia per testes de publica voce & fama, & per testes singulares de confessione non probatur.*

DECISIO CLXXI.

1 IN vna Hispalen. Canonicatus S. Saluatoris, in qua
Franciscus † dederat mandatum ad consentiendum
coadiutorię in fauorem Gometij,& eadem die cocam
eisdem Notario, & testibus, & loco idem Franciscus
arrendauerat pco trib. annis anticipata solutione pro
300. ducat. Dubitaui ego quia causa pendebat coram
eisdem Notario & testibus facta ita sint correspectiua
vt ex hoc pcæsumatuc mandatum coadiutoriæ illici-
tum. Et pco parte affirmatiua allegabatuc, quod dicit
2 Felin. in c. pastoralis. de cescript. quod † contcactus
eodem die coram eisdem Notario & testibus factus
3 pcæsumitur corcespectiuus,& in † cocrespectiuis ma-
nifestum est induci simoniam c. cum pridem. et c. fin.
de pactis. & ad idem allegabatur decis. Egid. 1 a. Et pco
ista pcopter vicinitatem actuum pluries Rota tenue-
rat pco simonia vt in mandatis ad cedendum & cetro
cedendum eodem die coram eisdem testibus & Nota
rio factis vt per Sarnen. in regula. de trienna. q. 12. col.
3. Tamen istis non obstantibus Rota, videlicet quin-
que ex septem, ducbus contradicentibus, tenuit ista
4 † non fore cocrespectiuata, ita vt inducerent seu præ
sumi facerent mandatum coadiutoriæ simoniacum,
5 eo quia dicebant, quod decisio † Rotæ, videlicet de
mandatis ad cedendum & cetcocedendum procede-
bant, quando illa vicinitas actuum erat in eadem re, &
quæ aliam causam habere non poterat, nisi quod fie-
bat respectu pręcedentis cessionis. Et id dicebatur in
6 casu deci. Egi. quod † illa donatio incontinenti facta a-
liam causam habere non potecat nisi causam regressus.
In casu autem nostro dicebatuc quod isti actus dice-
7 bantuc super re diuersa facti. Nam † mandatum cespi-
ciebat coadiutociam, & accendamentum cespiciebat
fructus, sic vt vterque suam causam haberet. nam i-
deo soluit 300. vt fructus ad triennium percipecet.
Potecamus idcirco dicere, quod isti contractus non
dicerentuc ad inuicem correspectiui, ita vt diceremus
vnum propter alium factum: alias sequeretur quod si

† ea

8 † eadem die corà eisdem Notario & testibus ego venderem domum, & demom darem, quòd isti contrahentes dicerentur correspectiui, vt vnus contractus propter aliū sit factus: quod non est dicēdum. Et pro ista parte allegabatur c.tua nos. cum glo. de simon. cum qua videntur Doctores consentire, dum gloss. dicit, quod
9 † si statim post ingressum aliquid datur, dum tamen pactio non probetur, non dicitur illud illicitum datū. Et
10 Cardin. ibi dicit, quòd † vicinitas seu ex vicinitate non inducitur simonia. Et ista decis. est notanda tanquam declaratoria aliarum decisionum Rotæ hactenus factarum super ista correspectiuitate. Testes quoq;
11 † de publica fama & voce de simonia, & testes singulares de confessione Gometij, non probant simoniam, per tex. in c. veniens. col. 5. versi. non obstat text. de testibus. Felin in c. cùm oporteat. num. 6. de accusat.

EPITOME.

Causa appellationis & nullitatis vbi simul committitur, causa nullitatis venit principaliter. vnde Paul. de Cast. consil. 188 ad primum respondet & d. consi. versi. circa secundum. volu. 1. quòd deserta causa appellationis non censeatur deserta causa nullitatis. Nihilominus in secunda parte alleg. suarum alleg. 38. difficile esse, col. 5. num. 44. versic. quoad appellationem.

SVMMARIA.

1 *Propter clausul dico. sententiam nullam, si præcesserit appellatio, non fit, vt illa appellatio incidenter sed principaliter competat.*
2 *Nullitatis causa etiam cum principali committi potest.*

DECISIO CLXXII.

EAdem die 7. Nouembris 1544. coram D. Aquen. fuit resolutum in vna Albiguran quòd si quis committit causam appellationis & nullitatis cum causa nullitatis venit principaliter, & non incidenter, quicquid dicat Ias. in l. contra maiores. C. de inoffi. testamen. quia istam quæstionem ponit Fran. in d. c. dilect. in 58. quæst. de appellat ibi, relatis opinionibus tenet, quòd
1 verior sit opinio illa, quòd † si quis dixerit, dico sententiam nullā, si quæ est appellatio, quòd causa appellationis veniat principaliter, & non incidenter, & ibi Docto. in fin. commentator dicit, quòd illa opinio est verior & communis allegando Alexan. col. 2. volu. 3. vbi attestatur esse communem. Et ideò est dicēdum, quòd
2 † committitur causa appellationis & nullitatis cum ea quæ principaliter competit, vt per Ias in l. 1. in 4. col. ff. de iureiuran. vbi in terminis istis loquitur. Et vide rationem ad propositum huius quæstionis, quàm ponit Franc in c. dilecti. col. 5. in 6. quęst. de appellatio.

EPITOME.

Filius legitimus, ad effectum successionis quomodo probatur.

SVMMARIA.

1 *Testes deponentes coniuges se inuicem pro coniugibus habere, & ab alijs sic quoque reputari, probant filium esse legitimum, quóad succedendum parentibus suis, secus quóad matrimonij essentiam.*
2 *Fama sola non probat filiationem, nisi alia adsint adminicula ad effectum successionis.*

DECISIO CLXXIII.

FVit resolutum in vna Anaguina Castri Suruile coram D. Sebastiano, die 7. Nouembris 1544. quòd
1 ad † probandum Honoratum fuisse & esse filium legitimum Ioannis Felicis, ad effectum successionis, quia in illo casu tractabatur de successione illius Honorati, non autem ad effectum probandi matrimonium inter illius patrem & matrē, quòd sufficeret probatio per testes, qui dicebant Ioan. Felicē & Magdalenam reputare se ad inuicem pro coniugibus, & ab alijs sic reputaban
2 tur. Nam licèt † fama sola non probet filiationem, vt per Ias in c. ne qua possessio. C. de testam. & per Felin. in c. per tuas. nu. 15. de probat. Tamen hic vltra famam aderat tractatus parentū, quia pro coniugibus se tractabant: in quo casu fama cum alijs adminiculis ad effectum successionis probat filium esse legitimum, vt per Alexan. consi. 28. Paris. cons. 13. vol. 3. & quia agebatur de matrimonio 8. annorum & sic antiquiori, quo casu leuiores probationis sufficiant, vt per Alexan. cons. 28. col. penult. in fin. vol. 4.

EPITOME.

Statutum vrbis, quòd post annum non possit agi de nullitate, non tollit exceptionem: vide ad istam materiam Paul. de Cast. in l Papinianus. nu. 5 § si filius. ff. de inoffic. testam. practica Papien. in forma libelli super forma execut. sententiæ definitiuæ, in verb. sapiens. & Egid. col. 4. versi. quod in statuto caueatur. fol. 195. in parua impress.

SVMMARIA.

1 *Actio si per statutum post annum perimatur, non tamen exceptio.*
2 *Statutum cùm per verbum, dicere, loquitur, comprehendit & actionem & exceptionem, secus si per verbum, agere.*

DECISIO CLXXIIII.

FVit resolutum 10. Nouembris 1544. quòd licèt statutum vrbis sub rubr. statuta concedentia. c. appellationis. de iudi. & eius casu. c. 151. in fi dicat esse additum, quod de cætero de nullitate sententiæ non possit agi post annum à tempore sententiæ numerandum,
1 quòd † licèt statutum tollat actionem post annum, non tamen tollit exceptionem, per ea quæ dicit Franc. in c. dilect. col. 4. in 54. q. de appellat. & Brun. in repert. suo. in vers. nullitas. fol. 183. colu. 4. versic. item quæritur de quæstione singulari. Non obstant, quæ habebantur per Alexan. consil. 105. colu. 2. in 2. volum. Corn. consil. 16. num. 44. & Ias. cōsil. 200. col. 2. in 2. volum.
2 Quia ista consilia loquuntur, quando statutum † loquitur per verbum, dicere, quod est aptum comprehendere & actionem & exceptionem: secùs si statutum loquitur per verbum, agere. Resolutio fuit facta coram D. Ioan. Paulo, in vna Roman. dotis pro Sintio & fratribus de Matthæis contra Vincentium de Alberconib. Non obstat, quòd statum dicat, & pars supra dicta nullitate nullatenus audiatur, quia intelligitur de nullitate intentata, iuxta formam illius statuti in principio, quod dat certam formam iudicio nullitatis, postquàm sit intentatum, & vltima pars statuti loquitur circa initium inchoationis ipsius iudicij nullitatis.

EPITOME.

Substitutio vocans masculos, restricta ad certos gradus, seu genus certum personarum, facta est ratione agnationis conseruandæ.

DECISIO CLXXV.

COla de cardellis diuisit bona. sua inter filios Sabā & Iulianū æquis portionibus, & in diuisione fuit

fuit pactum appositum, quòd si Saba moreretur sine filijs masculis substituit Iulianum, si super uixerit, aut aliàs ipsius Iuliani filios legitimos & naturales, & etiá Contradubitaui ego die 20. Nouembris 1544. an ista dispositio esset fundata in ratione agnationis conseruandæ. Et pro parte negatiua dicebatur, quòd ex quo ista dispositio erat restricta ad certos gradus, quòd tunc vocatio masculorum non erat facta ratione agnationis conseruandæ: quoniá masculi sunt in infinitum, & propterea vocati: sed quando dicitur descendentes siue hæredes masculi, per ea quæ dicit Carolus Molin. super consuetud. Parisien. fol 592. num. 4. & Imol. in l. si verò. §. de viro. col. fin. vers. tu potes. solut. matrim. Albert. Brun. in tractat. de statut. excluden. fœmin. propter mascul. art. 3. prope fin. sed istis non obstantibus fuit resolutum, etiam quòd quòad gradus expressos vocatio masculorum nó esset facta, nisi ratione agnationis cooseruádæ, per ea quæ dicit idem Alber. Brun. in eodem tracta. de statut. excluden. fœmin propt. mascul. in 52. art. quæst. 16. col. 2. versi. si verò nulla sit expressa, ratio est, quando substitutio est restricta ad certum genus personarum, ergò agnationis coseruandæ causa potest considerari: & ibi reprobat Imol. in d. §. de viro. Et sic tulit Rota, quod in isto casu quòad gradus expressos substitutio vocás filios masculos esset facta ratione conseruandæ agnationis. Resolutio fuit facta coramme in vna Roman. hæreditatis de Cardellis.

EPITOME.

Actio spolij pota remedium can. reintegranda. 3. q. 1. est in rem scripta, & trasit io singularem successorem.

SVMMARIA.

1 *Actio spolij an primogenito ratione primogenituræ cópetat.*
2 *Remedium can. reintegranda. 3. q. 1. transit in singularem successorem.*
3 *Can. reintegranda. contra omnem successorem competit.*
4 *Can. reintegranda. pro damno de futuro non etiam de præterito datur.*
5 *Primo genitus, ex quo possessione est priuatus, semper damnum sentire dicitur, & ideò tam de futuro quam de præterito.*
6 *Actio spolij ab initio ratione possessionis datur, & ex possessione causatur actio personalis, ex dominio verò actio in rem scripta descendit, quæ ambæ spoliato dantur tum propter possessionem quam non habet, tum propter dominium quod habet.*
7 *Actiones in rem scriptæ actiuè & passiuè in singularem successorem transeunt.*
8 *Interdictum vnde vi, non est in rem scriptum.*
9 *Emptor ante traditionem vi colonum prohibentem se intrare fundum eyciens, cùm ante adeptam possessionem non sit dominus, interdicto tenetur vnde vi.*
10 *Actio ex delicto contra omnen possessorem datur.*
11 *Actio spolij in beneficialibus ad successorem singularem non transit, cùm actio non ex dominio aliquo, quod in beneficium non requiescit, sed ex concedentis gratia oriatur.*
12 *Actio spolij nisi specialiter surrogato per conferentem detur, nó transit ad eum ex gratia prædecessoris: cùm in beneficialibus successio iuris non sit.*

DECISIO CLXXVI.

ALbericus Scotus voluit, quòd filius eius primogenitus succederet in Castro Sa rti, & quod de filio primogenito in primogenitum semper dictum Castrum ex eius descendentibus transiret. Iacobus filius primogenitus successit, & habuit successionem dicti Castri: qui fuit spoliatus per Bartholomeum eius fratrem. Fuit dubitatum coram D. Ioan. Paulo, & pluries informatum in vna causa Placentin. Castri Sarmati inter Comitem Oldericum ex vna, & Comitem Gasparem ex alia, omnes de Scotis, an actio † spolij cópetat Iacobo primogenito ratione primogenituræ. Et die 14. Nouembris 1544. fuit resolutum, quòd transiret, per ea quæ dicit Socin. in l. rem quæ nobis. col. 5. de acquir. poss. dum vult, quòd † remedium can. reintegranda, 3. q. 1. transeat in singularem successorem. Nó obstat, quòd Ripa in c. sepè. de restit. spoli. col 7. vers. s. dubitat, & sequitur, & videtur reprobare Soc. quia Ripa nihil firmat, & rationes eius friuolæ sunt. Nam prima ratio sua nihil valet, dum dicit, quòd dubium est, † an remedium d. can. reintegranda. competat contra omnem possessorem: cùm ipse posteà in sequenti col. affirmat, quòd communis opinio est, quòd competat: quam opinionem Rota complexa est, vt per Cassad. decis. 7. de restit. spoliat. Secunda etiam ratio, dum dicit, † quòd competit pro damno de futuro, non autem de præterito etiam non facit ad propositum cùm ex quo commodo possessionis est priuatus, & sic primogenitus † semper dicatur damnum sentire, semper de futuro damnum sentit. Tertia etiá ratio nó facit, quod ipse dicit, quòd possessio nihil commune habet cum proprietate. Nam fateor, quòd † ab initio ista actio spolij ratione possessionis datur, & ratione illius possessionis causatur quædam actio personalis, quæ ipsi spoliato datur: sed etiam causatur quædam actio in rem scripta, quæ ratione dominij nititur, & cum dominio ambulat, vt dicit Bart. in l. si tertius. §. si prius. ff. de aqua plu. arcen. per quam doctri Barto. Rota fuit mota ad tenendum istam partem. Et quia actiones † in rem scriptæ actiuè & passiuè in singularem successorem transeunt, prout istam dicit communem Ias. in l. prætor §. hoc interdictum. Non obstat l. cùm fund. & l. si plures. ff. de vi & vi arma. quia primò dicebatur, quòd † interdictú vnde vi non erat in rem scriptum, vt est tex. in l. cùm à te. ff. de vi & vi armat. Item in d. l. cùm fundum. emptor † ante traditionem non erat dominus, vnde minimè mirum, si actio non poterat cum dominio ambulare, quia non nascebatur illa actio post venditionem factam: & sic nihil ad propositum nostrum. hic a principio viuente Iacobo actio † ex delicto vel quasi erat orta, & contra omné possessorem dabatur, ergo cum domino ambulare videbatur, vt per Bar. in d. l. si tertius Non obstat, quòd actio spolij non transeat nisi spoliatus dicatur, vt per Egid. decis. 35. quia fuit responsum, quòd † illa decisio loquitur in beneficialib. quo casu actio super dominio aliquando non potest requiescere, sed tantum prouenit ex gratia concedentis: vnde † si concedens non surroget etiam quòad actionem spolij, talis actio non venit. Non enim in beneficialib. datur successio iuris.

EPITOME.

Declaratio censurarum per viam attentati, reuocata per viam nullitatis, fuit reuocata declaratoria corá D. Ant. in vna Carthaginen. liquidationis fructuum, die 26 Octobris 1544 in qua D. Fabius liquidauerat fructos, & pro illis declaratoriam censurarum positarom io literis exequutorialibus ob non patitionem dictæ summæ tulerat, à qua liquidatione fructuum fuerat appellatum, & causa alteri commissa, fuit dictum, quòd illa declaratoria erat nulla.

SVMMARIA

1 *Declaratio siue denunciatio excommunicationis facta post appellationé ab excómunicationis sententia per ordinarium non*

non habentem ad idem factum iuris ministerium lata ad cedem apostol. interposita non venit per viam attentati re uocanda.

2 *Excõmunicationis declaratoria quæ requirit iuris ministerium & citationem, per appellationem tantum suspenditur & non per viam attentati reuocatur.*

DECISIO CLXXVII.

Declaratoria cẽsurarum post inhibitionem per alterum auditorem factam fuit reuocata per viam attentati. Non obstat quod decis. Rot. 59. de appella. in nou. alias 424. in addit. incipien. ex eodem facto.
1 videatur sentire contrarium: quia † illa decisio loquitur in ordinariis, quia ad idem factum non habent iuris ministerium post excommunicationem per ubi, tum puta ad denunciationem, & licet non habentes iuris ministerium, prout dicunt Dd. in c. pastoralis. §. verò. de appella secus erat in casu nostro in quo decla-
2 ratoria † ob non paritionẽ requirebat iuris ministerium, id est, discutere, an paruisset vel non, & requirebatur citatio, & ab ista declaratoria potest appellari, & appellatio suspendit prout latè ponit Fel. in c. Rodulphus. col. 2. versi. & appellari potest: de rescrip. & vide decis. 379. in nou. quæ videtur velle, quod possit per viam attentari reuocari.

EPITOME.

Priuilegia data ad assequutionem beneficiorum non suffragantur quoad regulam de publicando.

SVMMARIA.

1 *Secretarij gaudent ijsdem priuilegijs in beneficiis assequendis quibus scriptores Apostolici.*
2 *Publicatio gratiarum, ad quam scriptores Apostolici non tenẽtur non respicit assequutionem sed retentionem beneficiorum.*
3 *Publicatio gratiarum vt non sit facienda, si cuiquam indulgeatur specialiter concedetur.*

DECISIO CLXXVIII.

1 Secretarij † in assequutione beneficiorũ habent cõmunionem priuilegiorum: quæ dantur scriptoribus apostolicis: fuit resolutum in vna Valen. de paterna, coram D. Thoma de Thauis. & propter talẽ cõmunionem non habebant Secretarij priuilegium scriptorum quod habent quod non teneantur ad publicatio-
2 nem suarum gratiarum: quia, † publicatio non respicit assequtionẽ, cum per prouisionem, & acceptationem sit ius quæsitum in beneficio: sed potius publicatio respicit retentionem per ea quę dicit Cassa. decis. 24. super regul. Cancellar. Item ab vsu patris familias: nam tale priuilegium solet specialiter concedi: vnde videmus quòd multa collegia habent communio-
3 nem dictorum priuilegiorum, † specialiter eis conceditur vt non teneantur ad publicationem, vt in lanicheris & cubiculariis.

EPITOME.

In feudo hæreditario sufficit esse hæredem primi inuestiti mediate vel immediate, licet non sit hæres defuncti vltimo.

DECISIO CLXXIX.

In vna Parmen. Vallium dubium dedi 14. Nouẽbris 1544. posito quod Vallis erat concessa in feudum hæreditarium, an vt Domini Corrigien. Valli hodie succedant sufficiat docere se hæredes Gisberti senioris tritaui, mediantibus personis abbaui, aui, & patris, licet non succedant Ioanni Galeatio vltimo descendenti: quia non fuerunt instituti. Et fuit resolutum, quòd sufficeret docere se hæredes primi inuestiti mediatè vel immediatè, licẽt nõ essent hæredes vltimo descẽdẽtis, per ea quæ dicit Paris. cons. 16. nu me. 19. & consi. 23. nume. 18. volu. 1. consil. 55. nu. 62. volu. 3. Curt. Iun. in tracta. de feu. hæreditar. & consil. 1. col. 4. in a. part. q. in finalibus illius conclusionis.

EPITOME.

Pro annua præstatione denegata competit possessorium.

SVMMARIA.

1 *Possessorium remedium an sit de iure ciuili vel de iure canonico pro annua præstatione detur & num. 3.*
2 *Pro personali præstatione non datur de iure ciuili interdictum possessorium.*
4 *Officium iudicis & vtile interdictum pro anna præstatione de iure ciuili quoque dantur.*

DECISIO CLXXX.

Antonius & Vincentius de capisucchis concesserunt macellum, & ius vendendi carnes eis per antea venditum ab Hebræis communitati dictorum Hebræorum & promiserunt soluere singulis mensib. posteà cessauit à solutione: fuit dubitatum in vna Roman. macelli Hebræorum, coram D. Peregrino 16. Nouembris 1544. an pro solutione substrata daretur remediũ possessorium, quia licet de iure Canonico per c. quærelam. de electio. detur, tamen quia Antonius & Vincentius erant Romani & Iudæi: & per consequens iuxta formam statuti inter eos erat secundũ
1 ius ciuile: fuit dubitatum, † an de iure ciuili daretur aliquod remedium possessorium: & videbatur, quòd
2 non: quia † pro personali præstatione non datur remedium possessorium de iure ciuili. Tamen fuit resolutum contrarium quod hic non esset personalis præstatio à taliune rei, puta ratione Macelli de iure ma-
3 cellandi quo casu datur de iure † ciuili possessorium secundum Bart. in l. non solum. §. non verum. col. fin. ff. de nfiic. proconf. & legat. & Abb. in d. c. quærelam. Afflict. 395. decisi. column. tertia versicul. sed ego dicebam tum. in princip. illius decisio. in d. regula. reperitur decisio istius casus. Item dicebatur quòd e- *observavi s non vero.*
4 tiam † de iure ciuili pro annua præstatione dabatur officium iudicis secundum Angel. & ibi Rip. in l. fin. ff. quorum bonorum. Item ibi constat de bono iure prout erat hic: dabatur etiam vtile interdictum, secundum Bart. in l. 3. §. vnde vi. ff. de vi & vi armata.

EPITOME.

Instantia quando transeat in singularem successorem.

SVMMARIA.

1 *Alienatio dominij cum fit in iudicio reali ex causa necessaria transit instantia ad singularem successorem.*
2 *Dominium possessorium cum non transit in illum cui res est adiudicata tum nec instantia.*
3 *Actio quando ratione dominij in successorem feudi transfertur transit & instantia.*

DECISIO CLXXXI.

Fuit dubitatum, an instantia cepta cum Iacobo spoliato transierit in eius primogenitum ratione pri

r moge-

SVMMARIA.

1 *Index appellationis an possit pronunciare de altero iure, quod de quo in primo iudicio actum est. & num. 7.*

2 *Index in secunda instantia de prima pronunciare non potest, sed primã sententiam vel iustam vel iniustam pronunciare.*

3 *Auditores cum sunt in pronunciando delegati non super negotio principali neglecto, sed super omisso grauamine cognoscunt.*

4 *Index appellationis non potest de causa à prima non dependente, nec ad illud spectante cognoscere.*

5 *Index appellationis primo iudici in iis tantum succedit, quæ corã eo sunt deducta sic & supplere, addere, & minuere ea potest quæ coram primo sunt ventilata. vel à priori iudicio dependent.*

6 *Ius omne, quod quis habere potest in iudicio deductum censetur vsque ad sententiæ prolationem qua pronunciata ad singulare aliquid se adstringit index.*

DECISIO CLXXXIIII.

1 IOan. Solano in vna Giennen. Scholastriç coram D.
Verallo obtinuerat canonizari † in fauorẽ eius pro
uisionem ex quadã expectatiua in causa appellationis
coram D. Io. Paul. producto iure fortiori contra ex
pectiuam Ioan. Solani, idem Ioan. Solano habuit aliud
ius ex cessione Ioan. de Oliuado. Et eo produ
cto Ioan. Paulus non confirmando nec infirmando
primam sententiam pronunciauit in fauorem Ioan.
Solani canonizando secundum ius ex cessione, prout
in prima coram D. Prospero fuit dictum de nullitate
sententiæ D. Ioan. Pauli: pro qua die 24. Nouembris
1544. in vna Scholastriæ maior pars Dominorum in-
clinauit: Tum quia cùm esset iudex in secunda instan
2 tia † non poterat pronunciare in prima, sed ponuncia
re sententiam instam vel iniustam, l. eo. C. de appel.
3 Quia auditores cũ sint in pronunciando delegati. de-
cis. 16. prope fin. de re iudic. non poterant pronuncia
re super negotio principali omisso negotio grauami
nis precipere à sententiis dictorum Auditorum alio-
rum Egid. decis. 37. & propter Papæ potentiam re-
quiritur commissio. Rot. dec. 19. de prob. in antiq.
4 Tum † quia super nouo ca. non dependente à primo
nec illud cõcernente iudex appellationis cognoscere
non potest. l. per hanc. vbi Bar. Salic. & Paul. de Cast. &
alij. C. de tempor. appell. Et licèt Rota decis. 365. in
5 nou. dicat, quòd † iudex appellationis succedat pri-
mo iudici verum est in his, quæ coram primo sunt de
ducta. Item dum dicit, quòd potest addere, minuere, &
supplere, verum est, quòd ea quæ sunt deducta vel de
pendentia à primo iudicio: & ita dicitur illa decis. in
princip. sed quod in non deducta in causa appellatio-
nis & non dependentia à primo nullam habet iuris-
6 dictionem. Et licèt in † iudicialibus quis videatur de
duxisse omne ius, quod habere potest, vsque ad con-
clusionem vt per decis. Egid. 662. illud est verum an
te prolationem sententię: sed postquam pronuncia-
7 nit ad illud ius videtur se astrinxisse. & ideo iudex † ap
pellationis de illo cognoscere potuit. Tamen fuit
dictum quòd non annullaretur, sed quod videtur bo-
num ius.

EPITOME.

Beneficij vacatio quomodo probatur.

SVMMARIVM.

1 *Fama & voce publica quod putetur beneficium vacare si doceatur beneficij vacatio contra possessorem probatur, nisi titulus iustificari, aut verè aut præsumptiuè debeat, an propter alias causas.*

DECISIO CLXXXV.

IN vna Abulen. coram Do. Peregrino, die 18. No-
uembris. 1544. fuit dictum quòd ad docendum de
1 vacatione † beneficij cõtra possessorem qui de aliquo
titulo non docebat, sufficit probare possessionem de-
functi quod per publicam vocem & famam pro tali
beneficiato reputaretur. licet non probaretur, quòd
per triennium possedisset per decis. 109. in nou. non
obstat quod dicit Cassad. decis. 2. de caus. possess. & pro
prie. quia est verum in casu, quo quis tenetur iustifi-
care titulum sui prædecessoris, aut verè aut pręsum-
ptiuè, vel ex eo, quia beneficium sit litigiosum, vel
propter concursum alterius tituli, vt Cassad. d. decis. 2.
de caus. possess. & proprie. quę necessitabat in casu isto.

EPITOME.

Sententia pro mortuo in beneficialibus non tenet.

SVMMARIA.

1 *Sententia contra mortuum vt est nulla, sic & pro mortuo si sit causa beneficialis.*

2 *Mandatum in beneficialibus morte mandantis extinguitur etiam post litem contestatam.*

3 *Sententia pro mortuo lata in prophanis valet.*

DECISIO CLXXXVI.

FUit resolutum coram D. Prospero in vna Hispa-
len. coadiutoriæ, die 5. Decembris 1544. quòd sen-
tentia lata pro mortuo in causa beneficiali etiam quod
1 daretur ignorantia mortis esset nulla. Nam † sicut
contra mortuum lata non valet. vt est tex. in l. si sum-
ma. in fin. ff. de re iudic. in l. Paulus, el. 1. ff. quæ sen-
tent. sine appel. rescind. ita nec etiam pro mortuo,
& ita tenet ibi Bartol. & Angel. in d. l. in summa.
Alex. & Ias. in l. si decesserit. ff. qui satisdat. cogant.
2 & ibi Paul. de Cas. & ratio est † quia in beneficialibus
quoniam agitur super tit. beneficij, quamuis lis sit cõ
testata, post mortem mandãtis expirat mandatum,
Cle. fin. de procur. Non obstat quod dicit Anto. in c.
quia 15. circa fin. 2. col. vide Mil. ver sententia lata cõ
3 tra murtuum, dum voluut, quòd † sententia lata pro
mortuo valeat: quia ex supradictis patet pro veritate
& quòd dictum Anto. posset saluari forsan. quòd pro
cederet in prophanis: secus est dicẽdũ in beneficialib.

EPITOME.

Comes Palatinus non potest cum amplissima potestate spurium absque causa legitimare.

DECISIO CLXXXVII.

IN Vna Bononien. legitimationis 8. Decẽbris 1544. fuit conclusum, quod Comes palatinus habens plenam potestatem legitimandi etiam spurios quòd nõ posset vti ea potestate absque causa, de qua apparere debet: & non erat standum eius assertioni, vt per Paris. cons. 6. Vol. 4. vbi alios concordare allegat.

EPITOME.

Præsceptioni an sit renunciatum per vnicum actum contrarium.

SVMMARIA.

1 *Receptione in Canonicum, cui Vicarius Archiepiscopi contulerat an vitietur ius conferendi præscriptum à capitulo. & num. 6.*

1 Nam† Episcopus Balneoregien. habebat gratiam ad
beneficium, quod duxerat acceptandum cum clausu-
la, ex nunc prout ex tunc, & econtrà, conferimus: &
antequàm Episcopus beneficium acceptasset, Papa al
teri de beneficio vacante prouidit, & postea Episco-
pus acceptauit, dicebatur, quòd post acceptationem
propter illam clausulam retrotractiuam Episcopus
erat præferendus, per ea quæ dicit Rota decis. 338. a-
liàs 22. de præbend. in nou. & Cardin. in Clem. 1. in
pen. col. in 15. oppos. de concess. præb. sed fuit dictum
quòd illa deci. loquitur, quòd ex illa retrotractiua ex-
pressa ad diem datæ. Item secundò fuit dictum, quòd
illa decis. loquitur in gratiis de vacaturo, & cùm di-
ctio ibi fuit purificata tempore vacationis: ergo illæ
decisiones non faciebant ad propositum.

EPITOME.

Regula de annali quando post cessionem fiuatur cedens.

SVMMARIA.

1 *Cessione possessoris annalis cessat regula de annali, nisi an-
nalis possessor post cessionem in possessione maneat, & con
tra cedentem, non autem cessionarium agatur.*
2 *Regula de annali tuetur detentationem etiam sine titulo.*

DECISIO CXCI.

1 LIcèt † per cessionem possessoris annalis cesset re-
gula de annali, vt per Caslad. decis. 7. super regul.
Cancell. & Sarnen. in regul. de annal. quæst. 6 a. In fin.
Tamen fuit intellectum in vna Valentin. parochia-
lium inter Vincentium Bassa & Ioan. de Gaiis, coram
D. Ioan. Paulo, die 12. Decembris, 1544. nisi annalis
possessor post cessionem maneat in possessione, prout
erat in casu illo, & ageretur contra ipsum cedentem
non autem cessionarium. Ratio, quia tunc mors natu
ralis & cinilis non operabantur eundem effectum: &
2 quia † regula de annali tuebatur detentationem etiam
sine titulo.

EPITOME.

Statutum vrbis quod de nullitate dici non posset post an-
num, habet locum, etiam si principaliter nullitas in iudicio de-
ducatur.

SVMMARIA.

1 *Nullitas intra 30. annos de iure communi potest opponi.*
2 *Statutum quod de appellatione & nullitate simul dispo-
nit, non habet locum in nullitate principaliter in iudicio
deducta.*
3 *Nullitas, de qua non nisi post annum ex statuto potest dici
ex sui natura tantum coram iudice appellationis propo-
ni potest.*

DECISIO CXCII.

DEcimaquinta Decembris, 1544. fuit resolutum
coram me, quòd statutum vrbis positum in 1. lib.
sub cap. 157. incipiens, causa nullitatis, vt non possit
dici de nullitate post annum, quòd haberet etiam lo-
cum, quando nullitas deducitur principaliter & absq;
mixtura appellationis: quoniam illa præfixio termini
1 habet vim fatalis in causa nullitatis, licèt † de eo iure
communi nullitas potest intra 30. annos proponi, vt
per Paul. de Castr. consil. 288. ad primum responde-
tur. col. 2. volu. 1. Non obstat, quod dicit Brun. in re-
pert. suo, in verb. nullitatis. versic. statutum vel rescri-
ptum. col. 9. in princip. versi. si verò quæratur an nul-
litas. Et quia si benè aduertatur ad Brun. ibi loquitur,
2 † quando statutum disponit super appellatione & nul
litate simul: quia tunc verum est: quòd non habet lo-
cum in nullitate principali deducta, vt in statuto no-
stro statutum tantum disponit super nullitate: & illa
3 † nullitas non potest deduci de sui natura, nisi coram
iudice appellationis: sed etiam vult, quòd in integra
simul disponatur de appellatione & nullitate. Et ru-
brica istius statuti nihil facit, quia dicit statuta con-
cernentia iudicem appellationis, & nullitas ipsum ca-
pitaneum concernit. Item quia sequenti statuto dispo
nitur simul de appellatione & nullitate.

EPITOME.

Minor aduersus probationem omissam quando sit resti-
tuendus.

DECISIO CXCIII.

DEcimaquinta Decembris, 1544. in vna Toletan. matrimonij coram D. Aquen. fuit dictum, quòd licèt mulier restituatur aduersus omissam probationem aliter non docto de læsione, per text. in c. auditis. & ibi Abb. in 1. not. & in c. suscitata. de in integr. restit. & Aret. consi. 76. viso puncto. col. 6. Lanfred. in addi. ad Capel. Tholos. q. 53. vers. & not. quòd aduersus ius. in l. nam. & posteà. §. quòd si minor. ff. de iureiur. Et cum hac opinione videntur communiter transire Dd. in d. c. auditis. & d. c. suscitata. Tamen fuit dictum, quòd est verum, quando minor omninò omisit probationem facere: & ita loquuntur Dd. Canonistæ, dum dicunt, omisit necessariam defensionem facere, putà quia post defensiones & probationes fecit examinare testes: quia tunc non erat restituendus, nisi causa cognita, prout ita distinguit Imol. in d. c. auditis. & ibi Io. And. in prin. 3. col. & alij Dd. in informatione iuris fuerũt allegati: quia postquàm testes examinauit, præsumptio est, quòd meliores examinari fecerit: & ideò causa non cognita non est restituendus.

EPITOME.

Suppressio dignitatum facta ex facultate concessa in bulla confirmationis valet.

DECISIO CXCIIII.

IN causa Segobien. de Pazares, die 29. Decembris, 1544. fuit resolutum, quòd dignitas & canonicatus potuerunt supprimi vigore facultatis concessæ per Papam in Bulla confirmationis in illis verbis, illa & prædicta & antiqua statuta corrigendó, emendando, commutando, liberam & plenam facultatem concedimus. Nam cùm dignitates & canonicatus vigore statutorum essent creati, si Papa dabat eisdem facultatem illam supprimendi, & sic non erat verum, quòd daretur facultas in genere.

EPITOME.

Statutum Palauicinorum non ligauit Bonascum auũ suum.

DECISIO CXCV.

DIe 9. Ianuarij 1545. in causa Parmen. pecuniaria pro Michaele Casalio contra Leuiam matrem, fuit datum dubium, præsupposito quòd statutum Palauicinorum non ligaret duos, an excludat auum ma-

terum volentem succedere Io. Francisco Nepoti. Et fuit resolutum, quòd non: quia statuta erant condita per Rodulphum fratrem Polidori condominum: & statuere est iurisdictionis, vnde circa personam & bona Polidori Rodulphus nullam iurisdictionem habebat. Ideò statutum respectu illius Polidori & bonorum eius ex defectu iurisdictionis non valebat, ergo non poterat afficere Borasceum Forensem. Non obstat, quòd dicit Alber. Brun. in tract. de statut. excluden. fœminas propter masculos, in 50. artic. 11. q. dum ponit, quòd statutum excludens fœminas stantibus masculis, licèt non comprehendat clericum, tamen comprehendit eius hæredes. Ita esset dicendum in casu isto, quod licèt statutum non comprehendat Polidorum tanquam condominum, tamen comprehendit eius hæredes ex quo tractatur de bonis eius post mortem. Quia fuit responsum, quòd in casu Brun. statutũ erat validum respectu bonorum hæredum, cùm bona essent in iurisdictione statuentium: vnde licèt non cõprehendat clericum, tamen comprehendit bona eius post eius mortem: sed in casu nostro respectu bonorũ Polidori statutum non valet. Alia responsio fuit data per aduocatum in informatione, quæ omnibus non placuit.

EPITOME.

Instantia perempta probationes non poterunt remanere, vide Panor. in c. fraternitatis. col. 1. nu. 33 vers. indicos. C. de testibus.

SVMMARIVM.

1 *Probationes quæmuis non sint indicatæ, testibus tamen mortuis in alia instantia fidem faciunt, etsi non in alio indicio.*

DECISIO CXCVI.

FVit conclusum in vna Placentin. Castri Sarmati die 9. Ianuarij 1545. quòd perempta instantia remanerent tamen probationes in illa instantia factæ: & sic acta veritatis indagatoria, secundum Bart. in l. 2. col. penult. vers. quędam sunt acta quę respiciunt veritatẽ, & ibi omnes Dd. C de eden Abb. in c. causam quę. cnl. penult. prope fin. de testib. & non erat verum, quòd in illo casu essemus inter alios: quo casu etiam acta probatoria non faciunt fidem secundum Felin. in d. c. causam quæ. col. 5. in 3. regu. de testibus. quia immò Bar. in d. l. 2. col. fin. ver. sed an porrigitur. & Abb. in d. c. causam quę. col. 2. dubitat circa hoc membrum, & ad quascunque personas porrigitur effectus sententię Immò erat dubium, ꝙ porrigebatur ad Comitem Ol dericum, vt particularem successorem, vt dicit in d. c. causam quæ. versic. 2. dubitabatur. item effectus sentantiæ in fauorem hæredis seu contra porrigitur à Federico, secundum Alexand. in l. sæpè. colum. 5. ver. & similiter sententia lata contra hæredem. ff. de re indic. Item Comes Gaspar erat successor in vitio spolij Comitis Bartholomæi, ergo ad eos extenditur affectio probationis: & licèt † probationes non essent iudicatæ, tamen quia testes erant mortui, faciebant fidem in alia instantia, secundum Felin. in d. c. causam. col. 4. in fin. fuit etiam dictum per Ponentem, quòd non erat verum, quòd probationes essent factæ coram Auditore, sed coram iudicibus, quasi essent factæ coram Arbitratore, & ꝙ testes essent mortui non facerent fidem in alio iudicio, secundum Abb. Aret. & Fel. in c. præsente. de testibus.

EPITOME.

An statutum Perusinum, loquens ab intestato, excludens fœminas temporaliter, locum habeat in testamento va[illegible] per patrem, in quo filias in dote instituit. Ad m[illegible] etiam ist[illegible], vide Alex. consi. 35. li[illegible] 4 Dec con[illegible] 106 In[illegible]

SVMMARIA.

1 *Statutum decernens in intestato an habeat locum in testato. & nu 7. 9.*

2 *Filia an & quomodo censeatur à bonis maternis te[illegible] liter exclusa.*

3 *Filia in testamento præterita si ex statu o viuentibus masculis excludatur, in cessantibus reintegratur ad bona hereditar. aliàs secus si non sit instituta.*

4 *Pater instituens fœminas in minimo, propter masc[illegible] tùm fecisse id intelligatur, exclusio quoque temporalis habetur.*

5 *Fœmina mortuis masculis succedit ex tacita de[illegible] voluntate ex testamento, ex quo v[illegible] vt har[illegible], [illegible] pro parte temporis sit exclusa.*

6 *Filia in modico instituta, & per statutum quoque [illegible]clusa, quomodo reintegretur ad medietatem hæreditatis. & nu. 10.*

8 *Testator an testando se conformare videatur dispositioni iuris municipalis ex testato loquenti.*

11 *Filia deficientibus masculis deducit rem iure in[illegible] ad casum intestati.*

DECISIO CXCVII.

IN causa Perusina hæreditatis coram Do. Io. P[illegible]lo,
1 fuit 12. Ianuarij, 1545. datum dubium, † an [illegible]atutum Perusinum de dotibus loquens ab intestato e[illegible] lu[illegible] fœminas temporaliter, videlicèt quamdiu supere[illegible] masculi, habet etiam locum in testamento va[illegible]do [illegible]cto per patrem, in qua filias in dote instituit, & [illegible] buit eas plus petere masculo vniuersal[illegible] er In[illegible]tuto. Et pro parte negatiua fuit dictum. quod n[illegible] in l. fi. ff. ad Tre. per Bar. & alios, vbi ista materia tra[illegible]tur quod habet locum non in testamento, in quo [illegible] instituta, sed quando est præterita, vt auc[illegible]r e[illegible] A[illegible] in cons. 13. nu. 3. vers. non contradicebat. So[illegible] 22. col. 2. versic. circa secundum. & Deci. cons.
2 15. in pen. col. in 4. dub. vbi tractat † de reinte[illegible] ad bona materna, à quibus erat exclusa tem[illegible] & tamen ibi non constat, ꝙ mater decess[illegible] cu[illegible] stamento: & ideò dici non poterat, quòd q[illegible] bona materna esset instituta, in quo casu c[illegible] cin. cons. 92. in 1. vol. & ideò fuit dictum, quòd m[illegible] la consi. adducebantur: partim dũ dicebatur, ꝙ & Soc. in dictis consi. loquebantur in testamen[illegible] quo filia erat instituta. Fuit etiã dictum ꝙ n[illegible] Soc. cons. 33. col. 2. vers. circa secundũ. vol. [illegible] cons. 607. nu. 15. ibi loquebãtur in testamento filia erat instituta: etiã discurrendo ea, quę po[illegible] Brun. in tract. de statut. ex[illegible]luden. fœmin pro[illegible] sculos. in 2. art. in 5. q. & Soc. cons. 363. in [illegible] Castr. cons. 169. lib. 1. Anc[illegible] cons. 270. nam n[illegible] peritur in dictis locis, quòd i[illegible] doctores tra[illegible] istam materiã loquantur, quando [illegible] est ins[illegible] quando tantum est præterita, [illegible] vide[illegible]
3 † quando est præterita cum [illegible]atutum viuen[illegible] sculis sit causa exclusionis: & in ces[illegible]bus cũ[illegible] sa subintrat tũc reintegratio, quod n[illegible] dũ vbi est filia in[illegible]tuta: quia cũ tũc no[illegible] statut[illegible], nisi [illegible] supplemẽto legitim[illegible], cessant[illegible] lis, nõ poterat dari reintegratio ni[illegible] ad sup[illegible] Sed ego dixi, ꝙ licèt esset magna authoritas Alex.

mè vbi essemus in casu, in quo eam excluderet ab intestato temporaliter, cùm non habeamus pro comperto in iure, quod testator testando videretur se conformare cum dispositione iuris municipalis, per Bar. in l. hæredes. §. cum ita. ff. ad Treb. in l. Lucius. ff. de vulga. & pup. subst. & alibi latè Dd. Ergo † instituendo
4 fœminas in minimo id videtur fecisse propter masculos: & ideò illa exclusio temporaliter erat intelligēda. Et dicebā, quòd non intelligebam, quæ causa esset excludere à casu intestati ad casum testati, prout extenditur, & latè consulnit Soc. cons. 50. in 8. col. vers. super est ergo. vol. 1. Bar. in l. quæcūq;. C. de seruis fugit. Sed
5 dicebam, quòd † mortuis masculis fœmina ex voluntate tacita defuncti succedebat ex testamento ad portionem, à qua propter masculos erat exclusa. Et sic nō veniebat contra voluntatem, sed ex voluntate testatoris. & hoc non inconueniebat, quòd filia, quę pro parte temporis erat exclusa, posteà ex testamento veniret vt hæres. in ista materia voluit, quod non procedatur iuxta strictas regulas. Et ideò omnes dicont, quòd quādo filia est prçterita, q̀ filius dicitur esse hæres, & ille, qui fuit hæres. Et ita dicebā q̀ si in isto casu tantū fuisset statutum de intestato, ergo propter istam ratio
6 nem tenuissem, quòd dato, quòd † filia fuisset in testamento paterno in modico instituta, non solum ad legitimam, sed etiam ad medietatem, & quia propter filium erat exclusa, reintegraretur. Et cum mea opinione cōsentiebant etiam duo alii ex aliis Dominis, licèt non reperirem Dd. hactenus hanc partem affirmantes & prout dixi superius, contrariū sentiat Alex. in d. cōs. 188. & Corn. cons. 129. 1. vol. in noua impress. Sed quia huic opinioni non videbam responsum, ab ea non poterā recedere. Sed dixi in dubio proposito, quòd quia in casu nostro, erant in ciuitate Perusina duo statuta,
7 vnum † ab intestato, & alterum à testato, & ambo statuta excludebant filias fœminas propter masculos, tamen statutum à testato cessantibus masculis non reintegrabat ad medietatem, sed tantùm ad legitimam. Et aliàs conclusum fuerat, quòd isto casu cessabat argu-
8 mentom Nam licèt verum sit, quòd † testator testando videbatur se conformare cum dispositione iuris municipalis ex testamento loquente, sed tale statutum nō reintegrat nisi ad legitimam, non autem ad medieta-
9 tem. Ergò † statutum ab intestato non poterat habere locum: cùm, vt supra dixi, causa intestati non potest trahi ad causam testati. Et ita 12. Ianuarii 1545. post multas informationes fuit conclusum, vno Domino contradicente, & alio, qui remansit dubius. Sex Domini autem tenuerunt istam conclusionem. dubium etiā quod ea quæ dicit Nicol. de Vbaldis in rep. l. vnic. col. 29. vbi istam materiam tractat, C. de caduc. tollen.
10 poterant saluari. Nam ibi Nicol. loquitur, q̀ † statutū ab intestato etiam ex testamento excludit, & sic à medietate seu portione, à qua abintestato fuit succursum in casu autem nostro, statutum nostrum non excludit à tota illa portione, sed statutum à supplemēto legitimæ, vel saltem ad illud reintegrat. Non obstat, quòd statutum ex testamēto reintegrat ad legitimam, quòd videatur fauere filiis: cùm extantibus filiis masculis legitima debeator per idem statutum: quia fuit alias responsum, quòd sufficiebat, quòd aliquid operaretor:
11 quia † si filius non esset relictus, iure institutionis filia deficientibus masculis reducebat rem ad causam intestati, & sic statutum operabatur.

EPITOME.

Dimidius portionarius ascendit ad integrā portionem, & tempore ascensus non tenetur verificare narrata in prouisione dimidiæ portionis aliis sibi facta.

SVMMARIA.

1 *Ius primum prioris præbendæ, à qua quis vult descendere, quando in ascensu constare debet.*
2 *Indultum Cardinalis quando non obstet prouisioni Papæ conferentis illam, quæ Cardinali in indulto concessa est.*

DECISIO CXCVIII.

FVit resolutum per maiorem partē in vna Burgen. beneficii de Villa Franco, die 16. Ianuarii, 1545. q̀ si dimidius portionarius volebat ascendere ad integrā portionem iuxta consuetudinem Ecclesiæ, in qua antiquior admittitur, non erat necessariū verificare narrata in prouisione sibi facta per Papam de dimidia portione, ex quo per executorem, cui examen narratum fuerat commissum, admissus erat ipsis non contradicētibus: & quòd etiam sufficiebat illa possessio, in qua erat; quia per biennium fuerat tentus pro dimidio portionario, & fructus percipiendo. Non obstat decis. 5.
1 Bisig. de consuetud. vbi † in ascensu oportet, quòd cōstet de primo iure in prima præbenda, à qua volebat descendere, quia si prius fuerat decleratum illi volenti ascendere nullum ius competere, & sic constabat de bono iure, quod hic secùs erat, sed tantùm super inte-
2 gra portione. Item † fuit dictum quòd indultum Cardinalis non obstabat prouisioni Papę, quam fecerat de dicta dimidia portione: quia indultum Cardinalis respicit beneficia, sed tantùm in isto casu dimidia portio erat de nouo creata.

EPITOME.

Durante lite super requisita à bulla Sixtina non currit tempus anni ad depositum faciendum.

SVMMARIA.

1 *Tacita litis contestatio exonerat à mora depositi non facti pro redemptione alterius partis, quam quis vigore contractus habere contendit.*
2 *Clausula bullæ dicentis, vicino instanti per mag. stratar. emptori cogatur vendere, præsupponit litem quò ad articulum vicinitatis seu qualitatis à statuto requisitæ.*

DECISIO CXCIX.

IN terminis Bullæ Sixtinæ quòd vicinus seu consor sit præferendus extraneo in emptione domus vicini fuit tentum per maiorem partem, die 16. Ianuarii, 1545. coram Do. Mohed. in vna Roman. pro hæredibus Episcopi Sanctoré. qui commiserat causam su-
1 per pensione eius, & dederat † articulos deducendo dictum suum, & litem tacitè cōtestatus fuerat, quòd per talem contestationem litis diceretur Claudia pręstitisse impedimentum Episcopo, vt dato, quòd durāte lite infra annum depositum nō fuisset pro redemptione alterius partis, quam vigore retractus volebat habere nō diceretur esse in mora, per ea quæ dicit Bald. in l. contra minores. C. de inoffi. testa. & etiā quia vult bulla, quòd vicino seu consorti fiat venditio, quandiu litigatur super eo, an sit vicinus vel consors, non dicitur currere terminus præfixus ad reducendum: quia prius debent verificari verba bullæ, aut sit locus dispo
2 sitioni vnius. Non obstant verba bullę, † quæ dicunt, vicino instanti per magistros stratarum emptori cogatur vendere, & sic videtur, quòd ista bulla præsup

ponit

ponat litem: quia prȩsupponit litemquò ad articulũ vicinitatis seu qualitatis à statuto requisitæ. Et profectò durum esset, quòd quis teneatur ad depositum, antequam declaretur statutum: & ideò diceretur alteri iudicio contrarium, quod non est dicendum.

EPITOME.

An qualitas à statuto requisita conueniat cum iudicio petitorio & hanc partem tenuerunt quinque repugnantibus tribus.

SVMMARIA.

1 *In appellatione & nullitate intentata tempora vtrique currunt.*
2 *Iudicia, quæ non sunt contraria tempore concurrunt.*

DECISIO CC.

Die vigesima sexta Ianuarii 1545. causa iterum
posita voluerunt quinque ex dominis, tribus re-
sistentibus, quòd quia Episcopus intentauerat duo iu
dicia, videlicet petendo partem suam, & partem Clau
diȩ, quòd pro illa parte Claudia debuisset facere depo
1 situm: sicut dicimus † in appellatione, & nullitate in-
tentata, vt tempora in vtraque currant, secundum Ias.
2 in l. maiores. C. de inoffi testam & quia ista † iudicia
non erant contraria: & ideò tempore concurrebant,
secundum Ioan Fabium in d. l. contra maiores, alij ve
rò tres domini dicebant, quòd dato, quòd ista iudicia
essent cumulata, quòd iuris ordine debebat procedere
iudicium super qualitate vicinitatis: quia alias non
erat locus.

EPITOME.

An distinctio præbendarum probet annexionem & consuetudinem optandi, quò ad præbendas distinctas. vide Abb. in c. dilectus filius. col. 3. versic. in eadem gloss. de præbendis.

SVMMARIA.

1 *Tempus 10. annorum ad præscribendum consuetudinem optandi quando in præbendis canonicatui vnitis non sufficiat.*
2 *Probato certo canonicorum & præbendarum numero in earum distinctione præscribenda 40. anni an sint necessary.*
3 *Non sola distinctio, sed titulos vna cum præbendis spirituales esse, annexionem probat.*

DECISIO CCI.

IN vna Mediolanen. optionis coram D. Peregrino
1 fuit datum dubium præsupposita † distinctione præ
bendarum, an prȩbendæ sint vnitæ & annexȩ Canoni
catibus, ita quòd non sufficiant decem anni ad præ-
scribendum consuetudinem optandi. Et licèt in isto
3 casu † esset per testes probatum, quòd erat certus nu-
merus canonicorum, & prȩbendarum, & ideò præ-
bẽdȩ videntur annexæ canonicatibus, per ea quæ vide
tur sentire Abb. in c. maioribus. de præbend. & ideò
esset necessarium tempus 40. annorum. Tamen ma-
ior pars dominorum noluit recedere à decisi. 12. Cas
sad. de præben. ex cuius dictis patet, quòd sola distin-
ctio non probat annexionem, & ideò erat necessarium
probare, quòd tituli vna cum præbendis essent spiri-
3 tuales: & ideò † non probata tali annexione ex dicta di
stinctione, quòd sufficeret tempus decem annorum ad
inducendam consuetudinem.

EPITOME.

Patientia permittentis examinari testes post rem iudicatã nocet rei iudicatæ.

DECISIO CCII.

FVit resolutum coram Do. Io. Paulo in vna Placentin. Castri Sarmati, 6. Ianuarii, 1545. quòd quia post laudum, quòd dicebatur transiuisse in rem iudicatã, Comes Bartholomeus passus fuerat examinari testes, per quos apparebat de iniustitia sententiæ, quòd videretur renunciatum rei iudicatȩ, per ea quȩ dicit Ias. in l. patre furioso. col. 5. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Alioquin etiam dicebatur, quòd princeps potuerat per suum rescriptum illam sentẽtiam reuocare, prout fecerat, per dictum Bal. in l. fin versi. quæro quod si in rescripto. C. senten. rescind. non posse. Sed dictũ Bald. reprehenditur à Ias. in d. l. fin. col. 7. versic. singulariter. & per Bertran. consi. 15. col. 3. num. 9. volum. 1. Non obstabat protestatio rei iudicatæ per Bartholomeum facta: quia fuit aliàs resolutum, quòd non obstante tali protestatione fuerat à re iudicata recessum.

EPITOME.

Sufficit quòd concessio deroget statuto vrbis, licèt non deroget regulæ de non tollendo ius quæsitum.

DECISIO CCIII.

FVit quȩsitum coram me, in vna Rom. dotis seu nullitatis quod commissio derogans statuto vrbis, videlicèt quòd nullitatis causa post annum possit intentari, valeret, licèt in ea non esset derogatum regulȩ de nõ tollẽdo iure quȩsito, Sat. q. 15. in fin & q. 10. vbi loquitur, est faciẽda mẽtio prout est ista quȩ est litis ingressus impeditiua: & etiã allegabatur Sarnẽ in pem. reg. fol. 11 vers. tamen contraria opinio. Ratio decisionis fuit, quia inter Romanos præuiè seruãtur statuta, & deinde ius ciuile, & posteà ius canonicum: & de iure ciuili præscribitur contra legẽ, & non obstante ea vult prȩscribere, per no. in l fin. C. si contra ius vel vtilitatem publ. vel fuit dictum, quòd ita obseruabatur in Curia Capitolina. Et causa erat inter Romanos, videlicèt Georgium de Nobilibus, & Gerardum de Iannottis. Resolutio fuit facta coram me, die 25. Ianuarii 1545.

EPITOME.

Supplicatio resignationis vnius ex causa permutationis porrecta iterum potest in fauorem alterius porrigi, & pro illo cõsensus præstari.

DECISIO CCIIII.

IN vna Salamantin. Decanatus, in qua die 16. Ianuarii 1545. dedi dubiũ, prȩsupposito, quòd probatur concordia, & quòd supplicatio permutationis, ac regressus, & pensionis fuerat per procuratorem Petri Sarmento porrecta, & antequàm Franciscus Perera consenserat coram notario regressui & pensioni, an potuerat D. Petrus principalis in fauorem alterius resignare. Et fuit resolutum, quòd potuerit, quòd licèt per porrectionẽ censeatur perfecta gratia, ita vt consensus coram notario non veniat, nisi ad executionẽ: Tamẽ non perficiebat gratiã irreuocabiliter, sed tantùm reuocabiliter: quia vigor c. quidam. de renuncia. in Curia non seruatur, vt ibi per Anton. & ideò in multis causis tenuimus, quòd porrecta supplicatione plu-

ries

rics etiã posſit porrigere,& in fauorem alterius corã notario conſentire: Et ita licet Petrus per procurato rem porrexiſſet, tamen irreuocabiliter non erat ab eo ius abdicatum: quare potuit in fauorem alterius reſignare.

EPITOME.

Pœna conuentionalis appoſita in inſtrumento eo non obſtã te potuit agi ad pœnam caducitatis.

DECISIO CCV.

Fvit reſolutum 19. Ianuarij, 1545. in vna Bonon. de Bolognis, coram Domino Proſpero, quòd nõ obſtante appoſitione pœnæ conuentionalis in inſtrumẽto emphyteoſis poſſit agi ad pœnam caducitatis, ſecundum Alexand. conſil. 13. poſt princip. verſicul. ſecundum 2. dubium. volum. 4.

EPITOME.

Pro ſponſa de futuro non datur ſponſo reſtitutio, ſecus ſi per verba de præſenti.

DECISIO CCVI.

PRo ſponſa de futuro, quæ à ſponſo receſsit, non datur ſponſo reſtitutio, ſecùs eſt, quando ſponſa eſt per verba de præſenti. Item fuit reſolutum in vna Senen. die 16. Ianuarii, 1545. per not. per Abb. in c. ex par te. col. penultim. verſicul. item ſi ſunt. de reſtitut. ſpoliat. & eſt gloſſ. in verb. legitimus. vbi Bald. & alij, in c. ex tranſmiſſa. de reſtitut. ſpol.

EPITOME.

Gratia Epiſcopi Solis ad primum vacaturum, ſeu quod tu malueris aut duxeris acceptandum, quomodo interpretanda.

SVMMARIA.

1 *Gratia ad primum vacaturum, & quod duxerit acceptandum, quando poſsit per Papam præueniri.*

2 *Acceptans beneficium primò vacans an & quomodo alte ro vacante illud reſignare poſſit, & ſuſcipere aliud. & num. 4.*

3 *Acceptationi poſterioris gratia parti per priorem non derogatur, nec natura gratiæ mutatur.*

DECISIO CCVII.

HAbebat Epiſcopus Solis in diœceſ. Hiſpal. gratiam de prouidẽdo ad primũ beneficium vacaturum, vel quod tu malueris vel duxeris acceptandum.
1 Vacauit primò Scholaſtria, † quam Epiſcopus acceptauit, & de ea prouideri ſibi periit: ſed quia compertum fu t, quòd non cadebat gratia, vacauit ſecundo loco Archipresbyteratus, quem Epiſcopus acceptauit in genere, deducendo ad ſpeciem, vt ſolet fieri, & etiã petiit ſibi prouideri: ſed antequam fieret acceptatio, Papa de eo alteri prouidit, & impetrans dicebat, quòd ex quo Epiſcopus toties acceptauerat, quòd videbatur elegiſſe ſecundam gratiæ partem: & ideò cùm ante acceptationem, & quòd ſecunda pars gratiæ erat conditionalis, per deciſ. 3. de præben. quòd potuit per Papã præueniri. Fuit tentum coram Dom. Aquen. die 22.
2 Ianuarii, 1545. & reſolutum, quòd ex † gratia erat gratiati, cùm beneficium, vt præſupponebatur, erat primum quod vacauerat, quòd vigore primæ partis gratiæ illud capere poterat. Nam ex quo ſecunda pars gratiæ tunc intrabat, quòd eſſet renunciatum primæ, vt quia voluiſſet, ſeu illi parti renunciaſſet: ſed cùm iſtud eſſet primò vacans. & Epiſcopus illud nolebat, certè non puterat niſi vigore primæ partis gratiæ acceptare.
3 Non obſtat, quòd † diceretur illi parti per acceptationem renunciaſſe: quia dicebatur, quòd per hoc nõ poterat Epiſcopus formam ſeu Naturam gratiæ mutare: cùm nõ poſſet hoc facere: etiam acceptatio, quæ ad cautelam erat inducta, non debebat ſibi nocere. Nam
4 ideò Epiſcopus acceptabat, † vt ſi primum beneficiũ vacans non ſibi placeret, poſſet, ſecundum & tertium acceptare, quòd ante vacationem eligi non poterat: niſi vigore primæ partis caperet. Et cùm in prima parte gratia eſſet pura, nõ potuit per impetrantẽ præueniri.

EPITOME.

Supplicatio & remiſsio non impediunt executionem ſententiæ.

DECISIO CCVIII.

IN vna Toletan. iuriſdictionis coram Do. Io. Paulo, die 19. Ianuarii, 1545. fuit reſolutum, quòd quando quis auditor per viam ſupplicationis remiſsionis aduerſus ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ꝙ ſententia tali caſu eſſet mandanda exequutioni, nec ta lis remiſsio impediret executionem ſententię, per tex. iuncta gl. & ibi Iaſ. in authen. quę ſupplicatio C. de prec ib. Imper. offerend. & per Afflictum decisi. 341.

EPITOME.

Verba enunciatiua poſita in duobus inſtrumentis antiquis probant vnionem.

SVMMARIA.

1 *Vnio non probatur per vnius inſtrumenti verba enunciatiua.*

2 *Vnio an per præſcriptionem immemorabilem probetur.*

3 *Probatio quindecim annorum in immemorabili probanda requiritur.*

4 *Enunciatiua verba in antiquis non probant, ſi materia ſit odioſa.*

5 *Vnionis materia eſt odioſa.*

6 *Anni 99 reputentur pro antiquo.*

DECISIO CCIX.

IN vna Bononien. montis Cereris contra Epiſcopum Feltren. pro vno de Graſsis, coram D. Mohedano die 19. Ianuarij, 1545. fuit reſolutum, ꝙ per verba enunciatiua † poſita in vno inſtrumento vnius collationis factæ de anno 1523. in quo inſtrumento enunciatiuæ
1 dicebatur, quòd Archipresbyteratus Bonon. erat vnitus Plebaniæ montis Cereris, quòd per illud vnicum inſtrumentum habens talia verba enunciatiua non probaretur vnio: ſecùs ſi eſſent duo inſtrumenta antiquiſsima, vt erant in caſu illo. Aliud inſtrumentum 99. annorum in antiquo erat talis enunciatiua vnionis per illud, quod dicit Aretin. in c. cùm cauſam. col. 4. in fin. verſ. ſed quæritur quid de inſtrumentis, & melius col. 2. verſ. eſt verum. maximè in fin. illius col. de præb. & licèt Areti. ibid. dicat, quòd eſt arbitrarium iudicis, at tentis qualitatibus Rota in hanc partem inclinauit, ex quo erant aliqua: & non conſtat, quod dicebatur, quòd
2 † vnio probetur per præſcriptionẽ immemorabilem, vt per Fel. in c. cauſã quę, de præſcrip. & immemorabili probanda

probanda requiritur probatio 15.annorum de visu,
vt not.in c.1.de præscript. in 6.& talis hæc possesio
non probabatur:quia dicebatur,quòd est verum,quã
do quis vellet probare vnionem per illam viam prę-
scriptionis:sed hic non illa via vel via verborum enũ
ciatiuorum talem vnionẽ peobare intendebat. Itẽ nõ
4 obstat,q† verba enunciatiua in antiquis non probant
in materia odiosa,vt p Ias.in l,ex his.col.3.C. de testib.
5 & hic eramus† in materia vnionis,& sic materia odio
sa:quia fuit responsum,quòd Ias.ibi allegat Bal.in l.2.
C.de necess.sed quia Bal.loquitur in instrumẽto.,& e-
6 tiã uoo loquitur in antiquis.Illud etiam † notandum
est,quòd Rota in instrumento tenuit tempos 99. an-
norum pro aotiquo.

EPITOME.

Bulla Honorii indicata, quòd foret in forma probanti.

SVMMARIA.

1 *Bulla antiquissima quomodo & quare babeatur valida & nu.8.9.*
2 *Instrumenta antiqua originem à personis suspectis ducentia non probant.*
3 *Episcopus aut eius Vicarius in causa ad Episcopatum pertinente competens est iudex,& non suspectus.*
4 *Transsumptum suspectum, aut citationis quod non meminit num probet.*
5 *Solennitatis præsumptio nisi enunciatiua fuerit,non præsumitur in scriptura.*
6 *Citatio in antiquis nedum in antiquissimis præsumitur.*
7 *Solennitas quando interuenisse præsumatur.*
10 *Instrumento exemplari in processu creditur.*

DECISIO CCX.

IN vna Parmen. Castri Colurni pro Cardinali S.Flo
ræ coutra Comitissam Caiessi,in qua die 23. Ian-
1 nuarii 1545.dedi dubium,an bulla† Honorii iunctis
transumptis conformitate literarum à sentent.a ori-
giuali vltimò productis,data de aono 1369.probet,an
sit in forma probanti:dũ dimissa comparation literarum,ex tribus voluerunt quòd esset in forma probanti.
Primò videlicet ex transumpto dictæ bullę de
2 aono 1300.Nec obstat,quòd illud† transumptum e-
eat suspectum, ex quo erat coram vicario Episcopi
Parm.instaute syndico Episcopatus, prout in instru-
mẽtis antiquis habentibus originem à personis suspe
ctis,quòd non probent,ponit Socin.cons.194 col. fi.
vers.præterea dico & Corn.con.24.col pec.vol.4.quia
3 fuit dictum,quòd† Episcopi vicarius,& ipse Episco-
pus in causa pertinente ad Episcopatũ,est competens
4 iudex,& non suspectus.Itẽ dicebatur,quòd † trãsum-
ptũ oou probabat:quia in eo nõ interuenerat citatio:
& præsumptio solennitatis uon præsumitur in anti-
quis:quouiam iu scriptura,quę producitur,apparet ci
tationem nõ interuenisse,vt per Dec.cons.45.col.pen.
ver nõ obstat quod exẽplum propter antiquitatem nõ
probat.moderni in auth si quis in aliquo.col.6.prope
5 fin.versi.non obstat si dicatur.vbi volunt quòd † solẽ
nitates in antiquis nou præsumerẽtur nisi eoũciatiuè,
& facit,quod dicit Corn.cõsi.24.col.5.vol.4. Sed hoc
6 non obstante fuit dictum,quòd † citatio in antiquis,&
maximè in antiquissimis,prout in casu uostro,præsu-
mitur,per not.per Purpur. io auth. si quis in aliquo.
col.3.versic.vltimò an talis citatio.C.de eden. vbi mul
ta ad propositum ponit.oon obstaute, quòd nou con
stat io actis decitatiooe,ergo probatur oõ interuenis-
se,presumitur,quòd interuenerit: quia semper in om
ni casu est de essentia,quòd iu transumpto punitur ci
7 tatio. Nã † istæ solẽnitatis,quæ stãt extrinsecè, actus si
non opponatur,eo ipso probatur,quòd nõ interuenit
vt ponit,quando producitur totus processus, & non
apparet de citatione.Sed quãdo minus in solennitate
extrinseca,quæ non solet semper cum actu ipso appo
ni:quia aliud probãdo actus est validus,tum ex eo, q
oon sit illa solẽnitas in actu descripta,ex huc non pro
8 batur,quòd non interuenerit.Secundò etiam† præsup
posito q bula esset in forma probanti,fuit sumpta ex
narratiua sententiæ daiæ de anno 1398.vbi enunciati
uè fit mentio de bulla Honorii contiuente sententiã
inter Episcopũ Parm.Et enunciatiua verba in anti-
9 quis probant.Tertia præsumptio †fuit sumpta ex di
cto vnius testis,qui deponit,quòd vidit bullam & sunt
quinquaginta anni,cum plumbo appenso cum corda
lis crocei rubeiq; coloris,& vidit quando illud plum-
bum propter vetustatem excidit à cordulis: & fuit re-
solutum iu ipsa bulla,& quod ipsam bullam & tran-
sumptum vidit in Archiuo Parm.Et sic ex istis tribus
Rota resoluit,q bulla esset lu forma probanti.Cau-
sa fuit pusita iterum 13.Februarii 1545.super seqaen
ti dubio,an bulla Honorii iunctis conformitate lite
rarum prædictarum,duobus instrumentis vltimo pro
ductis,absque dicto testis probet, & faciat fidem vl-
tra instrumeotum probatorium in processu de parti-
bus 1538.Et Domini,licèt nonnulli mouerentur ex
conformitate literarũ,tamẽ propter trãsumptũ,& ver
ba enunciatiua triũ instrumentorum pro maiori par-
te,videlicet ex octo votãtibus sex,duobus tantũ recla
mantibus,tenuerũt,quòd faceret fidẽ. Et licèt† instru
10 mentum positum in processu de partib.sit exemplum,
tameo propter immemorabilitatem creditor.

EPITOME.

Verba in inuestitura Corrigien. prout prædecessores vestri possederunt,quomodo intellecta.

DECISIO CCXI.

IN causa Parmens. Vallium, in qua fuit datam dubium,an domini Corrigien.tenerentur verificare possessionem prædecessorum inuestitorum Principi uarranti,ita vt illa verba in narratiua & dispositiua,prout prædecessores vestri possederunt,staret causaliter:fuit resolutum die 23.Ianuarii 1545.quòd quia inuestitura erat certa,nam coutinebat quid certum, videlicèt vallem cum nemoribus & pascuis,& erat factum ex certa scientia,& sioe procerum consilio & per consequens cum causæ cognitione,& in forma Cameræ,quòd illa verba,prædecessores possederunt, quòd stabant causaliter & non cõditionaliter.per oot. Bartol.in extrauagan.ad reprimen.in verb. prout etiam non fuit cõsideratum,quòd illa confirmatio fuerit facta ad supplicationem partis,ponendo in narratiua illa verba,ex quo eramus io priuilegiis. Et fuit allegatũ consi.Paul.de Castr. 17.col.2.& tex.io c.Abbas.de re iudic.in 6.Dec.consi.164.

EPITOME.

Citatio sine die est valida.

SVMMARIA.

1 *Citatio sine die intelligitur ad primam, vel quando citius comparere potest,si fiat ad causæ dispositionem, secùs si ad actus*

actus expeditionem.

2 *Citatio, facta ante diem praecedentem vltimam audientiam intelligitur de prima die iuridica.*

DECISIO CCXII.

DIe 25. Ianuarii 1545. fuit resolutum in vna Calaguritan. de Fangeuella, & altera Hispalen. dimidiæ portionis, coram Dom. Thoma de Tha-
1 nis, quòd citatio † sine die mãdata valeret, quia intelli
gebatur ad primam: vel quãto citius comparere poterat, per ea quę dicit Abb. in l liber homo. vel 2. §. 10. nu. 5. ff de verbor. oblig. & Ias. col. final. Felin. in c. consuluit. col 3 de offi. & post. iud. del. Prepos. in c. cùm parati colum. 4. de appel dum distinguit, an valeat ad causam disponendam, non autem ad expeditionem actus: quia fuit dictum, quod simpliciter talis citatio tenet, vt per Alexand. in d. l. liber homo. §. 10 &
2 ideò io illa Hispalens. erat facta citatio † quadam die
præcedente vltimam audientiã de mense Iulii ad sententiam intelligebatur de prima die iuridica.

EPITOME.

Clausula, quòd de obreptione & surreptione gratiæ dici nõ possit, intelligitur iuridicu existen. narratis in gratia ad petitionem partis concessa.

DECISIO CCXIII.

FVit resolutum in vna Calagurit. Prioratus de Logrono, coram D Peregrino, die 23. iannarii 1545. quod quando gratia non erat in illo casu in coadiutoria posita, quòd de obreptione & surreptione dici nõ possit, ex quo gratia erat ad petitionem partis, & non motu proprio, & nihil operabatur: quia illa clausula intelligenda erat prędictis existentibus narratis: & si gratia principalis corruebat, ita & clausulæ illæ accessorię: Et fuit allegatus Abb. in c. 1. col. 2. de cõfirm. vtil. vel inutil. facit in l. si patrooum. ff. de bon. lib.

EPITOME.

Ex scientia & patientia in actu positiuo inducitur mandatum.

DECISIO CCXIIII.

EX scientia & patientia EpiscopiCanarien. scientis & patientis, quòd quidam Ioannes ageret nomine suo, & vltra illam scientiam probabatur, quòd taliter ille agens habebat inra in manibus facientia ad causam: Fuit iudicatum in vna Canarien. iurisdictionis coram Dom. Peregrino, die 23. Ianuarii, 1545. quod esset inductum mandatum: quia tunc non solet sola scientia & patientia operari, qno casu militat dictum Innocen. communiter vt dicit Barto. in c. ex parte Decani. de rescrip. col. 12. sed etiam interuenerat actus positiuus, quocirca videtur dari mandatum, vt ibi dicit Felio.

EPITOME.

Regula reuocatoria vnionum Pauli II. reuocauit vnionem, de qua hic.

DECISIO CCXV.

COram Dom. Sebastiano in vna Pręceptorię S. Ioannis Hierosolymitan fuit resolutũ 23. Ianuarii, 1545. quòd regula Pauli II. reuocatoria voionum factarum, nedum auctoritate Apostolica, verumetiã quacunque alia, reuocaret vniones factas per Capitulum prouinciale de quadam Præceptoria S. Ioanois Hierosolymitaoi.

EPITOME.

Consensus quo casu potuerit præstari per procuratorem per obitum.

DECISIO CCXVI.

FVit resolutum in vna Barchinonens. seu Terracõ. beneficiorum, coram D. Aquco. die 23. Ianuarii, 1545. quòd consensus potuerit præstari per procuratorem post obitum: quia semel vel bis in vita pręstiterat consensum super quodam memoriali. Nec obstat, quòd memoriale, super quo erat præstitus consensus per procuratorem, esset retentum: quia stilus Curiæ id tolerabat, quòd procurator pręstet consensum, & retineat penes se chartam, super qua consensus pręstatur: nec erat verum quòd esset volũtas imperfecta: quia consensus erat validè pręstitus & perfectus, sed quia infra tempus decem dierum non erat inualidus, & nullus, ex actu nullo colligitur consensus & voluntas.

EPITOME.

Protestatio, quòd non intendit acceptare nisi in illo casu, nõ sufficit, quòd fiat tempore productionis, sed potest procurator non obstante illa protestatione ad sententiam citari.

DECISIO CCXVII.

IN vna Mantuana Fuccarorum, coram D. Prospero fuit resolutum 26. Ianuarii, 1545. quòd Sillãgorius, qui produxerat mãdatum in actis, dicẽdo, quòd acceptabat onus ad effectum substituendi, tamen, quòd non obstante tali protestatione tunc temporis, & tempore productionis facta, quòd potuisset citari ad sentẽtiam, & sententia esset valida: quia noo cõstabat, quòd tempore receptionis mãdati fuisset protestatus, prout necessarium est, ad tex. in Clemen. 1. de procu. & certũ est, quòd si Sillãgorius produxit, quòd ante illam productionem habuerat mandatum, & per retentionem absq; aliqua productione visus est acceptare. Et Dom Ioan. Paulus testatus fuit, quòd aliàs coram Dom. Nicolao Aragoniæ fuerat causa commissa, quod produxerat mãdatum ad istam causam tantùm. Ex quo non docebat, quòd tẽpore receptionis fuisset protestatus, quòd diceretur generaliter acceptare, ne incauti procuratores producant mãdata per cõpulsum, & posteà in illa causa tantum acceptent.

EPITOME.

Protestatio vnica pro conseruatione iuris sui quando sufficit.

SVMMARIA.

1 *Protestatio vnica sufficit in extraiudicialibus pro iuris sui conseruatione.*

2 *Actus protestationi contrarius, vt valeat in iudicialibus, requiritur noua protestatio.*

3 *Rei iudicatæ quomodo præiudicetur, etsi à procuratore sit protestatum.*

DECISIO CCXVIII.

FVit dictum in causa CastriSarmati, die 26. Ianua-
1 rii, 1545. quòd licet in † extraiudicialibus vnica

tantùm

tantùm protestatio sufficiat pro conseruatione iuris sui,& non requiratur pluries protestari, per not. per Barto.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.in.3.oppos. ff.de non.oper nuncia.cum quo Dd communiter trãseunt,& asserunt communem Io.Andr. Alexan.in l. nõ solùm.§.morte.vers.49.lim.de nou ope.nun.quòd
2 istud nõ procedit in iudicialibus,† quia si quis sine ꝓtestatione facit aliquem actum,& iudex illum admittit,quòd tunc requiratur protestatio, vt valeat actus contrarius protestationi, prout Bartol. istam asserit magis communem,in l. non solum.§.morte.col.5.ff. de nou.oper.nunc Et ideò fuit conclusum,quòd quia
3 † in illo casu Procurator Bartholomæi comparuerat post rem iudicatam,licèt protestatus fuerat de re iudicata,quòd non intendebat illi præiudicare:tamẽ quia aliquos actus positiuos fecit,& iudex illos admisit, ꝙ per processum ad vlteriora esset suæ reiudicatæ præiudicatum.

EPITOME.

Publicatione non obstante quando testis dixit,se nihil scire no alii sint examinandi.

SVMMARIA.

1 *Testes examinati si dicant se nescire quantitatem, an publicatione facta super quantitate examinari possint. & num.5.*
2 *Testes subornatos odio,amore,aut pretio denuo examinare permittitur.*
3 *Iudex post publicationem ex officio examinare potest.*
4 *Testes alioquin inhabiles,vt domestici, & similes probato debito ad probationem quantitatis admittuntur.*
5 *Testis habens concomitantiam debiti,potest à publicatione super quantitate de iure examinari.*

DECISIO CCXIX.

IN vna Rhodiens.linorum & coriorum, in qua pro parte funariorum contra religionẽ in prima instantia in 3 articulo erat articulatũ,ꝙ in naui ꝑ religionẽ tpe obsidionis Rhodi retentæ erant tot ballę linorũ & coriorum,&quòd fuerant appositæ pro defensione
1 ad mœnia&reparatione vrbis:testes deponunt,† quòd verum est,quòd multæ ballę linorum &coriorum fuerant pro defensione ad mœnia appositæ,tamen nesciebant quantitatem.Et fuerat habita publicatio testium funarii voluerunt examinare super quantitate, dubitaui ego die 3.Ianuarii,1545. an stante publicatione possent testes super quantitate examinari,per ea quę dicit Socin in tracta.fallen.regul.403.in 2.fallen. Tamen fuit dictum,quòd illud intelligitur , prout declarat
2 Bald.in c.1.§.1. de inuestitura, † quando testes in prima instantia odio,amore,vel pretio fuerunt subornati:sed hic secus erat,quia habuerunt remissoriam pro illo teste examinando,& non curauerunt eum examinare.Et ideò Ioannes Andr.allegat per Socio.in d. 2. fallen.reprehendit Aretin.in c.fraternitatis. column. 3.versicul.3.versic.posita tamen.num. 11.de testibus, vbi alleg.Ioan.Andr.& Anton.tenentes contrarium, & ibi Felin.colum.5.versicul.sed vltra ipsos fuit conclusum in isto casu,quod ex quo constabat de debito videlicet de damno dato,& quòd necessarium erat,ꝙ adeßet quãtitas.Ego ex officio meo dicebam debere examinari testem,per not.per Doctor.in c.cùm clamor.&de testib.& Paulus deCastr.consil 246.versicul. item non obstat.volum.2.vbi dicit,quòd † benè facit
3 iudex,si ex officio post publicationem examinet , ad quem pertinet vndique veritatem indagare. Et sicut
4 dicimus,quòd † probato damno admittantur testes aliàs inhabiles super quantitate,vt pota domestici iuxta not.in l.si quando C.vnde vi.quia tunc proceditur potiùs ex quadam æquitate,quàm de rigore:ita & hic
5 sentit Bald in d.c.1.quòd sit iniustum, quòd † quando proceditur ex ęquitate non obstat publicatio:& quando testis habet concomitantiam instrumenti,tunc nõ obstante publicatione debet examinari vnde per Anton.in c.senes.de testibus.Roman.pag 8.decis.23.versicul.item quero.Deci.consil.216.colum. final. Alexand.consil.213.in fin.volum.2.Hic autem testis habet concomitantiam debiti probati , ergo debebat examinari.

C

EPITOME.

Procurator substitutus in negotio executiuo factus dominus litis potest substituere.

SVMMARIA.

1 *Instantia non datur in executiuis.*
2 *Procurator lite ex vnico actu data eaque cõtestata dominus litis efficitur,& substituere potest.*

DECISIO CCXX.

FVit resolutum in vna Hispalens. dimidiæ portionis coram Do.Thoma de Thauis,die 10. Ianuarii,1515.quòd procurator substitutus,qui in negotio executionis fecerat talia,quæ sapiebant litis contesta
1 tionem,quia licèt inclinabant, quòd in † executiuis non detur instantia,quicquid dixerit Alexand. & Ias. in l.properandum.in fin.C.de iud.reputantes opinionem contrariam veriorem, quam multi Doctor. per eos relati tenent:Tamen negari non potest, quin sit lis. Nam istę sunt diuersę instantiæ,& lis,vt per Alexand in l.causas.C.de transact.Gemin in c.7.§ siquis. colum.1.de senten.excommunic.libr.6.Et licèt in executiuis non detur instantia,tamen lis,vt per omnes, in l.properandum.C.de iudic.& per Sarnen. in regul.
2 de annal q.44.cùm igitur † detur lis ad primum actũ, vbi lis contestaretur,procurator efficitur dominus litis,& substituere potuit.

EPITOME.

Vnio non docto de erectione beneficii tribuit titulum coloratum.

SVMMARIA.

1 *Vnio collegio facta titulum coloratum,& decimarum collegiis ademptarum restitutionem præstat.*
2 *Prælatus pro re Ecclesia possessorio recuperandi agens nihil proficit,nisi institutionem suam canonicã plenè doceat si non sit in possessione ullius rei.*
3 *Decimarum parochialium titulus legitimè doceri debet,nisi rector spoliauerit.*

DECISIO CCXXI.

IN vna Toletan. spolii Sancti Sebastiani oppidi de Madrid,fuit resolutum die quarta Februarii 1543.
1 quòd † vnio beneficii facta collegio, & docto de erectione dicti beneficii non constaret,quòd pręstaret titulum coloratum,& restitutionem decimarum , quibus spoliati fuerant dicti collegiales:quia titulus coloratus dicitur,quando tradita est possessio ab habente authoritatẽ,in c.in nostra.in 36. correl,de reseruatis.

non

Non obstat, quòd non constaret de erectione benefi-
cii vniti collegio: quia dicebatur, quòd istud respicie-
2 bat petitorium. Nō obstat, quòd † si prælatus agit pos-
sessorio recuperādi pro aliqua re Ecclesię, sine fructu
intendebat, nisi ostendebat, plenè suam institutionem
canonicam, vt per Ias. in l. si de rei. col. penul. ver. 13. sal
lit. de iudic. quia illud erat verum, qoando prælatus nō
fuerat in possessione illius rei: at in casu nostro fuerat
collegium per triginta annos in possessione percipien
3 di illas decimas. Non obstat, † quòd hic agebatur de
decimis in parochiali, & ideò legitimè debet de titulo
collegium docere: quod non fiebat, quando Rector
spoliasset. Sed hic erat tertius, qui spoliauerat, puta in-
stitutus ab ordinario, & ideò non eramus in terminis
illius decretalis.

EPITOME.

Legitimatio seu dispensatio filij facta extra territorium le-
gitimantis est valida, patre ratificante.

DECISIO CCXXII.

IN vna Regien bonorum, 4. Februarij, 1545. coram
Domino Peregrino fuit resolutum, quòd licet legiti
matio filij spurij. vt erat in casu illo dispensatio, & tra-
ctabatur de legitimatione filij spurij, nati ex presbyte
ro, facta per Papam de consensu patris, valeret etiam
quòad bona existentia in territorio Cæsaris: quia Do
ctor conclodunt, quòd patre instante seu consentien-
te sit valida, vt per Cort. in §. & quomodo si tantùm.
colum. penultim. Aret. in l. Gallus §. & si forsitan ff. de
lib. & post hum. & quòd pater diceret ratificare se legi-
timationem, per consi. Ias. a 12. lib. 2.

EPITOME.

Administrator Ecclesiæ ad tempus deputatus an censeatur
ordinarius, vel delegatus.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio temporalis facit delegatū, perpetua ordinarium iudicem.*
2 *Ordinarius vt non ad certas causas, ita nec ad certum tempus deputari potest.*
3 *Administrator Ecclesiæ quando habeat ordinariam iurisdictionem.*

DECISIO CCXXIII.

EPiscopus Astoricen. fuit deputatus administrator
Ecclesiæ Caurien, donec Carolus de Labcis 25 an
num suæ ætatis attigisset: Fuit dubitatum 24. Ianuarij,
1545. in vna Caurien. inter Episcopum Solis, & Fran
ciscum Caraua. Ial. coram D. Aquen. an talis admini-
strator diceretur ordinarius, vel delegatus, vrgebat
quod dicit Bald in l. 1. 9. q ff. de offi consul. dum dicit,
1 quòd † iurisdictio temporaliter data facit quem dele
2 gatum, ordinarium, si perpetua. quia † sicut ordinarius
non potest deputari ad certas causas, ita nec ad certum
tempus, arguendo de re ad tempus & illam decisionē
sequuntur Moderni. Vnde Claud. Aquen. & Purpurat.
in l. more, & ibi Amald. ff. de iurisdictione omn iudic.
Felin. in c. licet causam. de off. ord. Et ad istud fuit res
ponsum, quòd illud procederet, quando iurisdictio
conferretur non habenti, vt erat facta Epicopo Asto-
ricen. qui erat in sua diœcesi ordinarius, prout declarat
Claud. in d. l. more. columna. tertia. in princip. versic.
& inter cætera dicit, cum duabus limitationibus se-
quentibus. Pur. columna. 7. vesic. 2. limita. & versiculo.
ex hac conclosione. Et ideò fuit resolutum, quòd talis
3 † administrator sic deputatus diceretur habere ordina
riam iurisdictionem, prout ita format glo in c. is qui.
de electionib. in 6. & eam gloss. sequuntur Doctores.

EPITOME.

Administrator Ecclesiæ deputatus an possit vicarium gene
ralem deputare.

SVMMARIA.

1 *Administrator Ecclesiæ ad tempus an possit vicarium generalem deputare & nu. 4. 6.*
2 *Vicarius vicarium non deputat. & nu. 8.*
3 *Locum tenens alium locum tenentem deputare non potest.*
5 *Persona electa industria semper demandata esse censetur in generalitate seu vniuersitate causarum.*
7 *Administrator deputatus ad causarum vniuersitatem potest, vt & electus confirmans, vicarium deputare.*
9 *Ordinarius non potest omnem suam ordinationem sine principis auctoritate facere.*

DECISIO CCXXIIII.

1 SEcundò fuit dubitatum, an iste † administrator
posset vicarium generalem deputare cum potesta
te conferendi beneficia: & videbatur, quòd non, per
tex. in c. clericos. de offi. vicar. vbi habetur, quòd † vi-
2 carius vicarium non deputat. ergo administrator tā-
quàm gerens vices alterius deputare vicarium non
3 poterit. sicut dicimus de † locum tenente, qui alium
locum tenentem deputare non potest, vt per Bald. in
l. 1. §. à perfectis ff de legat. 3. Item ponderabatur, quòd
4 in breui illo † erat electa industria personæ: quia in
eo dicebatur confidentes, quòd tu sicut aliàs Eccle-
siam prædictam fideliter rexisti, ita & in posterum face
re debeas. Et sic propter talem industriam electam vi-
debatur quòd alteri non poterat demandare, ad not.
per Abb. & alios in c. final §. 1. de offic. deleg. Item qa
5 † in generali seu in vniuersalitate causarum demanda
ta semper censetur electa industria personæ, vt dicit
Abb. in d. c. clericos. de offi. vicar. Tamen hoc non ob
stante fuit resolutum 4. Februarij, 1545. in eadem cau
sa, coram Domino Aquens. quòd Episcopus Astori-
6 cen. † administrator deputatus potuisset vicarium gene
ralem ad conferendum beneficia deputare, tum quia
in casu. decisi 7. de offic. vicar. in nou. ibi administra-
7 tor † erat deputatus ad vniuersitatem causarum: & sic
erat electa industria personæ & nihilominus tex. dicit,
quòd potest omnia, quæ electus confirmans potest: sed
talis electus deputare potest vicarium, ergo & admi
8 nistrator. Et sic non obstat etiam, † quòd vicarius non
possit vicarium deputare, nec locum tenens locum te
nentem: quia illud verum est in totum à se iurisdictio
nem abdicando, & illum ordinarium faciendo, prout
ita intelligitur Alex in l. à iudice colum. 2. versicu. reci
pit tantum hæc conclusio & ibidem Ias. colum. 3. vers.
fallit 7 de lega. C. de iudic. & Bal in l aliquando ff. de
offi proconsul. & leg. vt in caso nostro nō in totū à se
abdicauerat iurisdictionem, sed tantùm cōmiserat co-
gnitionem causarum ciuilium, & criminaliū & colla-
tionem beneficiorum: vnde collationem fructuum in
9 se retinuerat, & alia. sic vt † ordinarius non posset to
tam suam ordinationem facere sine principis auctori
tate, ad l. penultimam. ff. de offi. præsid. vt etiam loqui-
tur Abb. in cap. clericos. de offic. vicar. versiculo. sed
obstat prædictis, ita dummodò non ex tota committat
vices suas.

EPITOME.

Nullius effectus sunt testium clau'ulę, si contra voluntatem partium apponuntur.

SVMMARIA.

1 *Clausul. prout praedecessores vestri possederunt, & vos possidetis, an sit inuestitura de stilo officialium imperatoris apposita, sic vt nihil aperetur.*
2 *Clausula de testibus apposita cùm non censentur de voluntate partium apposita nihil operantur.*
3 *Recognoscens inuestituram esse a sacro Rom. Imperio, contra eam recagnitionem venire potest.*
4 *Confessio simplex probando contrarium elidi potest.*
5 *Principalis vt non potest refricare quastionem, ita nec eius hares.*

DECISIO CCXXV.

IN causa Parm. vallium, die 9. Februarij 1545. fuit du
1 bitatum, an † stantibus inuestituris Maximiliani &
Caroli illa verba, prout prædecessores vestri tenue-
runt & possederunt, & vos tenetis & possidetis, sint de
stilo officialium Imperatoris apposita, ita vt nihil ope
rentur. Et fuit resolutum, quòd non: quia inuestituræ
Maximiliani & Caroli non poterant probare stilum
de tempore Federici: quia de illo tempore stilus pro-
bandus erat, per ea quæ dicit Alexand. consil. 26. co-
lum. penul. volum 3. & Socin in l. Gallus. §. si eius. col.
penulti. in fin. ff. de lib. & posthum. Immò, quãdo esset.
de stilo, operarentur. Et Clotarius simpliciter rogatus
de eis censetur rogatus, ita vt si non apposuit, eas appo
nere tenetur, iuxta glo. in l. fina. C. de fideic. & per Dec.
in l. vt libertus. C. de colla. & in l. certi condictio §. si
2 nunc. ff. de iure codicill. & clausulæ † de testibus appo
sitæ non censentur de voluntate partium appositæ, &
nil operantur, nec operabatur, vt per Dec. cons 490.
quicquid dixerit Curt. Iun. cons 111. sic ideò dicebatur,
quòd illa verba in inuestitura Federici stabant causali
ter: quia si de contrario constabat, starent conditiona
liter, seu limitatè, id est si posidetis, vel quatenus posi
detis. Item in alia parte dubij, in qua dicebam, an
3 † Comes de Sala posset venire contra inuestituram
de anno 1541. aliqui ex Dominis dixerunt, quòd non,
quando Nicolaus acceptando eam inuestituram, &
eam ratificando, in qua dixerat, quòd dependebat in
feudum à Sacro Roman. Imperio. Et in quo non so-
lùm confessio, sed erat etiam recognitio: quia reco-
gnouit eam vt feudalem, contra talem recognitionem
venire non poterat, licèt † contra simplicem confessio
4 nem probando contrarium, vt dicit Bald. in l. cùm
falsa. C de iur. & fact. ignor. quod secùs est in recogni-
tione. Nam tunc nõ potest venire cõtra eam recogno
scendo rem ab alio, licèt eam vt propriam videatur
donare vt per Bar. & Paul. in d. l. cum falsa. circa fin. C.
5 de iur. & fact. igno. Et ideò † sicut Nicolaus non po-
terat venire contra, ita nec eius successor, secundum
Fel. in c. inter dilectos. col. pen. de fid. instrum. dum
dicit, quòd sicut principalis conductor non potest re-
fricare quæstionem, ita nec eius hęres. Alij non dede-
runt vutum, quod non fui prosequutus propter lap-
sum temporis.

EPITOME.

Surrogato in omni iure, & ad omne ius, non debētur fructus, nisi à die cessionis, licèt de sequestro factosit facta mentio.

SVMMARIA.

1 *Fructus competentes cedenti ante cessionem non debentur surrogato in omni iure & ad omne ius, quod aliquis in Ecclesiam habebat, nisi expressè cedantur.*
2 *Surrogatus ad omne ius censetur surrogatus ad possessionem, cùm possessionis fit mentio. & nu. 4.*
3 *Clausula, ad Ecclesiã denotat extrinsecum a re ipsa, proprium tamen ipsi rei.*
5 *Fructus in conductione veniunt.*
6 *Fructus lite super beneficio pendente alienari non possunt.*

DECISIO CCXXVI.

1 SVrrogatos † in omni iure, & ad omne ius, quod alicui
in Ecclesia & ad Ecclesiã cõpetebat &, etiã in lite
etiam quòd in supplicatione fiat mentio de sequestro
fructuum, tamen per hoc non censetur surrogatus ad
fructus, qui competebant cedenti ante cessionem: sed
necessarium erat, quòd fruct' expressè cederentur. Ita
resolutum est in vna Taruisina S. Helenę, coram Do.
Aquen. pro Cardinali Pisano contra Vincentiũ Curi-
num, die 6. Februarij, 1545. Nam decisi. Egid. 951. loqui
2 tur, vbi † surrogatus ad omne ius censetur surrogatus
ad possessionem, quando de possessione est facta men
tio: quia illud est, quòd postquam possessio quęsita est
non ius proprium ipsi beneficio, sed penitus quid di-
uersum. & surrogatio erat ad omne ius, quod in Eccle
siam habebat: & dictio inducit in Ecclesia, l. 1. §. hoc
autem edictum. ff de nou. oper. nuncia. Corn cons. 338.
3 num. 6. vol. 1. Item illa † verba, vel ad Ecclesiam, deno
tant quòd extrinsecum à re ipsa, proprium tamen ipsi
rei, l. quidam ff. de seruit. rustic. præd. Corn. consi 9. lib.
6. volu 8. sed quis dubitat, quòd fructus iam percepti
non sunt ius in Eccles. nec ad Ecclesiam. Non obstat
4 decisi Egid. 366. quia ibi † non solùm erat lis super
Ecclesia, sed etiam super fructibus, & ideò veniunt in
surrogatione. In casu autem nostro erat lis super bene
5 ficio: & licèt † in conductione veniant fructus, tamen
per hoc non est verum dicere, quòd lis sit super fructibus.
6 & patet. † Nam lite pendente super beneficio, fructus
alienari non possunt: litigiosi enim sunt per priuilegiũ
tituli de litigiosis: verguntq; in cõmodum possessoris.

SVMMARIA.

1 *Annullatorium & petitorium iudicium an cumulari possunt.*
2 *Absolutoria lata in vno iudicio praeiudicat alteri.*
3 *Iudicijs cumulatis si pars non apponit praeiudicat sibi.*

DECISIO CCXXVII.

IN causa Roma. domus pro Do. Claudia Sabella con
tra hæredes Episcopi Sanctoriens. de qua suprà, de
mense Februarij, 1545. maior pars Dominorum incli
1 nauit, quòd si † Episcopus prosecutus fuisset vtrumq;
iudicium annullando & petendo primam partem suã,
& etiam partem Thomę Claudiæ venditam, ratione,
quia cùm sint duo iudicia, quæ sic se habent, absoluto-
2 ria † lata in vno pręiudicaret in altero, procedunt ista
iudicia cumulando, parte non opponente, vt per Bar.
in l. edita. col. 7. vers. expeditis generibus. C. de edend.
quòd Episcopus, ex quo cumulauerat ista duo iudicia
3 † & pars non opposuisset, quòd præiudicasset sibi nõ
deponendo infra annum: quia l. contra maiores. proce
dit, quando ratione contrarietatis iudicia non possunt
cumulari, etiam parte non opponente, vt dicit Bar. in
d. l. edita. in loco superius allegato.

EPITO-

EPITOME.

Ius patronatus clerico competens an sit laicale vel Ecclesiasticum.

SVMMARIA.

1 *Clericus ex suo patrimonio fundans Ecclesiam, retinet dominium iuspatronatus, quod laicale est.*

2 *Patrimonialibus ex bonis beneficium dotatum esse censetur & ius patronatus laicale, si certum non sit, an bona in dotem data ante vel post promotionem in sacerdotem sint quæsita.*

3 *Ius patronatus fit spirituale si constiterit clericum ex bonis post clericatum quæsitis aliquid fundasse, erexisse, aut dotasse. & nu. 5.*

4 *Quando præsumatur pro hæredibus clerici quòad ius patronatus.*

DECISIO CCXXVIII.

IN vna Placentin. Canonicatus & præb. coram Do.
1 Thoma ad Thauis, de mense Februarij, in qua † Clericus fundauerat beneficium, & seruauerat sibi ius pa-
tronatus fuit dubitatum an tale ius patronatus esset
laicale, seu dominium iurispatronus per clericum
retentum, qui de suo patrimonio Ecclesiam funda-
uit, extruxit, vel dotauit: & habetur de iurepatrona-
tus laicali, iuxta glos. in Clem. plures. in verb. præsen-
tare. de iurepatr. Abb. in c. cùm dilectus. eod. tit. Et pro
2 resolutione fuit dictum, quia † quando non constat,
quòd bona in dotem data sunt quæsita ante vel post
promotionem, & laici sunt in possessione, tunc ius pa
tronatus est laicale, & præsumitur ex bonis patrimonia
libus beneficium dotatum. Nam difficultas Dd. pro-
3 cedit, quando † ponitur pro constanti, quòd bona sunt
post clericatum quæsita: nã aliter Ecclesia non potest
prætendere vt per Anto. de Butr. in c. vt vnusquisq; de
pecul. ante fi. vbi dicit, quòd hoc casu non videt Eccle
siam habere aliquod fundamentum, vt tenet Abb. ibi
dem in fi. & in repet. c. cùm esset. in prin. 3. q. versicul. 2.
casu. Card. Alexan. in c. fuit manifestè. in fin. 12. q. 1.
Salic. in authen. licentia. C. de Episcop. & cleri. Barba.
in c. Ecclesia cùm in officijs. nu. 6. versicul. 1. sed dubiũ
esset. & Roman. consil 159. versic. 2. casu principali. Itẽ
fuit allegatum consil. Arexaud. communi. in princip.
in 2. volu. vbi vult, quòd præsumptiones pro Ecclesia
4 & Dd procedunt, quando † est contentio alia, vt erat
in isto casu, quàm cùm prouisione per Papam, tunc
præsumitur pro hæredibus clerici, qui tamen sunt in
quasi possessione præsentandi: sed quia ponens dixit,
5 quòd in casu per eum posito † hæredes clerici non e-
rant in quasi possessione præsentandi, & quòd consta-
bat bona esse quęsita post clericatum, ideo fuit iudica-
tum ius patronatus Ecclesiasticum.

EPITOME.

Possessio capta vigore supplicationis, si quis ea spolietur, est restituibilis Non obstat Rot decis 65. in antiq. quia intelligitur secundum not. per Innoc. in loco quem allegat.

SVMMARIA.

1 *Possessio vigore supplicationis peti potest: & ea spoliatus erit restituendus.*

2 *Literarum expeditio ad possessionem supplicatoriam non requiritur.*

3 *Possessio sine titulo vera quidem esse potest, sed non iusta.*

4 *Titulus possessioni ante spolium accedens ex iniusta facit iustam & restituibilem.*

DECISIO CCXXIX.

1 POssessio capta † vigore supplicationis, prout po
test capi, secundum Sarnen. in regul. de non iudicã.
iuxta formam supplication. q. 5. si ea quis spoliatur, est
2 restituibilis: quia ad dictam † possessionem non requi
ritur literarum expeditio, vt per eundem Sarn. in d. lo
co in nou. dicit Abb. in c. in nostris. col. 2. nu. 6. de con
3 cess. præb. quòd † potest esse vera possessio sine titu-
4 lo, licèt non sit iusta, nisi superadderetur † titulus, ante
spolium de iniusta foret effecta iusta, Soci. in l. 3. §. ex
pluribus ff. de acq. possess. & ideò restituibilis. Et ita
fuit conclusum coram D. Prospero, in vna Aribulan.
S. Io. de Salara, die 23. Februarij 1545.

EPITOME.

Procurator institutus de vigore clausulæ, vnum quodque omnibusque melioribus, an videatur etiam substituere, si sit dominus litis effectus.

SVMMARIA.

1 *Procurator nullam habens in mandato substituendi facultatem, an per claus. omnibus melioribus &c. possit substituere, si dominus litis sit effectus.*

2 *Dictio, &, est copulatiua & additiua.*

3 *Claus. omni meliori modo, comprehendit omne caput, ex quo actus sustineri potest.*

DECISIO CCXXX.

SEbastianus Martini substituit Sillangotium hoc
modo, præsens & personaliter constitutus prouid.
vir dominus Sebastianus Martini in Roman. Curia
procurator, prout in actis causæ huiusmodi, & vigore
dictæ clausulæ. vnumquodque sponte & ex eius certa
scientia, omnibusque melioribus modo, via, iure, sub-
stituit, &c. fuit dubitatum, an † substitutio valeret, ex
1 quo Sebastianus non habebat potestatem substituendi
mandato, sed erat effectus dominus litis. Et dicebatur,
quod non: quia clausulæ, omnibusque melioribus &c.
refertur ad expressa. Hoc tamen non obstanté in vna
Rom. domus pro illustrissima Domina hæredes Car-
dinalis de Medicis Reuerendissimi Cosmi inclinaui-
mus, quòd valeret ex isto capite, ex quo poterat substi-
2 tuere: † quia dictio, &, est copulatiua, & additiua: si er-
go addit, ergò includit illud caput, ex quo mandatum
poterat sustineri. Et ad ita dicendum monebamur ex
consil. Deci. 14. & 77 & ex his quæ dicit Salicet. in l. 1.
3 §. si quis ita. ff. de verbor. oblig dum tractat † de clau-
sula, omni meliori modo, dum dicit, quòd si aliorum
caput nõ excluditur, quin sub ditione vrbis comprehẽ
datur omne caput, ex quo actus potest substineri.

EPITOME.

Possessio tertij præsumitur continuata.

SVMMARIA.

1 *Instrumenta producta contra narratiuam inuestituræ an probent possessionem villæ.*

2 *Possessio particularium cùm tantùm probatur, inuestitura non de proprietate, sed iurisdictione intelligitur.*

3 *Instrumenta possunt errorem narratiuæ in inuestitura probare.*

4 *Enunciatiua, quæ confitetur aliquos possidere, cùm non sit in antiquis, sed tempore litis facta, non probat.*

DECISIO CCXXXI.

IN causa Parmen. vallium, dubitaui die 27. Februa-
rij, 1545. an † ex instrumentis pro Comitis de la Sala

parte productis probetur possesio hominum villæ
Campines contra narratiuam inuestituræ de anno
1542.super quo dubio pro parte Comitis fuerunt datæ
tres conformes,vna procuratoris, & alia Do. Ant. Sa
barellos,quæ nihil faciebant ad punctum : sed tantùm
2 dicebatur,quòd † ex instrumentis de anno 1542.proba
tur, quòd in valle erant particularium possesiones,
ideò inuestitura tantùm erat intelligenda de iuris-
dictionevallis,non autem de proprietate. Informatio
autem D. Petri Pauli magis ad punctum propriè acce-
3 debat,&dicebat,quòd † contra verba inuestituræ pote
rat probare de errore narratiuæ, quòd error probaba
tur ex initio de anno 1544.in quo Comites protestan
tur, quòd per conuentionem factam de anno 1543.
non cessarũt preiudicare possesioni huiusmodi,quam
in dicta habent:sed fuit responsum,quòd ita possesio
tertij non præsumeretur, per ea quæ dicit Felin.in c.
scribendæ. in fin.de præsumpt. & Rip. qui vbicunque
limitat in c.cùm Ecclesia Sutrina.colum.8.verse.2.In
telligitur.de caus.possess. & propriet. Nõ obstat,quòd
4 † attenta confessione,de qua in instrumento, de anno
1542. inter fratres Sancti Ioannis Hierosolymitan. &
homines villæ Campines, in qua enunciatur homi-
nes villæ posidere pro sua, & quòd probetur conti-
nuatio:quia probatis extremis media præsumuntur,
quia fuit dictũ,quòd illa enunciatiua de qua in instru-
mento de anno 1542. fuit tempore, cùm fuit incepta
lis,non dicitur esse in antiquis.

EPITOME.

Prouisio seu collatio facta occulto criminoso est valida.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio si sit falso,etsi prouisio at collatio occulto crimi noso facta valeat,non tamen à resignante ius transit in falsum acceptantem.*

DECISIO CCXXXII.

IN vna causa Astoricen. beneficiorum, coram D
Reomano,die 22.Februar. 1545.fuit resolutum,quòd
prouisio facta occulto criminoso,& sic ante inquisitio
nem, & antequàm nomen eius esset declaratum inter
eos,vt erat in illo casu, in quo dum dicit, qui fuit in
quisitus & condemnatus de falso.non esset inualida, per
text.in c. omnipotentis.de accus. & ibi Abb. & Felin.
Bartol.in l.reus delatus.ff.de muner.& honor.in c.ac-
cusantem.& in c.accedens.de accus. Domin. in regul.
1 infam.de regul.iuris,in 6. Et † licèt Salinas fabricasset
falsas acceptationes ad effectum,vt quia Ioannes resi
gnauit in fauorem ipsius Salinas,ipsi quereretur, vide
batur, quòd ea resignatione per clausulas generales
non poterat Salinas quæri.Sed fuit resolutum, quòd
cùm acceptationes etiam erant falsò fabricatæ, nihil
per eas erat quæsitum Ioanni resignanti, & ideò nihil
resignabat, sed per clausulas generales Salinas capie-
bat.Et de collatione facta criminoso an sit nulla,vide
Felin.in c.2.de rescript.

EPITOME.

De homicidio condemnatus non est priuatus beneficio, nisi sententia eum priuet.

SVMMARIA.

1 *Homicidij condemnatus,nisi expressè per sententiam quoque beneficio priuetur, potest contra possessorem agere ad ius beneficio competens.*

2 *Homicida etsi beneficium exercere non potest, cum eo tamen disputare concessum est.*

DECISIO CCXXXIII.

EAdem die in vna Fauentina, coram Dom. Aquen.
fuit resolutum,quòd condemnatus de homicidio,
ea quo in sententia non erat posita priuatio beneficio
rum anteà obtentorum,non erat priuatus in re sibi in
beneficio ante homicidij condemnationem compe-
tens,per ea quę dicit Felin.in c.inquisitionis.col.1.de
accus.Et ideò † poterat agere ad ius in beneficio com
1 petens contra possessorem, per ea quæ dicit Abb.in c.
item cùm quis.colum.3.in fin.de restit.spol. vbi etiam
2 † in petitorio non excepto termino,licèt beneficium,
etiamsi esset curatum vel non curatum,exercere, quia
administrare non poterat,cum eo tamen disputari po
terat.

EPITOME.

Clausula Codicillaris,si non valet vel valebit, an operetur posthumo ignorante & prætetito.

SVMMARIA.

1 *Posthumus post testamentum natus, in eoque præteritus an ex clau.codicillari,si non valet seu valebit,sit fideicommisso grauatus.& nu 5.*

2 *Clausula codicillaris quando operetur.& nu.9.*

3 *Filio & non extraneo instituto clausula codicillaris,si valet aut valebit,an operetur,si tanto tempore superuixerit testator,vt testamentum mutare poterit & non mutarit. & quare.& nu.7.10.*

4 *Testamento reuocato,clausula codicillaris,si valet aut valebit,æquè remanet.*

6 *A Posthumo ignoranter præterito etiam legata debentur, si filius natus sit grauatus.*

8 *Testator post susceptum posthumum etiam ad annum superuiuens, si iuuenis interficiatur, non consideratur tempus mutandæ voluntatis.*

DECISIO CCXXXIIII.

DIe 27.Februarij 1545.in vna Foroliuien.hæredita
1 tis, coram D.Io.Paulo,fuit dubitatum,an † post-
humus natus post testamentum, & in eo præteritus ex
clausula codicillari, si non valet, seu valebit, sit fidei
commisso grauatus. Et licèt quando est ignoranter
prȩteritus,prout erat in casu illo,Barto.l.1.in 6.q.ff.de
iure codicill. ponit opinionem antiquorum,& posteà
suam,& opinio Bartol.ab antiquis approbata,ab alijs
verò reprobata,vt per Barba.consil.6. in 2. volum. &
latè Ias.in authen.ex causa colum.14.versicul.sed succe
das vltim.C.de lib.prȩterit.vbi attestatur de communi
opinione pro vtraque parte, Ideò Domini pro tunc
inclinabant in opinionem Bart. tãquàm magis æquã:
Sed quia in casu illo,de quo tunc loquebatur, † testa
2 tor post testamentum tanto tempore vixerat, quòd
potuerat testamentum mutare,& non mutarat. Item
quia erat institutus alius filius ipsius testatoris & non
extraneus,Rota nemine discrepante tenuit,quòd clau
sula Codicillaris operatur, per ea quæ latè ponit Ias.
in dict.authen.ex causa.colu.penultim.& melius Deci.
consil.490.vbi attestatur communem opinionem es-
se, quòd si testator tanto tempore superuixerit, quòd
mutare potuit, & non fecit, quòd clausula operetur
& quod dicit Bartol.consil.210. omne illud & consil.
3 235.Lapus fecit.ibi ponit,quandò † filius est institutus,
& non extraneus.& sequitur Parisi. consil. 6. primò
facit.in 1.dubio in 2. volumi.Et licèt Ioannes Anto.
& Alexander consil.215.dicat,quòd communis opinio
est,quòd si potuerit mutare, quòd clausula non ope
retur : quia videtur voluisse decedere cum testamen-
to

to ceuocato Fuit dictum, quòd ista ratio est friuola
4 quia licèt † testamentum sit reuocatum tamen
manet clausula codicillaris, & ab intestato post-
humus grauatus. Causa iterũ posita decima teria Mar
tij, 1545. vnus ex sex, qui aliàs tenuerat pro Federico
5 mutauit votum suum, dixit, quòd quia agebatur † de
fideicommisso, & sic de totali patrimonio, & alter fi
lius non erat grauatus, quòd ex mente testatoris non
censetur inductum fideicommissum propter equali
tatem inter filios, per ea quæ dicit Bald in l. Titius,
& ibi Aretin. column. 3. versicul. restat igitur videre
6 ff. de liber. & posthu. dum vult, quòd legata † debean
tur à posthum ignoranter præterito, quando filius na
tus fuit grauatus: quia si voluit grauare, idem & for
tus in nascituro. & sic vt equalitas seruetur: & iste,
qui mutauit votum suum, fuit Fabius: Et sic fuimus
quatuor contra fideicommissum, & quinque pro fi
deicommisso, quia licet in ista petitione non interue
nisset Dominus Ioannes Sebastianus. cuius votum
quid tunc sentiret, ignorabatur, ideò in Rota superue
nit Do. Anton. Augustinus, qui tenuit pro fideicõmis
so, Causa iterum polita die 13. Martij, 1545. maior
pars fuit cum resolutione facta, sic etiã fuerunt sex ex
7 Dominis. Ego verò cum duobus alijs in resolutione
facta quando filius erat institutus, & quando testator
tanto tempore superuixerat, quòd potuit mutare, & nõ
mutauit, per decisi. hic allegat. interim quia in ipso fa-
8 cto præsupponebatur, quòd testator † post susceptũ
posthumum vixerat annum, & quòd post annum sa
tis iuuenis morte repentina, vt potè interfectus, inte-
rierat, quòd non esset in consideratione, quòd potuis
set mutare: quia sperabat superuiuere, & in infirmitate
constitutus testamentum mutare: quod secùs est, quã
do morte repentina obijt, prout ita considerat Aretin.
consil. 5. volum. 4. versicul. quod plura. Fuit etiam di
ctum, quòd licèt Bartol. consi. 240. & 235. teneat, quòd
9 quando † alter filius est institutus, quòd clausula ope
retur posthumo ignoranter præterito: tamen quòd
contra Bartol. tenet Bald. in l. si Titius, C. de inoffi.
testamen. & consil. 136. colum. 4. volum. 2. Angel. con
si. 211. in 4. dub. Cardin. consil. 2. circa finem, versicul.
sic. Et ideò dicendum ad euitandum istas contrarias
10 opiniones, tenuerũt, vt suprà dixi, quòd † istis duobus
concurrentibus, quòd alter filius erat institutus, & pa
ter vixisset tanto tempore, quòd potuerat mutare, &
mutasset. Et etiam vnus ex his considerauit, quòd hó
die non agitur cũ posthumo: quia erant extranei res
pectu testatoris. Nam si fuisset actum cum posthumo,
dicebatur, quod concurrissent in opinionem meam
propter euitandam inæqualitatem

EPITOME.

Statutum Placetin. an det ius considerabile, ita vt de eo debeat
fieri mentio in expectatiua.

SVMMARIA

1 *An in expectatiu a statuti personalis debeat fieri men
tio.*
2 *Reseruationes non excipiunt beneficia Doctori aut Licen-
tiato S. Theologiæ debita.*
3 *Patrimonialia beneficia etiam si habeant ius considerabile,
quando expectantibus debeantur.*
4 *Consuetudini, per quam alteri beneficium debetur, collatio
ne Papali non derogatur.*
5 *Gratia præuentiua beneficij quando ad illud se non exten
dat.*
6 *Papa conferens præbendam an præiudicet portionario. &
nu. 8.*
7 *Eligens cùm est in mora, potest incertus de certis agere.*

DECISIO CCXXXV.

STatum est in ciuitate Placentin. quòd vacantibus
portionibus assumantur per Episcopum, & Capitu
lum ad illas dimidij portionarij: quòd statutũ, vt aliàs
dixi, fuit iudicatum personale: Fuit dubitatum in vna
Placen. Canonicatus, corã D. Reom. die 23. Ian. 1545.
1 an ex tali † statuto diceretur esse quæsitum ius conside
rabile ecclesiæ seu portionarijs, ad hoc vt debeat fieri
mentio in expectatiua. Et maior pars fuit pro parte af
firmatiua, per glo. in c. cùm ecclesia. de præben. in 6.
per quam dicit Aeneas de Falco in tractat. reseruat. in
2 3. q. post pag. 18. quòd † reseruationes non excipiunt
beneficia alteri debita, vt puta Doctori, vel magistro
in Theologia: quia dicit gloss. quòd consuetudini, per
quam alteri debetur, non derogat Papa. Non obstat,
quòd illa gloss. debeat intelligi, quando alteri, id est,
certæ personæ, non autem in casu nostro, vbi sumus in
incerto de certis: quia istud conuincitur ex causa in
dicto loco, dum exemplificat in magistro vel doctore:
& tamen in dicta ecclesia possunt esse plures magistri
& doctores. Non obstat deci. 18. Cassad. in titu. de prę
3 bend. dum vult, quòd † in beneficijs patrimonialibus
sit aliquod ius considerabile, & tum eis debentur: quia
illa decis. loquitur in gratia de vacanti, Papa, qui om
nia potest, liberè confert ea in euentum vacationis,
quæ pertinent ad collationem Episcopi: & cùm gratia
sit odiosa, videtur intelligenda de collatione libera,
4 † non autem de ea, per quam consuetudini, quæ alteri
debetur, præiudicaretur. Et hoc modo tollitur funda
mentum, quòd statum est personale, & Papa non com
prehendit: quia fatetur, quòd Papa de eo alteri, quàm
portionario, prouidere potest, & valet gratia propter
5 clausulam. Sed † quando concedit gratiam præuenti-
uam, nõ potest dici, quòd ad clausulam beneficium se
extendat: quia sic iuri alterius derogaretur. Die 16.
6 Martij 1545. causa posita, an † gloss. in c. cùm in Eccle
sia. cl 1. de præbend. in 6. obstet expectanti: in casu isto
fuit conclusum per maiorẽ partem, quòd sic: dum glo.
facit generalem illationem consuetudini: ergo per eã
alteri Papa non intendit præiudicare, ponderando, quod
7 dicitur, debetur: & non est dubium, quòd † incertus de
certis potest agere, quando eligẽs est in mora, vt dicit
Bart. in l. cùm quidam. col. fina. ff. de leg. 2. Item ponde
rabatur gloss. dum dicit, si vni prębendæ est onus magi
stri annexum, & tunc possunt esse decem & viginti ma
gistri in vna Ecclesia, vnus magister certè magis debe
tur, non censetur Papa derogare: Ita † & hic, vbi debe
8 tur portionario: quia non est maior ratio de vna ad
aliam. Et nõ obstat, quòd portionario non sit aliquod
ius quęsitum, prout dicit decis. 18. Cassad. de prębend.
sed hic fuit responsum, quòd non tractamus, an sit in
re vel ad rem. sed quod debetur & ex quo portiona-
rius potest agere potest mortem Episcopi & capituli
vt sibi conferatur: sed illi iuri Papa non intendit dero
gare.

SVMMARIA.

1 *Instrumenta in confinium expositione variantia an probent
possessionem.*
2 *Particulares homines confines vallis, de qua agitur, si fue-
rint, non intra vallem, sed extra eam habitare dicuntur.*

instituēda, & de certa portione redditūum ei assignan
da, vt ibi notatur, talis vicarius non dicitur habere
pensionem, sed beneficium, quod non potest fieri per
1 vicarium, Card, consil. 3. de offic. vicar. Præterea † vi-
carius perpetuus non potest etiam per Episcopum in
stitui, nisi propter annexionem alterius curati, vt not.
gluss. in c. extirpandæ. §. quia verò in perpetuum. de
præben. & ideò deputatio fuit nulla. Et quòd requira
tur auctoritas Episcopalis, & nō sufficiat generale mā
datum, dicit Anto. de Butr. in d. c. ad hæc. in vlti. notab.
& quòd Episcopus nō possit absque causa, tenet Host.
in summa, de offic. vicar. §. aliquibus. in verb. ex præ-
2 missis. dum dicit, quòd Episcopus † non debet con-
sentire, nisi vbicunque causa subsit, & æquitas ipsum
cogit enumerando causas, de quibus etiam Abb. in d.
§. quia verò. col. 3.

EPITOME.

Commissa causa & decreto citationis obtento potest eidem iudici de partibus eadem causa committi, & valebit processus factus coram secundo iudice.

SVMMARIA.

1 *An stāte prima commissione, & decreto citationis per eam obtēto quicquid posteà factum fuerit ab ipsis comitientibus dicatur attentatum.*

2 *Causa semel ad curiam deuoluta, non nisi de certa scientia Papa potest extrahi.*

3 *Lis quamuis per commissionem & citationis decretum pendere dicatur, non tamen pro deuoluta habetur ante citationem.*

4 *Iurisdictionem à primo iudice Papa non videtur auocare in dubio, si causa coram aliquo iudice pro vtraque parte sit introducta, aut à primo auocetur.*

5 *Appellatione intimata aut parte citata, causa quóad appellantem, non tamen quóad appellatum ad curiam dicitur deuoluta.*

6 *Appellatione non intimata potest appellans iudicem extra curiam impetrare.*

7 *Lis quando in committentis præiudicium pēdeat, vt quicquid fiat attentatum dicatur.*

8 *Iudicibus pluribus eadem potest causa committi, & coram quocunque expediri, nisi excipiatur.*

9 *Rescriptum subreptitium parte non excipiente, aut non opponente, iurisdictionem confert.*

DECISIO CCXL.

IN vna Bonon. Castri Liani, coram D. Fabio, pro par
te illorum de Cozadinis contra communitatem Bo
noniæ, erat causa commissa in curia, & decretum cita
tionis obtentum. Posteà ad instantiam eorundem de
Gozadinis non aliter executa citatione fuit obtentū
rescriptū, directum Gubernatori Bononiæ, & vigore
illius in partibus communitas citata, & processus fa-
ctus: dicebatur pro parte communitatis, quòd quoniā
1 stante † prima commissione in Curia commiserant, &
decretum citationis obtinuerāt, lis dicebatur in Curia
pendere: quicquid ergo posteà factum fuit respectu
illorum committentium, dicebatur esse attentatum, vt
sunt plures decisiōnes nostræ. Secundò, quia † ex quo
2 semel causa erat ad curiam deuoluta, non poterat à cu
ria extrahi sine consensu Papæ, Bisignet. decis. 13. de re
scrip. & decis. 13. aliàs 477. de rescr. in antiq. & istæ deci
siones loquūtur in causa deuoluta: sed in casu nostro,
3 licèt † lis per cōmissionē & decretū citationis quóad
cōmittentē dicatur pēdere, tamē nō dicitur deuoluta
causa ante citationem. Item pro ista parte allegabatur
4 decis. Egid. 45. & 419. vbi in dubio Papa † non vide-
tur auocare iurisdictionem à primo iudice, nisi de certa
scientia id faciat: ita & hic. Sed illæ decisiones non ob
stant: Tū quia loquuntur de auocatione causę à primo
iudice: Tum quia illæ decisiones loquuntur, quia cau
sa pro vtraque parte erat introducta coram aliquo iu
dice, quòd non est hic. Non obstat quòd d. decis. Bisig.
13. de rescrip. & 47 de rescript. in antiq. dicat, & for
san appellatio approbatur à parte appellata, ergo etiā
quòd non sit pars intimata deuoluit: ergo ita debemus
dicere in casu isto: quia est admittendū, quòd dictæ de
cis. dicunt à parte appellata: Ita tamen hæ decisiones
5 non excludunt, quòd † non sit appellatio intimata, vel
citata, & tūc fateor, quòd causa dicitur deuoluta: quia
appellatio deuoluit quóad appellantem, non tamen
quóad appellatum, Egid. decis. 273. & Bonifa. in Clem.
causa. in §. intimatio. num. 27 de electio. & Bonifa. dicit
6 quòd quando † appellatio non est intimata, tunc appel
lans potest impetrare iudicem extra curiam. Non ob-
7 stat, quòd in præiudicium † committentis lis dicatur
pendere, & ideò, quicquid fit dicatur attentatum in
præiudicium litis pendentiæ, ad decis. 75. in nou. cum
aliis multis: quia respondetur quòd illud procederet,
quando aliquid fieret lite sic pendente extraiudicia-
liter, vt puta si interim nouam gratiam impetraret, vel
possessionem quæreret, vel quid simile: secus vbi facit
id, quod à iure permittitur, vt puta alium iudicem im
8 petrare ab eodem principe: Quia † eadem causa pluri
bus iudicib. potest committi, & potest corā quocūq;
causa expediri, si non excipiatur, secundum Innoc. in
9 c. dilectus. de rescrip. Et quia rescriptum † est surrepti-
tium tribuit iurisdictionem, c. ex tenore. et c. ad audiē
tiam. de rescript. parte non opponente, nec fuit habita
pro legitima exceptione, quòd procurator committē
tis dixerit procuratore aduerso præsente, committa-
tur, & non consentiente nisi in parte & in partibus:
quia procurator debebat opponere de litis pendentia
in curia. Maior pars Dominorum sequuta fuit decis.
Egid. 456. & 462. quia pars potest post cōmissionē re-
nunciare executioni citationis. Fuit facta resolutio
per maiorem partem Dominorum, 2. mensis Martij
1545.

EPITOME.

Sententia lata virtute commissionis impetratæ contra formam c. oblata de appellat. parte opponente est nulla.

DECISIO CCXLI.

DIe 2. Martij 1545. fuit resolutum, quòd ex quo pars appellata præuenerit in committendo causam appellationis, quam commiserat 19. die à die appellationis, quòd inciderat in c. oblata. de appella. Et quia in partib. fuerat oppositum, quòd sententia esset nulla. quia tales literæ sunt surreptitiæ, & tribuit iurisdictionem, si pars non opponit, secus quando opponit vt dicit Paris. in d. c. oblata. col. penult. vers. pro quo etiam text. hic. & decis. Bisign. 13. de rescript. & 48. eod. tit. in antiq. prout etiam reg. est, quòd literæ surreptitiæ dant iurisdictionem, si non opponatur, l. clin. in c. ad audientiam. el 2. col. 4. de rescript. Fuit resolutum coram D. Prospero in vna Placentin. matrimonij.

EPITOME.

Lis quo casu considerata fuit causa iterum posita 13. Martij 1545. per maiorem partem fuit tentum, quòd esset lis.

SVMMARIA.

1 *Contestatio litis an ex protestatione interesse, & iurium sui interesse productione oriatur.*
2 *Citatio interesse putantes, non est actoria.*
3 *Comparitione voluntaria, & probatione interesse introduci tur absque ritatione litis contestatia.*

DECISIO CCXLII.

Eadem die 2. Martij 1545. in causa Segobien. corā
1 D. Peregrino, in qua † erat comissa causa contra certos, & inter ipsos contra Didacum Vasquez, & pro cedebatur contra reum per audientiam, in qua etiam citantur omnes interesse putantes. Et in termino ad sententiam comparuit Didacus, & protestatus fuit nihil fieri, nisi ipso de termino in terminum citato: & pro interesse verificando produxit iura. Fuit dubitatum, an inter actorem & D. Didacum fuisset per talem actum lis: & fuit conclusum per maiorem partem, quòd esset,
2 quia † licèt citatio, interesse putantes, non sit actoria,
3 tamen ex quo ipse † in termino comparuerat, & doceerat de interesse suo, quòd esset introducta lis per illā comparitionem præcedentem, ita vt generali citatio ne diceretur reus voluntarius.

EPITOME.

Bona fides in præsentante, ex quo præsentatus in possessio ne extitit per 20. annos, fuit præsumpta. vide in 1. lib.

DECISIO CCXLIII.

Sexta Martij 1545. coram me, in vna Salamantin. Cappellaniæ de Alua, fuit conclusum, quòd ex vna præsentatione, ex qua præsentatus fuit in possessione per 20. annos, probaretur bona fides præsentantium, per ea quæ dicit Rip. in c. cùm Ecclesia Sutrina. col. 22. vers. 5. conclusio longi temporis. de caus. possess. & propriet. Et quia ordinarius instituerat, & in institutione attestabatur, quòd Capellania ex fundatione & dotatione ad præsentantes spectaret, quod si non fuisset verum, nec instituisset, nec tanto tempore tolerasset.

EPITOME.

In regulam de exprimendo valore secundum taxam quis incidant.

DECISIO CCXLIIII.

Eadem die coram me in vna Vxonen. Monasterij, in qua monasterium erat taxatum in lib. ad 66. florenos, & duos tertios, qui triplicati constituunt du catos auri de Camera 200. Dubitaui, an talis impetrans incidisset in pœnam de exprimendo valore secundum taxam in libris descriptam. Et fuit dictum, quòd sic: Tum quia quando beneficium est consistoriale, vt erat istud, ex quo erat taxatū ad 66. & tertios duos, quòd spectabat ad certos officiales, inter quos sunt Cardina les, & Papa: Sed quando exprimitur vetus valor seu communis expeditio pertinet ad alios: & hac ratione fundabatur Papa, & Cardinales. Ita quia quādo expedi tur consistorialiter, tunc licèt taxa ascendat ad ducatos 200. tamen maior impensa fit, quàm quando expri mitur communis valor: & ita etiam in hoc est fraus.

EPITOME.

Lis quo casu habita pro extincta & calumniosa.

1 *Liti tacitè renunciatum censetur, si etiam executa citatione ad 25. annos committens taceat. & nu. 7.*
2 *Renunciatio litis expressa vt extinguit litem sic & tacita.*
3 *Lis habetur calumniosa, cùm quis de iure suo diffidens lis supersedet. & nu. 5.*
4 *Coadiutor prædecessoris successor qu ando non teneatur eius titulum iustificare.*
6 *Calumnia est, cùm id quod asseritur, non probatur.*

DECISIO CCXLV.

In vna Compostellan. Canonicatus, in qua coram D.
1 Petro Vostrio dicebatur de † commissione Eccle siæ, & executione citationis tantum: & non obstante executione possessor citatus fuit per 25. annos ante obitum: Fuit dictum, quòd ex quo tanto tempore com mittens tacuerat, quòd videretur tacite liti renunciasse.
2 Et sicut, † si expresse renunciaret, lis esset extincta, ita & isto casu tacitè, prout considerat Cassad. decis. vlt.
3 Item dicebatur, quòd ex quo tanto † tempore tacuerat, videbatur diffidere de iure suo, & lis diceretur calū niosa: & lis calumniosa non habet effectum litis, secūdum Bisigne. decis. 2. de rer. permuta. secundum eundē
4 Cassad. in dicta decis. 5. Et ideò, quia prædecessor † cō senserat quoad victoriam, fuit conclusum, quòd ipse coadiutor successor non tenebatur iustificare titulum sui prædecessoris, an esset dispensatus ad tenendū canonicatum, quem prius pater possederat non obstan te dicta lite allegata. Resolutio fuit facta 16. Martij 1545. & in vna Hispalen. Canonicatus & præbend. cō tra Canonicatum Conrien fuit resolutum, quòd ex quo ille, qui mouerat litem, tacuerat per 25. annos, &
5 † ex actis constabat de non iure ipsius, qui mouerat litem, quòd talis lis iudicabatur calumniosa, & illa taci turnitas iudicabatur. Et quia timens, ne sententia ferretur contra eum, nō tacebat, & ideò propter calumniā ipsius, de qua in actis, ex quo constabat de non iure ipsius, apparebat, non erat honestum, quòd beneficium tanto tempore esse litigiosum. Et ista resolutio fuit
6 facta de anno 1543. de mense Maij seu Iunij nam † ca lumnia videtur, quando quis non probat id, quod asseruit, per glo. in l. 1. C. de aduocat. diuer. iud. & fuit e-
7 tiam † tunc dictum, quòd sufficerent 22. anni.

EPITOME.

In lex appellationis confirmando, primam sententiam, in qua non erat condemnatio expensarum, & condemnatus victd in expensas causa huiusmodi videtur condemnare in expensis in prima, secunda, & tertia instantia.

DECISIO CCXLVI.

In vna Cæsaraugustan. liquidationis coram D. Sebastiano, 6. Martij 1545 fuit dictum. quòd si prius, iudex omisit victum condemnare in expensis dum tamen non absoluat, si posteà iudex appellationis confirmando primam sententiam dicat, victum in causa huiusmodi in expensis condemnamus, intelligi tur tam in expensis primæ, quàm secundæ instantiæ. Ita Felin. in c. significante. col. 7. num. 7. de accept. & consideratio, quam facit ibi Felin. an in prima instantia habuit iustam causam litigandi, non militat Rota, quæ semper cōdemnat in expensis, & omissio in prima videtur ex causa obliuionis, vel quia non petita.

EPITOME.

In beneficialibus sufficit mandatum generale, ex decis. 5. Egid.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus ad causas ciuiles & criminales non censetur etiam ad beneficiales datus*

DECISIO CCXLVII.

CORam D. Thoma de Thauis, 6. Martij 1545. fuit resolutum, quòd ad agendum in beneficialibus non requiritur mandatum speciale, sed sufficit generale, per decis. Rotæ 27. de procura. in nou. altàs 315. licèt contrarium videatur sentire decis. 789. in antiqu.
1 Tamen fuit dictum, quòd † si erat procurator constitutus ad causas ciuiles & criminales, non censebatur constitutus ad causas beneficiales, secundum Franc. in c. qui ad agendum. §. procurator. col. 3. versi. 3. an in beneficialibus. de procur. in 6.

SVMMARIA.

1 *Regressus sine consensu resignatarij reseruatus nullus est ex statuto Hispan.*
6 *Resignatio an regressu ipsi apposito annullato reuocetur, & nullū ius à resignante pacto irrito abdicatum censeatur.*

DECISIO CCXLVIII.

IN vna Carthaginen. Canonicatus, corā D. Fabio, 9.
1 Martij 545 in qua † Sebastianus Clauis resignauerat Canonicatum & præbendam in fauorem Didaci, reseruato sibi regressu sine cōsensu Didaci, qui regressus præsupponebatur nullus propter priuilegium cleri Hispaniæ, annullans regressum sine cōsensu: fuit dubitatū, præsupposita sententia Sebastiani de dicto pri
2 uilegio annullante regressus, an † ius remansit penes ipsum data nullitate regressus aut similium, resignasse non censetur, nec à se ius abdicasse, nisi regressus, pensio, aut similia validū possint sortiri effectum, ad not. per Bar. in c. cum pridem. de pact. & per Paul. de Cast. in l. etiam qui. ff. de inoffic. testamen.

PITOME

In subscriptione sententiæ an pars sit citanda.

SVMMARIA.

1 *Arbitro post sententiam pronunciatam, nondum tamen subscriptam mortuo, alter parte non citata eam subscribere potest, si plenissima negotij discussio & citatio ad dicendū contra commissionem præcesserit: alias subscriptio non valebit. vt num. 2.*

DECISIO CCXLIX.

CArdinalis Cęsarinus arbiter super certis compu tis, prout de iure pronunciauerat, prout in cedula, & morte præuentus eam non subscripserat, & erat incertum, in cuius fauorem pronunciauerat: fuit cō missum D. Moheda. vt subscriberet sententiam, prout
1 de iure. Dictum fuit, quod † ex quo Petrus Valerio, cōtra quem fuerat subscripta sententia, fuerat citatus ad dicendum contra commissionem, & pluries in causa citatus fuerat, quia negotium plenè Moheda. discusserat, & propter plenissimam huiusmodi negotij discussionem nō erat citandus in subscriptione Petrus. Et licèt contrarium fuerat antea iudicatum in causa Floren: in. pro Episcopo Pandoren. illud ideò fuit,
2 quia coram surrogato deputato ad subscribendum pars non fuit citata ad dicendum contra commissionem, nec negotium coram eo fuit discussum. Resolutio facta fuit 9. Martij 1545.

EPITOME.

Regulæ de publican. quo casu non fuerit locus.

SVMMARIA.

1 *Regula de public and. non nisi resignatione publicata, possessione petita, & resignante in possessione decedente, quæ tria simul concurrent, procedit.*
2 *Resignans in possessione non decedit, si resignatarius possessionem non publicatam & à resignante non continuatam acceperit.*

DECISIO CCL.

1 REgula de publican. † non habet locum nisi tribus concurrentibus, videlicet quòd resignatio non fuerit publicata, possessio non petita, & q̄ resignās decesserit in possessione, vt per Sarnen. super regul. de publican. quæst. 15. Et ideò fuit dictum in vna
2 Tranen. corā D. Fabio, q̄ si resignatarius † accepit possessionem viuente resignante, licèt illa possessio non fuerit publicata, si tamen nō probatur, quòd resignās post illam possessionem sic captam continuauit suam possessionē primam, quòd cùm per resignationem desinat resignans possidere, quòd tunc non decretur decedere in possessione, ideò non datur locus regulæ de publican. Resolutio facta fuit 9. Martij. 1545.

EPITOME.

Possessio præsentandi ex quo actu non fuerit quæsita.

SVMMARIA.

1 *Quasi possessio præsentandi an & quomodo sit quæsita si per 25. annos beneficium vt ius patronatus possideatur & nu. 3. 5.*
2 *Ordinario creditur in ijs quæ ad eius spectant officium.*
4 *Mandatum generale ad speciali an non est sufficiens.*

DECISIO CCLI.

IN causa Salamantin. Capellaniæ de Aluarez, 9. Mar-
1 tii, 1545. dedi dubium, an † quia beneficium fuit possessum per 25. annos, vt de iure patronatus, sed non constat de mandato procuratoris præsentandi, sit quasi quę sita possessio: quia non constabat, quòd illis, quorum nomine præsentabatur, seu assertus procurator presentabat, essent patroni. Secundò, quia licèt † ordinario
2 in pertinentibus ad eius officium crederetur, vt est instituere, præsentare, & alia, quę coram eo geri possunt
3 secundum Rotę decis. 22. in nou. tamen quod quis † vt procurator pręsentauit, istud non spectat ad officium ordinarij, sed extrinsecus venit à facto constituentis: & ideò tali assertioni non est standum. & præsertim,
4 quòd † mandatum generale non sufficiat ad speciale, secundum Roch. in tracta. de iure patron. in verb. honorificum. Et ideò ne tot specialia inducantur, fuit
5 conclusum quòd † ex tali actu non esset quęsita quasi possessio.

EPITOME.

Datio in solutum non præcedente subhastatione est nulla.

SVMMARIA.

1 *Res soli in solutum non præcedente subhastatione dari non possunt. & nu 6.*
2 *Pignora capta in causam iudicati sinō reperiunt emptorem, factis subhastationibus, dantur creditori in solutum.*
3 *Res soli in solutum cùm sunt datæ iudicis æstimatio præcessisse præsumitur in iis, quæ iudicij concernunt ordinem. & nu. 5.*

6 *Cognitio causæ præsumitur in his quæ ex temporis interuallo fiunt.*
7 *Rem in solutum datam si probetur tempore adiudicationis pluris, quam in subhastatione, vendi non potuisse, sustinetur solutio, etiam si non præcesserit subhastatio*
8 *Formam ad actum corroborandum requisitam per æquipollens adimpleri sufficit.*
9 *Conditio formam regulæ addens si respiciat rei effectum nihil interest an in modo expresso, an alio impleatur.*

DECISIO CCLII.

DIe 13. Martij 1545. in causa Tiburtin. Castri Anfulorum coram D. Ioão Paulo fuit dictũ, quòd
1 datio † in solutum duarum partium Castri, non præcedente subhastatione, non valeret, per ea quæ dicit Salicet. in l. ordo. circa prin. C de execut. rei iudi. Et
2 quia † pignoratitia demum dari possunt in solutum, quando emptorem non inueniunt, l. à diuo Pio, § si pignora. ff. de re iudi. in l. fin. C. de iudi impet. Nõ ob
3 stat, quòd † ex quo erant datæ in solutum, præsumebatur, quòd præcesserat æstimatio iudicis: quia in his
4 quæ habent † interuallum temporis, præsumitur causæ cognitio. vt per Bal. in l. prolatum. circa fin. C. de senten dum loquitur de sententia data de probatione aut fuit lata ex interuallo, aut in breui tempore: quia
5 † primò fuit dictum, quòd doctrina Bartol. ibi procedit in his, quæ concernunt ordinem iudicij: secùs est, vt dicit Barto. in dicta l. prolatum. col. 2. cum in datione requiritur subhastatio, per iura superius allegata. Ergò facit decis. Affl. 318. Itidem die 16. Martij
6 1545. fuit conclusum quòd non valeret † datio in solutum non præcedente subhastatione, per l. 1. & 2. C. de fid instrum. vbi etiam Bart. dicit, quòd non præsumitur. Et id fuit factum ad euitandum fraudes: Quòd
7 † si verò probari posset, quòd tempore adiudicationis, etiam per viam subhastationis, res nõ potuisset vendi pluris, quàm quòd fuerit in solutum data, quòd ex quadam æquitate datio in solutum sustineri poterat.
8 Nam licèt subhastatio sit de forma, tamen quia † talis forma est inuenta ad aliquem effectum, tunc sufficit, quòd impleatur per æquipollens, vt not. in l. si quis mihi bona §. sed si mandauit ff de acquir here.
9 Et ideò licèt conditio † regulæ importet formam, vt not. Bald in l. 1. in fin. ff. de lib & posthum tamen si conditio respicit rei effectum, non refert, an impleatur in modo expresso, vel alio, l. Gallus ff. de lib. & posthom. in l. si mater. C. de instit. & substit.

EPITOME.

Dispositio, quæ tenet de iure speciali inter filios, in qua adest inæqualitas, an teneat.

DECISIO CCLIII.

IN vna Roman seu Venetiarum coram D. Vostrio, 13. Martij 1545. fuit resolutum, quòd dato quòd codicilli in casu illo facti sustinerentur de iure speciali, tamen quòd valerent, etiam quòd esset mangna inæqualitas inter filios masculos & fœminas institutos in dote, quæ erat mille ducat. cùm tamen hæreditas esset maxima, per ea quæ dicit Anto. Natta in repet. §. ex imperfecto. in l. hac consultissima. C. qui testam. fac. poss. iuncto quòd tractabatur de conseruanda aguatione. Nã ex quo erat ab vna parte masculina ab alia fœminina, inæqualitas non erat habenda in consideratione propter cognationem conseruandam: & sic cessabit suspicio falsitatis: & tũc æqua videbatur illa distinctio, quam tenet Ias. in d. l. hac consultissima. col. 3. C. qui testamentum facere possunt. & Curt. Iun. in d. §. ex imperfecto & Io. Anto. Alex. cons. 16. Et ita ego cum duobus alijs tenebã hanc partem propter authoritatem istorum trium, quicquid dicat Nata. in repet. d. §. ex imperfecto. sed omnes alij inclinabãt in contrarium, per text. in l. filij præteriti. de inoff. testam. quẽ text. ego dicebam procedere, vbi clarè constabat de voluntate testatoris.

EPITOME.

Regula, quòd dispensatio nõ suffragetur, nisi literis expeditis, quomodo intellecta.

DECISIO CCLIIII.

DIe 12. Martij 1545. in vna Brixiẽ. parochiali de Azano, in qua dubitabatur coram D. Prospero, an Commenda Cardinalis de Medicis de omnibus beneficijs tunc vacantib. cum dispensatione retinen. cum obtentis & obtinen. facta esset nulla, ex quo literę dispensationis non erant expeditę, & obstaret reg. quòd dispensatio literis non expeditis non suffragaretur. Et sumus sequuti decis. Cassad. 35. vtrum prouisio super regul. Cancel.

EPITOME.

Regula de publican. acceptatione locum habet in mandato de publican.

SVMMARIA.

1 *Reg de publicand. non procedit in gratijs habentibus obligationem nouam infra sex menses prouisionem obtinendi.*
2 *Per particularem formam in mandato traditam videtur recessum a generali forma per legem tradita.*
3 *Gratiæ pingues omnes obligant, vt in beneficio 24. ducat. exceden. nouas debeant infra 6. menses obtineri prouisiones.*
4 *Regulæ de publicand. acceptatione quis sit scopus.*

DECISIO CCLV.

EAdem die, coram D. Vostrio, in vna Perusina S. Helenæ fuit tentum, quòd regula de publican. acceptatione haberet locũ in mãdato de publican. secũdum decis. Cassad. & sumum habere etiã super regul.
1 Cancell. Non obstat decis. illam † non procedere in gratijs habentibus obligationem obtinendi nouã prouisionem infra sex menses, prout habebat mandatum
2 in casu, de quo agebatur: quia tunc per † particularẽ formam traditam in mandato videbatur recessum à generali forma tradita per legem quia dicebatur, quòd
3 omnes gratiæ † pingues habent dictam formã, quòd in beneficio exceden. 24. debeant nouas prouisiones infra 6. menses obtineri Item fuit dictum, quòd erat diuersa forma tradita à Rota, vt literæ in mandato in tempore cum vna infra tres menses, item vna ad vnũ
4 finem: & finis † regulæ est, vt ordinarij scirent quibus beneficia essent collata, & finis mandati est, prout in re officialium.

EPITOME.

Sequestrum reputatur iniustum in isto casu, non autem nullum.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum latum post duas in petitorio sententias, licèt dari nõ debeat, datum tamen non annullatur, etsi sit iniustũ.*

DECISIO CCLVI.

1 SEquestrum † non fuit iudicatum nullum, eo quòd
erat latum post duas sententias in petitorio & in
tertio illo qui reportauerat vnam sententiam in
possessorio, & pro eo erat sequestrum decretum. Nã
licèt non debuisset dari tale sequestrum, secundum
opinionem Doctor. in reg. vnic. de sequestr. possess. &
fruct. Tamen dàtum non erat contra dictam regulã,
licèt esset contra doctrin. Dd. in reg. vnica. de sequest.
poss. & fruct. Et ratio, nam ea defuncta iurisdictio
ne non poterat dici nullum, licèt fuerit dictum, q
erat iniustum: Et quia non fuerat appellatum, immò
pars concordauerat de iudice, & erat modicum præ
iudiciũ. Et fuit dictũ, q prouideretur in meritis causę

EPITOME.

Dux Ferrariæ vendens iura vallis, an teneatur ad restitutionem pretij vallis euictæ.

SVMMARIA.

1 *Vendens ignoranter rem alienam, quo casu de euictione aut ad pretium quoque non teneatur.*
2 *Emens rem alienam, vel alteri obligatam scienter, non agit de euictione nec ad pretium rei.*
3 *Recognitio vnius quomodo alteri non noceat.*

DECISIO CCLVII.

DIe 15. Martij 1545. proposui in causa Parmen. val
1 lium, an † interesse Ducis Ferrariæ ortum ea in
strumento venditionis factę in personam Nicolai de
anno 1503. sit tale, quod impediat sententiam feren-
dam contra Comitẽ de Sala. Et pro parte Corrigien.
dicebatur, quòd dux, qui vendiderat iura vallis, &
iusta ex causa ignorabat vallem esse alienam, & iura
eius tantum vendiderat, & pro sua data & facta pro iu
ribus tantum suis, & non vltra, teneri voluerat, quòd
re euicta non tenebatur de euictione, nec etiam ad
pretium, per Alex. in l. locus. col. 1. ff de acquir. possess.
Ias. post Alex. in l. si sic. §. 1. & fin. ff. de legib. c. 1. de in
2 uestit. de reb. alien. fact. col. 7. vers. prædicta. Item † qui
emit scienter rem alienam vel alteri obligatam non
agit de euictione, nec etiam ad precium. l. si fun-
dum. vbi glo. C. de euict. Paul. Cast. & Ias. in l. 2. §. fi. C
communia de legat. Sed Nicolaus, tempore emptio-
nis, quod fuit de anno 1498. nõ poterat agere. Istis nõ
obstantibus fuit contrarium decisum: quia non erat
verum, quòd per recognitionem factam à Nicolao
etiam hoc constaret, quòd emptor emptionis tempo
re sciret rẽ esse feudatã & ideò nullum ius in valle ha
bere, voluit iura iuribus cumulare. Item dicebatur,
3 quòd illa † recognitio Nicolai non inferebat nullita
tem iuris ipsius ducis. Nam et si Nicolaus recognoue-
rat vallem feudalem: postea talis tamen recognitio
non nocebat iuribus ipsius ducis: Et ideò si non
nocebat duci, qui promiserat Nicolaum & eius succes
sores in iuribus suis defendere non tenebatur, aliàs
erat obligatus ad damna & interesse, pròut in obliga
tione. Item in quantum Corrigien. volebant pretium
vallis reponere restituendum Duci in euentum, in
quem ipse Dux teneretur Comiti de Sala. Dictũ fuit
quòd non erat sufficiens depositum: quia adhuc re
manebant iura ducis respectu prædictorum meliora
mentorum, in quibus dux tenebatur defendere. Item
erat illa donatio illius pluris valoris quàm vallis vale
bat. Et fuit dictum q quia pro parte ducis nullum ver
bum super isto capite vltimo erat factum, informare
tur, an per depositum Corrigien. possint excludere du
cem Ferrariæ.

EPITOME.

Publicatio testium super interrogatorijs non impedit, quin possit dare articulos cõtinentes id, quod erat in interrogatorijs.

DECISIO CCLVIII.

IN vna Pennen. Abbatiæ coram D. Prospero fuit resolutum 15. Martij 1545. quòd si quis dedit inter rogatoria pro examine testium partis aduersæ, habita publicatione, non impediretur posteà dare articulos continentes id, quod dicta interrogatoria, & super illis examinare testes, per id quod dicit Felin. in c. cum idoneis. col. 8. versic. & si diceretur. de fid. instrum. & vult, quòd cap. fraternitatis. habeat locum in d. c. item. igitur nõ videbatur eadẽ ratio in interrogatorijs, quia non est in potestate interrogantis scire quid testes ve lint dicere: secus est pro parte inducentis testes super articulis: & sic maior est timor subornationis, prout ita considerat Felin. in d. c. cum idoneis.

EPITOME.

Possessio quo casu iudicatur attentata.

SVMMARIA.

1 *Ingrediẽs possessionem post obtentam sententiam ritatis interesse putantibus & decretis exequutorialibus an dicatur attentare.*
2 *Possessio de vacanti non potest certo contradictori praiudicare.*

DECISIO CCLIX.

LItigabant contra Alphonsum Diaz intrusum Di
dacus de la Vega & Didacus de la Correia su-
per vna parochiali: Alphonsus obtinuit sententiam
contra Didacum de Vega, quæ transiuit in rem iudi-
catam, & contra Didacũ de la Correia, à qua ipse Di-
1 dacus appellauit. Et † posteà intelligẽs, q illius posses
sor erat defunctus, obtinuit sententiam, citatis inter-
esse putantibus, & exequuturiales, vigore quarum
Alphonsus Diaz ingressus est possessionẽ. Didacus de
la Correia dicebat, quòd illa possessio erat atentata:
quia tunc per litem introductam contra possessorem
beneficium & possessio esset litigiosa, quãdo ipse obti
nuit sententiam contra citatos interesse putantes. Illa
2 † possessio super beneficio vacanti non poterat præ
iudicare ipsi Didaco certo contradictori: & ideò erat
ipse citandus, ad not. in c. fi. de electio. lib. 6. quod cùm
factum non fuisset, fuit conclusum, quòd erat attenta
tum, die 20. Martij, 1545. in vna Astoricen. beneficio
rum coram D. Thoma de Thauis. Aduerte, quòd ista
causa fuit remissa ad expeditores, & coram S. D. N. de
mẽse Iacuarij 1547. fuit resolutũ pro parte negatiua,
videlicet quòd non poterat capere aliquid ex fructi
bus alterius beneficij.

EPITOME.

Clausula augendo, minuendo, vel diuidendo, quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Clausula diuidendo in supplicatione posita praestat facultatem*

*tatem diuidendi fructus canonicatus, si plurimũ beneficio-
rum fructus simul expressi sint, non autem si diuisi & nu. 2.*

DECISIO CCLX.

IN vna Fulginaten. Prioratus Sanctæ Agnetis in qua
Petrus Rauetus impetrauerat per resignationẽ patrui
sui prioratũ S. Agnetis, cuius fructus Canonicatus &
præbẽdę Ecclesię Osen. 24. nõ excedũt in vna & eadem
supplicatione: Et in fine erat clausula, augẽdo, vel mi
nuendo, vel diuidendo vsque ad verum valorem, sed
diuidendo additum erat per Datarium Cancellarię,
& remanserant illa verba, augendo, vel minuẽdo: Fuit
1 dubitatum per me, die 20. Martij 1545. an † per verba
illa, diuidendo, potest Petrus Paulus in expeditione
bullæ ita diuidere fructus expressos, vt summæ ducat
expressorum in fructibus Prioratus posset addere sum
mam 10 vel 20. ex fructibus Canonicatus: & diceba
tur quòd non poterat fructus diuidere. Et quia illa
clausula tantum operabatur, quando fructus pluriũ
beneficiorum simul expressi forent, non autem quan
do diuisi, vt erat in casu isto: tamẽ hoc non obstante
fuit resolusum, quod potuisset diuidere. Nam licèt
2 diuisio † erat facta in supplicatione, tamen per illam
clausulam Papa dabat licentiam iterum diuidendo
vsque ad verum valorem, non excedentem tamen ex
pressum: quia illud esset augere, quod per cancellariã erat
prohibitũ, aliàs illa claus. diuidẽdo, nihil operaretur.

EPITOME.

Non Potest quis eodem tempore habitum suscipere, & pro
fessionem emittere, & in Abbatem eligi.

DECISIO CCLXI.

FVit resolutum in vna Melinen. Monasterij pro
Reuerendissimo Parisio coram D. Fabio 23. Mar-
tij, 1545. quod eodem tempore nõ poterat quis sucipe
re habitum, professionem emittere, & in Abbatem eli
gi: quia qui non nouit esse discipulus, non potest esse
magister, per text. in c. officij. in fin. de electio Et non
obstat, quòd potuerat, si ante electionẽ esset instructus
in regula, & ideò in Abbatem eligi: quia non sufficit
quòd quis sit instructus, sed prius debet discere subesse
quàm præesse, vt ibi dicit tex.

EPITOME.

Reseruationem habens per cessum & decessum talis capit
beneficium per cessum alterius ex causa permutationis.

SVMMARIA.

1 *Beneficium reseruatum non potest in ordinarij manibus per
mutari.*

2 *Beneficium reseruatum per cessum vel decessum si permute
tur, an cadat sub resi one & vacare dicatur & num. 4.*

3 *c. licèt. de rer. permu. in 6. quando non procedat.*

5 *Expectans potest gratiam suam, si in beneficio vacãte non
operetur, in alio adimplere.*

6 *Reseruatarius vacante per simplicem cessionem beneficio
potest intentum suum consequi.*

DECISIO CCLXII.

IN vna Illerden. corã D. Io. Paulo, die 17. Aprilis 1545
1 maior pars Dominorum tenuit, quòd † beneficium
reseruatum non potuerit permutari in manibus ordi
narij, per decis. 23. in dub 2. in nou. Franc. in c. 1 de
rer. permuta, in 6. Æneas de Falco. in tractat. de reser
uat in 9 q. in 3. tract. Et in hoc omnes Domini conue
2 nerunt: sed maior pars Dominorum tenuit, quòd † be
neficium reseruatum per decessum, & cessum com
prehendat beneficium per cessionem ex causa permu
tationis: quia verum est dicere, quòd vacat per cessũ,
quòd permutatio incipiat à cessione, & allegabatur
3 dicta decis. 23. in nou. Et non obstat † c. 1. de rer. per
muta. in 6. quia cùm illud c. fundetur in ęquitate, locũ
habet in illo casu in expectanti. Et ratio est, quia ex
pectans si non capit illud, poterat posteà capere: at
hic si nõ capiat ex reseruatione istud beneficiũ vacãs
per cessũ ex causa permutationis, illa reseruatio esset
frustratoria. fuit etiam allegatum pro ista parte con-
sil. Anchar. 388. in cau. 29 quod nihil facit ad proposi
4 tum. Ego verò † & D. Aquen. tenuimus, quòd bene
ficium reseruatum per cessum & decessum non cape
ret beneficium per cessionem ex causa permutationis:
cùm illa cessio dicatur qualificata, & non simpliciter
cessio, & reseruatio non habebat clausulam, quouis
alio modo, ad not. in c. susceptum. de rescript. in 6. se
cundum Bald. in d. c. 1. col. 1. Alexan. consil. 76 col. 1.
5 3. volu. Et sicut † in d c. 1 expectans poterat suam gra
tiam in alio beneficio adimplere, ita etiam in casu
6 isto vt † reseruatarius posset suum intentum consequi,
quandocunque beneficium per simplicem cessionem
vacaret.

SVMMARIA.

1 *Filiorum appellatione an veniant Nepotes, & quando non
& nu. 5.*

2 *Testator si vocet filios suos non veniunt nepotes.*

3 *Dictio, meos & suos, in appellatione filiorum non concludit
nepotes si filij sint gratiati, secus si onerati.*

4 *Agnationis ratio in certis gradibus obseruata in dispositio
ne paterna an excludat nepotes.*

DECISIO CCLXIII.

IN causa Roman. hæreditatis de Cardellis dubi-
taui ego 28. Aprilis 1545. presupposito, quòd di-
spositio Colæ inter filios sit contractus habens vim
vltimæ voluntatis, & quòd filij Sabbæ vocati in
euentum & sint principaliter vocati ex dispositione
Collę, & quòd in ea in gradibus expressis sit habita ra
1 tio consanguinitatis conseruandæ, † an appellatione
filiorum Sabbæ in euentum prædictum veniant nepo
tes: sed respondebatur quòd non eramus in contractu
habente vim vltimæ voluntatis: & sic dispositio non
erat regulanda, prout in vltima volũtate, l. tale pactũ.
& ibi Barto. Angel. Paul & Alexand. & alij Moderni.
ff. de pact. & in l fi. C de pact. Secundo pro parte ne-
gatiua dicebatur, quòd posito, quòd essemus in vl-
tima voluntate, tamen quia in substitutione erant
vocati, Sabbas si superuineret, & si non essent eius
filij, & tunc appellatione filiorum nõ veniant nepotes
ad Bart. in d. l. Gallus § institutus in fi. & ibi Soci. &
2 Ias. dũ dicunt, quòd † si testator vocat filios suos, tũc
nõ veniunt nepotes, ff. de lib. & posthum. fuit respon
sum pro parte affirmatiua, quòd doctrin. Bart. con-
funditur per id, quod dicit Soci. Nam Bar. vult, quod
vltra opinionem, meum, sit dictio demõstratiua, istũ:
3 & ideò, † meos & suos, non facit quòd appellatione fi
liorum non veniunt nepotes: sed respondebatur, quod
istud est verum, vbi tractatur de filijs gratiatis, secus
vbi tractatur de filijs oneratis, prout etiam in casu isto,
secundum Deci. cons. 391. col. 2. Alex. cons. 9. col. 2. in
2. vol. Ias. in § instituens col. 5. Socin. cons. 59. col. 2.
nu. 12. Ias. consi. 52. in 3. col. volu. 4. Dicebatur, quòd
4 ratio agnationis † erat habita in certis gradibus, ergò
non

non debebat eos excludere:& ratio est,quia non debe
bat fieri extentio ad alium casum: fuit responsum,quod
eadem ratio sit quòad certos gradus vt per Alb. Bru.
in tract.de statut.escluden.fœmin.prop.mascul.121.
artic.q.16.& Deci.consil.332.vbi dicit istam esse cô-
5 munem & pro parte affirmatiua,quòd †appellatione
filiorum venirent nepotes,fuit dictum,quòd quando
vocantur filij in futurum euentum, incertum est an
sint filij vel nepotes,prout istam dicit communem
Curt.Iun.consi.139.col.fin. Et pro ista parte affirma
riua,quod isto casu venirent fuit facta resolutio per
quatuor ex dominis votantib. duob. reclamantibus.

EPITOME.

Regulæ de non tollen.ius quæsitum,quando sit derogatum.

SVMMARIA.

1 *Expectatiua iuncta cum priuilegiis scriptorum si capiatur beneficium ex statuto portionariis quæsitum,an necessarium sit derogari regula de non tollendo iure quæsito. & nu.4.*
2 *Regula de non tollendo iure quæsito habet locum in radicato incorporato perfecto,& de præterito quæsito iure.*
3 *De iure tertij & ad rem in specie fiet mentio vt valeat principis concessio.*

DECISIO CCLXIIII.

COnclusum fuit aliàs in vna Placentin.Canonica
tus & præbend.quòd ex statuto Ecclesiæ Placen
tin.esset quæsitum ius considerabile portionariis in
quocunque canonicatu & præben. vacãte Dubitauit
D.Thomas die 20.Aprilis 1545.in eadem Placentin.
Canonicatus inter Ioannẽ Solano & Garziam Cara-
1 taual. presupposito quod ex statuto Placentin.† quęsi
tum fuit ius considerabile.stante regula D.N. Papæ
de non tollen.iure quæsito,expectatiua Ioannis So-
lano iuncta cum priuilegiis scriptorum quæ priuile
gia pro tunc præsupponebãtur,quòd propter pingue
dinem clausularum derogatiuarum prædictorũ por-
tionariorum caperet beneficium seu canonicatum,
de quo agebatur non derogando aliter regulæ de nõ
tollen.ius quæsitum an dictæ regulę derogatio fue-
rit necessaria:& dicebatur fuisse necessariam:quia di-
2 cta † regula locum habet in iure quæsito radicato &
incorporato,vt per Roman.consi.250.in fi. portiona
rio autem ex illo statuto erat ius quæsitum & ideo nõ
erat necessaria derogatio regulæ de non tollen. quæ
loquitur in iure perfecto,& de præterito quæsito vt
dicit Sarnen.super reg.de non tollen.iure quæsito.nu.
3 13.in 4.q.& licet †de iure tertij & ad rem debet fie
ri mentio & etiam in specie.quia aliàs concessio prin
cipis non valeret,& semper intelligitur facta sine prę
iudicio tertij,per multa quæ ponit Dec.in c.super co.
4 de offi.deleg.dicebatur,quòd,† in ista tantum erat fa
cta mentio de iure tertij dum præsupponebatur quòd
in priuilegiis scriptorum caueretur quod posset
acceptare talem canonicatum , non obstante quod
portionario deberetur:sed quod differentia erat an
necesse esset,quòd,de reg.de non tollen.ius quæsitum
mentionem faceret:quia tunc est necessaria quando
tollitur ius quæsitum radicatum,& incorporatum,vt
per Sarnen.in d.q.4.nu.13.& 14.

EPITOME.

Specialis derogatio an sit necessaria vt censeatur derogatum regulæ de non tollen.ius quæsitum.q.15.in fin.Sarnen. in prooemio col.9 ... Gozad consi.42.col. pen.vers.6.quæritur.

SVMMARIA.

1 *Clausula,non obstantib præmissis ac de publican. resignationibus ac aliis similib.&c.an deroget regula de non tollendo iure quæsito.*
2 *Regulæ de non tollen.iure quæsi.est specialiter & indiuiduè derogandum.*
3 *Derogatio non fit regulæ sub verbis generalib. cui Papa nõ est derogare solitus.*
4 *Regulæ,de infirmis non nisi specialiter derogat Papa.*
5 *Ius quæsitum nisi sit radicatum fit per claus.non obstantib.& aliis similibus.&c.reuocabile.*

DECISIO CCLXV.

1 FVit etiam dictum quod derogando † regulæ de
non tollen.iure quæsito non sufficiebat quòd Pa
pa in priuilegio scriptorum diceret non obstantibus
pręmissis ac de publican.resignationibus,ac alijs simi-
libus vel dissimilibus per nos vel prædecessores pręfa
tos editis & edentis Cancellariæ regulis quibus om-
nibus etiamsi pro illorum suspensione derogatione
vel notificatione,de illis eorumque totis tenoribus
specialibus specificata,& expressa,& indiuidua , ac de
verbo ad verbum , non autem per clausulas genera-
les idem importantes mentio seu quæuis alia expres-
sio habenda esset,cum obseruatione certarum aliarũ
formarũ,seu declaratione facienda, eorumq; consen
sus colligebatur babẽdus,foret tenoris huiusmodi ac
illorum formas & effectu præsentibus , quia fuit di-
2 ctum quòd †dictæ regulæ de non tollendo iure quę-
sito erat specialiter & indiuiduè derogandum: & quod
3 † sub generalibus verbis non veniebat illa deroga-
tio regulæ:cui Papa non erat solitus derogare, prout
est regula de non tollen.iure quęsito,cui Papa non so
let,nisi specialiter derogare. Et fuit dictum quòd ita
aliàs fuerat conclusum in vna Cæsaraugustan. Capel
laniæ dela infanta pro Thoma Fort. sed vide illam
decisio.supra in qua decisi. ista ratio non est in con-
4 sideratione, nec hic † derogatur regulæ de infirmis,
cui Papa passim non solet derogare ergo cùm dica-
tur similibus dicitur venire,ergo derogatio regularũ
aliarum,quibus Papa non est solitus derogare. Et in
contrariũ videtur facere,quod dicit Sarnen.in proœ.
d.regul.q.6.num.8.& ratio ista secunda non est mul-
5 tum attendenda,ex quo prima ratio.†quia non era-
mus in iure radicato,dicebat dubium de iure reuoca
bili Bart.in l.Bertholdus.§.si quis seruum.in princip.
ff.de legat.1.Cassad.decis.21.super reg.Sarnen.in reg.
de publican.q.17.Paris.consil.91.& 92.cum seq.Ri-
pa.lib.2.cap.17.nu.18.cum sequen.

EPITOME.

Legatus de Latere potest conferre beneficia ad Papam deuoluta etiam ex propria negligentia.

SVMMARIA

1 *Legatus à latere potest beneficia etiam ex sua negligentia ad Papam deuoluta conferre & num.2.*
3 *Beneficium vt ad Papam deuoluitur,ita & ad legatum à Latere,qui cum Papa iure legationis concurrit.*

DECISIO CCLXVI.

LEgatus de Latere in vna Tridenti.Parrochialis
1 coram D.Moheda.die 24.Aprilis 1545.quòd†po
test conferre beneficia deuoluta ad Papã fuit conclu

ſum,per gl.in c.t.in ver.ampliorem.de offi.deleg.in 6.
& ibi Philip. Prob.col.3. verſi.nunc quæro.etiamſi
ſint deuoluta ex propria negligentia ipſius Legati ad
Papam, per ea quæ dicit Ioan.de Silua,in tractat.de
benefic.in 2.part.q.3.col.fin.verſic.item circa iſtum
articulum.Non obſtante.quòd in hoc contrarium di-
cit Boniſac. in Clemen.ſi de beneficio.col.5. verſic.
conclude quòd legatus de latere.de præbend.& hoc
tenuit maior pars Dominorum.Cauſa fuit iterum po-
ſita,die 27.Aprilis,1545. Et iterum reſolutum, quòd
2 †legatus poſſet conferre etiã deuoluta ex propria ne-
gligeotia,per not.per Curt.in Cleme. ſi de beneficio.
in 5.not.de præbend.& Sylua.in loco hic allegato. Et
3 ratio eſt,quia † ſicut qnando deuoluitur ad Papam
legatns iure legationis etiam concurrit cum eo,ita-
que quãdo deuoluitur ad Papam legatns iure legatio-
nis: etiam concurrit, Gundiſſaluus de Villa eegio in
tracta.de legat.quæſt.4.col 3.verſ.ſed illud ſeme tre..
cũ ſe.col.Quia verò authoritate deciſi.303.in nou.de
Clemen.iſta dubitaui,non obſtante tamen mea dubi-
tatione ita fuit concluſum propter auctoritatem illo-
rum Dd.hic allegat.

EPITOME.

Voluntas quando dicatur ſufficienter mutata vt conſenſus non poſſit præſtari poſt obitum principalis.

SVMMARIA.

1 *Volunt tatis mutatio quando non ſuffiriat ad annullandam reſignationem ſeu translationem penſionis porrectis per procuratorem ſupplicationem,ſi principalis moriatur. & num.6.*

2 *Voluntas ſecũda nulla, vt ſit reuocato in prima,nõ ſuffirit, quòd ſit tacita,ſed requiritur expreſſa.*

3 *Voluntas ſecunda etiamſi ſit nulla,reuocat tamen priorẽ validam diſpoſitionem.*

4 *Procuratore actum reſignanda ſeu transferendæ penſionis per porrectam ſupplicationem non abſoluente ſi dominus poſteà manum iniciat, videtur reuocare imperfectum.*

5 *Procuratore ſecundo nulliter conſtituto videtur reuocatus primus.*

DECISIO CCLXVII.

IN Vna Albulen.penſion.coram D.Aquen.die 24.
Aprilis 1545.præſupponebatur, quòd procurator
1 † conſtitutus ad reſignandum ſeu ad transferendum
penſionem,ſupplicationem porrexiſſet in fauorem in-
nioris:poſteà principalis venit vigore Bullæ Alexan-
drinæ,ex quo illa mutatio fuit nulla quia dicebatur,
quod non ſufieebat,per text.in l.ſi iure.ff.de lega.3. vbi vt
2 †ſecunda volũtas nulla ſit reuocatoria primæ,nõ ſuffi
cit quod ſit tacita,ſed requiritur quod ſit expreſſa,quãdo dixiſ
ſet legans quod tali legaui,alteri lego,l.etſi transferam.ff.
de adim.n legat. Iaſ.in l.recõuentis.in 5.col.2.oppoſ.
Alex.in l.ſi fundum.C.de leg.Fuit tamen contrarium
3 deciſum:† quia licèt ſit nulla,reuocat tamen priorem
diſpoſitionem validam,l.libertis.ff.de alimen. legat.&
ita declarat Alex. in l.planè. col.2. ver.2.limita iſtum
4 tex Item ſecundò † cùm procurator per talem porre-
ctionem actum non perficeret, videtur,quòd poſteà
dominus apponẽdo manum ipſum renocauit,c.ſi duo.
5 de procur in 6.Et &ratio, †quia per conſtitutionem
ſecundi procuratoris nullam videtur primus reuo-
6 catus,prout dicit Bertr.in trac de Epiſ.in 7.par. 4.lib.
q a t.col.2. verſicul.verùm etiamſi conſtitutio.Bald.
in l.ſi quis cum procuratorio.§.Iulianus.in penult.q.ff.
6 de procur.Item quia † ſi in re loquitur de voluntate
perfecta,hic autem reſignatio per ſolam porrectionẽ
non eſt perfecta,ergo illa iura non faciunt ad propo
ſitum.

EPITOME.

Stante commiſſione cum derogatione regulæ dummodo literæ expediantur ante terminum ad articulandum, geſta medio tempore non veniunt per viam attentatorum reuocanda.

SVMMARIA.

1 *Reus ſi executa contra ſe in partibus citatione beneficij capiat poſſeſſionem,pendente ad articulandum termino cum clauſ dummodò literæ expediantur actore tempus quidam ſeruante ſed literas non expediente,non reuocantur medio tempore geſta tanquam attentata..*

2 *Iuriſdictio ſi ſic data ſub conditione ea non adimpleta interim acta vt attentata non reuocantur.*

3 *Derogatio limitata ſi non ſeruetur nihil operatur.*

DECISIO CCLXVIII.

1 SI cauſa fuit commiſſa † cum derogatione regulæ
de committendis cauſis literis non expeditis vſq;
ad terminũ ad articulandũ & interim non ſit vera lis,
ſi exequuta citatione in partibus contra reum,reus ca
pit poſſeſſionem beneficij & poſtea actor in Curia
ſeruet terminum ad articulandum bene & literas non
expediuit & petat per viam attentatorum reuocari,
quod per eum in partibus fuit geſtum: Fuit dubitatũ
in vna Hiporegien.adminiſtratus coram D.Thoma,
die 30.Aprilis 1545.an talia ſic geſta eſſent per viam at
tentatorum reuocanda. Et fuit reſolutum, quòd nõ:
2 quia iuriſdictio † iudici fuit data ſub conditione,dũ-
modo expediuerit literas ante terminum ad articulan
dum:licet ergo ante illum terminum ſit iuriſdictio,
cum ex defectu iuriſdictionis non eſſet lis non erat
etiam attentata:quod etiam vult clauſula, dum dicit
nullius roboris vel momenti : cum ergo derogatio
3 † limitata ſit non ſeruata limitatione illa citatio vigo
re illius cõmiſſionis limitatę nullum effectum produ-
cere poteſt.& illud voluit Sarnen. in compendio v-
triuſque ſignaturę ſuper regul.de non iudican. iuxta
formam commiſſionis ſol.23. col.2.verſicul.ſed vltra
quæ dixi eſt vnum aliud notandum.

EPITOME.

Remedium l.is à quo.ff.de rei vendic. quo caſu locum non habuit.

SVMMARIA.

1 *Petitores duo ſi contra eundem poſſeſſorem agant,& alteri iuſſu iudicis à poſſeſſore fundus reſtituatur,non niſi data cautione id fiet vt ſi alter fundum euiciſſet rum p. a ſtaret.*

2 *Petitor cùm contra petitorem agit ceſſat l.is à quo.de rei vendica.*

DECISIO CCLXIX.

FVit reſolutum in vna Aſtoricen. beneficiorum
coram Dom.Thoma die 30. Aprilis 1545. quòd
1 † quando duo agunt contra poſſeſſorem ſententię,
quę in rem tranſiuit iudicatam,quoad tamen non erit
mandãda executioni cõtra poſſeſſorem data cautione
2 l.is à quo.ff.de rei vendic. quia † petitor impugnat
competitorem , tunc dicta lex locum non habet
vt pe.

vt per Alexan.in addit.in d.l.is à quo.& per Felin. in c.cùm super.col.2.& 3.fall.de rei vend.

EPITOME.

Producens postquàm citauit con tra, nonpotest productionem reuocare.

SVMMARIA.

1 *Pars producens iura potest ipsorum productionem reuocare nisi ad contradicendum sit citata.*
2 *Citatione quando iura fiunt communia, non potest à parte productio iurium reuocari.*

DECISIO CCLXX.

LIcèt Bald.& Paul.de Castr.in l.iubemus.C. de iu
1 dic.dicant,quod † pars producens iura possit re-
uocare productionem ipsorum. Tamen in vna Par-
men.pecuniaria.pro D.Michaele Casalio cõtra Liuiã
mateem eius die 4.Maij.1545.coram me fuit intelle-
ctum nisi pars esset citata ad dicendum contra,quia ex
2 quo † per citationem iura fuerunt effecta commu-
nia non potest amplius:quæ produxit productionem
reuocare.

EPITOME.

Gratia ,si neutri,non præsupponit titulum.

SVMMARIA.

1 *Gratia,si neutri non est subreptitia,sed producenti suffragatur si ille de aliquo titulo non doceat.*
2 *Noua prouisio præsupponit titulum,& si inualidum.*
3 *Gratia,si neutri,non requirit præcedentis tituli mentionem sed committitur auditori in euentum,in quem sibi constiterit.*

DECISIO CCLXXI.

DIe 4.Maij 1545.fuit resolutum in vna Pamplio
1 nen.coram D.Thoma,quòd † gratia si neutri,
non esset surreptitia,& suffragetur producenti,dato
ꝙ non doceret de aliquo titulo,quia illud fit in noua
prouisione.vt per Sarnen. in regul.de surrogan. col-
litigant q.29.num.8.& in reg.de anna.q.17.nu.4.Ex
2 † quo vero noua prouisio præsupponit titulum præ-
3 cedentem licet inualidum, tamen secus est † in gra-
tia si neutri in qua non fit mentio de titulo præcedẽ-
ti,sed tantum committitur auditori: quòd in euentũ,
in quem sibi constiterit &c.

EPITOME.

De Commenda temporali quando de ea in sequenti prouisione debeat fieri mentio.

SVMMARIA.

1 *Commenda temporalis si fiat contemplatione ecclesiæ eius in sequenti prouisione non est facienda mentio.*
2 *Commenda ad commendatarij vtilitatem facta etsi sit temporalis prouisio tamen sequens eius mentionem requirit ne fiat subreptitia.*
3 *Commenda ad commendatarij commodũ facta dicitur, quæ fit cum perceptione fructuum,& habet vim tituli.*

DECISIO CCLXXII.

IN vna Burgen.parrochialis de Archamen.pro Reue
rendissi.Gambara contra Patriarcham Cõstantino-
politan fuit resolutum, coram D. Thoma de Tha-
1 uia die 15.Maij 1545.quod si † Cõmenda temporalis
est facta contemplatione Ecclesiæ,tunc verum est, ꝙ
in sequenti prouisione de ea non debet fieri mentio:
2 secus est quãdo † commenda est temporalis ad vti-
3 litatem cõmendatarij.quod est,quando est † cum per
ceptione fructuum,quia tunc talis commenda habet
vim tituli ,& tunc si in prouisione sequenti de ea
nõ fit mentio,prouisio est surreptitia.vt latius potest
videri in informatione iuris.

EPITOME.

Venditio facta per Ducem Ferrariæ an intelligatur de iuribus an de dominio directo.

SVMMARIA.

1 *Claus.quòd vendat rem pro eo iure tantum , quod in eo habet,& non vltra si in instrumento venditionis adijciatur ius tantum rei an etiam ipsa res censeatur vendita, adeo vt nullum ius in rem venditam habens de euictione non teneatur.& num.2.*
3 *Ius tertium cùm venditur venditio non est conditionalis quod si competere non possit,agitur ad restitutionem pretij:secus si in genere vendatur.*

DECISIO CCLXXIII.

IN vna Parmen. Vallium.in qua dedi dubium, an
1 ex † instrumento venditionis factæ per Ducẽ Fer-
rariæ Nicolao Corrigien.constaret,quod essent ven
dita iura Vallis tantum,an vero dominium directum
Vallis. Et pro parte Corrigien.dicebatur,quòd instru
mentum vẽditionis dicebat,quòd Dux vendebat val
len.pro eo iure tantùm , quod in eo habebat, & non
vltra: Ergo tantum erat venditus ius vallis,non vallis.
Et quòd ita vendens iura vallis etiam quod nul-
lum ius haberet, quod tamen non tenebatur de eui-
ctione, vt per Ias.in l.si sic.§.1.in fin.ff.delegat.1.per
Alex.in l.locus.ff.de acquir.possess.& in multis parti-
bus illius instrumenti fiebat mentio de iuribus vallis,
pro quibus tantum Dux teneri volebat. Tamen his
non obstantibus die 25.Maij.1545.per maiorem partẽ
2 Dominorum fuit resolutum, quod † esset venditum
dominium directum vallis. primo propter narra-
tionem in qua fit mentio de dominio postea vendi-
tio intelligenda est de dominio directo vallis
postquam vtile alienauerat,de quo in princip.fit men
tio,item quia clarè dixit & volens dominium dictæ
rei transferre: ergo patet , quod dux intendebat do-
minium vendere:non autem ius quod habebat in ge
nere.Ita quod diceremus esse in doctrin. Bart.in l.si
quis.in §.differentia.col.3.ff.de acquir.poss.quando
3 † venditur tertium ius tunc venditio non est conditio
nalis.& si non competit illud,agitur ad recuperatio-
nem pretij:quod secus est,quando venditur ius in ge-
nere.

EPITOME.

Statutum vrbis de nullitate, sententiæ fuit intellectum de omni sententia.

SVMMARIA.

1 *Statutum agens in principali parte de sententia indifferenter an in additione quoque indifferenter intelligatur.*
2 *Interlocutoria respectu illius,super quo fit articuli casum decidit & determinat.*
3 *Sententiæ appellatione venit diffinitiua.*

DECISIO CCLXXIIII.

DIe 15.Maij 1545 fuit resolutum coram me in vna
Roman. discussionis hæreditatis, quòd statu-

1 tam verbis incipiens, causa nullitatis. in fin. dum dicit, & est ad iudicem, quòd de nullitate sententiæ dici debeat in loquitur de sententia tam interlocutoria, quàm diffinitiua: quia statutum generaliter loquitur tam in principio, quam in fine, causa nullitatis, & sic de nullitate indifferenter loquitur: ita etiam additio indifferenter loquitur, sic vt additio indifferenter de sententia loquens intelligeretur de omni sententia secundù dispositionem, cui principaliter adijciebatur. Et licèt in dispositione diceretur, infra 16. dies terminetur, & sic videretur loqui de sententia diffinitiua principa
2 lis dispositio, ita & additio: fuit dictum, quòd † etiam sententia interlocutoria respectu illius articuli, super quo fit, dicitur casum decidere seu determinare. Non
3 obstat, quòd † appellatione sententiæ venit definitiua vt per Felin. in rubric. de re iudic. & Alexan. in d. rub. & Soci. con. 39. vol. 4. & glo. in l. 3. §. videndum ff. quando appell. sit. vbi est etiam eadem ratio, & venit interlocutoria, vt per Felin. in eodem loco: & hic non potest alia ratio assignari, quàm celeritas expeditionis, quæ ratio respicit vtilitatē publicam, vt in l. propemodum. in princip. C. de iudic. & inconueniens esset, quòd quis teneretur dicere de nullitate sententiæ diffinitiuæ infra annum, de nullitate verò interlocutoriæ infra 16. dies, Alex. consi. 5. vol. 2.

EPITOME.

Articulos dans sufficit, quod iuret, quòd credit illos esse veros, quando sunt de facto alieno.

SVMMARIA.

1 *Articuli si super alieno facto dentur, iurare sufficit se iuxta scientiam & conscientiam suam credere esse veros.*
2 *Iuramentum veritatis requiritur in proprij facti articulis.*
3 *Articulis respondens si de facit petit onibus respond ndo per verbum, creditius, ponendo quoque satis facere, si credulitatem iuret.*

DECISIO CCLXXV.

IN vna Hispalen. Archipresbyteratus de Carmona, coram D. Aquen. fuit resolutum 21. Maij 1545. quòd is,
1 † qui dabat articulos, si articuli erāt de facto alieno, quòd sufficit, quòd iuret se credere articulos esse veros secun-
2 dum eius scientiam & cōscientiam: secus si articuli † concernant factum proprium, debebat iurare per iuramētum veritatis, licèt text. in c. præsenti. tium, de restib. in 6. iuret de veritate dicenda tam ponendo, quàm respon-
3 dendo. fuit dictum, quòd sicut ille text. satisfacit † respondendo petitionibus per verbum, creditius, etiam ponendo satisfacit iurando de credulitate, vt par sit ratio vtriusque. & pro hoc fuit allegatus Host. in titul. de iuramen. calum. in summa, §. & quando. Quod sufficiat iuramentum credulitatis, ponit Paul. de Castr. in l. 2. §. quòd obseruari. colum penultim. num. 17. C. de iuram. calum.

EPITOME.

Titulum coloratū in spolio præstat impetratio certo modo.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus si probet trium mensium possessionem & pro titulo certi modi impetrationem, quamuis eam non verificauit, est tamen restituendus.*
2 *Verificatio impetrationis certi modi vacandi non in iudicio restitutorio, sed petitorio decebitur.*
3 *Spoliatus post inhibitionem Rotæ in attentatis est restituendus, nec tituli exhibitio requiritur.*

DECISIO CCLXXVI.

IMpetratio certo modo non aliter verificato modo vacante præstat titulum coloratum in spolio ita 18. Maij 1545. fuit resolutum in vna erdonens. Ar-
1 chipresbyteratus dicebat se † spoliatum A teratu à Iulio Gentili, & probabat possessionem per tres menses continuatam & pro titulo colorato dicebat de dicta impetratione certo modo, & ea non verificata aliter fuit cōclusum, quod restitueretur, quia
2 verificatio respectu certi modi vacandi non erat facienda in isto iudicio, sed in petitorio sufficiebat
3 docere de titul. superiori habito: & tanto magis debebatur restitutio, ex quo erat spoliatus post inhibitionem è rota emanatam: quo casu in attentatis non requiritur tituli exhibitio. & sunt decisi. nostræ lare.

SVMMARIA.

1 *Acceptatum cum solita protestatione beneficium, si alium ius melius habere videat potest primum acceptatum dimittere, & non expectata super primo sententia aliud acceptare. & nu.*
2 *Familiaritatis regula si non verificetur, vitiat gratiam.*

DECISIO CCLXXVII.

1 ACceptans † beneficium cum solita protestatione, si videtquòd alius habet melius ius, potest primum beneficium acceptatum relinquere, & aliud acceptare non expectata sententia super primo beneficio, secundum Ioannē Andr. in c. cùm in multis. de rescrip. in 6. Etsi sic non sit solitum teneri, vt per Cassad. decis. 10. de conces. præbend. tamen istud esse verum, conclusit Rota in vna Valleq. de paterna coram Domino Thoma de Thauis, die 18. Maij 1545. quando notoriè apparet de non iure captandi beneficium primum: & ratio in illo casu cum Remigius acceptasset primò vnam parrochialem Ioan. de Mila non verificata narratiua familiaritatis, quia erat in gratia Ioā.
2 cum regula † familiaritatis vitiet gratiam nd m Gemin. c nihil. 928. Item quia gratia Ludouici non prouidebat, sed mandabat prouideri: & i licet
3 † ex productione talis gratiæ nō expectata sententia notoria de non iure Remigij quoad primum beneficium acceptatum constabat, poterat aliud mittere & acceptare aliud non expectata declaratoria secundum Rotā decisi. 5. de conces. prebend. in anti

EPITOME.

Egidianæ quo casu locum sacra.

SVMMARIA.

1 *Spolij actio non competit spurio aut illegitimo.*
2 *Possessio cum habet proprietatis causam annexam potest de sententia in possessorio lata appellari, si eius sit de nuda possessione agatur, tunc enim sententia eius appellatio interposita sit statim sortitur effectum.*
3 *In omni quo cumque summariè possessario legitimari prius debet persona.*
4 *In possessorio etiam si quoque de legitimatione agatur appellari non potest.*
5 *Appellationi non sit locus etiam si incidenter de illegitimitate fuerit actum principaliter vera de possessario mouo.*

DECI-

DECISIO CCLXXVIII.

IN vna Anagnina Castri Suruile. pro Honorato Caietano Contra Ioannem Bernardinum de Cres-
poles coram Dom. Ioanne Paulo: in quo honoratus
petebat se restitui ad possessionem dicti Castri in qua
eius pater fuerat, & qua fuerat spoliatus. Pro parte
Ioanis Bernardini fuit eesponsum, quòd Honoratus
1 †erat spurius, & ideo actio spolij tanquam illegiti-
mo non competebat & probato per ipsum Honora-
tumquod ipse esset legitimus, tandem fuit pronun-
ciatum per dominum Pichinum restituendum ad pos
sessionem dicti castri. Fuit dubitatũ die 18. Maij, 1545.
an isto casu locum haberet Egidiana. & pro parte ne
2 gatiua dicebatur quòd †quando causa possessionis ha
bet annexam causam proprietatis, potest appellari nõ
obstante dispositione. l. 1. C. si de momen. possess. Bald.
consil. 145. in fin. & 379. circa fin. volum. 2. Angel. in
l. incerti. circa finem. C. de interdict. Lanfranc. in c.
quoniam contra. versi. latè tractabimus. Socin. in reg.
24. in 2. fallen. Guid. papa singul. 357. & Ias. cons. 187
colum. 1. volu. 2. sed hic causa possessorij habet anne
xam causam proprietatis: quia fuit necessarium discu
tere super illegitimitate. Tamen his non obstantibus.
3 fuit conclusum contrarium per omnes: quia † in om-
ni possessorio quantum summario prius persona le-
gitimari debet iuxta nota in l. 2. C. de edicto diui A-
drian. tollen. nihillominus non obstante tali legitima
4 tione in tali possessorio appellari non potest vt per
tex. in l. quisquis. C. quorum appel. non recipiãt. Secun
5 dò quia principaliter † hic fuit actum super nouo
possessorio & licet incidenter fuerit deducta causa il
legitimitatis per hoc tamẽ non est locus appellatio-
nis per ea quę dicit Deci. in l. 1. col. 2. versi. & retenta
ista communi opinione, C. de bon. poss. secund. tabul.
Et pro ista benè facit quod dicit Bal. in d. l. vnic. col.
2. circa princip. vers. hoc modo hic quæritur. C. si
de momen. possess.

EPITOME.

Citatio ad sententiam domi facta quãdo teneat.

SVMMARIA.

1 *Citatio ad sententiam domi facta, si personaliter fiat & se-
mel comparuit: stante citandi difficultate valet.*
2 *Mulieres cum difficultate citari possunt.*

DECISIO CCLXXIX.

IN vna Roman. domus coram Dom. Aquens. die 18.
Maij, 1545. Fuit tenta decisi. Rotæ. 48. cum sua addi.
1 in nou. & 396. in antiq. quod citatio† facta domi ad sẽ
tẽtiam, postquam quis fuit personaliter citatus, vt se-
mel in iudicio comparuerit, esset valida stante diffi-
cultate citandi vt erat in illo casu in quo agebatur cõ
2 tra vxorem Francisci. Galeatij, quia † mulieres cum
difficultate citari possunt.

EPITOME.

Regula de verisimili an habeat locum in gratie surrogationis
cum gratia si neutri impetrata vide ad istam decisio. Aim con
sil. 98. quæritur. col. 3. nu. 19. vers. sed hoc quæritur.

SVMMARIA.

1 *Regula de verisimili an habeat locum in surrogatione. &
num 3.*
2 *Regula de verisimili propter ambitionem est inuenta, quæ
præsumitur, cum beneficium impetratur, antequam de o-
bitu quicquam constet. & num. 8.*
4 *Per resignationem tertij cum clause. quouis alio modo quã
do alicui prouidetur, si tertius ipse obierat non obstat re-
gula de verisimili.*
5 *Gratia si neutri ab vno ex collitigantib. impetrata cum
claus. surrogationis per obitum nec fraudulenta est nec
ambitiosa.*
6 *Collitigans habet post obitum mensem ad impetrandum
nec alter de beneficio interim prouider. potest.*
7 *Clausul. quouis modo cum incidenter conferat vacationẽ
per obitum, cessat ambitionis suspicio & nu. 9.*
10 *Beneficium mortui ante mortis scientiam impetrare licitũ
est, & prouisio valet: secus si viuentis.*
11 *Resignatio præsupponit resignantem viuere, censeturque
Papa si sciuisset eum tempore datæ gratiæ fuisse mortuũ
clausulam, quouis alio modo non fuisse concessurus.*
12 *Gratia si neutri non præsupponit vitam & tempore vitæ
alicuius impetrari licitam est*
13 *Clausulæ generales in gratia data quibus illa quemcumque
comprahendat casum, concedenti sunt imputandæ.*
14 *Regula de verisimili loquitur de gratia & surrogatio de stri
cto iure.*
15 *Gratia cessat cessantib. verbis regula & dispositio cessan-
te gratia.*

DECISIO CCLXXX.

FVit bis in vna Conchen. parrochialis de la Matil-
la & tertio loco, videlicet die 22. Maij 1545. per
1 Dom Peregrinum dubitatum, an regula † de verisi
mili haberet locum in surrogatione: & causa bis no
uata semper fuimus diuisi videlicèt quatuor & qua-
tuor. & vna pars dicebat ꝙ saltem ratio ambitionis,
2 †propter quam inter alias reg. inuenta erat, euitari
non poterat & non dici non ambitiosus: quia antequã
sit certus de obitu impetrat beneficium. Ita & secun
3 dò pro illa parte & † regula habet locũ in surrogatione
videbatur decisio in terminis Rotæ. vt per Cassad. de
cisi. 29. super regul. cancellariæ & Sernen. quæst. 3.
4 in re. de verisimi. quando prouidetur † alicui per
resignationem tertij cum clausula quouis alio mo-
do si tertius ipse obierat, quod regul. obstet. Alij verò
quatuor de quorum numero ego eram, adducebant,
quod regula locum non habebat. Nam rationes pro
pter quas regul. inuenta erat, videlicet fraudis, ambi-
tionis & voti captandæ mortis non militabant isto
5 casu: nam fraus nulla esse poterat. Nam † cum præ-
cedẽte lite inter duos collitigãtes vnus ex collitiganti
bus impetrat gratiam, si neutri, in qua gratia propter
clausulas poni solitas ponitur clausula surrogatio-
nis per obitum, nulla videtur fraus esse: ex quo ipse
6 † collitigans post obitum habebat mensem ad impe-
trandum, & nullus alius de beneficio prouideri pote-
rat. Et cum principale attendendum sit intentũ, ideò
cùm in consequentiã veniat nulla fraus videtur in ca
su isto, ex quo à principio licitè gratia, si neutri, ei eue
nire posset. Non etiam militabat ratio ambitionis, pro-
7 pter eãdem rationẽ: cùm † non principaliter, sed inci
dẽter clausula quouis modo, caperet vacationem per
obitum benè ergo fecerunt, quod si principaliter esset
facta gratia surrogationis, non autem in gratia, si neu
tri, ꝙ tunc si esset facta talis impetratio per verisimi-
lem notitiam tunc ambitio euitari non posset. Non .n.
8 † posset ambitiosè esse qui antequam verisimiliter sci
ret mortem alicuius poterat se in eius beneficio sur-
9 rogare, sed quando † nõ principaliter sed incidenter
petitur, talis ambitio euitatur. Item non militat votũ
10 captandę mortis: quia de iure communi † licitum est
beneficium mortui impetrare ante scientiam mortis
& prouisio valet, vt est tex. in c. 2. de conces. præben.
Et si regula non obstaret, gratia valeret, tunc non

obstaret votum captandæ mortis, iuxta text. in c. ne
captandæ de conces. præbend. in 6. cùm quis benefi-
cium viuentis impetrat. secus si mortui, licet mortuū
ignoret. Ad decisi. Cassad. & Satnen. respondebant i-
11 sti quatuor quòd † propter id quòd illa dec. haberet
cōtradictores viros summæ auctoritatis duos. & ibi re
fertur Sarnen. tamen dicebatur per dictos quatuor,
quod illa decisio loquebatur in terminis diuersis, vi-
delicet in resignatione quę præsupponit resignantem
viuere nimirū si Papa sciuisset, quod esset mortuus tē
pore quo facta fuit gratia , non dedisset clausulam
12 quouis alio modo: at in casu nostro impetrando † gra
tiā si neutri non præsumitur viuere. Ergo gratia est
13 licita & imputandum est concedenti, † quia clausulas
generales in gratia cōcedit, per quas gratia quęcun-
que casum comprehendere potest, maximè cessantib.
rationibus ipsius regulę. Item dicebant isti quatuor,
14 q † regula loquebatur de gratia, sed surrogatio po-
tius nititur iuri, per c. 2. vt lit. penden. in 6. ergo quia
15 † gratia cessabat cessantibus verbis regulæ, dicebatur
etiam cessare dispositio. Alia fundamenta potuerunt
videri in informationibus .

EPITOME.

Possessio percipien. nō quæritur ex solutione pensionis pro
pter clausulam, sine retardatione solutionis.

SVMMARIA.

1 *Solutione pensionis propter clausul. sine retardatione solu-
tionis: an quæratur quasi possessio.*
2 *Mandato superioris qui paret non animo obediendi sed ti-
more aduersarium in quasi possessione iuris incorporalis
non constituit.*
3 *Quasi possessio rerum incorporalium non solum animo, sed
patientia acquiritur.*
4 *Patientia in incorporalibus habet vim traditionis.*
5 *Soluens propter iustam excommunicationem non dicitur
esse in possessione.*
6 *Excommunicatio iusta an sit vel iniusta ex sententia iudica
ri non potest pendente super possessione nullitatis iudicio.*

DECISIO CCLXXXI.

IN vna Hispalen. pēsionis inter Didacum Vasquez
ex vna, & Alphonsum Aluarez ex alia dubitaui ego
1 die 27. Maij. 1545. an † solutione pēsionis decursæ p
pter clausulā sine retardatione solutionis esset quæsi-
ta quasi possessio percipien. Didaco . Et fuit resolu-
tum quòd non per text. in cap. olim. de restitu. spo-
2 liat. & ibi Innoc. & omnes. Nam ille † qui paret mā
datis superioris non animo obediendi, sed timore, nō
constituit aduersarium in quasi possessione iuris in-
corporalis , vt inquit Innocen . in d. c. olim. in gloss.
final. quæ incip. abstinuit. & idem declarat glo. ordina
ria super verb. tenore sententiæ. & ibi Abbas col. 4.
vers. 4. Et vltima ratio est secundum Abb. & alios, qa
3 † quasi possessio incorporalis non acquiritur ex solo
animo acquirere volenti, sed necessaria est patientia
4 quia † patientia in istis habet vim traditionis, l. quo-
ties. ff. de seruitut. tit. generali. nec isti casui adapta-
ri potest illa distinctio ex mente Hostiens. quē addu-
cit ibi Abb. col. 3. versic. 2. principalis solutio. sed ibi
dicit an videlicet excommunicatio sit iusta, vel iniusta
5 non autem dicit Hosti. quòd † soluens propter iustā
excommunicationem dicatur esse in possessione per-
cipiendi, quia non obstat patientia, quę in istis incor-
poralibus requiritur d. l. quoties. Item & secundo,
6 quia cum in † casu isto vna pendeat causa nullitatis
super pensione, non poterat ex sentētia super isto arti
culo nullitatis iudicari, an excommunicatio ipsa esset
iusta vel iniusta.

EPITOME.

Citatus ad totam causam cum cōminatione q procedetur
ad sententiam, nisi denuo dicitur iterum citari comparuerit in
causa.

SVMMARIA.

1 *Citatus ad totam causam additis minis, quod ad sententiā
procedetur per se vel per procuratorem iterum citari
debet si tunc comparuerit.*
2 *Procurator si à certis appellans grauaminibus à iudice re-
cedat, citari in iudicij processu non tenetur nisi sponte ap
pellationi renunciet.*
3 *Procuratore primo reuocato alium constituens animum
comparendi habere dicitur.*
4 *Comparendi animus vnde præsumatur.*

DECISIO CCLXXXII.

1 CItatus † ad totam causam cum comminatione,
quòd procedetur ad sententiam, si comparuerit,
per se vel per procuratorē debet citari. Fran. in c. cum
qui. col. fi. de dol. & contum. in 6. Ita fuit resolutum in
vna Calaguritan. beneficij de Publola coram D. Tho
ma de Thauis die 29. Maij, 1545. & dictum fuit quòd
2 licet † procurator à certis grauaminib appellasset q
tamen eramus in terminis d. c. cum qui. Nam tex . in-
telligitur quādo recessit appellans, ita vt nolit amplius
propter grauamen, quod sibi proponit illatum corā
illo iudice comparere, secundum Alex. in l. contuma-
cia, col. 2. versic. nec hinc obstat. de re iudic. aliàs cùm
procuratores ab omni grauamine appellant esset lo-
cus illi decreto quòd esset absurdum. Et licet procura
3 tor † in isto casu esset reuocatus , tamen constabat
quòd alium procuratorem constituerat , & sic con-
stabat quod habebat animum comparendi. Item fuit
4 dictum, quod illa † citatio ad videndum iurare testes
instantes facta die 12. qui erat finis termini probatorij
& ideò in die 12. & sic sequen. fuerat procurator ad
acta constituentis, quòd ille volebat citari.

EPITOME.

Adiudicatio ab initio nulla quo casu fuerit saluata.

SVMMARIA.

1 *Ante conditionem purificatam quod geritur nihil valet.*
2 *Adiudicatio non præcedente subhastatione facta non valet
nisi probetur bona nihilo plus valitura quàm si sub au-
ctione vendi forent. & nu. 3.*
4 *Iudicis in veluti notorio procedentis sententia irreuocabi
liter valet si benè erat notoriū & hoc postea appareat.*

DECISIO CCLXXXIII.

DIe 20. Maij. 1545. in vna Tiburtin. Castri Suruile
pro Zambeccariis contra Robertum de Arzulo
Guilelmus Cassandrus non præcedente alia diuisio-
ne bonorum aliorum prout est in forma mandati &
rescripti tenebatur, & sic iurisdictio sub conditione
1 erat data, & ideo ante † conditionē purificatā quod ge
stum erat nihil valebat vt per Rotam decisi. 217. in fi.
& in c. olim. de offic. delegat & l. diligenter. ff. manda.
2 Item licet adiudicasset † castrum Arzuli pro duabus
partib. dictis Zambeccariis non præcedente subhasta-
tione quę aliàs præcedere debebat , vt dicit Bald. in l.
ordo

ordo.versic.&tu & ibi Salic.in 1.not.C.de execut.rei
3 iudic.Tamen quia† tempore,quo fuit dictum de nullitate dictæ adiudicationis per commissionem impetratam per ipsum D. Robertum Zambeccarii probarūt, quòd tempore adiudicationis factæ alia bona non extabant,& quòd illo tempore non valebat plus quàm illud pretiū,pro quo adiudicata fuerat,& sic de læsione non cōstabat,sustinuerunt dictum adiudicationē, & voluerunt,quòd esset valida,per ea quæ dicit Innocen.in c.tua nos.in fin.de cohabitat.cleric. & mulier.
4 vbi dicitur,quòd† si iudex processit veluti innotorio tamen tenet irreuocabiliter sententia,si benè erat notorium,& hoc posteà appareret.&quod dicit Archid. in cap.cùm plures.circa fin.vers credo.de offic. delegat.in 6.& est decis.Rotæ 57in.antiq.

EPITOME.

Non dicitur notoriè constare de non iure ante conclusionem in causa,etiam quòd notoriè ex actis constet de nō iure.

SVMMARIA.

1 *Inuestitura, si iurisdictio sit feudalis, obstat agenti petitorio.*
2 *Iurisdictio mixtam habens proprietatis causam non nisi ex Principis concessione habetur,aliàsque precaria.*
3 *Precaria iurisdictio non continuatur per decretum in hæredes.*
4 *Inuestituræ suspenso petitorio in iudicio possessorio an ad excludendam precariam iurisdictionem possint pro colore tituli repeti.*
5 *Notoriè cùm constat de non iure spoliati,an sit ad possessionem restituendus.& nu.8.*
6 *Notorium,quod restitutionem impediat,non resultat ex probationibus quæ in actis facta sunt,ante conclusionem.*
7 *Notorium factum ante conclusionem incommutabiliter per aliorum iurium productionem tollitur.*
9 *Restitutio datur in expectatiua reuocata, licèt reuocatio notoriè de non iure apparere faciat.*

DECISIO CCLXXXIII.

1 IN vna Parmen.pecuniaria,in†qua dumageretur petitorio & possessorio,erant productæ inuestituræ ad excludendum Michaelem Cassalium agentem ex decreto Milanen ad continuationem iurisdictionis possessionem castri Monti cellorū,ex eo quòd diceretur, quòd iurisdictio esset feudalis, & Michael non erat comprehensus in inuestitura.Et Michael vidēs quòd in iudicio petitorio inuestitura sibi obstabat, suspendit petitoriū,& agebat solo possessorio† ad iurisdictio
2 nem habentem mixtam causam proprietatis, cum non habeatur nisi ex concessione Principis, secundū Egid.decisi.433 Bald.in tracta.præscript.column. 4. num.2.Bald.in l.solemnibus.C.de fid.instrum. & per c.in eius.fin.C.de probat.Cassad.decisi.1.num.10.de resti.spol.& aliàs præsumitur precaria,secundum Bal. in l.2.col.5.in q.9.C.de acquirend.domin. & ista pre
3 caria†per decretum non cōtinuatur in hæredem, Ias. in consi.241.colum.10.versicul.itemvltra prædicta,& 153.vera & iuridica.num.7.vol.4.& ideò Cassal suspēso petitorio in iudicio possessorio repetiit inuestituras
4 †ad excludendū precariū pro tituli colore.Tamē quia respectiuè facta erat,dicebatur pro parte contraria cō
5 tra Cassalium,quòd ex actis constabat†notoriè de nō iure ipsius Cassalii,& ideò non erat ad possessionem restituendus, & alleg.in terminis deci. Egid. 404. quam nititur defendere Carolus Rign.in l.1. col.48. versic.post hæc.& Bartol.ibi.C.de nou.oper.nunc. Tamen mense Maij,circa finem dicti mēsis anni 1545.
6 Domini tenuerūt,quod ex† probationibus in actis factis non resultat tale negotium ante conclusionē in causa,propter quòd restitutio impediretur,vt voluit Rota decisi.393.in nou.Cassad decisi.1.de restit.spol. Sarneu.in reg.de noniudican.iuxta formam supplicatiō. in q.5 in fin.& Staphil in tract.de lit.grat.fol.178.pag. 1.Ex quo ergo in casu nō erat cōclusum in petitorio immò erat suspensum,dicebant,quòd illa iura non faciebāt notorium,vt dicit dicta decisi.393.& voluit Feliu.in d.c.significarunt.super gloss.in verb. loquere. de testib.dum dicit,quòd illam gloss. sequuntur omnes Dd.& licèt ipse distinguit commutabiliter, dicebatur,quòd ante conclusionem non faceret incommu
7 tabiliter:cùm illud†notorium per productionē aliorum iurium tolli possit.Immò fuit dictum, quòd li-
8 cèt†ex actis constet notoriè de non iure,tamen datur restitutio,vt perCassad Sarnens. Staphil.in locis supe
9 rius allegat.hinc videndum est,quòd Rota † restituit in expectatiua reuocata,& tamē reuocatio facit,quòd notoriè dicatur apparere de non iure.

EPITOME.

Restitutio in integrum quando non impediat executionē sententiæ.

SVMMARIA.

1 *Restitutione in integrum petita impeditur sententia executio.*
2 *Executione in sententia petita, & accedente decreto ad omnes censuras non datur restitutio, nisi parito iudicato.*

DECISIO CCLXXXV.

1 DIe prima Iunii 1545.in vna Oxonen.coram me fuit dictum,quòd licèt†restitutio in integrum petita impediat executionem sententiæ,vt per Ias.in l. 4.§.condemnatum.col.6 in 1.versi subdit Bart.& ibi Rip.col.penult.versic.successiuè ff de re iudic. tamē
2 quòd†nisi quādo esset petita executio,prout dicit Rip. in d.l.4.circa fin.colum penultim.versic. aliquando petitur restitutio.& Alexan consi.62 vt in casu per me posito non solùm erat petita executio,sed erat decretum ad omnes censuras:& ideò fuit dictum, quòd nō audiretur super restitutione in integrumpetita,nisi parito iudicato.

EPITOME.

Religiosus non potest esse procurator ad iudicia vel negotia.

DECISIO CCLXXXVI.

IN vna Senens. pensionis,coram Domino Ioanne Paulo.1.Iunii 1545.fuit resolutum,quòd religiosus non poterat siue ad iudicia siue ad negotia constitui vel substitui procurator,& quòd ista dicebat Vitel in Clemen.religiosus.circa fin de procur. quicquid diceret ibidemCard.in 11.positione:quia ratio substractionis à diuinis pariter in vtroque militabat.

EPITOME.

Minuta discordante à breui quando sit recurrendum ad minutam.

SVMMARIA.

1 *Breue signatum & sigillatum non est mittendum ad corrigendum, etiamsi de minu a discrepantia in eo constet.*

2 *Minuta, quæ Cardinalis aut alicuius expeditoris signaturã non habet, originalis non habetur.*

3 *Gratia perfecta est, si breue per Papam sit signatum antè confecta minuta expeditoris signaturam habente.*

DECISIO CCLXXXVII.

IN vna Legionen. Canonicatus, coram Domino
1 Fabio, 1. Iunii, 1545. fuit resolutum, quòd † etiamsi
constaret de minutę discrepantia in breui signato &
sigillato per Papam, quòd breue non erat mittendum
ad corrigendum: quia † minuta, quæ non habet signa-
turam aliquam Cardinalis, vel alicuius expeditoris,
3 non dicitur originalis: etiam tunc gratia est † perfecta
quando breue per Papam est signatum, anteà autem
cõfecta minuta habente signaturam expeditoris: quia
illa diceretur matria originalis & ille articulus fuit
decisus pro Matthæo Losie contra D. Franciscum de
Toleto.

EPITOME.

Confessio coram iu 'ice inc m, e'enti valet, & habet vim confessio asiſextraius c l s.

DECISIO CCLXXXVIII.

IN vna Burgens. iuris. dandi pacem, coram Domino Reomano, 1. Iunii 1545. fuit dictum quòd confessio facta coram iudice incompetenti valeret saltẽ in vim confessionis extraiudicialis, an ea ea posset quis condemnari. Et tantò magis in illo casu, in quo non constabat de incompetentia iudicis, & quòd actus ex frequentia, modo, & forma dandi, vt erat in casu illo, in quo Capellani pluries dederant pacem Canonicis, fuerunt iudicata nõ iure facultatis, secundum Imol. in c. bonæ. de postulat. prælat. Et ideo fuit data restitutio Canonicis ad possesionem, qua per Capellanos in nolendo dare pacem fuerant spoliati.

EPITOME.

Mater & filia, vbi simul stipulantur rem in emphyteosim, quomoda stipulatio intelligatur.

SVMMARIA.

1 *Stipulatio patris stipulantis rem emphyteosim pro se & filiis intelligitur ordine successiuo.*

2 *Mater & filia rem simul in emphyteosim stipulantes, non intelligitur stipulatio ordine successiuo.*

DECISIO CCLXXXIX.

IN vna Roman. domus, coram Domino Thoma de
1 Thauis 1. Iunii 1545. fuit resolutũ, quòd licet † quan-
do pater stipulatur rem in emphyteosim pro se & filiis
stipulatio intelligatur ordine successiuo, iuxta notata
in §. quidam rectè. cum aliis vulgar. Tamen secus est,
2 vt erat in casu illo, vbi † mater & filia acceperãt in em-
phyteosim, & simul stipulatę fuerant: quia propter il-
lam simultaneam stipulationem non intelligebatur or-
dine successiuo, per text. in l. reos. §. cum in talibus. ff.
de reb. dub. ꝙ agebatur in casu illo, in quo mater & filia
simul tenebantur facere melioramenta, & simul solue
re pensionem domus.

EPITOME.

In causa Parmen. val. ium.

SVMMARIA.

1 *Promissio simplex in venditione vtilis dominij, quòd vendens velit teneri ad defensionem rei pro suo dato & facto, & pro iuribus suis, an intelligatur copulatiuè.*

2 *Nouatio hodie non inducitur, nisi expressè agatur.*

3 *Promissio secunda cùm fuerit sub conuentione prima, inducitur nouatio, si fiat circa idem ius, secus si circa diuersa.*

4 *Promissio de euictione simpliciter & sub limitata conditione, et sibi inuicem contraria*

5 *Posteriora derogant prioribus, si sibi inuicem non compatiãtur, & de diuersis agatur, secus si de iisdem.*

DECISIO CCXC.

IN vna Parmen. valliũ, in qua die quinta Iunii. 1545.
1 dedi dubiũ, præsupposito, quòd Dux Ferrariæ † pro
misisset defensionem simpliciter, quando vendidit vti
le dominium matri Nicolai, cuius Nicolaus erat hæ-
res, & quòd deinde in venditione iurium, vel directi
dominii, facta ipsi Nicolao, voluerit Dux teneri de-
fendere vallem pro suo dato & facto, & pro iuribus
suis, tantum intelligebatur copulatiuè, prout etiam a-
liàs resolutum fuerat, videlicet quòd debebat concur
rere cum co ulatione factum vel datum ducis pro iu
ribus suis Et falsum erat, quòd volebat teneri pro fa
cto & dato, quando non esset recessum à priori & sim
2 plici promissione: quia † hodie nouatio nõ inducitur
nisi expressè agatur, l. finali. C. de nouationib. non ob-
3 stat, † quando prouisio secunda fuit sub conuentione
primæ, inducitur nouatio, secundũm Alex. in l. qui bis
ff. de verb. obligat. quia fuit responsum, quòd procede
ret, quando fieret circa idem, d. l. qui bis. ff de verb. o-
bligat sed hoc fuit circa diuersa itẽ nõ obstabat, quòd
4 saltẽ † promissio de euictione simpliciter facta, & sub
5 conditione etiam limitata, essent cõtraria: vnde † cùm
se non compatiantur, tunc posteriora derogant prio-
ribus, secundum Dec in l. pacta commissa C. de pact.
quia fuit dictum, quando circa idem, secus si circa di-
uersa.

EPITOME.

Ia causa Rhodiens. linorum & coriorum.

SVMMARIA.

1 *Coniectura an & quomodo probent quantitatem petitam.*

2 *Quantitas debiti probari potest per coniecturas probari, cùm agitur de re, quæ sui natura difficilis est probationis, & de coniecturis quæ ex actu alicui vicino oriuntur & nu 3.*

DECISIO CCXCI.

IN vna causa Rhodien. linorum & coriorum, in qua
2 die 5. Iunii 1545. dedi dubium, an † ex coniecturis,
de quibus in actis, probetur quantitas linorum & co-
riorum petita. Et fuit resolutum, quòd non: nam pri-
ma coniectura de cedula presentata Rhodi magno
Magistro. & quòd nõ contradixisset, immò quòd fuit
subscripta per vnum religiosum: fuit dictum, quòd nõ
probatur, ꝙ cedula pręsentata sit magno Magistro, &
ꝙ eam legisset, immò remisit eoa ad procuratorem
Thesauri: item nõ esset verum, quòd esset subscripta,
& manus adhuc esset cognita. Secunda coniectura de
petitione facta in ea, & quantitate petita non esset cõ
tradictum, fuit dictum, quòd immò in exceptionibus
procuratoris Thesauri. Tertia itẽ, duo testes ꝓ parte
religionis

religionis dicunt, quòd lina transportata ad clericum non erant in saccis & petiis, & illæ petiæ dicebatur quod erant appositatæ ad mœnia. Item fuit dictum, quòd Bart. in d. l. si quando. circa fin. vult, quòd † quantitas debiti possit probari per coniecturas, procedit, quando fumus in re de sui natura probationis difficilis, ut in casu isto Bart. secus erat in casu nostro. Nam cum sacci capiebantur pro mœnitis, nulla violentia inferebatur, & sacci erant sub custodia patroni nauis: imputandum est ergo ipsi Dominico, qui a principio cum aliqua spe probationis sibi non prouidit. Item ad dictum Bartol. ind. l. admonendi de eo, qui probato mutuo probat postea quantitatem mutui per coiecturas, dictum fuit, quòd procedit, † quando coniecturæ fuit ex actu vicino actui: Hic autem non fumus in talibus coniecturis. Item sacci linorum erant diuersarũ personarum.

EPITOME.

Compensatio licèt non admittatur in debito iurato, admittitur tamen retentio.

SVMMARIA.

1 *Conductores possunt retinere id, quod iuramento debebant soluere, excusanturque à caducitate & pœnarum incursu.*

2 *Compensare & retinere in tantum differunt, vt qui compensare non possit, retinere seu excipere possit.*

3 *Petere qui prohibetur, retinere non prohibetur.*

DECISIO CCXCII.

IN vna Bononien. locationis villæ Fontanę fuit resolutum die 5. Iunii, 1545. coram Domino Fabio, pro Domino Francisco Casalio, quòd licèt in debito iurato non admittatur compensatio, tamen ibi admittitur indirectè iure retentionis, per Abb. & Cuman. in c. bona fides. in fin depos. Et ideò fuit dictum, quòd
1 † licuit conductoribus retinere pagas, quas debebant soluere sub iuramento, occasione afflictum commutationis villę Fontanæ, eò quòd habebant apud eos nomen communitatis obligatum, & hypothecatum pro eorum credito, & ex consensu expresso dictę communitatis: at per hoc eosdem conductores excusari à caducitate & incursu pœnarũ, per consil. Corn. 61. lib. 4. col. 9. & Socin. consil. 145 colum. penultim. cum
2 differentia† sit inter compensare & retinere. Hinc videmus, quòd ex conclusione ista non potest compensare, quia esset petere, sed tantum possit excipere seu retinere secundum Corn. in c. intelligimus, de indic. Dec. consil. 300. num. 10. & 398. num. 4 dum dicit, quod
3 ille, † qui prohibetur petere, non tenetur retinere.

EPITOME.

Egidianæ an fuerit locus, vide supra.

SVMMARIA.

1 *Appellatio an valeat in possessorio, secundum decisi. Egid. & nu. 4. 6.*

2 *Sententia partim absoluens & partim grauans est iniusta, nisi agatur in summariis, in quibus positio qua ante sententiam fit, attenditur.*

3 *Statutum appellationẽ prohibens intelligitur quoque in casibus in quibus datur appellatio.*

5 *Appellatio valet in possessorio de iure canonico, non autem ciuili.*

DECISIO CCXCIII.

IN causa Placentin. castri Sarmati, coram Domino Peregrino, die 5. Iunii, 1545. fuit dubitatum,
1 an† in illo casu esset locus Egidianæ. Dubium fuit, ex quo fuit resolutum, quòd causa rei integran. non daretur: pro parte tamen obtinuerat, & in alia parte Co-
2 mes Gaspar non fuit absolutus: & ratio, † quia pro alia parte non absoluerat, sed iudex notoriè grauauerat, ergo sententia iniusta. Fuit dictum, quòd eramus in summariis, quòd attẽditur positio, quæ sit statim ante sententiam: & licèt pro Comite Olderico fuerat allegatum dictum Neguf. in tract. de pignor. in 1. membr.
3 8. par. priuileg. dum dicit, quòd † statutum prohibet appellationem, intelligitur etiã prohibere in casibus, in quibus datur appellatio, aut permittitur, ne statutũ sit superfluum. Et infert, ad constitutionem Egid. fuit
4 dictum, quòd † illud dictum non facit ad propositũ, quia loquitur de iure ciuili, quo casu non appellatur
5 & hic eramus in iure Canonico, † in quo datur appellatio, nec per statutum appellatur, si tollit appellationem. Sed fuit resolutum pro Comite Olderico, quòd
6 esset † locus Egidianæ, ex quo dominium limitatẽ & incidenter erat deductũ respectu possessorii, & ex quo grauamẽ poterat reparari in petitorio, narraretur appellatio in possessorio.

EPITOME.

Procurator in causa quando contra constituentem examinari possit.

SVMMARIA.

1 *Procurator in causa initus non potest examinari non solũ pro constituente, sed etiam contra constituentem. & n. 2.*

3 *Procurator in causa habetur pro principali: & sicut principalis in causa non examinatur, ita nec procurator.*

DECISIO CCXCIIII.

DIcebatur in vna Roman. domus coram D. Rauellen. die 8. Iunii, 1545. & in isto casu eram ego licèt alius contradixisset, & propterea nihil conclusum
1 quòd † procurator, qui tractat causam, non potest inuitus non solùm pro constituente, sed etiam contra constituentem examinari vt testis in ea, per dictum Bartol. in l. de ferre. circa fin. 1. column. versicul. hoc verũ est. ff. de iur. fisc. & contradicit his quę suprà dixit, dũ
2 dicit, quòd † contra constituentem inuitus potest produci testis: nõ obstat gloss. in c. final. de testibus. in 6. & gloss. in l. final iũcto text. intelligitur in eo, qui fuit procurator in prima instantia, & desiit in secunda parte, intelligitur, vt per Domin. volumin 2. in tractat. causam. prout clarè videtur consentire text. & eodem modo loquitur gloss. in d. l. final. Tamen text. secundũ quem debet intelligi, dicit, prestitit patrocinium, sic de prædicto modo & de præsenti: etiam ratio Bartol.
3 in d. l. deferre, efficax est: quia † tamen procurator tractans causam reputatur pro principali, sicut principalis non examinatur in causa, ita nec procurator. sed debet respondere positionibus. Et vide decisi. Guid. Pap. qui videtur tenere, quòd posset procurator ipse testis examinari, ipse allegat Bartol. in d. l. deferre. ergo intelligen.

intelligendum est secundum dictum Bartol.

EPITOME.

Procurator si nihil fecit in vita resignantis, post mortem illius non poterit præstare consensum super supplicatione.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuratoris morte principalis re integra extinguitur, etiamsi quoque principalis aliquid egerit, secùs si procurator.*

DECISIO CCXCV.

IN vna Palentin. Scholastriæ, die 8. Iunii 1545. fuit resolutum, coram Domino Reomano, quòd licèt principalis supplicationem dedit ad resignandum, si procurator nihil facit in vita resignantis, non poterit
1 præstare consensum: quia † re integra ex pirat mandatum procuratoris & decisi. Cassad. 1. loquitur, quando procurator aliquid fecit in vita resignātis, & non sufficit, quòd ipse principalis fecit.

EPITOME.

In causa Parmens. fuit resolutū, quod descendentes esse probare debent.

SVMMARIVM

1 *Inuestitura si fuerint concessa pro se & descendentibus, si agentes ad possessionem se descendentes esse non probent, præsumitur iurisdictionis precaria possessio, nec per inuestituras ea tollitur præsumptio.*

DECISIO CCXCVI.

IN causa Parmen. pro Michaele Casalio contra Liuiam, in qua dubitanl die vigesima Iunii, 1545. an
1 † ex instrumentis reproductis cessat præsumptio precariæ quò ad Polidorum. Et fuit dictum, quòd inuestituræ essent concessæ pro Alberto & descendentibus, quòd non probatur, quòd Polidorus esset de descendentib. Alberti, & ex dictis inuestituris non tollebatur præsumptio precariæ: Ita ergo necessarium erat probare, quòd Polidorus præsumeretur possidere precariò ab Imperatore.

EPITOME.

Merces venales distractæ non veniunt in generali obligatione.

SVMMARIA.

1 *Merces, quæ sub generali obligatione erant, si fuerint distractæ, datur actio vel ad earum pretium, vel ad merces loco distractarum surrogatas. & nu. 4.*
2 *Actio mercium distractarum generaliter obligatarum ad illas restringitur, quæ vel tempore obligationis vel moti iudicij apud debitorem reperiuntur.*
3 *Beneficialia tacitum hunc habent contractum, vt merces generaliter obligatæ attenta personarum qualitate vendi possint & aliæ surrogari.*
5 *Merces alienatæ quando possint reuocari.*

DECISIO CCXCVII.

IN vna Roman. pannorum, pro Bartholomęo Ruspoli contra Hieronymum Spanotium, fuit resolutum
1 decimaquinta Iunii, 1545. quòd † licèt in generali obligatione veniant merces venales, si sunt distractæ, quòd tunc solùm non competit actio ad pretium illius, siue ad merces loco illarū surrogatas, vt est casus in l. cùm tabernā. in princip. & ibi Salic. in 2. not. ff de pignor.
2 ita quòd actio † huiusmodi restringitur ad illas merces tantùm, quæ reperiuntur apud debitorem obligatum tempore, quo actio oritur, vel tempore moti iudicij, vt per Bald. in l. vbi adhuc. column. 1. versicul. in contrarium videtur. C. de iure dotium. per Bartol. in l. si constante. in 3. quæst. versic. quamuis principalis. ff. solut. matrim. per Ias in §. item Publiciana. versicul. repetito itaque. institu. de action. in 1. membr. 2. part. prin-
3 cipalis. num. 23. versicul ita & 2. Et ratio est: quia † in beneficialibus videtur ab initio tacitè contractum, quòd merces venales obligatæ attenta qualitate personarū possunt vendi, & alię surrogari, vt per Bald. in d l. cùm tabernam. & per regul. in dict. tracta. in loco superius allegat. & Deci. in d. l. cùm tabernam. restringi debet ad casum, quoniam illæ merces fuerunt surrogatæ in locum venditarum: quare sufficit, quòd potuerint surrogari attenta qualitate personarum, & merciū, prout appositissimè colligitur ex illo text. dum in fin. ibidē
4 dicitur, quòd ea, quę mortis tempore † debitoris in taberna in pignore obligata essent vēdenda, adeoque non obstan. narrata surrogatione mercium in locum venditarum, illæ solùm remanent in obligatione, quę tempore mortis debitoris in taberna reperiuntur: & ratio non fuit habita quod dicit Aretin in §. item Publiciana, col. 1. Instit. de action. Non obstat quod dicit Bald. in l. vbi adhuc. colum. 6. versicul magis videtur dicē-
5 dum. vbi concludit, quòd † debitore incipiente malè vti substantia sua, tū merces alienatæ reuocari possunt quia Bald. loquitur, quando quis habet notitiā, quando maritus incipit vergere ad inopiam. & tunc nulla dabatur scientia in emptore, quòd ille mercator malè inciperet vti substantia sua, vbi nec suus nec vllius fauor erat. Non obstat, quòd testes dicerent, quòd post protestationem venditor reputabatur pro non soluendo: quia dixerunt Domini, quòd erat vnicus testis. Itē quòd si erat publicum, quòd venditor incipiebat decoquere, quòd in culpa erat Hieronymus creditor, sicut & emptor: & ideò melior erat conditio ipsius emptoris, qui reperiebatur in possessione.

EPITOME.

Spoliatus, qui non integraliter restitutus est, potest petitoriū suspendere in quamcunque partem illius, & dicere, quod vlterius non recognoscant nisi facta restitutione.

DECISIO CCXCVIII.

IN vna Assalinaten. coram Domino Rauellen. die 15. Iulii, 1545. fuit resolutum, quòd antequam spoliator audiatur in petitorio debet omnia vsque ad vnū quadrantē restituere spoliato, & ex quo spoliatus permisisset causam instrui in petitorio: quia per hoc non diceretur renūciasse rei iudicatæ, quam habebat in possessorio: vnde ista sunt iudicia diuersa. Nec obstat, quòd dicit Iason in l. patre furioso. de his qui sunt. & Dec. in l. res iudicata. ff. de iudic. dum dicit quòd si non cōstat de bono iure, quòd sententia non est exequenda, ergo licèt non constaret de bono iure, tamen in petitorio nō loquitur, quòd sentētia lata in possessorio sit iniusta: tamen ista possunt simul stare. Item non dicitur constare de bono, iure, donec sit conclusum, & ideò spoliatus, qui non est restitutus, restitui potest in quacunque

quaeunque parte petitorii,& suspendere illud, & petere, quòd integraliter restituatur in odium spoliaotis.

EPITOME.

Clausula gratificationis non tollit priuilegium possesionis.

SVMMARIA.

1 *Possessionis priuilegium non tollit gratificationis clausulas.*

2 *Possessio, cùm beneficiom ab ordinario est collatum, efficit, vt collationem illam priorem fuisse præsumatur.*

3 *Clausula gratificationis non nisi stante gratiarum paritate operatur.*

4 *Non possessor prouisus ab ordinario si suam prosequotur gratiam, tunc gratificationis clausula in gratia Papæ priori tanquam in possessorio nullum sortitur effectum.*

5 *Gratificatio primò in prouisis ab ordinario paribus attenditur, nec indocitur præuentionis præsumptio, sed possessorij tantùm datur absolutio.*

6 *Anterioritas currit in prouisis diuersis, datorque prior tituli canonizatorio.*

DECISIO CCXCIX.

IN vna Paoormitan. Caoonicatus, coram Domino
Fabio, de mense Iuoii, 1545. io qua fuerat dubitatū,
1 an clausulę† gratificationis tollereutur per priuile-
gium possesstonis. Et fuit resolutum, quòd non: quia
2 †possesio, quando beneficium, est collatum ab ordi-
nario, facit, quod præsumatur, quòd illa collatio sit
3 prior. Et ideò claosula gratificationis†nou habet lo-
cum, quæ noo operatur uisi staote paritate gratiarū:
4 vnde si nō †possessor prouisus ab ordinario prosequa
tur suam gratiam, tūc clausula gratificationis in gra
tia Papæ tāquàm in possessorio nil potuit operari. Nec
obstat, quòd dieit Cassad. decisi. 2. num. 2. de concess.
præbend. nam solùm dieit, quòd, nō data gratificatio-
nis respicitur in possessorio, nec aperit qualis esset gra
tificatio, & etiam loquitur iu prouisis ab eodem Pa-
pa, in quibus dispositio sie à Sede attenditur, prout
5 idem declarat Gemin. & Franc. Et in prouisis† ab or
dinario attenditur primò gratificatio. quia non indu-
citur præuentionis præsumptio, sed solùm datur abso
6 lutio possessorii: in prouisis verò diuersis† præsumi-
tur anterioritas, & datur cauonizatoria tituli prioris,
& pariter respondetor ad oot per Rebuff. in tractat. de
pacific. possess. fol. 59. oum. 90. in 12. limit. quia etiam
loquitur in impetratione facta ab eodem in gratia
gratificationis.

EPITOME.

Castri reintegratio vbi datur, etiam datur iurisdictionis reintegratio, vbi castrum est exemptum & separatum, vide infra.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio castri ao concesso castro continuetur in possessorem eiusdem.*

DECISIO CCC.

IN vna Parmen. iurisdictionis, coram me inter
Dom. Liuiam de Palauicioibus & Michaelem de
Casalibus fuit resolutum, 18. Iunii, 1545. in qua fuit da
1 tum dubium, † præsupposito, quòd probetur Polido
rum posidere Castrum Montieellorum vigore decre
ti, au possesio eius cootinnetur in Michaelem & vna
eum Castro iurisdictio. Et fuit dictū, quòd iurisdi-
ctio, quam exereebat Polidorus in castro cōpetebat
castro, quę transibat tanquàm aeeessoria in consequē
tiam: & ex quo castrum erat separatum, & distinctum
habens petitorium ab aliis cioitaribus, & nulli ciuitati
subiectum, ergo iurisdictio ei oou competebat. & ex
quo uon administrabat seiente principe, eramus in il
lo easu, in quo dicitur concesso eastro concedi etiam
iurisdictiooem.

EPITOME.

Nullitas vbi deducitur per viam replicationis.

SVMMARIA.

1 *A sententia lata in possessorio non appellatur.*

2 *Attentatorum causa commissa, & inhibitione facta an rei iudicatæ possit fieri executio, & missio in possessionem annullari.*

3 *Appellatio stante iobibitione remouetur per viam attentati.*

4 *Commissio attentatorum, in qua nulla rei iudicatæ fit mentio, est surreptitia, quæ nullam iurisdictionem tribuit.*

5 *Commissio attentatorum quando non sit nulla nec in eo rei iudicatæ mentio requiratur.*

6 *Nullitas per viam attentati non nisi post annum opponi potest, sed nullitas per viam exceptionis semper. & num. 9.*

7 *Nullitas quando incidenter & non principaliter veniat.*

8 *Nullitate per viam replicationis deducta fit temporalis replicatio sicut & actio.*

DECISIO CCCI.

IVlius de Podio agerat in Curia Capitolina contra
Marianum Mamiam Spolet. & obtinuit sententiam
à qua sententia fuit appellatum pro parte Mariani: sed
1 quia†in Curia Capitolina non appellatur à sententia
lata in possessorio, sed proceditur ad vlteriora, fuit
cōmissa causā attentatorū per eundem Marianū & fuit
2 inhibitum. Non obstante†inhibitiooe fuit facta exe-
quutio in domo, & sic Iolius fuit Immissus in posses-
sionem. Petebat tractu temporis succedente partem
Gregorię Mammiæ filiæ & hæredis dicti Mariani,
3 †quòd dicta appellatio facta stāte inhibitione remo-
ueretur per viam attentati. Pro parte autem Iulii di-
eebatur, quòd etsi ipse processerat ad vlteriorem exe-
cutionem non obstante inhibitione, quòd illud feee
4 rat vigore rei iudicatæ, de qua† in commisione attē
tatorum non erat facta mentio, & per consequens cō
misio erat surreptitia, quę in Curia Capitolina vigo-
re statutorum nullam iurisdictionem tribuebat, & per
consequens inhibitio non obstabat. Replicabatur pro
parte Gregorię, quòd illa non indieabat, quòd erat
5 †nulla, & sic de ea non erat facienda mentio: ex quo
tunc non constabat de processu illius rei iudicatæ, &
sic non constabat de citatione nec aliis necessariis.
Opponebat tunc Iulius, quòd de nullitate statuti vi-
gore post anuum dicere non poterat, & in isto casu
nō solùm annus, sed 24. anni elapsi erāt, quòd sic potuerat
de nullitate dici. Sed pro parte Gregorię dicebatur, quòd
6 illud erat verum, †si de nullitate aggeretur per viam
atteutati, sed hic agebatur de nollitate per viam exce-
ptionis:

ptionis: Ergo isto casu semper de nullitate excipi po-
test. Ego die 22. Iunii 1545. dubitaui an isto casu dice
retur per viam executionis, an defectus vt cognosca-
tur, an sit locus statuto vrbis. Pro parte Gregoriæ di-
cebatur de nullitate per viam exceptionis. allegabatur
Paul. de Castr. in d. l. 1. colum. 9. de ordin. iudic. & dicit
7 quòd † si agatur super hereditate ab intestato, & alius
producit testamentum: dicitur illud esse nullũ, quòd
isto casu dicatur agi de nullitate incidenter, non autẽ
principaliter. Item allegabatur Bartol. in l. & præser-
tim. colum. 6. versicul. cùm aliqua videamus. ff. de ap
pellation. vbi declarat, quando dicatur agi princi-
paliter, petatur declarari sententiam nullam non ob-
stante re iudicata nulla: ergo de nullitate dicebatur in
cidenter non autem principaliter, sed pro alia parte
pro qua fuit facta resolutio, fuit dictum quòd licèt
incident diceretur de nullitate, per hoc non poterat
8 dici, quòd illa † nullitas possit perpetuò opponi: quia
negari non poterat, quin ista nullitas per viam repli-
cationis deduceretur, quo casu replicatio est tẽpora-
lis, sicut & actio, l. quæsitum. § in dolo. ff de probatio
Bartol. in l. exceptio. ff. de except. & in l. fin. C. de ex-
cept. Sicut ergo non poterat agi per viam replicatio-
nis, & si aliter diceremus, statutum Capitolinum nul-
9 lum redderetur. nam semper illa, † quę haberet contra
rem iudicatam, peteret de nouo: & si opponeretur de
re iudicata, replicaret de nullitate, & sic diceretur, ꝙ
per viam exceptionis quandocunque opponere pos
set. & fuit allegat. Paul. de Castr. in l. Papinianus. §. si
filius. ff. de inoffic. testamen. vbi declarat, quando de
nullitate per viam exceptionis possit dici perpetuò.

EPITOME.

Regula de annali non habet locum in impetratione facta ab inferiori à Papa, & procedit etiam in, regul. de annali moderna.

SVMMARIA.

1 *Regula de annali locum non habet in prouisione certo modo à legato vel ordinario impetrata.*
2 *Regula Pauli moderna innouatoria procedit tantùm in impetratione certo modo à Sede Apostolica facta.*
3 *Prouisio quando non annulletur.*

DECISIO CCCII.

1 REgula † de annali non habet locum in prouisione
certo modo impetrata à legato, vel ordinario,
prout ita tenet Sarnens. & nos fuimus sequuti, die 2 2.
Iunii, 1545. in vna Auignionen. beneficiorum coram
Dom. Ioan. Paolo. & ita tenet Sarneu. super regula de
2 annali, q. 9. in qua etiam dicimus, quòd regul. † Pauli
moderna innouatoria regul. de annali, tantùm habe-
bat locum in impetratione certo modo facta à Sede
Apostolica: licèt dicat, quòd sorrogationes non serua
ta forma, de qua in regula, factæ etiam per legatũ sint
nullæ. Item in ea diximus, quòd licèt omnes simplices
3 tamen † non intelligeretur annullare prouisionem de
consensu eius, contra quem facta fuerat impetratio
certo modo, mota lite contra possessorem, cessit iuri,
liti, & causę, in fauorem possessoris, & possessori con-
cessit regressum in fauorem impetrantis terminos, di-
cebatur quia erat de consensu, quòd valebat.

EPITOME.

Procurator post litem contestatam quando possit reuocari.

SVMMARIA.

1 *Procurator non nisi volens accedente consensu tacito vel expresso à domino reuocari potest.*
2 *Reuocatio procuratoris in præiudicium reuocantis Domini etiam non accedente procuratoris consensu tenet.*

DECISIO CCCIII.

1 PRocurator post litem contestatã nisi volens † per
Dominum reuocari non potest: & sic requiritur
consensus expressus, vel tacitus: Itaque absens & igno
rans reuocari non potest, secundum Franc. in c. liquè.
§. secus. in fi. colum. penultim. de procur. in 6. Paul. de
Castr. in l. ante litem, columm. 1. versicul. in text. ibi iun
2 cto. ff. de procurat. verùm quòd † in præiudicium Do
mini reuocantis tenet reuocatio absque consensu pro
curatoris, per id quod dicit Abb. in c. mandato. in pri-
mo notab. de procur. in 6. dũ in primo dicit, quòd ex
mente Hostien. reuocatio procuratoris tenet in prętu
dicium reuocati. & potest distingui, an ante litem cõ
testatam, vel post, & ista procedunt secundum iudiciũ
meũ. vide omninò Cassad. decis. 1. de appel. num. 13.
cum sequen.

EPITOME.

Inhibitio ligat commissiones prout de iure: quia reputatur calumniosa non annullans actum post inhibitionem factum.

SVMMARIA.

1 *Carceratio post inhibitionem facta an sit attentata. & nu. 3.*
2 *Appellationi interposito per quos actus censeatur renunciatum.*

DECISIO CCCIIII.

DIe 7. Octobris 1545. in vna Lucana Nullitatis
carcerationis, pro Petro Celmi contra vincentiũ
Fredati, quam ego proposui, in qua erat dubium, an
1 carceratio post inhibitionem facta esset attentata. Fa
ctum sic se habebat. Erant facta consilia inter Petrum
& Vincentium, in quibus Vincentius obligauerat sol
uere pensionem decursam in forma Cameræ: & cùm
Vincentius non seruaret promissa, fuit processum ad
confessionem debiti, & posteà ad declarationem: A
declaratoria Vincentius appellauit, & post appella-
tionem pro parte Vincentii fuit præsentata inhibitio
Domino Ioanni Paulo, qui tulerat declaratoriam su
per beneficio attentatiuo, & sic facto locum Vincen-
tius obtulit, facto deposito vnius Iulii soluere reliquũ
quod esset liquidatum: Item obtulit soluere granum,
super quo agebatur secundum valorem Curiæ Luca-
nę, & sic tot post appellationem à declaratoria inter
posita confessus fuerat debitum. Posteà vigesimanona
2 Iunii, 1545. idem Vincentius † præsentauit mihi com
missionem appellationis à sententia, seu vim diffini
tiuę habentis, in qua narrabatur, ꝙ erat appellatũ à die
notitię: commissio erat signata prout de iure, tunc ea
non fuit statim vsus. Posteà decimaquinta Augusti,
idem Vincentius præsentauit commissionem Domi
no Ioanni Paulo, & citauit partem ad videndum in-
hiberi, & absolui, vigore cuius fuit inhibitum. Tamẽ
Ioannes Paulus non absoluit, & sic per istos actus cer
tum est, quòd iste Vincentius renunciauit appellatio-
ni interpositæ. Et Petrus Colimin posteà in fine
mensis Augusti obtinuit decerni brachium secularc
quo obtento timens Vincentius ne vigore illius

fierec

fieret contra eum executio, die vigesima sexta Septem
bris fecit Petrum citari ad dicendum contra commis
sionem mihi præsentatam: illamque mihi cõmittebat
causam appellationis à definitiua seu vim definitiuæ
haben. quę erat signata prout de iure, ad videndum in-
hiberi, vigore cuius ego inhibui. Et posteà Vincentius
fuit non obstante dicta inhibitione carceratus. Dubita
3 ui ego † an dicta carceratio esset attentata: & Domi-
ni dixerunt, quòd dato, quòd inhibitio esset prout de
iure, & quòd stante renunciatione appellationi per il
los actus, de quibus suprà dixi, quòd nihilominùs inhi
bitio afficiebat Petrũ, & Petrus nihil potuisset agere
donec fuisset cognitum, propter stilũ Rotę, qui habet,
quòd dato, quòd inhibitio procedat sine causæ cogni
tione, tamen semper seruanda est, donec sit moderata,
vel declaretur non afficere. Tamen quia in casu illo
Domini dicebant, quòd inhibitio erat calumniosa per
tot confessiones, ideò voluerunt, quòd post talem inhi
bitionem non esset attentata.

EPITOME.

Remissoria in causa beneficiali in prima instantia pro testi bus senibus & valetudinarijs omninò concessa.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria datur in prima instantia pro testibus senibus & valetudinarijs dummodò petens eam addat testium senum & valetudinariorũ nomina, idq; sine retardatione process. & nu 2.3.*

DECISIO CCCV.

EAdem die 7. Octobris, 1545. fuit dubitatum co-
1 ram Domino Ioanne Paulo, an in † tali causa be
neficiali esset danda remissoria in prima instantia pro
testibus senibus & valetudinarijs. Et fuit conclusum,
quòd sic, quia ratione periculi multa permittuntur cõ
tra regulas iuris, prout de examine testium in c. quo-
niam frequenter. in princip. vt lite non contestata. ta-
2 men per maiorem partem fuit resolutum, ad † euitan
dum timorem calumniæ, quòd petens eam debebat ad
dere nomina testium senium & valetudinariorum, &
sic pro illis sic nominatis daretur remissoria, ne esset
in potestate partis alios examinare, & sic stilum Rotæ
in l. final. column. penultim. versicul. text. gloss queri
tur. C. de edend. & Dd. in c. penultim. colum. penultim.
versicul. 8. fallit. de probat. vbi volunt, quòd nomina
testium regulariter sint danda, etiam dum dicebatur,
quòd ignorabant talia nomina. & ratio est, propter pe
riculum, per decisi. Rot. 110. in antiq. Item fuit dictũ,
quòd dicta † remissoria debebat dari sine retardatione
3 processus. Nam ratio dabatur in prima instantia, vt e-
uitaretur periculum, sed non debebat retardari proces
sus propter stilum nostrum: quia non damus remisso-
rias in casu beneficiali in prima instantia, ne in futurũ
sub isto prætextu extorqueretur remissoria à nobis.

EPITOME.

Sententia lata contra minorem, cui deputatus est curator, licèt curator nullas defensiones fecerit, non est nulla, sed venit restituendus. Aduerte, quòd contra istam decisi. videtur consil. Ruin. 36. versicul. sed præmissis non obstantibus. lib. 2.

SVMMARIA.

Sententia contrà minorem lata curatore tantùm comparente, & nihil faciente non est nulla, cùm solennia sint seruata, si minor est restituendus, & numer. 6.

a *Sententia contra minorem omninò indefensum lata nemine pro eo comparente est nulla. & numero 5.*

3 *Minor qui nullam defensionem habebat, cùm eum defendere non expediret, indefensus non dicitur, s. nullus pro eo comparuit.*

4 *Paria sunt, non habere curatorem & habere si eum defendere nolit, si minori aliq; defensiones competant, quæ per curatoris non comparitionem amittuntur.*

7 *Sententia contra minorem lata si curator etiam citatus in actibus, in principio, medio & fine non compareat, est nulla.*

DECISIO CCCVI.

EAdem die in vna Rhegien. dotis, pro Domino Ca
millo Gunzaga, inclinauit Rota, quia tantùm pręfa
1 ta Domina Camilla informauit, quòd sententia, † quæ
erat lata contra minorem deputato ei curatore, dato,
quòd tanquàm procurator in causa comparuisset, nec
aliquid fecisset, quod per hoc non esset nulla: quia solem-
nia iudicij erant seruata, prout dicit Bar. & Sal. in l. cùm
& minores. ff. de minorib. nec per hoc non esset. quod cu-
rator nõ comparuisset, minor poterat dici indefensus.
quo casu sentẽtia esset nulla, prout dicit tex. in d. l. cùm
& minores. & in l. contra pupillum ff. de re iudica. Nã
a cùm † minor planè dicebatur indefensus eo casu sen-
tentia esset nulla, secundum Rebuff. in repetit. l. quòd.
3 in 2. not. de re iudic. Sed in illo casu † non expediebat
defendere minorem, qui nullã defensionem habebat:
ergò non erat indefensus, quoniam nullus pro eo cõ
4 paruit, † quia paria sunt non habere curatorem vel
habere illum, si non vult comparere, per nota. per Bar
tol. & ibi Salicet. in d l. cùm & minores. quia respon
debatur, quòd æquiparatio procedit, quando minori
competunt defensiones, quæ per non comparitionẽ
curatoris fuerunt amissę: secùs autem quando non cõ
parendo nihil poterat deducere, vt erat in casu illo, in
quo curator nullas defensiones habebat. Non obsta-
5 bat, quòd quando † nullus comparuit neque in prin-
cipio, nec in medio, neque in fine pro minore, tunc
sententia dicitur nulla, vt per Bartol. & Doctor. in d.
l. cum & minores. quia vel istud est intelligendum,
quòd minor nõ fuit defensus in principio, medio, nec
fine: quia non fuit datum curatori, cùm quo solemnia
iudicij exequeretur, vel si minor curatorem habebat,
curator talis non fuit citatus: quia (prout ibi dicit
Bald. in 2 column. versicu. nunc venio ad quæstionem)
pone quòd minor per procuratorem sit à principio
defensus, & posteà in medio non sit defensus: idem
6 † in probationibus cùm eas haberet, & noluit facere
an sententia posteàdata sit aliqua, concludit, quòd sit
aliqua, & necessaria esset restitutio in integrum, atten
to, quòd statim seruata sunt solemnia iudicij, licèt cura
tor non fecerit defensionem in veritatis indagatione
nihilominus iudicium est validum, & necessaria est re-
stitutio. & ita tenet ibi Oldrad. Paul. de Castr. & Bar-
tol. in d. l. contra pupillum. in 3. not. de re iudic. &
Paulus de Castr. & Iacobus de Sancto Georgio. in d.
l. cùm & minores. Concludebatur itaque per omnes
quod sentẽtia non esset nulla, quæ esset lata contra mino-
rem, cui erat deputatus curator, licèt curator nullas
defensiones fecerit.

Causa iterum posita die 23. Octobris 1545. fuit in-
formatum pro parte Comitis Camilli minoris, D. Ca-
milla non informauit & Rota inclinauit in oppositum,
7 dicens, quòd † si curator minoris non comparuit in
principio, medio, nec fine, etiam quòd citatus fue
rat in actibus, quòd sententia esset nulla, & quòd istud

tenet Bartol.in d. l.cum & minores.in versicul.quærit gloss.quando tutor & curator. & cum Bartol transeût ibi Doctor.& Ias.versicul.si verò fuisset defensus. & ibi Odofred. & ibi Salicet.colum. penultim.versicul. interdû citationes le[illegible] im æ.hoc [illegible]tiâ senti[illegible] ibi Paulus de Castr.in versicul.gloss.ibi, sed dicit contra,& ibi Abb.& Bal.qui ibidem,in colum.2.videbantur dicere
8 re contrariû,intelligebâtur, si † inspiciantur quâdo curator ab initio comparuit,& in medio,& in casu isto præsupponebatur contumacia esse in tempore,& nô videtur esse differentia,nihil fecisse ex eo quòd lex præsumit,ꝙ minorem non defendit:quia et defensiones non competebant,quæ præsumptio cessat,vbi nunquam comparuit in ea.

SVMMARIA.

1 *Sententia contra minorem indefensum lata non valet,si nunquam compareat aut curator aut procurator,& necessaria sit litis constatio: secus vbi ea non requiritur.*
2 *Actor cùm impeditus non adest,non afficit.*
3 *Actus primus,in quo merita causa incipiuntur tractari habetur pro litis contestatione.*

DECISIO CCCVII.

DIE 26.Octobris,1545.causa iterum posita Domini tenuerunt,generalem modum proponendi quod stilus notarius erat,& ideo alius stilus non
1 erat probandus,nempe † sententiam valere:& alij dicebant,quòd etiam de iure sententia sustineri poterat, quia in d.l.cùm & minores.quòd quando aliquis curator non comparuit in principio,medio,& fine, debebat intelligi,quòd ex quo curator non comparuit in principio, item ad contestandam litem,non erat mirum si iudicium erat nullum.at in casu nostro nô erat necessaria litis côtestatio:quia vigore commissionis procedebatur, prout in summarijs. Item allegat.gloss.in [illegible] de re iudic.§.final .in versicul. non [illegible] vel habentes, sed adesse volentes. sed allegabt l.10.§.& quidam. vbi dicitur,quòd
2 † actor non afficit, vbi non adest impeditus:& sic datur intelligi,quod curator non afficit,quia impeditus fuit.Sed tamen potest considerari, an ista conueniant, & ea quæ dicuntur per Domin.in d.l.cum & minores.licet in summarijs non fiat litis contestatio
3 & primus † actus, in quo incipiũtur tractari merita causæ,habetur ꝓ litis côtestatione:& ratio,in illo principio deberet curator liti insistere,& sic nô sunt multû releuantia. Et ideò dixi,quòd tantum generalis modus procedendi erat in consideratione,vt tot processus remanerent.

EPITOME.

Regressum ad Canonicatum habens,an videatur illi renunciare per adeptionẽ alterius Canonicatus in eadẽ Ecclesia.

SVMMARIA.

1 *Regressum habens ad Canonicatum & prębendam in eadem Ecclesia quando renuntiare censeatur regressui.*
2 *C.gratia.de rescri quâdo & in quibus gratijs locum habeat.*
3 *Canonicatum non resignans & obtinens alium,primo non censetur renuntiare ante possessionem alterius adeptam.*
4 *Iudicium idem est de gratia dependenti, quod est de principali.*

DECISIO CC[illegible]

IN vna Calaguritan.Canonicatus [illegible] quarta Octobris,1545.coram Domi[illegible]
1 Thaus,fuit dubitatum,an [illegible] habens [illegible] Canonicatum & præbendam in eadem E[illegible] ne alterius Canonicatus censeretur renun[illegible] sui.Et maior pars inclinabat,quod sic [illegible] gratia.de rescript.Sed aliqui dicebant,quod
2 † habebat locum in gratijs omnino incertis, [illegible] inexpectatiuis & reseruationibus, quæ sunt [illegible] generales.sed in regressu cum simus in gratia [illegible] certo corpore beneficij,quòd ille text.non pro[illegible] ret.Item quia talis gratia est ex causa de præterito. &
3 diceretur depẽdẽs à prima gratia:sicuti ergo,si Canonicatum non resignasset,& obtinuisset alium Canonicatũm,non censeretur renunciasse primum [illegible] nonicatum,nisi post possessionem Canonicatus [illegible] set adeptus vna cum primo:ita in isto casu,vt [illegible]
4 sit † iudicium de gratia dependẽti,quod est de [illegible] principali. Fuit dictũ,quòd melius informaretur [illegible] illa parte,quæ instabat,quòd non censeretur r[illegible] tum: quia multum obstabat dicta cl[illegible] iterum dicto puncto pro sequenti audi[illegible] pa[illegible] quæ debebat respondere puncto,non infor[illegible] dixit auditor,quod inuenisset d[illegible] di regressum vna cum Canonicatu.

EPITOM[illegible].

Renunciatio exceptioni rei non traditæ in casu [illegible] ad quẽ effectum posita.

SVMMARIA.

1 *Hæredes propter vnam in testamento reclamationem ad restitutionem non tenetur.*
2 *Verba, dedit,tradidit,& assignauit in diuisione hæreditatis posita, datur facultas,apprehendendi rerum diuisarum facultatem.*
3 *Hæreditate adita si fideicommissum ab hærede non præstetur tenebitur ad ipsius hæres,dummodo ipse in culpa restituendi fuerit.*
4 *Legatarius nomine ex hæredis manu legatum capit.*
5 *Accrescendi iure portio si assignata sit emolumentum est ei si apprehenditur.*

DECISIO CCCIX.

PRoposui ego die 9.Octobris 1545.in causa R[illegible] man.hæreditatis card[illegible] lli[illegible],an stante in[illegible] rumento, in quo Iulianus appellat se benè contentum & [illegible] nunciat exceptioni rei non habitæ aut tradi[illegible] des Iuliani possint opponere rescôtentas in d[illegible] tangentes partem Iuliani non fuisse Iuliano [illegible] & tres ex dominis dicebant quod ex quo Iulia[illegible] nunciauerat exceptioni non habitorum aut [illegible] rum & quod duo hæredes non possunt oppone[illegible] heres non possit venire contra factum defu[illegible] cùm à matre.de rei vendic.Sed benè quòd [illegible] hæredes possunt probare res nunc etiam traditas. Quatuor verò dixerunt quòd attendenda erat causa: [illegible] effectus quem producere debebat ad vsum:ergo ad effectũ,vt diuisio firma & valida remaneret r[illegible]tiatio operari tantum debebat, ne autem d[illegible] extendi illa renunciatio ad illum c[illegible] um in qu[illegible] tutio fieri debebat vera ista esset causa accessoria: nec erat verisimile patrem filios g[illegible] uare voluisse ad restitutionem rei quam qui non habuisset. Duodecima Octobris 1545. causa iterum posita, vnus ex tribus mutauit votum suum, & fuit

cum

1 cum aliis quatuor,& dixit quòd † propter vnam reclamationem in instrumento factam per Iulianum hæredes non tenerentur ad restitntionem. Item eadẽ die per omnes fuit conclusum,quòd dum dicebatur,
2 quod tunc per ista verba † posita in diuisione,¡vide licet,dedit,tradidit,& assignauit,esse datam facultatẽ apprehendendi possessionem rerum diuisarum Iuliano,vt dicunt Bart. Paul. Angel. Alexan.& alij in l.prędia.ff.de acquir.possess.Ias.in l.stipulatione.in 1.limit. de acquir possess.& Corn.consi. 55. in 4.vol.& etiam in instrumento diuisionis esset data facultas apprehendendi propria authoritate quòd cum Iulianus habuisset quòd si res fideicommiss.nõ appareat quòd Iulianus & eius hæredes tenerentur ad restitutionẽ per tex.iu l.cum res.§.itaque si hoc. de lega.1. Non obstat, quod &si ex culpa legitima res fideicommissa non appareret tenebatur hæres,vt est tex. in d l. cùm ex culpa. & ibi Bar. Paul. Alexan. & Ias. Et fuit re-
3 sponsum ad illum tex.quod procedit,quia † hæreditas fuisset addita,quia tunc hæres non apprehẽdendo
4 erat in culpa,ex † quo legatarius non poterat capere nisi de manu eius:in casu autem nostro dicebãt hæredes Iuliani,quod Iulianus non immiscuerat se hære,
5 ditati & ideo per † ius accrescendi portio sit assignata Sabbæ.Vnde erat ei imputandum,si dicta bona non apprehendisset.

EPITOME.

Quasi possessio præsentandi quæsita per resignationem extenditur ad quasi possessionem præsentandi per obitum, quando alius non erat in possessione pręsentandi:& ius cõmune nõ resistabat.

SVMMARIA.

1 *Possessio de vno actu non extenditur ad alium altero in possessione existente, vel iure communi resistente.*
2 *Possessio vnius rei non extenditur ad aliam rem.*

DECISIO CCCX.

IN vna Elnen. Prioratus coram d.Rauellen.fuit cõclusum die 12. Octobris 1545.quòd quasi possessio præsentandi quæsita per resignationem extenderetur ad quasi possessionem præsentaudi per obitum, quau do alius non erat in possessioue præsentandi per illã vacationem per obitum,vel ius commune non resistebat:& licèt pro ista parte fuisset allegatum consil. Ab.54.iu 1.parte.in 2.col. vers. 3.& in permutatione vol.1. Tamen fuit dictum,quód Abbas nihil allegabat.Item fuit allegatum, quod dicit Roch. in tractat. iurispatronat. in verb. competens quæst.15. Fuit dictum,quod ad illam opinioucm Roch. respõdebatur per Lambert.in tractat.iurispatronat.in 2.articulo 3. q.prin.part.2.lib.fol.158. Pro conclusione fuit allegatum,quod dicit Felin. in c.auditis.colum.5.vers.2. declaratio.cum sequen.dum loquitur in partibus eiusdẽ generis de præscript.& Abb.in c.1.circa princip.de religios.dom. Non obstatquod dicit Decius consi.149.
1 col.3.& cons.124.col 3.dum dicit, quòd † possessio de vno actu non exteuditur ad aliũ, quia intelligitur quando alius est in possessione,vel quando resistit ius commune item non obstat cons.Roman. 278.ad fin.
2 quia † loquitur in possessione vnius rei ad aliam rem benè fuit dictum quod in isto casu reformaretur , an alius esset in possessione ex quo reperiebautur multæ collationes Papę factæ per obitum & an in isto casu ius commune resisteret.

EPITOME.

An lis finita sit per sententiam quæ transiuit in rem iudicatam,ita vt pendente executione super possessione actor possit resignare in manibus ordinarii beneficium.

SVMMARIA.

1 *Actor an possit reddere in manus Nuntij apostolici beneficium litigiosum super quo tres sententias executoriales obtinuerat.*
2 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatam an finiatur lis & num.6.& 7.*
3 *Exceptio rei iudicatæ est exceptio litis finitæ.*
4 *Sententiis executioni mandata litis dicuntur durare reliquię in odium possessoris tantum.*
5 *Pacificus non est possessor,qui non vult parere.*
6 *Executorio pendente articulo si possessionem beneficij quis ingrediatur attentare dicitur.*

DECISIO CCCXI.

IN vna Calaguritan. Hermitorij Sancti Adriani,coram D.Aquen.fuit dubitatum, 16. Octobris 1545.
1 an actor † qui habuerat tres sentcutias & executoriales super beneficio,super quo fuerat lis,potuerit illud reddere in manibus Nuntij in partibus Hispaniæ existentis,& aliqui inter quos ego eram vnus, ex Do-
2 minis dicebant,quòd sic, quia per † sententiam quæ transiuit in rem iudicatam.dicitur esse fiuita lis,secundum deci.10.vt lit. pẽdeu.in nou.& videtur tex.in c.1.
3 de litis contestat. vbi † exceptio rei iudicatę est exceptio litis finitæ. Et ideo cum lis per rem iudicatã
4 diceretur finita quando † sententia, quæ transiuit in rem iudicatam,est demandata executioni durare dicuutur litis reliquiæ,quia dicebatur,ꝙ istud poterat procedere respectu ipsius possessoris,& iu odium ipsius,ne ex sua iuobedientia lucrum reportaret: & ideò
5 † nõ ipse possessor,qui nõ vult parere,dicitur pacificus possessor,& adhũc effectum tandem, iu cuius odium diceretur adhuc lis durare,donec sentẽtia mandaretur executioni:aliàs sequeretur,quòd si pendente articulo execu iuo diceret actor,quòd reus per regulam de surrogan.petere posset surrogationem. quod quàm sit absurdum nemo est,qui nesciat. sed ad effectum dictæ regul.respondebatur per alios Dominos quòd e-
6 rat prouisum per stilum quòd † lis diceretur finita & tali casu nou datur sorrogatio & cum ista opinioue, quod isto casu lis dicatur finita tenet Sarnen.q.14.in regu.de surrogan.Maior tamen pars dominorum tenuit quod lis isto casu non diceretur finita,& quo actor non potuisset iu partib.in manibus nuntij resignare seu ordinarij renunciare,per dictum Ioan.Fab. in l.2.C.de litig.de quo meminit.Sarnen.q.53.pag.fi. super regul.de annali & ex quo ex stilo Rotuli inter
7 pretatio erat data,quod lis † non finiretur per sentẽtiam nisi quando esset executioni demaudata , quòd talis interpretatio erat sequenda.Et quod lis duraret,
8 fuit demonstratum,quia † si quis pendente articulo executorio possessionẽ beneficij ingrederetur diceretur atteutare ergo lis dicebatur adhuc pendere & fuit dictum in vna Abulen.seu Salamantin.de Rabla per duas sententias quarum vnam tulit dominus Rauellen.secundam dominus Prosper.

EPITOME.

Responsum in præparatoriis confitens vnam quantitatem, reliqua interrogatoria videtur exclusisse.

SVMMARIA.

1 *Præparatoriorum executione an probetur bonorum diuisorũ possessio, si ex nimitis propositis qualitatibus ad vnicam tantum respondeatur.*
2 *Interrogatus de plurimis qualitatibus vnam affirmando, non negando alias, omnes alias affirmare videtur si responsio sit simplex.*
3 *Responsio ad plurimas qualitates, si non sit simplex affirmando vnam, alias negasse dicetur.*

DECISIO CCCXII.

DIe 19. Octobris 1545. in vna causa Roman. de
1 Cardellis, proposui dubium, an † executione, quæ
fuit ad præparatoria, probetur Iulianum possidere
bona diuisa, & in preparatorijs interrogabátur Nico-
laus & Pompilia coniuges, an ipsi possiderent vnã do-
mum in regione Parionis continatam, prout con-
tinebatur in interrogatorio, ex successione Iuliani. &
Colæ patris & aui, & quandiu habitauit Ambrosius
Scarparius nunc verò eam conductam tenet Ioannes
Petrus de Valesio Nicolaus & Pompilia dixerunt se
possidere domum, quam conductam tenet Ioannes
Petrus de Valesio. Pro parte Iulij de Cardellis præ-
tendebatur, quòd tali confessione viderentur coniu-
ges confessi fuisse totum interrogatorium: quia quo-
2 ties quis † interrogatur, vt respõdeat facto qualificato
pluribus qualitatibus, affirmando vnam ex dictis,
non negando alias, videtur omnes alias affirmare, p
ea quæ dicit Ias. in l. si cui. §. 1. vbi attestatur de com-
muni. ff. de lega. 1. fuit contrarium decisum in fauorẽ
Nicolai & Pompiliç, & dictum, quòd allgata in dicta
l. si cui. § 1. procedunt, quando responsio est simplex.
& ita loquitur Vest. in l. si defensor §. interrogatus. ff.
de pignorat. actio. & in §. præterea Instit. de verb. sti-
pul. & in l. quæro §. in fin. ff. de edict & ita sentit Ias.
ibi, dum dicit, quòd contrarium tenent omnes Docto-
res, vers quia simpliciter respondendo &c. Et certè si
videãtur iura, ex quibus ..d. istam communem affir-
mant, omnia sequuntur in simplici responsione, sicut
ante & quòd responsio est facta cum vna qualitate,
3 † quia vnam affirmando videtur allias negasse, l. 9. de
præscript. & tenet Bar. expresse in l. 1. C. de diuers. res-
cript. & consi Socin. 89. 2. col. vers. confirmatur hoc.
& 119. in . vol loquitur quando responsio est facta
relatiuè, videlicet dicendo dictam partem.

EPITOME.

Statutum Bononien. concedens facultatẽ testandi damnatis ad mortem, an præseruet testamentum prius per condemnatũ factum, quòd condemnatus ad mortem non potest testari, vide Pau. consi 46. in 3. volu.

DECISIO CCCXIII.

STatutũ Bononien. cõcedit damnatis ad mortem facultatẽ testandi, Antonius de Cõfortis, qui prius fecerat testamentum, postea curia Bononien. propter perpetratum crimen post testamentum, perpetuũ fuit captus, vt morte damnatus: fuit dubitatum per D. Thomam die 19. Octobris 1541. in vna Bonon. testamentaria, an dictum testamentum conditum per statutum Bonon. esset obseruatum. & fuit quòd sic, per tex. in l. si quis. §. irritum & ibi Bartol. & Paul. de Castr. in l. vt militibus. C. de testament. mil. Ias. in l. quominus. in 21. q. nu. 45. ff. de quęst. & facit tex. & quòd Alex. ibi in l. fi. C. de posthum. Tamen fuit dictum, quòd supradicta procedunt, quãdo damnatus noluit decedere cum illo testamento prius facto, vel nihil dixit prout dicit Barto. in d. § irritum. Ias. in d. l. quominus. in 21. q. sed quia in isto casu Anthonius postquam fuit condẽnatus secundum testamentum fecit: licet esset nullum, tamen ex illo actu voluntas colligitur: & ideo fuit dictum quod super isto vltimo motiuo, si pacem voluisset non debuisset informari.

EPITOME.

Fructus pendente tempore sententiæ simpliciter veniunt in restitutione rei.

SVMMARIA.

1 *Fructuũ perceptorum condemnatione facta an veniant fructus qui pendente sententiç tempore & post mandati executiui præsentationẽ facta à solo separati sunt & penes colonos in area adhuc existunt.*
2 *Executionis an sententiæ tempus sit in fructuum condemnatione attendendum.*
3 *Fructus num veniant in restitutione rei. & nu. 5.*
4 *Fructus pendentes pars rei esse censentur.*
6 *Seruitia à fructibus perceptis detrahi debent.*

DECISIO CCCXIIII.

IN vna Placentin. Castri Sermati d. Ioannes Paulus
condemnauerat Comitem Gasparem ad restituendã
certam partem d. Castri Comiti D. Olderico cum cõ
demnatione fructuum perceptorum. fuit in eadẽ du-
bitatum coram D. Peregrino die 19. Octobris 1545.
1 nunquid fructus † pendente tempore sententię, &
post pręsentationem mandati executiui factam execu
toriæ à solo separari, & in area adhuc peñes colonos
existentes debeantur Comiti Olderico. Et dubium fa
ciebat quod aduocati Comitis Gasparis dicebant, q
2 † tempus executionis non autem sententię esset atte
dendum quo inspecto cum tempore executionis fru
ctus non essent pendentes, sed ducerentur percepti, li-
cèt anteà essent secundum text. in l. si vsufructua-
rius. ff. qui. mod. vsufruct. amit. ergo possessiones dice-
bantur etiam Comitis Gasparis: & licèt foret condẽ
natus in restitutione fructuum potest appellari, & ap-
3 pellatio pendebat. Secundò, † quia in restitutione rei
fructus non comprehenderẽtur sub appellatione ac
condemnatione fructuum perceptorum facta, quia
4 † fructus pendentes pars rei esse censentur, l. fructus
pendentes. ff. de rei vend. l. fi. ff. quę in fraud. cred. aliàs
si fructus in restitutione rei non venirent, dicebatur,
quòd Comes Gaspar fuisset condemnatus in fructib.
vel de nouo super ipsis nouum indultum esset impe-
trãdum. quod quàm esset absurdum, nullus ignora-
5 bat. Ideo quod veniunt † in restitutione rei nunquã
de ipsis in sententia mentionem fecimus. Fuit etiam
in eadem causa dubitatum, an saltem Comes Gaspar
6 de ipsis fructibus † seruitia detrahere debeat, Et fuit
resolutum quod super tex. in l. fundum qui. ff. fam.
erciscund. habet Lãber. in l. in vsufructu legato. ff. de
vsufr. & pulchrè monet consi. 87. col. 6.

EPITOME.

Fructus an in casu isto sint debiti.

SVMMARIA.

1 *Surrogatus ad actionem spolij an teneatur ad fructus præstantiarum decursos quibus cedens alterum spoliauit & num. 2.*
3 *Cedente ab intestato mortuo fructus debẽtur ecclesiæ si beneficium sit simplex, vel etiam ad Pontifices deuoluuntur.*

DECI

DECISIO CCCXV.

1 IOãnes Baldes † possederat certa præstantia, de quibus fuerat spoliatus de anno 1535. quę cessit in fauorem D. Alphonsi Diaz, qui fuit surrogatus etiam quo ad actionem spolij vigore cuius surrogationes obtinuit in spolio cum eadem ratione fructuum etiam in liquidatione eorum: fuit dubitatum in vna Carthagin. beneficiorum coram D. Fabio. an à cessionatio surrogato etiam quòad actiones spolij deberentur fructus decursi post spolium & ante cessionem mor-
2 tuorũ cessi & fuit conclusum, quòd † vigore surrogationis nihil deberetur. quia in ea nulla mentio de fructibus, sed quia beneficia erant simplicia, quòd li-
3 cet cedens ipsos tutare non potuisset &c. quia † ab intestato erat mortuus qui fructus essent ecclesię secũdũ gl. in c. præsenti. de offic. ordin. in 6. & ideo deberentur cessionario tanquam successori in ipsis beneficiis vel potius isti fructus. Ex Bulla Pauli super spoliis etiam essent Pontificis: quia in istis simplicibus non propriè dicitur successor in beneficio.

EPITOME.

Egidiana ita habet locum quando sententia esset lata contra actorem, sicut quando esset lata contra spoliatum.

SVMMARIA.

1 *Egidiana quando habeat locum tam in spoliato quam in actore.*
2 *A sententia in possessorio lata quare liceat magis appellare quàm in petitorio.*
3 *Actor quando possit in possessorio appellare.*
4 *Actor vel reus succumbens in possessorio refugium habet in petitorio à quo potest appellari.*

DECISIO CCCXVI.

IN vna Asinaten. bonorum coram D. Fabio fuit con-
1 clusum quod sicut † Egidiana habet locum, quando lata est contra spoliatorem sic etiam habet locũ quando lata est contra spoliatum non reum, cum à sententia lata super possessorio non licet appellare:
2 ea est ratio, quia † talis sententia est modici præiudicij in petitorio ratio ista militat in actore ex quo ab illo nil aufertur per sententiam à reo condemnato: si ergo in eo non habet locum, tum nec in actore cõdemnato. Non obstat, quòd allegaretur Bart. faciens differentiam inter actorem & reum in l. 2. colum. 2. ff. de appel. excipien. & Paul. de Cast. consi. 36. in 1. vol. nouissimè impresso. vbi sine istis Bart. & Paul. videntur facere de fumo, quia fuit dictum, quod rectè in-
3 telligendo Bart. vbi loquitur in actore, † etiam potest appellare, quando ei nullum subest periculum, & idẽ est in reo. Nec obstat quod dicebatur, quod actor in casu isto super dominio nullas habebat defensiones aut probationes: quia poterat appellari, cum ei deficeret auxilium in petitorio: quia fuit dictum, quod isto modo non erat intelligendum, quia actor quod non habet probationes, hoc imputandum est ei: sed in-
4 telligendus erat Bart. si actor † vel reus succumbens in possessorio nullum haberet refugium, ergo posset cõuolare ad petitoriũ vt multi casus sunt. & à sententia lata in petitorio potest appellari.

EPITOME.

Testes pendente dilatione ad dandum interrogatoria examinati sunt repetendi.

SVMMARIA.

1 *Examen testium parte non præsente & tamen citata quando sit nullum.*
3 *Testes sine interrogatoriis examinati non sunt quidem nulliter examinati, sed illius expensis erunt tamen repetẽdi.*

DECISIO CCCXVII.

IN vna Valen. coram me die 29. Octobris. 1545. in
1 qua decreueram † remissoria & pars citata ad constituẽdum procuratorem ad interessendum executioni remissoriæ constituit procuratorem: ille verò in cuius fauorem decreta erat remissoria non constituit procuratorem in partibus. Postea per affixionem ad valuas cathedralis die 4. citauit illum, contra quem erat decreta remissoria ad videndũ iurare testes ad prima quæ erat dies quinta ad dandum interrogatoria & die quinta examinari fecit testes. Dubitaui ego tamen, an examen esset nullum, quia pendente dilatione ad dandum interrogatoria factum erat. Et ratio dubitandi fuit quod ille citatus ad dandum interrogatoria non constituerat procuratorem cum ergo nõ haberet procuratorem non erat spectanda dilatio. Fuit resolutum quod examen esset nullum: prout aliàs
2 iam resolutum fuit ꝙ tales † examina sinè interrogatoriis quæ data fuerint, non sunt nulliter examinati sed testes erant repetendi expensis illius, quia dicebãt, Domini, quòd dato quòd procurator non fuisset constitutus poterat etiam aliquis metus oriri, contra quẽ erat decreta remissoria.

EPITOME.

Executio facta per executionem contra ordinem non est nulla, sed iniusta.

SVMMARIA.

1 *Executio facta in re immobili ante excussionem mobilium non est nulla, sed iniust.*
2 *Nullitatẽ non inducit ordinis perturbatio si ex causa fiat & non appelletur ab ea & nu. 3.*
4 *Executor aliter faciens quam sibi à iudice demandatum fuerit, mandati sui fines excedit.*

DECISIO CCCXVIII.

IN vna Tiburtin. Castri, coram D. Ioan. Paulo in
1 qua bonæ mem. Cassad. iuxta formam † motus proprij præsentati in actis dederat mandatum exequutiuum, in quo mandabatur executori iuxta formam dicti motus proprij in subsidiũ quod alij satisfieri non potest seu non satisfieret, nisi super tali Castro fieret: & executor nõ facta aliàs discussione, immò post exequutionem probato ꝙ extabant bona mobilia immiserat in possessionem dicti Castri. Fuit dubitatum die 23. Octobris post multas informationes adductas executionem fuisse nullam, vel iniustam. Et tres ex dominis Puteus, Reomanus, & Aquen. dicebant quod li-
2 cèt communis sit opinio, quòd † perturbatio ordinis non inducat nullitatẽ, vt per Bart. in l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re indic. cuius opinionem dicit com-
3 munem ibi Ias. Tamen istud procedit † in iudice, de quo tex. consuluit quod ex causa permutet ordinẽ: & ratio est, si à peruersione non appelletur, actus nõ est
4 nullus secus tamen dicebamus esse † in executore vt executor aliter faciendo, quàm sibi per iudicẽ demandatum fuerit, videatur excessisse fines mãdati & ita allegabatur tenere Ale. cons. 5. col. 2. vol. 2. Abb. cons. 3. vol. 3. col. 10. vers. 11. q. vbi dicit hanc cõmunẽ Paul. de Cast. cõs. 321. 1. vol. col. 2. in fi. vers. 2. præposteratio quia litera mãdat. & decis. Affl. 352. Maior pars Domi

norum cum esset in duobus votis, quorum vna multū sub inuolucris verborum loquebatur, tenuit contrariū intelligendo d.§. in venditione. tam in iudice quàm in executore. Et ratio, quia authoritates superius adductæ erāt contra communem opinionem, de qua per Barto. in d.§. in venditione. & dicebant per Alesan. in d. consi. illud pro constanti non ponebatur.

EPITOME.

Translatio pensionis facta, prout in memoriali, si nonapparet instrumentum translationis propter non exhibitionem est nullum.

DECISIO CCCXIX.

IN causa Hispalē. pensionis, pro Alphōso Aluarez cōtra Didacum Vasquez, proposui ego die 5. Octobris 1545. præsupposito quòd translatio fuerat facta, prout in memoriali, quod non fuit intelligibiliter lectū, an instrumentum translationis propter non exhibitionē illius memorialis sit nullum. Et fuis resolutum, quòd ex quo translatio erat facta, prout in memoriali, quia Garzias non erat sequutus sidem notarij, sed voluerat transferre, prout in illo memoriali, si non exhibebatur, quòd instrumentum erat nullum ex quo non constabat de illo, ad quòd fiebat relatio. fuit allegatus Iacob. de S. Georg. in l. fi. nu. 28. C. de edict. D. Adriani tollen. Cassad. consi. 63. num. 31.

EPITOME.

Qui infra annum citat partem tantum ad videndam prorogari fatalia, nihil dicitur in causa facere: & ideo causa est deserta.

DECISO CCCXX.

FVIT dicisum per maiorem partem, coram D. Peregrino, in vna Valentin. beneficij, die 26. Octobris 1545. quod si pars, quæ appellauit, præsentauit commissionem, & infra annum nihil fecit nisi seruare terminum ad vidēdum prorogari fatalia, quòd nihil in causa facere diceretur, & ideo esset causa deserta, per ea quæ dicit Ias. tolli ea in dubio 37. vbi vult, quòd infra annum debet aliquid facere in causa in termino, & infra fatale aliquid in causa, si potius fatale prorogare vellet.

EPITOME.

Volens admitti ad beneficium c. peruenit. debet confiteri debitum.

DECISIO CCCXXI.

FVIT decisum eodem die 26. Octobris, in causa Roman prætensę translationis pensionis 40. ducat. coram D. Fabio, quòd is, qui volebat admitti ad beneficium c. peruenit. debebat expressē confiteri debitū, sicut dicimus in eo qui vult admitti ad beneficiū cessionis, per c. Odoardus. secundum gl. & Dd. ibi.

EPITOME.

Castri separati vbi possessio vigore decreti continuetur, & cum eo possessio iurisdictionis, quæ de iure communi castro separato competit.

SVMMARIA.

1 *Imperium merum & mixtum non transit cum continuato in eiuum possessione & iurisdictione, si castrum à territorio seperetur, & num. 3.*

2 *Castro separata quæ præsidi prouinciæ subsunt, illam tantum habent iurisdictionem qua defensoribus ciuitatum competit.*

DECISIO CCCXXII.

IN causa Parmen. pecuniaria, siue bonor. pro Casalibus ego dubitaui, 26. Octobris 1545. præsuppo-
1 sito, quod † territorium Mouricellorum sit separatū à territorio quarumcunque ciuitatum, & quòd nullæ extiterint inuestituræ. an Castrum Monticelli continuatum est, & vna cum Castro merum & mixtum imperium, & iurisdictio, & dominium. pro prima vice inclinabant quòd cum secundum Bart. in l. 1. de dam. infect. & in extrauag. ad reprimen. & consil. 144.
2 Castra † separata quæ nō subsunt Prēsidi prouinciæ, habeant tantum illam iurisdictionem quæ competit defensorib. Ciuitatū non autē merum & mixtū Impe-
3 riū, Si ergo possessio † Castri vigore decreti continuari debebat quod vna cum castris transiret illa iurisdictio tanquam castro separato de iure communi competens non tamen merum & mixtum.

EPITOME.

In causa Britonorien. Castri Polente.

SVMMARIA.

1 *Ex ipso instrumento concessionis in quo pontifex asserit castra illa ad sedem Apostolicam pleno iure spectare, ea probatur ipsa esse in Romandiola.*

2 *Romandiola tota spectat ad sedem apostolicam.*

3 *Non omne quod est intra fines territorij alicuius domini, pertinet ad dominium illius territorij.*

4 *Dominium alcuius territorij comprehendit quidem dominium castrorum ac iurisdictionem ipsorum, sed non dominium rerum particulariū quæ sunt intra fines illius castri.*

5 *Narratiua principis motu proprio facta licet non probet, transfert tamen onus probandi contrarium in aduersariū.*

DECISIO CCCXXIII.

IN vna Britononien. Castri Pollente, die 3. Octobris 1545. Clemens VII. concessit Illustri Leonello per multa castra ac inter cætera castrum Pollente, & in
1 concessione Clemens asserebat dicta castra pleno iure spectare ad sedem Apostolicam Dubitaui ego an ea hoc ipse Leonellus probauerat castra ipsa esse in Romādiola est quòd Romandiola pertinet ad sedem apostolicā Pro parte Illust. Leonelli agebatur Specul. in titu de præscript. præsentation. circa fin. vbi dicit q
2 † tota Romandiola pertinet ad sedem apostolicam, & omnia castra existentia intra Romandiolam. Sed pro parte contraria replicabatur quòd non est verum
3 quòd † quicquid est intra fines territorij alicuius dominij pertineat ad dominium illius territorij, vt per Abb. in c. si diligenti. in 2. not. de rescrip. & ibi Paul. de Cast. consi. 249. incipit in, causa quā magnificus dominus. col. 1. vol. 1. Corn. consi. 247. in fin. col. 2. Paul. de Cast. & Socin. in l. 1. ff. de acquir. poss. [illegible] sed [illegible] responsum fuit quod istud est verum quoad ca[illegible]
4 & iurisdictionem illis annexam. Nam dom[illegible] cuius territorij habet intentionem funda[illegible] ad dominium tantum castrorum ac iurisdictionem, non autem quoad dominium rerum particularium existentium intra fines illius Castri. & quod ista videbatur esse mens Abb. in d. c. si diligenti. Deci. consi. 117. & aliorum pro parte aduersa allegat. Srcū-

A: Adsimile vide Gabr. [illegible]

[illegible] dominus.

dò pro parte Illustris Leonelli dicebatur ꝙ in actis
erat bulla Pauli secundi de anno 1545. in qua Papa
inuestiẽdo de dictis castris Robertum de Malatestis,
& ex certa scientia attestabatur dicta Castra spectare
ad sedem apostolicam:& illa inuestitura erat sortita
5 effectum suum. Vnde † narratiua Principis etiã motu
proprio facta, prout etiam fecerat Leo, quando con-
cessit dicta castra, super qua se fundat, etiam quòd es-
set de facto alieno, licèt non probaret, saltem transfere
bat onus probandi contrarium in aduersarium, per
not.in Clem.de probat.& multa alleg. Aym.consi.136.
num.42. Et ita dicta die fuit resolutum, quod trans-
ferret onus probandi in aduersarium.

EPITOME.

Decis.22.in nou.habet etiam locum, quando prouisio lega
ti est certa & non suspecta.

SVMMARIA.

1 *Prouisio Papæ certa & nullam suspicionem habens vt præ*
ualet prouisioni ordinarii, sic & legati prouisio certa incer
tæ ordinarii: secus si aut legati aut Papæ æquè sit incerta
& nu.2.

DECISIO CCCXXIIII.

IN vna Vasionen.parochialis de Falco.die 30. Octo
1 bris 1545. dicebant Domini, quòd † decis.22.in nou.
quæ loquitur contra impetrantem apostolicum, habe
ret etiam locum in prouisione, quando illa prouisio
legati esset certa, & clara, & non esset suspecta, vt pote
cum sigillo Legati, Notario, & testibus. Nam ideò
prouisio ordinarii contra prouisionem apostolicam, si
non habet notorium & testes, non valet, quia proui-
sio Papæ propter plumbũ & tot solennitates est certa
& nullam suspicionem habet, ergò per prouisionem
ordinarii suspectam infringi non potest. Eadem ratio
militat in prouisione Legati, quando est certa, & eius
fides nõ impugnatur per prouisionem ordinarii, quæ
esset suspecta, vtputa quia sine Notario & testibus: se-
2 cus † dixerunt Domini quando prouisio apostolica es
set pariter suspecta: quia nihil decisum. Et ita Domi-
ni pro prima vice cum causa fuit posita pro firma
decisione.

EPITOME.

Clausula, & quatenus de iurispatronat. existit, non facit,
vt sit recessum à confessione iurispatronat. facta in narratiua
supplicationis.

SVMMARIA.

1 *Confessio in supplicatione de iure patronatus an noceat con*
fitenti. & num.3.
2 *Claus. quatenus sit de iure patronatus, quomodo in supplica-*
tione intelligatur. & num.4.

DECISIO CCCXXV.

IN vna Salamantin. Capellaniæ, coram me, in qua
1 Io.de Guidera in quadam † noua prouisione in nar
ratiua nouæ prouisionis dicebat, ꝙ Capellania erat de
iure patronatus, videlicet Laicorum ex fundatione
etiam pro medietate aliàs in totum. Dubitaui ego 4.
Nouembris 1545. an illa confessio Ioannis ei noce-
ret, ita vt contra eum probaret Capellaniam esse iuris
patronatus. Et pro parte Ioannis dicebatur, quòd non
quia dato, quòd in narratiua fuisset posita confessio,
2 tamen nihil videbatur affirmare, ex † quo posteà in
clausulis dicebatur, cõditionaliter & quatenus sit de iu
re patronatus & sic sequentia videbantur declarare
præcedentia. Hoc non obstante fuit resolutum contra
3 rium, quòd † illa confessio facta coram Principe ei
4 nocere debebat. Nec obstat † clausula, quatenus, quia
fuit posita ad effectum, vt pro parte vel in totum de-
rogatio fieri deberet: non autẽ per hoc videtur, quòd
ipse Ioannes à prima confessione recederet.

SVMMARIA.

1 *Veniens pro interesse suo, qui ante rem iudicatam non fuit*
in lite, impediendo executionem trium conformium, an sit
audiendus, aut ei danda cautio l.is à quo. ff.de rei vendic.
& nu.3.9.
2 *Tertius veniens in petitorio potest restitutionem impe-*
dire ante sententiam restitutoriam, secus si post inter
pellat.
4 *Ob scandalum non restituitur ille, qui aliàs de iure esset resti*
tuendus, dummodo id statim probetur. & nu.6.
5 *Restitutio non debet fieri contra bonum publicum.*
7 *Peccati euitandi causa restitutio impeditur.*
8 *Restitutio ad matrimonium necessariò infert peccatum, si*
alter restituendus restituto primo superueniat: secus in
restitutione ad possessionem.
10 *Sequestratio possessionis etiam post tres conformes senten*
tias datur, si non probetur redintegrandam esse victoris
personam.

DECISIO CCCXXVI.

DIe 4. Nouẽbris 1545. in vna Columbrien. Mona
sterii de Loruan. in qua Philippa Veza habuerat
tres sententias contra Annam Gouzagam super spo-
lio violenter contra ipsam Philippam commisso. Et
dum procederetur contra Annam ad censuras, quia
non paruerat literis executorialibus, comparuit rex
Portugalliæ, tanquàm patronus dicti Monasterii, &
petiit se admitti pro interesse, petens quòd Philippa nõ
restitueretur, & quòd erat persona scandalosa, & ma-
lę famæ, & vitę, & dilapidatrix bonorũ Monasterii. Di
1 cebatur pro parte Philippæ, quòd † non erat rex audiẽ
dus tanquam petens ad executionem impediendã triũ
conformium, & quòd ei etiam nõ erat danda cautio
iuxta l.is à quo.de rei vend. ex quo ante rem iudicatã
rex non fuerat in lite. Et quia rex & Philippa non erãt
colliti gantes, tunc etiam nõ est locus cautioni, de qua
in d.l.is à quo. prout istas duas cumulationes ponit Fe
lin.in c.veniens in 3 col.de testib & idem in c.cùm su
per.col.3.in fin.de re iud, licèt Feli. in d.c. veniens.in
3 4.q. dicat † quòd tertius veniens in petitorio poterat
restitutionem impedire, allegans, quasdam decisiones
Rotæ. fuit dictum, quòd illæ decisiones leguntur ante
sententiam restitutoriam. & quod Felin. malè allegat
eas. Et ratio, cùm hic essent sentẽtię restitutoriæ, Rex
non erat amplius audiendus. Item illa executio non
deberet impediri. Hoc non obstante fuit conclusum,
3 quòd † rex audiretur, dummodò probaret incontinen
ti materias, quas dabat ad probandum vitam scandalo
4 sam, & malã famã: quia † ratione scandali non fit resti
tutio illi, qui aliàs ex iure restituendus esset, per test.
iuncta gloss. in c.adeptæ. de accusat. vbi allegat §.nihil
commune.col.3.versic.item circa 2.& vers. beneficio
quod quando. & ibi Aymon.nu.45.versi.5.limitan.est
in col.12.ratione scandali.col.11.vers.in eadem.nu.3.
in q.1.Rip.in d c.nihil commune.num.77. Itẽ † quãdo

res inter alios acta.in fin. & dicitur per Notarium, quia venit contra quod in principio officii promisit. 2.Nouēbris 1545.fuit iterum dictum,quòd Notarius nō poterat se eo instrumento iuuare:quia sic turpitudinem suam detegebat.

EPITOME.

Diuisio Cambimentorum,ex quibus fuit iudicata.

SVMMARIA.

1 *Cambimentorum diuisionem non infert prioratus à Compostellania separatio.*
2 *Sententia quomodo probet cambimenta esse diuisa.*

DECISIO CCCXXXI.

DIe 6.Nouembris 1545. in causa Cæsaraugustan. Cambimentorum inter milites Cathalanię & milites Castellanos,proposui dubium stante separatione Prioratus Cathalanię & Compostellan. diuisione tractatuum circa congregationes sententiæ magni Magistri,an ex ea probetur diuisio Cambimentorum.
1 Et fuit responsum,quòd † separatio Prioratus à Compostellania non de necessitate inferebat diuisionem Cambimentorum: quoniam in religione sub eadem lingua multi Prioratus erant separati:& tunc ex hoc non arguebatur diuisio Cambimentorum: prout in lingua Italica,in qua erant septem Prioratus militibus diuisi,tamen ex hoc nō sequitur diuisio Cambimentorum,prout in lingua Italica,in qua ex Prioratu S.Egidii erat extractus Prioratus Scholasticus, & tamen talis diuisio non inducebat diuisionem Cambimentorum:sententia verò magni Magistri lata de anno 1422.in qua certa differentia inter Raphaelē Rapana & milites Compostellanos, asserente ipso Raphaele,quod erat miles Castellanię, Compostellanis autem asserentibus,quòd ipse Raphael erat Cathalanus,& tribus procuratoribus linguæ asserentibus, quod ipse Raphael non erat Cathalanus,Magnus magister cum conuentu pronunciauit,quòd Raphael esset Cathalanus,& tribus procuratoribus, & quòd deberet habere cambimentum in Prioratu Cathalanię. Ex ista
2 † ergò sententia inferebatur benè,quòd cambimenta erant diuisa: Tamen fuit dictum, quòd sententia non erat in forma probanti. Et vltimò fuit resolutum, quod diuisio cambimentorum probaretur,videlicet,ex congregationibus separatis:nam ex testibus probatur fieri congregationes separatas quò ad cambimenta. Et licèt vnus ex dictis testibus deponat de 40.annis,alter de 35.& alii de minori tempore,quia pro parte Cathalanorum prætendebatur,quòd ex eo,quòd lis esset introducta super diuisione cambimentorum,erāt plus quàm 40.anni,ideò post dictam litem introductam forent introductę dictę cōgregationes separatæ:ideo que pro parte Castellanorum fuerūt producta aliqua instrumēta,in quibus apparebat,quòd de anno 1545. fecerunt congregationes Cathalani.

SVMMARIVM.

1 *Cambimentorum distinctio quomodo colligatur.*

DECISIO CCCXXXII.

ITem de anno 1545.fecerunt quandā congregationem separatam super quadam vnione:item producebant duo instrumenta,quòd sub eadem die de anno 1546.Compostellani fecerunt quandam congregationem separatam super authoritate:& de anno 1469.
1 super quadam vnione:& † istis actibus stante dicta dispositione testium,quòd Prioratus iudicantur distincti,& in cambimentis quando separatas habent congregationes,fuit dictum,quòd cambimenta essent separata:vnde fuit dictū quòd datetur dubium, an stantibus prouisionibus post erectionem Prioratus factā tolleretur ista diuisio Cambimentorum, qui ex istis congregationibus separatis inducebatur.

EPITOME.

Diuisio Cambimentorum ex congregationibus separatis præsupposita an tollatur ex prouisione.

DECISIO CCCXXXIII.

DEcimatertia Nouembris 1545.in causa Cæsaraugustan. Cambimentorum proposui dubium,præsupposito,quòd ea diuisione Prioratuum ex congregationibus separatis probetur Cambimenta esse distincta, licèt huiusmodi probatio tollatur per diuisiones pro parte Cathalanorum productas, & adductas 20.seu 25 prouisiones,in qua pręsupponebatur,quòd 25. milites Cathalani erant prouisi per magnum Magistrum de Præceptoriis in Cathalania, ergò Cambimenta erant communia:dicebatur pro parte Compostellanorum,Primò,quòd licèt probaretur, quòd hodie essent in Cathalania familię eorū militū nominatorum in dictis prouisionibus,tamen non sequebatur,quòd illæ familiæ essent in Cathalania tempore prouisionis:sed respondebatur pro parte Cathalanorum,quòd in materia contingenti, vt præsens status erat,cùm potest concurrere cū veritate naturali, si ex pręsenti pręsumitur in pręsentiā, vt per Barto. in l.ex psona.col.2 C.de probat.nō foret sufficienter probata Remissoria. Item in secundo dicebatur pro parte Compostellanorum,quòd non erat quæstio, an nati in Prioratu Cathalaniæ,dum tamen essent recepti in Castellanias,poterant habere ibi alimenta, prout docebant de aliquibus Cathalanis receptis in Cathalania,sed etiam quòd non erant in Cathalania,& ibi Casulatis:& ideò Cathalani dicebant, quòd non solùm non erant de Cathalania, sed etiam quòd non erant in Cathalania recepti,& id ostendebant:sed fuit resolutum pro parte Cathalanorum, quòd receptio non fuit ex gratia,id est,omnibus de Cathalania consentiētibus, qui in gratia de facili non concordant, vt per Abb in c.cùm eccles.de rest.spol.& in c.bonæ. 2.de restit.spolia. In hanc partem Domini inclinabant pro illa prima vice,quòd ex quo receptio est gratia, quòd ipsi Compostellani tenebantur causam probare. Secundò Cathalani dicebant, quòd quidam Dalmanus Ragunedus de Chiormati obtinuerat primò in Cathalania Bonotiam Maioricarum de anno 1422. Pręceptoriā de Oschar in Castellania,ergò alimenta erāt communia:& dum Compostellani dicebant, quòd illa Præceptoria Maioricarum erat ex gratia,ex quo ibi dicebatur de consensu Prioris capta,& aliorum Priorum & procerum nobis assistentium: quia videbant, quòd ex quo ex consensu illorum erat collata, quòd esset ex gratia,quam diceret de consensu fratrum Prioratus diuisi,ergò non potest habere etiam Pręceptoriam ex gratia in alio Prioratu,nisi de consensu fratrū Castellaniæ. Et idem dicebant Cathalani, quòd dicta clausula apponebatur de stilo religionis. Et ideò adducebant duas alias collationes, quæ erant factæ fratribus

ti Numerant 60.vel.62.anni,quòd erat exemplatum ad instantiam partis cum decreto iudicis auscultato & subscripto cũ originali per quinque Notarios, prout omnia ista sunt necessaria,secundum Salic. in authent si quis in aliquo.col.a.C.de edend. Lan. d. in repet.c. quoniam contra.versic. instrumentorum
2 productiones.de probat.Sed † in isto transumpto deerat citatio,quia nec specialis nec generalis est contra Corrigien. Respondebatur,quòd citatio non præsumebatur, quia eramus in tempore antiquissimo, vt
3 tradit Felin consi.187.col.3.num 8. Et etiã quia † expresso transumpto apparebat citationem non interuenisse,& ideò non erat præsumenda,ad not.per Felin.& alios in c.quoniam contra.de probat. Tamen istis nõ obstantibus sex ex nouem,videlicet Fabius,Angelus, Antonius,Prosper,Thomas,& Aquen.tenuerunt, quod
4 † ex illo tempore præsumeretur citatio: quia licèt nõ sumus in antiquis,tamen sumus in longo tempore,in
5 quo † longinquitatis ratio, puta 30.vel 40. annorũ præsumitur solennitas propter authoritatem iudicis. ita & hoc casu,ne dicamus quòd iudex voluerit facere actum inualidum. Addebatur,quòd aderat aliud adminiculũ,scilicet interim illud,quod aderat in inuestitura Maximiliani,quòd in nihilo à transumpto discordabat,& sic imagine veritatis. Item & aliud, quod
6 † comparato temporelitis pendentię erant 90.anni,quod istud transumptum erat factum ad aliud,quod dicebatur,quod ex facie transumpti apparebat,quòd citatio non interuenerat,potest responderi vt supra. Fuit dictũ in causa Castri Sarmati:quia licèt instantia partis & decretum iudicis sint interposita,istud est, quando istæ clausulę sunt intrinsecæ exempli. Nam parte non
7 † instante & iudice nõ decernente vt in pluribus non sumitur transumptum ex originali: quod secus est de
8 citatione.quoniam † illa potius dicitur quædam solennitas extrinseca,quod ex longinquitate temporis præsumitur,vnde Cassad.in decis.3.de præbend. Et fuit dictum,quòd ita tenet Felin.in c. Albericus.de electio. Tamen voluerunt Domini,quòd manus Notariorũ recognosceretur,nec sufficiebat legalitas,quia tãtùm attestabatur,quòd illi Notarii essent legales, non etiã quòd scriptura esset in manibus illorum.

EPITOME.

Sententia sine actis quo casu probatur.

DECISIO CCCXXXVIII.

Eadem die in vna Bononien. hæreditatis de Papazonibus,coram D.Anton.Augustino fuit dubitatum,an sententia sine processu probaret. Et quia agebatur de sententia lata iam à 50.annis præteritis tenuerunt Domini decis.Cassad.1.de procura.in 1.pag. dum loquitur de 30.vel 40 annis,quòd esset in forma probanti. Et sequuti sunt Cassad.etsi aduersarius volebat sententiam ex aliquo defectu impugnare,quòd debebat processum producere.

EPITOME.

Beneficia Protonotariorum sunt reseruata non obstãt quòd antequàm in literis dicatur ,volumus quòd antequam insignia suscipias iuramentum præstes:& ex impensa præsumitur acceptatio.

SVMMARIA.

1 *Reseruatio non inducitur ante acceptationem & numero.3.*

2 *Acceptatio ex compositione præsumitur.*

DECISIO CCCXXXIX.

IN vna Valentin. Parochialis de Sorbitis fuit dubitatum per D.Ioã.Paul.die 20.Nouembris 1545.an beneficium sit reseruatum ratione Protonotariatus, ante quam insignia suscipias Protonotariatus iuramẽtum in manibus talium præstes. Et cum non constabat de iuramento fuit dictum,quòd illa verba tantùm respiciebant assumptionem insignium,& ideò gratia Protonotariatus non videbatur: quoniam erat pura
1 & perfecta. Secundò dicebatur quòd illa gratia erat facta absenti. Et ideò etiam ante acceptationem non erat gratia:& ante acceptationem non poterat dici reseruatum,sicut dicitur de familiaritate, secundũ Anchar.consil.398.& secundum Pal. pos.in c.per principalem.in fin. princ.quæst.1. ad istud fundamentũ fuit
2 responsum,quòd † acceptatio præsumeretur propter compositionem,quæ soluitur. Nã cum esset à Papa concessa soluitur compositio 100.ducat. Item licèt bulla esset gratis expedita, tamen requirit impensam saltem vnius,& illa est in consideratione in priuato: quod secùs fuit dictum suprà in causa Toletan.Decimarum in sollicitatore Regis ibi.& decis.15.eod. tit.
3 in antiq alias 700.quod † etiam inducebatur reseruatio ante acceptationem.quas decis.dicit veras Aeneas de Falcon.in tractat.reseruat.in 3. quæst. princ. post princip.pag. 13.versi. quod autem Papa. & Cassad. decis.4.de præbend.vbi distinguit inter officia,quæ cõcurrunt. Et videbatur,quòd Protonotariatus concerneret publicam vtilitatem,sicut deputati ad scribendũ gesta martyrum:sed magis placuit ideò,quia Protonotarii participare videntur ad istud deputati.

EPITOME.

Lis per decretum citationis quò ad committentem,quo casu non fuerit iudicata.

DECISIO CCCXL.

IN vna Cæsaraugustan.coram D. Thoma casus erat, quòd Bartholomæus Fortianus commisit causam super parochiali de Loiala vallis Menos ,contra Petrũ Duenas intrusum omnesque alios: & obtento decreto citationis ad partes non fuit citatus Petrus Duenas,quia non erat possessor,sed Petrus Valero,& contra eum fuit processum , & Bartholomæus contra eum reportauit tres sententias : aduersus quas Petrus Valero obtinuit restitutionem in integrum.In negotio restitutionis Bartholomæus allegauit se triẽnalem:contra quem Valero replicat,quòd nõ est pacificus,attenta lite,quæ remansit contra Petrum Duenas,quę non est extincta,vt foret Duenas citandus,nisi quò ad committentem erat lis,& aleg.Cassad.super regul.cancell.Qua non obstante fuit contrarium resolutum attenta mente Bartholomęi, qui tantum cõmiserat ad effectũ,vt inclusum remouere posset.quod declarabatur ex eo,quod dum Petrus Duenas tempore commissionis esset in Curia,& ante & post nunquã eum citauit,immò decretum citationis ad partem obtinuit quod decretum,attento quòd Duenas erat præsens in Curia,non erat necessarium. Ergò mens Bartholomei,erat,quòd vigore illius decreti volebat contra Petrum Duenas procedere, & ideò nulla erat lis.

EPITOME.

Petitorium potest quis suspendere,etiã quòd probationes sint

fiot factæ, vide ad propositum supra.

SVMMARIA.

1 *Petitorium etiam post probationes factas suspendi potest.*
2 *Ad conclusionem vsque non excluditur pars altera à proba tionibus suis.*
3 *Petitorium an possit pluries suspendi.*

DECISIO CCCXLI.

IN vna Bononien. Castri Liani pro Holadinis, con
tra communitatem, cor... D. Fabio, die 20. Nouē-
1 bris 1545. fuit di...il, quòd licèt † agens petitorio &
possesso... præfixerit terminum communitati ad pro
bandum, quod vellet & posset: Et communitas suas
probationes fecisset, quòd nihilominus Holadini nō
obstāte c. 1. de rest. spo. poterant suspendere petitoriū,
& procedere in possessorio, propter plures decis. quæ
volūt, quòd potest suspendi petitorium, & illæ decis.
2 præsupponunt quòd sint factæ probationes: quia † do
nec sit conclusum altera pars nō excluditur à sua pro
batione: etiā quia ita est stilus Rotæ. Sed contra istam
decis. facit decis. Rotæ 69. in antiq. non obstat decis.
3 362. in nou. vbi habetur, quòd † in causa pluries petito
rium potest suspendi, cùm illa decis. loquatur secun-
dum summarium, non habet locum hic, vbi eramus
in causa Romana. Item ibi dicit, quòd per probatio-
nes constaret de iure: Et ideò istam decis. non firmo:
quia causa tantùm semel fuit posita, nec etiam benè
informatum, nec etiam benè omnes Domini viderāt
Rip. in l. nihil contra iur. alien. num. 32. de acquir. pos
sess. vbi vult, quòd non solum expressus consensus, sed
etiam tacitus sufficiat.

EPITOME.

Clausula transferendi non censetur per quascunque clausulas concessa.

DECISIO CCCXLII.

IOan. Petro de Lapis fuit reseruata pensio 40. duc. super fructibus Canonicatus & præbendæ, quos possidebat Petrus Hieronymus. quo cessante in solutione vigore regressus Ioan. Petrus habuit sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam. Et sic dicta pēsio propter consolidationem Canonicatus in personā Io. expirasset fuit iterum inter illos cōcordatum, vt noua pensio 40. ducat. super eisdem reseruaret cum alia pēsione 25. super fructibus aliorum beneficiorum super eisdem clausulis, prout erat in prima reseruatione, & perinde ac si prima pensio non esset expirata. Fuit dubitatum die 23. Nouembris 1545. coram D. Fabio, in vna Roman. pensionis 40. ducato. an sic in prima reseruatione erat clausula transferendi, ita vt etiam censeretur apposita in secunda: Et fuit resolutum, quòd non: quia ex quo Papa in clausula transferendi reddit se difficilem, quòd erat specialis mentio de dicta clausula trāsferendi facienda: & quòd verba per quascunque clausulas generales respiciebant validitatem secundæ pensionis.

SVMMARIA.

1 *Decreti remedium vnde colligatur esse intentatum.*
2 *Dicens se velle decretis vti, an vnico tantùm vti possit.*
3 *Numerus pluralis sæpè pro singulari ponitur.*
4 *Demonstratio falsa quando non vitiet.*
5 *Clausula, omni meliori modo, quando possessionis continuationem non respiciat.*
6 *Copula, que, refertur tantum ad expressa.*
7 *Appellatione decreti seu verborum decreti an comprehendatur statutum.*
8 *Confessio procuratoris non nocet domino in alio iudicio.*
9 *Decretum quando in alium retorqueri non possit.*
10 *Possessio quoad castrum continuata præsumitur, non quo ad merum aut mixtum imperium.*
11 *Possessio non titulata continuari non potest.*

DECISIO CCCXLIII.

IN causa Parmen. bonorum, pro Michaele Casalio,
contra matrem, videlicet D. Liuiam dubitaui ego
1 die 2. Decembris 1545. an † ex processu de partibus pro
ducto pro parte Michaelis constaret pro parte D. Li-
uiæ intentatum fore remedium decreti, de quo agi
tur, & sic D. Michael possit eodem die vti decreto
contra D. Liuiam. Et fuit resolutum, quòd constaret,
præsupposito tamen, quòd per testes esset probata ob
seruantia decreti, de quo agitur, in ciuitate Placen-
tin. Et istud in primis apparebat ex petitione procura
toris, dum dicit, quòd intendit quoad omnes effectus.
Item & secundò, dum procurator subdit, quòd decre
tum annullat possessionem medio tempore per alium
captam. quod intelligendum est de dicto decreto an-
nullante, quod annullat possessionem. Non obstat, dū
2 † dicit, quòd procurator dixit, quòd intēdebat vti de-
cretis, & sic in plurali: ergo non decreto tantùm an-
nullante, sed alio vti voluit: Quia fuit responsum,
3 quòd sæpè † numerus pluralis pro singulari ponitur, vt
sunt iura vulgata. Item quia in fine procurator decla
rat, dum dicit, quòd decretum annullat possessionem
medio tempore per alium captam, apparet ergo,
quòd ille pluralitatem ad singularitatem deducere vo-
4 luit. Non obstat, quòd † procurator dixit, quòd vnus
debebat vti decretis immediatè continuantibus in
hæredē: Et tamē decretū Mediolanen. nō immediatè
in hæredem, sed in hæreditatem continuatur. Quia
dupliciter fuit responsum. Ergo ex duabus sequenti-
bus demonstrationibus constabat, quòd procurator
illa demonstratione immediatè in heredem etiam er
rauerat: & sufficit, quòd res per duas demonstratio-
nes cōuincentes demonstraret, licèt in vna ratione cō
ueniret, Bart. in l. demonstratio. §. falsa. ff. de condi. &
demonst. Non obstat, quòd procurator in eadem pe-
5 titione subiunxisset † clausulam, omni meliori modo,
& sic apparebat, quòd non solùm virtute decretorū,
sed etiam omni meliori modo possessionem habere
voluerat: quia fuit dictum, quòd clausula, omni melio
ri modo, erat apposita propter tollenda scandala, nō
autem respiciebat continuationem possessionis ex de
cretis prouenientem. Ideò pro resolutione fuit consi
deratū, quòd iudex in vna interlocutoria tantùm fun
dabat se in decretis, & ibi non erat clausula, omnique
6 meliori modo, sine illa † copula, que, quæ tantùm re-
ferretur ad expressa, secūdum Salice. in c. si super. col.
penulti. de offic. delegat. licèt iudex ibi dicat decretis
continuantibus in hæredem. Nam intelligendo illa
verba secundum procuratoris petitionem, & quòd
istud dicit verum, quod & procurator in petitione, &
iudex in sententia interlocutoria intellexit de decre-
to, de quo agitur, nō autem de aliquo statuto, de quo
7 non apparebat in actis patet, quia † appositum ver-
bis decretis, & decretum differt à statuto secundum
consuetudinem loquendi, etiam licèt omnia supra-
dicta potuissent euitari, cùm fuerint reuocando cōfes
sionem procuratoris, prout est de stilo Palatij. Item
8 quia † cōfessio procuratoris nō nocet domino in alio
iudicio.

iudicio, prout dicit Alexan. & Dec. in l. 1. C. de eden. & Felin. in c. tanquam. de testibus aute fuit dictũ quòd omnia ista euitabantur ex confessione ipsius Liuię resultan. ex breui, per eam à Clem. obtento, vbi patet, quòd talia decreta in Ciuitate Placetn. vigent, non obstante etiã, quod breue loquatur de statuto in heredem: quia fuit dictum, quòd ex quo observuentia illius decreti tantùm dicat de possessione continuenda in hæreditatẽ, & de hæreditate in hæredem. Non obstat, ꝙ dicebatur de iure municipali, quod erat intelligendũ de statuto Placent. ꝙ propter obseruantiã decreti receptam satis poterat dici illud decretum receptum ius municipale, omnes enim Domini dixerunt, quòd si produceretur statutum Placentin. continuatum in hæredẽ quòd forsan aliud dicerent. Ad secundũ dubium fuit
9. resolutum, quòd per viam † retorsionis Michael dicto decreto non poterat vti contra Liuiam per dictũ Angel. quòd à nemine reprobatur in l. final. ff. quod à quisq; iur. etsi retorsio fieret cõtra Liuiã. Itẽ etiã & secũdò fuit dictũ, ꝙ retorsio nõ habebat locũ, vnde cùm Michael non fuisset aduersarius Liuiæ, ergò nõ poterat vti retorsione contra illam. Non obstat, quòd ratione vsus, ex quo nunc vtebatur illo iure, poterat fieri retorsio, secũdum text. in l. 4. ff. quod quisque iur. aliàs l. si quid iniquum. Etiã fuit dictũ, quòd Liuia nunc nõ fundabat intentionẽ suã cum Michaele in decreto regulæ, & sic eo nõ vtebatur, sed Michael excludebat ex nõ iure suo, dicens, quòd possessio Polidori erat precaria, ex quo nõ erat titulata. & ideo non poterat continuari. Sed fuit dictum, quod ex quo Liuia in breui satebatur illius obseruantiam, quòd etiam Michael eo contra eam vti poterat: quia ex confessione Liuiæ apparebat de decreto & illius obseruantia. Et istud procee
10 † dit respectu castri, quia respectu meri & mixti im
11 perij cùm possessio non † sit titulata non potest conti
nuati, cùm præsumatur præcaria, per dict. Bald. in l. a. in 9. quęst. de seruitut. & licèt illo decreto Liuia in partibus vsa fuit, etiam quòad merum & mixtum imperiũ, cuius respectu etiam solidari præsumitur precaria, cũ non fuerit probatum Polidorum esse ex descendẽ. Hubertl, tamen illud ius foret iniquum. Et per superius dicta fuit resolutum, quòd non daretur retorsio.

EPITOME.

Transactio pensionis facta per militem S. Petri coram exequutore non exhibitis priuilegeijs militum est valida.

SVMMARIA.

2 *Milites ex vi priuilegiorũ suorum vsque ad summam 150. ducat. cùm possint transigere, an non exhibitis priuilegijs transactio facta valeat.*
2 *Executores à quorum facto translatio dependet, sine certarum literarum exhibitione suam non possunt exercere iurisdictionem.*
3 *Electio quando non tollat priuilegium.*
4 *Miles incipiens testari secundum ius commune non videtur priuilegio militari renunciare velle.*
5 *Solennitas si omninò non sit necessaria, & tamen adhibeatur, si minus solenniter fiat, actum non vitiat.*
6 *Regula, quòd potui, nolui, quando procedat.*

DECISIO CCCXLIIII.

MIles S. Petri existens in partibus, cui erat reseruata
1 † pensio in manibus cuiusdã ex secutoris videlicèt in manibus Archidiaconi eiusdem loci, quem ad hoc elegit, transtulit pensionem non exhibitis priuilegijs. Et quod præsupponendũ est, ꝙ milites ex forma priuilegiorũ habent, quòd possunt transferre pensione vsque ad summam 150. ducat. corã. Notario & testibus Dubitauit D. Prosper in vna Iasen. pensionis inter Frãciscum Peragio ex vna & Honoratũ de Bonaguidis an translatio pẽsionis facta vigore priuilegiorum militum S. Petri valebat non exhibitis illis coram executore per transferentem electo ad hoc. Et die 2. Decẽbris 1545. fuit resolutum, quòd translatio esset valida. Nam milites ex forma priuilegiorum possunt ipsi trãsferre: & facultas ipsis est concessa transferendi. & interuentus Notarij fuit tantùm ad probationem, non autem ꝙ aliquam iurisdictionẽ ipse exerceret, vel quod admittat & casset & posteà de nouo reseruet, Et ideò non requiritur alia exhibitio priuilegiorum. quod secus est † in alijs executoribus, à quorum facto trãslatio
2 dependet. Nam suam iurisdictionem exercere non possunt tales executores sine certis literis, nimirum, si rẽquiritur illarum præsentatio. & ita procedunt notata per Franc ac Domin. in c. 2. super eodem. de appellation. & decisi. Rotæ quę ex aduerso allegabatur. Sed in nostro miles ille ex priuilegijs habet illam facultatem transferendi, & ministerium alterius non requiritur: & ideò pręsentatio priuilegiorum non est necessaria. Non obstat, quòd dicebatur † in casu isto, iste ele
3 gerat viam executoris, & non viam Notarij. Vnde non potest dici viam quam elegisti tibi, poteras & quod potui, nolui, Et fuit responsum, quòd ex his quæ dependent ex voluntate nostra eligẽdi viam, qua electa illi renunciari non potest, prout est textus in l.
4 3. ff. de testamẽto militar. vbi † miles licèt incipit testari secundum ius commune. per hoc tamẽ non videtur renunciare velle priuilegio militis: Ita erit dicẽdum
5 in casu isto. Et poterat dici, † quòd solemnitas cùm nõ est necessaria, si minus solemniter fuit adhibita, nõ vitiat, & illud † quod potui nolui, procedit, quan-
6 do quis ita intẽdebat facere velle, † & non aliàs, quòd secùs est in casu nostro, per textũ, in dict. l. 3. ff. de testament. milit. Immò isto casu ex quo per dictam l. 3. non repugnat militi disponẽti, habet locum illud, quod sole: dici, quòd ego ago valet, & valere potest, secundũ Rip. in l. 1. colum. 7. nume. 4. de verbor. obligationibus.

EPITOME.

Legatus Apostolicus existens in Germania, an possit cõferre in mense Iunij, stantibus concordatis.

SVMMARIA.

1 *Gratiæ præuentiuæ non ligant manus Papæ aut legati à Latere.*
2 *Legatus à Latere, sic potest in sua conferre prouincia atque generalis ordinarius.*

DECISIO CCCXLV.

IN vna Augustan. Canonicatus & præbend. coram Domino Peregrino, eadem die secũda Decembris, 1545. dubitaui ipse, an Legatus Apostolicus existẽs in partibus Germaniæ potuit conferre in mense Iunij stant. concordat. Et quia verba concordatorum sunt ista, Placet etiam nobis quòd per quamcumque aliam dispositionem sub quacumque verborum forma per vos seu autoritate vestra factam vel faciendã non impediremus nos, quominus de illis, cùm vacabunt de mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris liberè disponatur per illos, ad quos eorum collatio, prouisio, præsentatio, electio, alijs premissis ac dispositione authoritate nostra factis

bebat, & qui pretium deposuerat, posset compelli
ad soluẽdum pretium. Et fuit dictum, quòd licet De
ci.consil.500.in 3 volum.& Curt.Iun.130. dicant, ꝙ
1 † si dicat, vendo tibi talẽ possessionem centum tur
naturar.infra talia confinia tanto pretio, quòd ista vẽ
ditio est ad mẽsuram, cuius tamen contrarium resol
uit Parisi.consi.64.in 1.volu.& Maria Socin.& Cur.
Iun.consi 42.in 2.part. Tamẽ, quòd iste casus non ha
bebat difficultatẽ propter illa verba, ad rationem 10.
librarum pro qualibet turnatura, quia verba non erãt
in illo casu, in quo isti quatuor concluserunt. Nã si
fuissent isti docti viri, non ita inter se certassent. Et
fuit dictum, quòd pro ista parte videbatur facere id,
quod dicit Paul.de Castr.in l.si seruus.§.1.ff.de actio.
2 empt.& decis.Afflict.399.dicit, quòd † saltem ad de-
clarationem pretij est necessaria mensuratio.

EPITOME.

Statutum Salamantin. quòd Licentiatus in Vniuersitate præce
dat Doctorem alibi graduatum, quomodo intellectum.

SVMMARIA.

1 *Licentiatus an debeat præcedere Doctorem in alia Acade
mia promotum in vtroque gradu iuxta statutum Salamã
tin.*
2 *Statutum non ad omnes casus emergentes extendi debet,
sed ad eos tantùm, qui minus ius commune lædunt.*
3 *Doctor antiquior an ex statuto Salaman. præferatur Licẽ
tiato data graduum paritate.*

DECISIO CCCL.

IN Vniuersitate studij Salamantin. ad est statutũ ꝙ
Licentiatus factus in illa Vniuersitate in omnibus
facultatibus præferatur tam in processionibus, quàm
in omnibus alijs rebus, Doctoribus, magistris gradua
tis in alijs Vniuersitatibus. Io. Peres erat Licentiatus
in vno gradu videlicet in Medecina de anno 1548. &
volebat præcedere Laurentium de Aldorat graduatũ
in vtroque videlicèt, in Medecina & Artibus de anno
1529. Dubitauit Dom. Mohed die 14. Decembris 1545.
1 in vna Colonien. antiquitatis Doctoratus † seu præ
minentiarum, an stante dicto statuto Licentiatus
in vno gradu, debeat præcedere doctorem in vtro-
que. Et fuit conclusum, quòd statutum esset con-
tra ius commune, per not. per Ias. & alios Modernos,
in l. cùm quid. ff. si certum peta. cùm antiquior debeat
de iure præcedere. Et ideò cùm esset contra ius com
mune, debebat interpretari, vt minus lædat ius com
mune, quoad fieri possit, Alexand. in l. final. §. in cõpu.
tatione. de iure delib. Parisi. consil. 26. numer. 206. vo
lum. 2. Et ideò Domini voluerunt, quòd statutum de
beret interpretari, cùm Licentiatus in vtroque voluis
set præcedere Doctorem in vtroque. Sed in isto casu,
in quo Licentiatus volebat præcedere Doctorem in
2 vtroque, dicebant Domini, † statutum debere intel
ligi, vt minus læderet ius commune, quòd sufficiebat,
quòd aliquo casu posset operari, videlicèt vbi esset
graduum æqualitas, cùm statutum debeat intelligi de
certis partibus, prout dicit Petrus de Anchar. in c. pri
mus. circa fin. de paroch. propter quam rationem alij
3 qui etiam dicebant, quòd data etiã paritate † graduũ,
si Doctor esset antiquior, quòd etiam debebat præce
dere, quod tamẽ vltimum pro tunc non fuit firmatũ,
sed in casu nostro erat disparitas & in gradu & in tem
pore: Et ideò isto casu statutum fuit interpretatum,
vt minus læderet ius commune.

EPITOME.

Ius patronatus in isto casu non venit in donatione bonorũ
Angeli.

SVMMARIA.

1 *Donatione omnium bonorum an veniat ius patronatus ex
bonis donatis ante à iussu defuncti constructum.*
2 *Ius patronatus non comprehenditur sub donatione particu
lari.*

DECISIO CCCLI.

HAEres institutus ab Angelo grauatus erigere
Cappellam, quam posteà construait, & sic ius
patronatus acquisiuit. Donauit posteà quibusdam om
nia iura & actiones super bonis & rebus Angeli ad
eum spectantibus. In vna Aretin. Capellaniæ, die deci
ma quarta Decembris, 1545. coram Domino Anton.
1 Aug. fuit dubitatum, † an illa donatione veniret ius
patronatus, ꝙ ille hæres erigẽdo consequutus fuerat.
Et fuit per maiorem partẽ conclusum, quòd si dona
tio esset vniuersalis omnium bonorum, quòd sub vni
uersitate veniret ius patronatus. per dicta per Abba. in
c. ex litteris. de iure patro. & Deci. consil. 177. Sed
2 † quia erat particularis, vt per Bartol. in l. cùm pater.
§. hæreditatem. ff. de legat. 2. item quia ius patronatus
non fuerat in bonis & rebus Angeli, ergò illud non
fuit donatum.

EPITOME.

Castrum non spectare ad Monasterium Sancti Ioannis ca qui
bus fuit iudicatum.

SVMMARIA.

1 *Sententia Imperatoris & cessio immemorabilis cum eius
confirmatione an doceant castrum & villam ad monaste
rium spectare.*
2 *Concessio quartæ partis totum corpus ad aliquem spectare
non probat.*
3 *Locatio an probet dominium totius rei.*
4 *Concessio impetrata non facta violentæ possessionis mentio
ne non valet, si ante eius impetrationem vis facta sit: se-
cus si prius facta sit impetratio & posteà violentia com
missa.*

DECISIO CCCLII.

IN causa Britonoriens. Castri & villæ, 14. Decẽbris,
1 1545. cum dedi dubium, an † ex sententia Henrici
Imperatoris, & cessione facta Abbati Monasterij de
anno 1447. cum confirmatione Siluij consiet Castrũ
& villam spectare ad Monasterium Sancti Ioannis,
ita vt cõcessio subsequens facta Alberto & Leonello
non sit valida. Et fuit resolutum, quòd ex prædictis nõ
constaret spectare Castrum ad monasterium. Primò
dicebatur, quòd sententia Henrici erat copia subscri
pta eadem manu: & si esset originalis, esset diuersa ma
nu subscripta, cùm essent quinque subscriptiones. Ad
2 concessionem de anno, 1447. fuit dictum, quòd † e-
rat de quarta parte Castri: & quando fuisset de toto
castro, hoc etiã tamen in antiquis non probat castrũ
spectare, per text. in c. inter dilect. de fide instrumen.
vbi sumus in antiquis. Alexand. consil. 12. libr. 4. Et
fuit dictum, quòd non obstabat consil. Parisi. 104. vo
lum. 1. quia ibi locutiones illæ erant sortitæ effectũ,
et multa alia concurrebant. Non obstat concessio fa
3 cta de anno 152 . quòd † locatio etiam esset sortita
effectum, tamen per hoc non probabat castrum spe-
ctare: & illa non faciebant ad propositum, cùm de il

3 *Concessio in prima actu quando non exspiret.*
4 *Beneficium & persona cum sunt extra curiam vacatio quoque extra Curiam magis esse censetur.*
5 *Prouisi culpa non debet ordinario imputari.*
6 *Annullatio actus est etiam pœna respectu ipsius ordinarij.*
7 *Ex actu vnde quis pœnam meritur, non debet reportari com modum.*

DECISIO CCCLVI.

Cardinalis Franesius vna cum Episcopo Albulen. habebat in Diœcesi Albulens. indultum conferen di in diœcesi Albulens. beneficia etiam reseruata per obitum familiarium vacantia extra Curiam, & in indulto erat posita clausula, quòd si beneficia reseruata excederent valorem 24. prouisi tenerentur infra sex menses nouas prouisiones expedire, & iura Cameræ sol uere, alioquin beneficia eo ipso vacare cẽserentur. Episcopus beneficium curatum in vno ex sex mensibus reseruatis contulit cuidam Francisco de Corepanal. quod erat reseruatum, excedebat valorem 24. tamen Franciscus non expediuit nouam prouisionem infra sex menses. Quidam post sex menses impetrauit illam à Papa: dubitauit in vna Albulen. de Villaloro, die decima quinta Decẽbris, 1545. Dominus Ioannes Paulus,
1 an si beneficium vacet ob non expeditionem nouæ prouisionis, collatio deuoluatur ad Episcopum, ita q̃ Papa stante indulto non potuerit illud conferre. Nam cùm post sex menses induceretur noua vacatio, & ratio tenuit, quòd collatio spectabat ad ordinarium, ergò Papa propter decretũ indultũ habebat manus ligatas.
2 Non obstabat, quòd dicebatur, quòd † facultas prouidendi, per indultum data, restringenda erat ad primum actum, per decisi. 22. & 23. in antiqu. quia fuit dictum, quòd illud procederet, nisi obstaret intentio coceden
3 tis, qui voluit, quòd priusquàm † induceretur vacatio, ordinarius prouideret, & tunc concessio non expirat in primo actu, iuxta nota. per Bald. in l. vnic. in fin. C. de procur. Iason in l. diuortio. §. quòd si in anno. in princip. ff. solut. matrimon. Non obstat, quia indultum loquebatur de vacatione extra Curiam, ergò erat descẽdendum ad vacationem in Curia, non autem extra, per Rot. decisi. 180. & 333. in antiqu. maximè quia nouæ prouisiones & iura erant soluenda in Curia: Cùm ergò sint in Curia per Papam polita, ergò dicuntur in
4 Curia vacare: quia fuit responsum, † ex quo & persona & beneficium erant extra Curiam, potius diceretur vacare extra q̃ in Curia. Et dicebant isti, q̃ non erat verum, quòd ordinarius esset aliquo modo in culpa, si prouisus nouam prouisionem infra tempus non expediuisset, sed tantùm erat in culpa ipse prouisus: Et ideò
5 † culpa prouisi non debebat ipsi ordinario imputari, & ideò post talem vacationem iterum conferri alicui. Ideò Dominiinter quos ego erã, dixerunt, quòd cùm
6 † annullatio actus sit pœna etiam respectu ipsius ordi
7 narij, quòd videbatur incõueniẽs, q̃ † ex illo actu, vnde merebatur pœnam, & ibi etiam pœna ordinario imponebatur, q̃ deberet aliquod cõmodum reportare Item hoc modo in instrumento producen. Comes posset suis iurib⁹ fraudari, & infinitas de iure reprobatur.

EPITOME.

Sententia vbi in ea dicitur, lata & publicata, verbum, publicata, importat, quòd sit lecta.

DECISIO CCCLVII.

IN vna Brixiens. matrimonij, coram Domino Aquẽs. die 16. Decembris, 1545. fuit decisum, quòd si Notarius diceret in fine sentẽtiæ, lata & publicata: fuit dictũ quòd illud verbum, publicata, i nporteret lectionem sententiæ, per decis. Cassad. 9. de dolo & contumac.

EPITOME.

In causa Parmens. vallium testes deponentes de fama probarunt.

SVMMARIA.

1 *In antiquis quando non respiciatur ad initium litis.*
2 *Duo testes in antiquis quomodo & quare probent.*

DECISIO CCCLVIII.

IN causa Parmens. vallium die vigesima quinta Decẽbris, 1545. fuit conclusum, quòd testes duo deponentes de publica voce & fama de deficientia Liuiæ Vicecomitum probarent, quòd attento, quòd ab anno 1442. ad hodiernum diem erant lapsi 95. anni, & talis
1 diceret ur esse inantiquis. & quòd isto † casu non deberet haberi respectus ad initium litis, qund fuerat de anno 1517. quia non probabant de fama de eo, super quo erat lis: quia tunc attenderetur principium litis, eò quòd tunc possibile fuisset, quòd fama ortum habuisset ab ista lite. Sed in isto casu nostro, ex quo non erat lis super deficientia Dom. Liuiæ, sed incidenter
2 erat deductum, quòd † testes probarent, quia eramus in antiquis, & quia deponebant de re notoria super recognitione, quæ etiam fuit facta quòad comparitionem de duobus instrumentis. Maior etiam pars referebat illud adminiculum insertionis ad inuestituram Maximiliani, & q̃ ex illis duobus instrumentis constabat, quòd etiam in aliis instrumentis isti duo Notarij erant habiti pro Notariis.

EPITOME.

Transumptum in causa Parmens. vallium an sit legitimè recognitum.

SVMMARIA.

1 *Transumptum quando probet comparitionem.*
2 *Interlocutoria etiam parte non citata ad videndum conferri licèt transumptum praminsertum fuerit, ferri potest.*
3 *Transumptum vnde probetur non fuisse acculiatum.*
4 *Res inter alios acta quando faciat praeiudicium.*
5 *Assertioni Principis de facto prædecessoris in praeiudicium tertij creditur.*
6 *Recognitio antiquis non requiritur.*
7 *Litis initium non attenditur cùm tantùm de instrumenti recognitione agitur, secùs si de eius solemnitate & substãtia.*
8 *Enunciatiua verba in antiquis etiam inter alios probant.*
9 *Tempus 89 annorũ nõ habetur in enunciatiuis pro antiquo*

ECISIO CCCLIX.

DIE octaua mensis Ianuarij, 1546. proposui dubium in causa Parmens. vallium, an transumptũ pro parte Corrigien. productum fit per comparitionem, de qua in actis, & alia adminicula legitimè recognitum. Et fuit resolu tũ, quòd stantibus omnibus infra dictis simul iũctis, licèt separatum non sufficeret,
1 quòd † legitima omnia simul iuncta facerent, quòd trãsumptum probaret primùm comparitionem, qualiscunq; esset illa: quia licèt parte † non esset citata ad videndum conferri, & licèt esset transumptum prainsertum, tamẽ poterat ferri interlocutoria, Secundò faciebat subscriptio in partibus facta, in qua collegium Regien. attestabatur, q̃ illi notarij, qui subscripserãt transumptum, erant fideles tẽpore scriptionis. Et licèt

3 †illa fidrs ad recognitionem scripturæ & subscriptio-
nis non esset in forma probanti,eo quia parte non ci-
tata & lite pendente:saltem illud adminiculum facie-
bat,& ostendebat,quòd transumptum non erat tentũ
in occulto,& secreto,sed quòd erat tentum in partib.
in collegio Regio : & illud collegium illud cõproba-
uit. Tertium adminiculum fuit honestas personæ ꝓ-
ducentis , prout in simili plura adducit Marsil. in l. si
quis.in 2.q.& 138.& sequen.ff.de quæst Quartum ad-
miniculum fuit confessio Nicolai:& ista confessio nõ
nocuerat Duci Ferrariæ tanquàm res inter alios acta,
aliquale tamen adminiculum faciebat,per not.per
4 Deci.in l.2.C.de edend.vbi dicitur , quòd res † inter
alios acta aliquale præiudiciũ facit insertum cum pri
uilegio Maximiliani, per ea,quæ dicit Claud.in auth.
5 si quis in aliquo.col.fin. C.de edend. quòd † assertio-
ni Dom. Principis de facto prædecessoris etiam in
præiudicium tertij creditur Quintum adminiculum,
6 quòd à tempore † transumptionis,quod erat de anno
1545.erãt anni 89 & sic eramus in antiquis:quo casu
nõ requiritur recognitio. vt plura ponit Ias.in l. Bar-
barius.ff.de offic.proconsul.nec erat in casu isto respi-
7 ciendum initium †litis, quòd fuit de anno 1517.quo-
niam hic nõ agebatur de solemnitate instrumenti seu
de eius substantia, quo casu benè inspiceretur initiũ
litis,sed tantum agebatur de recognitione instrumẽti:
& dum Nicolaus Capsols procurator Comitis de fa-
cto Vitali dicebat,quòd nos feceramus decisiones cõ-
trarias,dum aliter narratur in quodam instrumento fa-
cto inter fratres Ioan.Baptistę alias de anno 1452.in
quo enunciabatur vallem spectare ad homines villæ
8 Campigne:& ipsi dicebãt,quòd ex quo † eramus in
antiquis,verba enũciatiua etiam inter alios probabãt.
Et licet Rota voluit,quòd ab anno 1452.vsque ad
principium litis, quod fuit de anno 1517.esset tempus
antiquum & pręsumeretur citatio, quæ in actu tran-
sumptionis non respiciebatur:est tamen aduertendũ,
quia si allegata,vt supra vbi est scripta decisio,tunc fa-
cta non fuit,præsumitur citatio propter antiquitatẽ
9 temporis. Item Rota dixit quoad illa verba † enun-
ciatiua,quòd non haberet illud tempus pro antiquo,
& etiam dixit,ꝙ requirebatur,quòd illa verba enun-
ciatiua essent in plurib. instrumentis,per not.per Fel.
in c.cum causa.de testib.

EPITOME.

Porrectio sola facta per procuratorem quo casu non fuerit sufficiens ad præstandum consensum post obitum principalis.

SVMMARIA.

1 *Beneficium aut dignitas an dicatur vacare per resignationẽ an per obitum si sola supplicationis productione facta, idque vigore literarum mandati stipulati resignaturus co non absoluto moriatur.*

2 *Relatio etsi non adsit, potest tamen referens vim nouæ dispositionis habere, cùm de nouo actus facere illi permittitur.*

3 *Referẽs nouam inducit prouisionem cùm de relato nõ constat ad quid relatum explicitè referatur.*

4 *Qualitates illas , quæ ad præstandum consensum sufficiunt, explicitè referri satis est.*

5 *Clauś. quia mandatum est iam datum, non extendit ex stilo Cameræ consensum in mandato.*

6 *Paria sunt non dare vel inutiliter dare consensum.*

7 *Mandatum ad consentiendum in infirmitate datum quatenus valeat. & nu 10.*

8 *Stipulationi in infirmitate factæ non obstat reg. de infirmis si mandatum sit necessarium.*

9 *Solennitas quæ in actus executione requiritur, eadem quoque necessaria est cùm procurator ad illum actum exequendum constituitur.*

s 1 *Supplicatione porrecta potest post obitũ principalis procurator cõsẽt re resignationi, si ad hoc simpliciter sit datus.*

DECISIO CCCLX.

IN causa Oueten. Archidiaconatus de Linero
s proposui dubium die 11.Februarij,1545 an ex so-
la productione supplicationis per Petrum de Loda
facta vigore literarum mandati stipulati per Sebastia-
num, si sine ipso mandato stipulato mortuus fuisset,
Archidiaconatus vocasset per resignationem, & non
per obitum Sebastiani. Et an ex quo in infirmitate
fuit stipulatum,obstet regula de infirmis,& detur co-
pia literarũ,quarum tenor erat talis:Mitto tibi quas-
dam supplicationes ordinatas,facies mihi gratiam,
si illas signari facies , & statim quando erunt signata
vt procurator præstet consensum,quia mandatum est
iam datũ,& reliqua, dicebatur pro parte affirmatiua,
2 quòd ex quo eramus in eo † qui poterat de nouo actũ
facere,quòd licet relatum non reperiretur , quoniam
non constabat de aliquo mandato antea facto,tamẽ
referens habebat vim nouæ dispositionis,ad Alex.Ias.
& Claud.in auth.si quis in aliquo C.de eden.Fel.in c.
1.vbi multa ponit,de rescript. Item ꝙ illa verba, quo-
niam mandatum est iam datum,intelligebãtur,vide-
licèt vigore istarum literarum, ex quo non constabat
de aliquo mandato Nec obstat,quòd pro parte nega
3 tiua dicebatur,videlicèt,quòd tunc † referens inducat
nouã prouisionẽ,quando de relato non constabat
vbi relatum explicitè refertur. In casu aũt nostro re-
latũ non explicat referens,quia dicebatur,cõsentiens
vt procurator.quia mandatũ esset modificatũ,vt puta
cũ pensione vel regressu,ergo cùm non explicitus to-
tus tenor referebatur,tunc referẽs non videbatur de
4 nouo disponere:quia fuit replicatum,quòd † satis est
quòd explicitè referuntur illæ qualitates,quę sunt suf
ficientes ad pręstandũ consensum à procuratore,quia
mandatũ erat iam datum, & istud sufficiebat ad faciẽ
dum certum procuratorem ad effectum, vt posset cõ-
sentire.& illi qui dicebant,quòd erant aliæ qualitates
in illo mandato iam concesso, debebant probare,per
ea quæ aliàs tenta fuerunt in causa Toletan.seu Ga-
dicen.decimarum. Istis non obstantibus Domini cõ-
5 cluserunt pro parte negatiua, probato,quòd à † no-
tarijs Cancellarię & Cameræ & ex eorum stilo vigo-
re illorum verborum,quia mandatum est iam datum
non extenderetur consensus vigore literarum huius
6 modi,& præstitus non esset firmiter & perfectè † conſen
sus:quia paria sunt non præstare vel inutiliter præsta-
re. Item & secundò dicebatur,quòd ex quo secundo
7 loco Sebastianus dederat † mandatum constitutus in
infirmitate.quia ex hoc declarauerat voluntatem suã,
quòd non fuerat voluntas eius , quòd vigore litera-
rũ missiuarum præstaretur consensus:quia dicebatur,
quòd hoc fiebat propter quandam necessitatem.& ꝙ
volebat stare armatus,& quòd poterat illo mandato
vti, quandocumque voluisset, & sic quod mens non
videbatur deliberata ad resignãdum. Ad tertiam antẽ
partem dubij fuit dictum per omnes,quòd si mandatũ
8 erat necessarirum quòd ex † quo in infirmitate erat
stipulatum,non obstabat regula de infirmis.quia Se-
bastianus decesserat infra decem dies : nec obstat, ꝙ
regula tantum loquitur de infirmo resignante, non
autem de constituente procuratorem ad resignandũ:
9 quia fuit dictum,quòd eadem solemnitas,† quæ requi
ritur in executione alicuius actus,requiritur etiã quã-
do constituitur procurator ad exercendũ illũ actum,
vt per Fel.& Ias.in l.1. ff.de acq.poss.itẽ quia quilibet
infirmus

infirmus constitoeret procuratorem ad resignandum,
& ille post obitum præstaret consensum, & sic regula
fraudari possct, qoo casu vt fraus tollatur, fuit lata seo
tentia ad gloss. in c. qoicunque. de vsur. libr. 6. Nec ob-
stabat, quod dicebant, quòd regula loquitur, quando
10 † coosensus præstatur viueote resignaote. quia tuoe
requiritor, quòd ille resignatus viuat per decem dies
post præstitum consensum: secus quando præstatur
consensus à procuratore post obitum: quia fuit dictũ
quòd istud argumentum diluitur ex his, quæ dicta fue
runt io primo dubio, quòd ex literis non erat datum
sufficieos maodatom nisi ad porrigeodum. & illud,
11 quod † dicitur, quòd facta porrectiooe per procurato
rem potest præstari consensus post obitum, locum ha.
bet. vbi procurator est simplicirer datus ad resignao-
dum. & ita iotelligit Cassad. decisi. 1. vbi mandatum
est cooditionale qualificatum ad porrigeodum. &
quod vigore alterius mandati præstator consensus.

E P I T O M E.

Ignorantia reseruationis, coios indagatio erat oecessaria, quando foit reperta probabilis, & quando oon.

S V M M A R I V M.

1 *Prouisus tenetur indagare, an beneficium acceptandum sit reseruatum, nisi magna subsit exquirendi difficultas.*
2 *Familiaritas antiqua facit indagationem reseruationis difficilem in recenter prouiso.*
3 *Ignorantia reseruationis non excusat in mense Apostolico.*
4 *Beneficij fauore Officialium vacantis prouisio statim ad Papam deuoluitur.*

DECISIO CCCLXI.

IN vna Abulẽs. beneficij de Villatorio, coram Dom.
Ioann. Paulo, die 2. Ianuarij, 1546. io qua ordinarius
vigore indolti Apostolici, in qoo erat clausula, quòd
de beneficijs reseruatis in exceden. summam 24. duca
torum teneretur infra oouem menses oouam proui-
sionem expedire, & iura Cameræ soluere, fuit dictum,
quòd si beoeficiom erat reseruatum, quia mortuus e-
rat cubicularios noo de particularibus, & quod oon
incedebat habitu, quòd erat probabilis ignorãtia talis
1 reseruationis, quia licèt † vigore suæ prouisioois pro-
uisus tenetur iodagare, an beneficium esset reserua-
tum, per ea quæ dicit Rota, decisi. 103. in antiqu. Ta-
men qoia ista indagatio erat diffieilis, non tenebatur
quis indagari, nisi ea qoæ de facili sciri possunt, per
Deci. in l. quamdiu. C. de adult. Item etiam dictum
2 fuit. ꝙ † erat probabilis ignorantia, si beneficium erat
reseruatum per obitum familiaris, cuius familiaritas
erat tempore Leonis, ex qoo illa familiaritas vide
batur antiqua, & prouisio erat facta in partibus, ita
quòd eom difficoltate talia familiaritas sciri poterat.
Et qood ita in simili in vna Gerunden. familiaritatis
tempore Alexandri fuerit decisum eoram Domino
Raimoodo. Et annotaui io 1. libr. aonotatioooum mea
3 rom. Sed si beneficium † erat reseruatum, quia vacaue
rat in mense Apostolieo reseruato, quia reg. reseruato
riæ octo meosium oon est danda probabilis ignoran-
tia, quòd isto caso erat sibi impotaodom, si decreto
non satisfecisset. Fuit etiam in eadem conelusum
quòd ex quo decretum dicit, quòd si non expedierit
4 infra sex menses, quòd beneficium † eo ipso vacet,
quòd ex verisimili mente Papæ volcotis prouidere in
demnitati officialiũ, prout diai, quòd prouisio deuo-
lueretur ad ipsum. Et si Papa fuisset interrogatus id
respondisset & disposuisset. ergò habetur pro disposi-
to, vt gloss. commoniter approbata in l. tale pactum.
§. fioal. ff. de pact. & ita non erat verum, qnod antiqui
dicebãt, quòd iste casus foret à Papa in iodulto omis-
sus, qoia statim quòd Papa voluit ioducere vacatio-
nem post sex meoses fauore officialium, ex verisimili
mente ipsius Papæ prouisio erat ad Papam deuolota.

EPITOME.

Testes examinati in iudicio retinen. ooo probant in iudicio recoperan.

S V M M A R I A.

1 *Testes examinati in iudicio retinendæ possessionis non probant in iudicio recuperandæ possessionis etiam inter easdem personas.*
2 *Retinendæ possessionis iudicium quid docendum requirat.*
3 *Absolutoria data in primo cùm parit exceptionem in secundo, tunc principium litis non probatur.*

DECISIO CCCLXII.

IN voa Anaten. Paluden. coram Domino Prospero
1 fuit resolutom, 11. Iannarij, 1546. quòd testes † exa-
minati in iudicio retinen. non probarent in iudicio
recuperand. etiam ioter easdem personas, secuodum
Bartol. in l. 2. C. de edend. & Curt. Iun. consil. 199. &
ibidem Deci. num. 62. colum. penult. quia in casu isto
2 fines diuersi sunt & contrarij, cùm in † iudicio reti-
oen. oporteat docere se possidere etiam in tempore li-
tis ita habetur ad text. in l. 1. in priocip. ff. vti possid.
& in §. retinendæ. Institut. de interdict. & ibi Aretin.
in princip. aot dicat aduersarium possidere, & ipsum
spoliasse secundò: quia, vt dicit Bald. post Barto. in ea-
3 dem l. vbi iudicia † sint, qoòd absolutoria data in pri-
mo parit exceptionem in secondo, tunc principium
non probatur, & ita loqountur Alexaod. Ias. & omnes
ibi, & Fel. in c. el 1. in 3. declarat. de testib.

EPITOME.

Beneficiom vacans in mense reseruato per regulam reser uatoriam octo mensium subiacet decreto indulti, quòd de beneficiis reseruatis teneator prouisus nouam prouisionẽ expedire.

S V M M A R I A.

1 *Beneficium in reseruato per regulã mense vacans subiacet decreto indulti alteri concessi. & nu. 1.*
3 *Reseruatoria regula est temporalis, donec expectatiuæ fuerint expeditæ, ideóque beneficio post expectatiuas datas vacante, cessat reseruatio, nisi post dict. regul. innouatam ante expectatiuarum concessionem vacare incipiat.*
4 *Regulæ Cancellariæ non est probabilis ignorantia. & nu. 6.*
5 *Reseruatio notoria non potest probabiliter ignorari, nõ notoria potest.*
6 *Ignorantia non est inprimis licita vbi de lucro prouisi & damno officialium agitur.*

DECISIO CCCLXIII.

FVIT resolutum in vna Abulen. beneficij de Vil-
latoria, die 15. Ianuarij, 1546. coram Domino Ioã
1 ne Paol. quòd beneficium † vacans in mẽse reserua-
to per regulam reseruatoriam octo mensium subia-
cet decreto iodulti concessi Cardinali Farnesio de
consenso Episcopi Abolien. io quo decreto dicebatur
ꝙ de beneficiis reseruatis excedeo. valorem 24. ducat.
2 deberet expediri noua ꝓuisio: qa † eũ per dictã clau-

 sulam

obſeruantia contractus per illud,ſecundum Deci.con
ſil.36. column.5.prope finem.verſicul.vltim. non ob-
ſtat.& conſil.241.column. 6. verſicul.non obſtat ſi di
catur.Iaſon in l.ſciendom. column 7.in 4. limit. ff. de
verborum obligation Felin.in c.ſicut.colum.17.verſi
cul.& vltimo.de re iudic. Et iſti Doctores ſentiunt,ꝙ
4 data obſeruantia † contractus ſufficiant 30.anni,vt ex
preſsè dicit Caſſad.deciſi.5.de procur. Et iſta de plano
procedebant in illa Vicen.Caſſalium , quam tunc pro
ponebat Dominus Ioannes Paulus,in qua de nullita
te alienationis agebatur,non erat ſucceſſor in Mona-
ſterio,qui diceret de nullitate,ſed erat tertius: Et ideò
5 bona omnia pręſumebantur.quia † reſpectu Eccleſię
in eius fauorē contractus poteſt claudicare,vt per Iaſ.
in l.cum his.§.eam tranſactionem.ff.de trāſaction. ſed
idem crederem etiam vbi rector egiſſet de nullitate,
quia ita ſentiūt Doctores in loco ſuperius allegato.
Secundò dicebatur pro parte Corrigienſ. quòd dato
quòd Dux Ferrarię diceret de permutatione cum Do
mina Duciſſa,videlicet vt matre tutrice filij ſui pupilli,
6 tamen quòd in illa permutatione † non conſtabat de
decreto iudicis , quòd in alienatione rerum minus eſt
neceſſarium, iuxta text.in l. 1. ff. de rebus Eccleſ.non
alien.& iſta ſolemnitas etiam ligat principem mino
rem,ſecundum Bartolum , in l. quidam conſulebant.
7 colnm.fin.ff.de re iudic.nec poterat dici ꝙ † ex diutur
nitate temporis ſolemnitas pręſumeretur , ex quo in
contractu non erat renunciata,ſecundum Deci.in c.
quoniam contra.colum.24.verſicul. vltim.de proba
tion.Brun.in tracta.de forma Cardin.deciſi. 3. de pro
cur.Dec.conſi.37.Et ideò cùm res pupilli minus ſolen
niter eſſet alienata,quòd non competebat Publiciana,
per text.gloſſ.in l.cùm ſpōſus.§.ſi res.&in l.cùm à mi-
nore.ff.de publiciana. fuit reſponſum, quòd immò ex
diutu rnitate temporis præſumuntur etiam ſolemnita
tes non enunciatæ.Iaſon in l.ſciendum. ff.de verborū
obligationib. Tiraquell. in tractatu de leg. connub.
8 cùm dicebatur , quòd publiciana † non datur,
contra directum dominium,vt not.in §.ſed iſtæ.Inſtitu
tion. de action. Et cùm Corrigien. eſſent inueſtiti ab
Imperatore , in ipſos erat translatum dominium. Ad
9 iſtud fuit reſponſum.quòd ex † inueſtitura non proba
tur dominium niſi in inueſtituris : Cùm autem Dux
Ferrariæ non eſſet de illis inueſtitus, non poterat pro
bare dominium ex inueſtitura contra ipſum Ducem.
Quartò dicebatur,quod Corrigien.poſt inueſtituram
1452.annos poſſederunt vallem, antequàm deueniret
ad manus Ducis, adminus per nouem aut decē annos:
& ſic ex tali poſſeſsione eis erat quæſita præſcriptio,ex
præſcriptione quęſitum dominiū, vt per Bartol.in l.
rem alienam.colū.penultim. ff. de piguor. action. Ad
iſtud fundamentum fuit reſponſum, quòd Dux Ferra
10 riæ & Corrigienſ. eſſent diuiſæ † prouinciæ , quod ſi
quę pręſcriptio erat conſideranda, erat inter abſentes,
requirebātur viginti anni. Item dicebatur retorquen
da,quod cùm Dux Ferrariæ poſt permutationem poſ-
ſediſſet 18.annos ſimiliter haberet pręſcriptionem de
cennalem, & ex tali pręſcriptione ipſi Duci eſſet quęſi
tum dominium. Item quia erat inter abſentes non po
terat currere niſi pręſcriptio viginti annorū. Quintò
pro parte Corrigienſ.fuit dictum,quod ſicut confeſsio
11 Nicolai,quod vallis eſſet feudalis,† nocebat Comiti
de Sala eius ſucceſſori:ita dicēdum eſſet in caſu noſtro,
quòd cōfeſsio Manfredi , qui vallē ab Imperatore re-
cognouerat,noceret cuicūque etiā ſucceſſori particula
ri:cùm Dux Ferrarię eſſet ſucceſſor particularis Ducis
Mediolani,qui erat ſucceſſor Mānfredi: & ꝙ ſucceſſor
eſſet particularis,licèt cōfeſsioni ſui actoris cōtrarietur
in l.ſi præſes,in gloſſ.final.C.de pignorat. Ad iſtud fun
damentum per quod Rota fuit mota in fauorē Corri
gienſ.nec etiam ad aliud fuit reſponſum,niſi quòd nō
conſtabat in facto,quòd Dux Mediolani,ex cuius per
ſona veniebat Dux Ferrariæ veniret ex perſona M.
Antonij alterius fratris, de quo non conſtabat , quòd
ratificaſſet inueſtituram. Et ideò erit videndum, quòd
ex actis conſtet. Circa ſecundum fuit reſolutum,quòd
12 ſi Dux Ferariæ volebat † coniungere tempus Nicolai
cum tempore ſuo,debebat illud cum ſuis qualitatibus
acceptare: Et cùm Nicolaus per prius vallem ab Im
peratore recognouiſſet , iam cùm haberet conſcien
13 tiam rei alienæ,& quando † quis procurat noua inſtru
menta ſuper re iam ab alio em pta, dicitur ille in mala
fide,ſecūdum Afflict.in deciſi. Neapolit. 89. numero
12.& 13.facit quod ſcribit Alexand.conſil.187.column.
14 3.volum.2. Et quamuis liceat † vnicuique cumulare
iura iuribus , tamen non ideò ceſſat habere conſcien
tiam læſam,quòd res illa ſua non ſit: vel ſaltem negare
non poteſt,quin tunc,cùm primo loco emerit, non du
15 bitauerit,ad quem res pertinebat. Sed dubitans † non
præſcribit,quando ab initio emptionis habet cauſam
dubitandi , ſecundum Cardin. Pariſi.in c.illud , de præ
ſcription.numer.13.& in c final.numer.4.eodem titul.
Item dicebatur, quòd etiam quòd coniungerētur tem
pora Ducis Ferrariæ cum tempore Nicolai,tamen illa
tempora conſtituebant quatuor annos , & ideò aduer
16 ſus Imperatorem non erat præſcriptum:cùm † con-
tra eum ad minus requiratur præſcriptio quadraginta
annorum,ſecundum Felin in c.ad audientiam.colum.
9.de pręſcript. Baldus in tract.de præſcript.in 2. q.prin
cip.q. 1. & licèt † contra Corrigienſ. daretur aliqua
præſcriptio,quia tamē Maximilianus ceſſerat iura ſua,
ideò Corrigenſ. ex iure ceſſo poterant agere.

EPITOME.

Remiſſoria ad probandum famam dotationis & priuilegij quo caſu conceſſa.

SVMMARIA.

1 *Præſentandi quaſi poſſeſſio licèt ex vnico quæratur actu, non tamen bona fides. & nu. 4.*
2 *Quaſi poſſeſſio præſentandi præſumitur in potente ex vſurpatione quæſita, niſi probetur contrarium.*
3 *Teſtibus duobus iuuenibus in re antiqua examinatis cum non adhibeatur fides, datur producenti eos remiſſoria ad melius probandum.*
3 *Fundationem in monaſterio probare non ſufficit, ſed docendū eſt quoque priuilegium Apoſtolicum.*
6 *Ius patronatus in Eccleſia conuentuali habere non eſt licitū, niſi doceatur priuilegium Apoſtolicum.*
7 *Remiſſoria non datur vbi nullus adeſt fumus.*
8 *Remiſſoria quando detur propter teſtes.*

DECISIO CCCLXVI.

IN vna Tranen.de Carmelian. coram Domino Mo
hedano decima octaua Ianuarij,1546.factum tale e-
rat,quòd Prioratus cuiuſdā Monaſterij, de quo ageba
tur liberè per logiſsimum tēpus erat collatus à Papa
nulla facta mentione vltimi ſtatus, qui fuerat ad præ
ſentationem Imperatoris ex priuilegio Apoſtolico.
1 Et licèt Rota dixiſſet , quòd † ex vno actu quæratur
poſſeſsio præſentandi: tamen ex vnico actu nō præſu
mitur bona fides,ſi aliter non probetur,maximè in po-
tente,

1 ram me fuit resolutum,quòd † cum Cardinalis resigna
ret cantoriam in fauorem Ioannis de Talamara,reser
uato sibi regressu , & pensione pro tertio, dato, quòd
procurator qui habebat sufficiens mandatum ad con-
sentiendum pensioni,non facta mentione de regressu,
diceretur etiam regressui consensisse. Fuerat autem ex
presè consensum pensioni,ex quo per regulã de expe
diend.liter s requiritur præstatio consensus; sed ad re
2 gressum † non requiritur consensus partis,cum depen
deat à mera gratia Papæ.

EPITOME.

Prouisio vicarij reuocati per obitum Episcopi stante ipsius ignorantia valet.

SVMMARIVM.

1 *Legati expressè in publico consistorio Papæ reuocati gesta vt
valent,sic & vicarij generalis,ad cuius notitiam nondum
venit reuocatio.*

DECISIO .CCCLXX.

IN vna Iacen.seu Osen.Canonicatus & præbend.du
bitauit Dominus Antonius August.die 27.Ianuarij,
1546.an resignatio facta in manibus vicarij generalis
Episcopi, mortuo antea per 16. dies Episcopo , subsi
stat non constito , quòd obitus Episcopi peruenit ad
notitiam generalis vicarij,licèt veri similiter potuit:&
1 fuit resolutum quòd sic.quia † si valent gesta per lega
tum expresè etiam in publico Papæ consistorio reuo
catum,si etiam vicarij post reuocationem gesta valent,
ad l.si mandassem ff.mandati.c.mandato. de procur.&
multa similia possunt allegari,etiam de fauore publicæ
vtilitatis,vt nota.in l.Barbarius.

EPITOME.

Apostoli vbi dantur testimoniales non tenetur quis infra 10. dies committere causam.

DECISIO CCLXXI.

IN vna Fauentin.parochialis, coram Domino Ioan. Paulo die 27.Ianuarij,1546.fuit resolutũ , ꝙ quando est appellatum à definitiua coram alio Auditore, qui tulerit sententiam,& fuerunt dati testimoniales, quòd licèt causa non sit commissa infra decem vel vndecim dies,prout erat in illo casu,haberet animum ad prose quendum, nec esset tempus per auditorem, prout fit, quando dantur reuerentiales:quia tunc propter præ-fixioné termini gratiæ iuxta c.personas. tenetur infra decem dies committere causam.

EPITOME.

Mandatum de manutenendo quo casu denegatum fuerit ambobus litigantibus.

DECISIO CCCLXXII.

IN vna Tiburtina coram Domino Antonio August. in qua Nicolaus ante ortum Solis acceperat posses-sionem quorumdam beneficiorum,& Ioãnes Dominicus in ortu Solis vigore regressus, quem ad dicta beneficia habebat,dubitatũ fuit,cui esset dandũ mãdatũ de manutenendo. Et fuit resolutum , quòd neutri. Nicolao priori non erat datus eius titulus, & possessio propter decretum appositum in regressu Ioãnis Dominici erat attentata, & ideò non erat manutenendus in possessione vitiosa. Ioanni Dominico secundo capienti posses sionem fuit negatum,quoniam stante alio priori possessore non habebat possessionem. Et ideò fuit mandatum ad effectum tollendi scandala,vt poneret Auditor in sequestro ex officio.

EPITOME.

Instrumentum translationis, quæ non fuerat octauo Februarij 1546. iste punctus fuit iterum positus,& Domini idem tenuerunt quod sententia A. C. & depositio notarij non obessent

DECISIO CCCLXXIII.

IN causa Hispalens.pensionis dedi dubium 22.Ianuarij 1546.An sententia A.C.& depositio notarij dicẽtis se lacerasse memoriale, præiudicent instrumento translationis pensionis. Et fuit resolutum,quòd non: quia confessio notarij dicentis se lacerasse non nocebat, per ea ꝙ dicit Felin. in c.accepimus.nu. 16.de fid. instrum.vbi si notarius dicat amisisse inbreuiaturã suã, non creditur iuramento suo.Sententia etiam A.C.nõ præiudicabat,ex quo in eadẽ dicebatur, quòd notarius nihil dolosè & fraudulenter egerat , à crimine falsi absoluebat: & tamen si certum fuisset quòd lacerasset illam primam notã originalem, in qua substãtialia rei perfectè absolui non poterat, cùm veritatem occultasset,& ideò dolosus fuisset. Item quia in sententia dicebatur,instrumentum à nota discordare iuxta eius originem,ergò de necessitate oportet præsupponere, quòd esset aliqua nota nõ lacerata.Item quia dicebat sententia propter lacerationem, de qua in actis , apparebat ergo quòd nota erat producta in actis.

EPITOME.

Sententia nulla an excuset à lapsu fatalium.

SVMMARIA.

1 *Sententia nulla à fatalium lapsu excusat.*
2 *Appellans quando finiat litem.*
3 *Sententia non citato procuratore quando valeat.*

DECISIO CCCLXXIIII.

IN vna Oueten. Canonicatus & præbendæ , coram
1 me proposui dubium 22.Ianuarij,1546.an † senten
tia nulla excusaret à lapsu fatalium. Et fuit resolu-
tum quòd sic : quia lex punit negligentiam illius,
qui infra fatale non fecit vsque ad sententiam causam
expediri.cùm autem in casu nostro fuit negligens , in
tantùm vt per sententiam nullam iurisdictio iudicis
delegati, & sic A.C. expirauit,l.si vt proponis. el 1. C.
2 quom & quan. iud.Ergò † verum est dicere, quòd ap
pellans fecit causam finiri , ex quo iudex hic benè seu
malè pronunciauit,functus est officio suo,& Angel.in
l.iudex postquàm.de re iud.dicit , quòd instantia fini
tur.Non obstat,quòd nullum negotium sit finitum:&
nullum, & inutile æquiparatur,maximè quando con
stabat de nullitate sententiæ ex eisdem actis, prout e-
rat in casu isto,in quo iudex nulliter pronunciauerat
3 citationes:quia † nõ fuerat citat⁹ procurator in actis.
quia fuit responsum , ex quo etiam isto casu cadebat
aliqua executio,& in iudicio & in parte,qui nõ aduer-
tat ad illum procuratorem,qui erat procurator substi
tutus,& tamen nihil fecerat nisi acceptare causam : &
post illam acceptationé cõparuerat illius procurator
cum mandato non habente clausulam,citra reuocatio
né,& iste procurator omnia in causa fecerat. Et ideò
eo recedente fuit decretus processus per audientiam
ad illum procuratorem,qui acceptauerat tantùm.Fuit
dictum,quòd ex quo erat multum tempus elapsũ à die
acceptationis, & ꝙ nihil aliud fecerat , ex quo aliqua
executio poterat cadere.sec⁹ vbi nullitates essẽt ita e-
uidentes & apparentes,vt nullam excusationé recipere
possent.

talem reuocationem, attento prooemio dicat, volens
2 ambitiosæ cupidati obuiare, & certè ex † quo
in canonicum creatio, per ordinarium confirmata
concessa est valida, ad c. relatum. et c. cùm dilectus. de
præben. & ipsi canonico præbenda debeatur, nō vide
tur ambitiosus ille qui ad Papam recurrit pro con-
firmatione eius, quod sibi videbitur. Item cum reuo-
catio fiat ad effectum prouidendi clericis pauperibus
non videtur verisimile quod Papa voluit reuocare
gratias pauperibus clericis concessas. Item cùm ista
3 † creatio in canonicum per Papam cōfirmata dica-
tur gratia iuxta regulam reuocatoriam non videtur
casum mixtum comprehendere ad gloss. in Clem. du
dum. de sepult.

EPITOME.

Ius à resignante transfertur in resignatarium etiam quod re signatarius ignoret reseruationem regressus & fructuum cū derogatione regulę præstan. censibus.

SVMMARIA.

1 *Resignans an non sequentibus illis conditionibus, quibus re signat beneficij ius omittat.*
2 *Ius non nisi acceptatis omnibus qualitatibus transfertur.*
3 *Reseruatio regressus & fructuum cum derogatione regula dependet à gratia Papæ non requisito vllo resignatarij consensu.*

DECISIO CCCLXXVII.

RESignatio vbi est facta cum reseruatione regres
sus & fructuum cū derogatione regulæ de præ
standis censibus quoad reseruationem licèt nullam
habeat de reseruatione regressus & fructuum mentio
1 nem dicitur † ius esse abdicatum à resignante & trans
latum in resignatarium per illam translationem, ad c.
si tibi absenti. nec facit quod resignans non videtur resi-
gnasse, nisi cum illis qualitatibus reseruationis regres
2 sus & fructuum, & ideò † si non constat quod etiam
qualitates non sunt acceptatæ nō videtur esse ius trās
3 latum quia fuit responsum quòd reseruatio † regres
sus & fructuum cum derogatione regulæ à gratia Pa
pæ dependebat absq; vllo consensu resignatarij: & i-
deo eius consensus non erat necessarius. Nec obstat,
quòd resignatarius intellectis illis qualitatibus pote-
rat non acceptare portionem resignatam & ideo an-
te eius consensum non videtur esse ius quæsitum.
quia fuit responsum quod fructum qualitatis exponē
ti portionē vacare volebit acceptare, erat succursum
remedio retrocedendi illā prout dicimus in regressi-
bus, qui reseruantur sine consensu in quibus non di-
xerit quod ius sit translatum ex quo resignatarius i-
gnorauit regressum reseruatum. & ita die 26. Ianuarij
1546. fuit resolutum in vna Salamantin. portionis co
ram D. Fabio.

EPITOME.

Archipresbyteratus de Medinal del campo est dignitas ru ralis.

DECISIO CCCLXXVIII.

IN vna Salamantin. præeminentiarum die 20. Februa rij 1546. proposui dubium præsupposito, quod capitulum maius consenserit erectioni, an Archipresbyteratus sit dignitas ruralis, & si non an bulla sit surreptitia. Et fuit resolutum quod esset dignitas ruralis Nā dato, quod esset in oppido de Medina, quod est oppidum insigne, tamē quia illa dignitas erat in Cathedrali non poterat dici Archipresbyteratus Ciuitaten. vt in c. officium. de offic. Archip. ergo erat Archipresbyteratus ruralis, iuxta tex. & in summario in c. fin. de offic. Archipresb. vers. quia sicut genera. Non obstat quod capitulum maius haberet illas præeminentias quas habet Cathedralis & collegiata, quia per hoc non est cathedralis nec collegiata. Et ideo dicebatur quod si Papa intellexisset dictas præeminentias quod difficilius concessisset erectionē: quia fuit dictum quod ex quo Capitulum maius supplicauit quòd Papa non fuisset difficilior ad concedendum, cùm volenti nulla fiat iniuria.

EPITOME.

Priuilegium quo casu amissum.

SVMMARIA.

1 *Ius præsentandi non nisi de licentia Episcopi potest ex fundatione in ecclesia conuentuali quæri.*
2 *Priuilegium Apostolicum iuris pręsentandi an amittatur non vtendo.*
3 *Priuilegium spatio 120. annorum amittitur.*
4 *Rescriptum per non vsum non perditur.*
5 *Ius pręsentandi in fundatione cum consensu Episcopi non reseruatum, sed postea concessum non est merè priuilegium quoad ecclesiā conuentualē, sed est contra ius commune.*
6 *Pręlatus est in ecclesia conuentuali eligendus de iure communi non autem pręsentandus.*
7 *Iuris præsentandi priuilegium in eccl. conuentuali in beneficijs simplicibus est gratiosum.*
8 *Priuilegium facultatiuum nec 100. nec etiam 120. annorum spatio amittitur.*

DECISIO CCCLXXIX.

IN vna Eluen. Prioratus de Armeliano in qua imperator de anno 1538. pręsentauerat per resignationem ad dictum prioratum & illa præsentatio erat sortita effectum, tamen quia eramus in potente, dicebatur, quòd quasi illa præsentandi possessio ex illa præsentatione quæsita præsumebatur ex vsurpatione, & ideo ad purgandam illam præsentationem fuerūt examinati testes de publica voce & fama, quòd esset ex dotatione & fundatione, sed quia istud non sufficiebat, cum essemus in ecclesia cūuentuali, in qua non
1 potest † quæri ius præsentandi nisi sit facta reserua-
tio tempore fundationis de authoritate Episcopi,
quę reseruatio in casu non probatur Imo Imperator
in præsentatione dicebat quod præsentabat vt comes
Rossiglionis, ad quem ex priuilegio apostolico ius
præsentandi pertinebat. Et quia supradictum fuit, quod
decerneretur remissoria ad probandam talem famam
priuilegiis dubitauit D. Mohed. qui erat auditor cau-
sæ, die prima Februarij 1546. præsupposito quòd priui
legium probaretur an quia comites Rossiglionis, pu-
2 tà Rex Castellę, & Charolus nū erant † absq; illo pri-
uilegio spatio centum & viginti annorum quo tem-
pore nullæ vacationes interuenerunt, & Papa semper
de beneficio vt libero, non faciendo mentionem de
patronatu, nec ei derogādo semper prouiderat an pri
uilegiū esset amissum: quia hoc non solum interuene
rat spatio viginti annorū quo vti poterat dicto priui-
3 legio & non fuerat vsus sed etiam † spatium centum
viginti annorum, quo casu priuilegium amittitur, per
l. 1. ff. mandati. latè per Felin. & Dec. in c. cùm accessis
sent, de constitu. Non obstat quòd hic agatur princi
paliter de patronatu, sed incidenter deducatur priui-
legium, quia respondebatur, quòd si priuilegium per
dictum tempus esset amissum, quod quasi possessio
præsentandi Imperatori remanebat vsurpatiua, &
quòd non poterat iam ex priuilegio. quo casu procedunt notat. in d. l. prima. & in d. cap. cum accessissent

sent.vbi volt Felin.in l.quòd rescriptum,quia nititur.
4 iori commoni,per non † vsum oon perditur Ita esset
dicendum in casu nostro,in quo priuilegiom es fun-
datione & dotatione dependet,ei est staodum:ideò pri
uilegium nõfuit merè gratiosum. quia fuit responsum
5 quòd postqoam Ecclesia † conuentoalis est ædificata,
& in ca non est reseruatum ius præsentandi,si posteà
concedatur illud,nõ est merè priuilegiũ : qoia contra
obseruãtiam iuris communis,vt patet in c nobis. de
impetrat.vbi si nõ est reseruatũ dotans vel fundans nõ
6 potest presentare. Item quia in Ecclesia †conoen-
tuali Prælatus debet eligi.non autẽ ab vno præsentari
c.10.de electio. Et ideò cùm priuigij concessio tendat
contra obseruantiam ioris communia , dicẽdum est,
7 quòd priuilegium † & licèt ius præsentandi in benefi
cija simplicibus sit gratiosum c.3.de iure patro.tamẽ
non dicitur ex priuilio concedi,quia statim quòd quis
fundauit vel dotauit ex iure communi absqoe alio
priuilegio habet ius prẽsẽtãdi. Nõ obstat,q dicereter,
8 q hic eramos in prioilegio facultatiuo,q nec dicto spa
tio cẽtum annorũ amittitur,iuxta no.per Fel.& Dec.
in d.c.cũ accessissent.qoia respondebatur,q hic priui-
legium nou erat facultatiuum,cùm in expressa volun-
tate alicuius conceditor,proot declarant Dd. Et ideo
debebatur pro parte Cæsaris de tali qualitate doceri,
cum alias presumatur,quòd sit priuilegium simplex.

EPITOME.

Restitutio inintegrum an detur in beneficialibus post qua driennium vbi constat de bono iure.

SVMMARIA.

1 *Beneficialia post quadriennium restitutionem non admittunt,nisi ex causa boni iuris.& nu.7.*

2 *Ignorantia probabilis non est in beneficialibus post quadriennium,cum de diligentia nil constat.*

3 *Læsio enormissima non potest in beneficialibus,& præcipuè parochialibus considerari.& nu.5.*

4 *c.1.de restit.in integ.quod in enormissima læsione dat restitutionem,quando procedat.*

6 *Possessor non est sine titulo in sua possessione defendendus.*

DECISIO CCCLXXX.

IN vna Cæsaraugustan.parrochialis de Toralua
corã D.Thoma de Thauis dubitauit ipse,quia fuit
1 resolutum,quod in† beneficialibos post quadrienniũ
non datur restitotio,vt in 1.lib. annotatioonm posui.
an ex quo in isto casu constat de booo iure illios vide-
licet Petri de Valero petentis restitutionem,deberet
concedi restitutio. Et dubium ita dicebat,vtrùm in
causa huiusmodi sit probabilis igoorantia vel enor
missima læsio, die 1.Februarij 1546. fuit resolutum,
2 quòd † non esset probabilis ignorantia quia noncõ-
stabat, quòd fecisset diligentiam intra quadrienniũ.
Ad secondam partem dubij dicebatur,quòd in istis
3 beneficialib. † maximè vbi tractatur de parochiali,
non potest considerari læsio,per ea quæ notat gloss.
& ibi Abb.col.6.in c.ex parte.de restit.spoliat. Item
4 quia † ca. 1.de restit.in integrum in 6.quod concedit
restitutionẽ in integrum ex capite enormissimæ læsio
nis,procedit in eccle.ac minore,& sic in persona pri-
5 uilegiata:nos† autem sumus in minori,& in eo,in quo
non reperitur, q de iure communi detor restitutio,
pròut dicit Card.in Clemeo. vnic.de restit.in integrũ
in 6.quòd vbi in beneficio noodatur restitutio ipsi
ecclesiæ, sed quòd istud sit verũ,patet deiure commu
ni propter instrumenta de nouo reperta,dato q in eis
constet de bono iure,nõ datur restitotio,l.imperato-
res ff.de re iudic. c.suborta.eod.tit. Non obstat quòd
6 sumus in beneficialibus,& quod † possessor non de-
bet in sua possessione sine tit. defeodi: quia respon
debatur huic inconuenienti, quòd ordinarius pote-
rat prouidere.. Et fuit dictum quòd superflua esset de
cisio facta , videlicet quod post quadriennium oon
7 †datur restitutio,cum nõ soleat dari,nisi ex causa bo-
ni iuris.

EPITOME.

Citatio ad certum diem quo casu non fuerit circunducta,& ex tractio iurium valuerit.

SVMMARIA.

1 *Extractio iurium eorumque collatio post diem citationis, quæ comminationem habebat,quòd ad vlteriora procederetur,nisi compareret facta valida est.& nu. 3 .*

2 *Citationis terminus quando non dicatur circunductus.*

4 *Citato non comparente per contradictos vocari non debet, nisi pars aduersa voluerit: & non facta actum non vitiat.*

DECISIO CCCLXXXI.

IN vna Lucen. parrochialium fuit citatus Didacos
Perez ad videndum extrahi iura sub ista forma: Nos
Martinus iudex apostolicus citamus & citari manda-
mos Didacum,vt infra nouem dies proximè sequen-
tes veniat & compareat coram nobis ad interessendũ
& videndom extrahi prelenrari, legi,& collationarij
processum,possessiones,scripturas cum certificatione
quam nobis facimos:quod si nõ comparueritis in ve-
stris absentiis & contumaciis habitis pro præsentiis
extrahentur & transumabuntur dicta iura vobis vlte
rius non citatis,& presentes ad omnia ex dependentia
vos habemus pro citatis & vocatis & vobis assigna-
mus pro auditore vbi faciemus audientiam, Ecclesiã
de la columna omnib.diebus feriatis hora vesperarũ.
dicta citatio fuit executa contra Didacum 2. Decem
bris 1544.fuit dobitatom per D. Fabium,qui causam
habebat 18.Februarij 1546.stante citatione ad viden-
dum extrahi Iura infra nooem dies,cùm cõminatio
ne quòd si non comparebunt extrahentur ipsis aliter
non citatis,& ad vlteriora procedetur, cum sic citati
1 †in noua die non comparuerint & ea die nil fuerit fa
ctum nisi accusata contumacia: Et diebus sequentib.
iura fuerunt extracta & collationata an talia proces-
sus valeat,& fuit resolutum quod iura essent validè
2 extracta: quia ex quo in termino †pars comparuerat,
& cootumaciam accusauerat,non erat verum dicere,
quòd terminus citionis erat circõductus,l.ex post obi
3 tum.§.1.ff.de iudic. Et ideò cùm †iuridisdictio iudi-
cis maneret post terminum , poterat iudex ad alium
diem extractiooẽ differre,& pars contumax non erat
amplius citanda,c.consuluit.de offic. deleg. & quod
facit deci.Rotæ 245 . in nou. Et licèt in Rota sit de
4 more nõ cõparente citato citare eum † per cõtradi-
ctas illud est de vrbanitate & non de necessitate,prò-
ut dicit ista deci. Et vbi iste mos & consuetudo oon
adest,per hoc actus noo debet vitiari.

EPITOME.

Priuilegium Leonis transferendi pensiones limitatur per Paulum ad summam 150.in causis pendentibus.

SVMMARIA.

1 *Pensio stantibus priuilegiis Leonis quo vsque ad quamcũque summam transferri possit an superueniente decreto restringenti si vltra illam summam translatũ sit, valeat.*

2 *Lex superueniens de futuris non præteritis est intelligenda,nisi talia adsint verba quæ quoque ad prẽterita extrahantur.*

DECISIO CCCLXXXII.

IN causa Hispalen. pensionis die 8. Februarij 1546.
1 fuit dubium, an† stantibus priuilegiis Leonis &
Pauli, quod pēsiones non possent transferri nisi vsq;
ad summam 150. pensio de qua agitur sit benè transla-
ta. Et fuit resolutum quòd licet per priuilegium Leo
nis milites clerici possent transferre vsque ad quam-
cunque summam, quia tamen consueuerunt lites in-
troduci super talium translationum validitate ex quo
prætendebatur tale priuilegium non esse vsu receptū
& in specie super ista trāslatione lis super inualiditate
in Rota pendebat: & ideo superuenisse motum pro-
prium Pauli de anno 1540. vsq; ad summam 150. trans
ferentem, vt de nouo reseruari possent: an hoc in cau
sis pendentibus esset iudicandum. Dicebant dominī,
quod satis esset lex clara, quod vsque ad illam summā
2 esset valida. Non obstat quod lex † dat nouam futuris
& non præteritis negotiis: quia dicebatur quòd esset
verum nisi essēt illa verba & in causis pendentibus, &
sic quòd ad preterita traherētur, vt per Felin. in c. fi.
col. 4. de constit. Item omisit priuilegium declarans
antiquum à Leone editum, ergo trahitur ad preteri-
ta, & litigiosa, ad Felin. in d. c fin. in dictis locis & col.
3. vers. fallit 2. Et ex ordinario scriptore apparebat,
quod Garzias ante istam pensionem 24. plusquam
quingentorum transtulerat.

EPITOME.

Procurator agens ex mandato insufficienti si producat. mā datum sufficiens post sententiam sententia non sustinetur.

SVMMARIA.

1 *Sententiā ante sufficiens procuratoris mandatum lata nouo sufficienti producto post eius pronunciationem labefactatur & nu 4.*
2 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
3 *Electio vnius via facit cessare alteram, cùm incompatibilia aguntur.*
5 *Potestates duæ diuersa cùm concurrunt, si altera insufficienti quis vtatur: non saluatur ex altera sufficienti actio.*
6 *Procuratoris gesta, de cuius mandato nō constat, quando valeant.*
7 *Mandato duplici sufficienti scilicet & insufficienti vtens distinctè si ad nullum se restringat, melius elegisse videtur.*
8 *Deci. a. de procur. in nou. non seruata.*
9 *Paria sunt non esse & non apparere.*
10 *Procurator quomodo agat sine mandato.*
11 *Mandatum præcessisse ante sententiam doceri potest, sed nō ratificari ea sufficiens mandatum.*
12 *Bonum ius pro defensione sententiæ quando non consideretur.*

DECISIO CCCLXXXIII.

PRocurator substitut⁹ vigore mādati quòad causas
beneficiales cōparuit in causa beneficiati obtinuit
sententiā D. Rauellen. die 24. Februarij 1546. in vna
1 Cæsaraugustan. pēsionis ex' quo† procurator nō habe
ret mandatum sufficiens ante sententiam aliud pro
duxit post sententiam, an sententia sustineretur. Et
fuit resolutum, quòd non, per consil. Roman. 445. &
per Ias. in l. exigens, & l. monitus. C. de procura. Non
faciebat ad propositum, quia in dictis locis si maritus
2 agit vt procurator, quia † prouisio hominis facit ces
sare prouisionem legis: ideo si nō est procurator pro-
cessus non sustinetur vt à coniuncta persona factus,
3 quia eligendo vnam viam facit alteram cessare. & sic
eodem tempore vtraq; potestas tanquam incompati-
bilis non conuenit: sed in casu nostro vtraque pote-
stas eodem tempore concurrebat licet altera insuffi-
cienti vsus fuerit. Sed dixerunt Domini, quod si con
stabat ex actis, quod ille substitutus fuerit ex illo mā
4 dato insufficienti. & † sic appareret quòd ad illud mā-
datum insufficiens substitutio restringeretur, sed ta-
lis sententia non sustineretur ex mandato insufficien
ti per consil. Roma. 49 . per no. in c. ex officiis. de præ
scrip. maximè per Felin. col. 10. vers. 4. cōclus. 7. & per
Socin. in l. multum interest. col penult. de condit. &
5 demonstrat. vbi quando † in eodem concurrunt duæ
potestates diuersæ, si est vsus vna insufficienti non sol
uantur actus ex sufficienti. Non obstante not. per Ro.
decis. 7. in fin. de procur. in nou. & 14. eodem ti. in
6 antiq. aliàs 245. vbi valent † gesta procuratoris, de
cuius mandato non constabat, si cum eo procurator
postea compareat: quia procedunt dictæ decisiones si
vnum duntaxat habet mandatum, quia in dubio vi-
gore illius mādati videtur actum exercuisse. vbi appa
7 ret ex istis decisionibus, vbi quis distinctè † duplici mā
dato insufficienti & sufficienti vsus est, quo casu ad
nullum mandatum se restringendo melius videtur e-
legisse ad l. 3. ff. de testam. mili. & ita loquitur Roman.
consi. 343. & Felin. in c. cùm super. col. 3. in fin. vers.
limita hic vt habeant locum. de offic. deleg. Dixerunt
8 etiam domini quod † decis. 7. de procur. in nou. aliàs.
145. in addit. dicat, quòd vt mandatum sustineatur in
actu, oportet quòd producatur ante sententiam quòd
illæ decis. non seruantur, sed decis. 19. de procura. in
antiq aliàs 248 quæ vult quòd sufficit, quòd constet
de mandato etiam post sententiam. Non obstat consi-
deratio vna quam dicebat vnus ex Dominis, quòd im
mò esset tenenda illa decis. 145 in nou. ne esset in
parte partis iudicium reddere elusorium: & quodam-
modo quòd iudicaret, sicut dicimus quòd Rota te-
net, quòd sententia lata non potest ratificari per de-
cis. 13 in antiq. & ratio est, ne sit in potestate partis ap
9 probare sed est, in sui fauorem, cùm † paria sint nō es
se & non apparere, sed vbi adest mandatum ante sen
tentiam non potest sententia ratificari. Ergo ita di-
10 cendum erit, vbi adest mandatum, † permittit vt pro
curator agat sine mandato ad effectum, vt possit dice
re de nullitate. & ideo cùm ex tali facto sit illi ius quę
situm non potest esse in potestate partis vt sententia
qualificetur, sed quādo procurator agit sine mandato
& pars non opponit ante sententiā, sed post sentētiā
opponat, videtur debere facere. & ideò Rota adtollēdā
11 dictā cauillationem contentatur q† possit docere de
mandato pręcedenti, si reuera illud pręcessit, non autē
vult, quòd sententia possit ratificari, & quòd dependet
à mera voluntate ratificantis. Et aduerte, quòd isto ca
12 su non fuit consideratum bonum ius † pro defensione
sententię: quia sententia erat lata super canonizatione
regressus & priuatione.

EPITOME.

Executio trium sententiarum quo casu nō fuerit impedita, & Dux Ferrariæ non potuit à sententia appellare.

SVMMARIA.

1 *Appellatio non impedit trium sententiarum executionem, nec datur cautio l. si à quo. de rei vendic.*
2 *Cautio l. si à quo. de rei vend. quando detur.*
3 *Venditor appellationem contra emptorem pendere ignorans si appellet, ea appellatione potest etiam emptore victo per tres sententias vti , & tamen trium non est impedienda executio.*

5 *Coll.gium agens de acquisitione rei alicuius habetur pro priuato.*

DECISIO CCCLXXXVII.

PRo positũ fuit in causa Salamantin. præeminen
tiarum, quod post erectionem collegiatæ capitulũ
maius fuit in possessione præeminentiarum per 24.
annos, dubitaui ego die 8. Februarij. 1546. præsupposi
to, quòd tẽpore erectionis vsque ad litem motam
Capitulum maius vna cum Abbate possederit pręemi-
nentias ordinandi, an talis possessio præiudicaret col
legiatæ. Pro parte Capituli maioris dicebatur, quòd
1 hic eramus † in consuetudine & non in præscriptio-
ne: quia interuenit consensus saltem tacitutus per pa-
tientiam. Item ius non acquiritur priuato, sed capitu-
lo, prout sic ponit Bald. in tract. præscrip. in 1. par. &
2 10. & vlt. quęst. Et cùm sint † lapsa tem pora 40. anno-
rum dicitur consuetudo legitimè præscripta, per tex.
in c. fin. & ibi gloss. in verb. legitimè. de consuetud.
3 nec in tali † consuetudine requiritur bona fides, secũ-
dum Ias. in l. de quibus. col. 15. ff. de legat. 1. & Bald.
4 in d. tracta. in d. vltima q. fuit resolutũ cõtriarũ. quòd †
nõ essemus in consuetudine, sed in præscriptione: quia
collegium & capitulum, qnod agit de acquisitione
5 alicuius † rei habetur ꝓ priuato, Abb. post Ioã. Andr.
de cõsuetud. dictum ergo fuit, quòd eramus in præ-
scriptione. Et dubitatum fuit, an capitulum maius
esset in bona fide propter cõtinuationem possessionis
pręeminentiarum cum Abbate, in qua possessione prius
erant vna cum Archipresbytero.

EPITOME.

Decretum nisi infra tres dies non potest ratificari de rigo re.

SVMMARIA.

1 *Confessio debiti & excommunicationis nisi infra tres dies obtenta sit per assertum procuratorem non potest post decretum ante declarationem factum ratificari.*
2 *Sententia ad instantiam procurotoris lata ratificari non potest. & quare.*
3 *Excommunicationis sententia an & quando sit definitiua. & nu. 6.*
4 *Decretum cum causæ cognotione factum habet vim definitiuæ.*
5 *Excommunicationis sententia potest ab eodem reuocari.*
7 *Ratificatio sententiæ censurarum quare ante declarationem admittatur.*

DECISIO CCCLXXXIIII.

VOluerunt Domini in vna Illerden. arrendamen-
ti, coram D. Mohed die 15. Februarij 1546. quòd
1 confessio † debiti & excõmunicationis, nisi infra tres
dies obtenta per assertum procuratorem Pauli Placẽ.
non potuisset ratificari post decretum factum ante de-
2 clarationem, per decis. 13. in antiq. vbi † sententia la-
ta ad instantiam procuratoris non potest ratificari: ita
& in isto decreto, ne sit in potestate partis petere, ꝙ
judicij validitas dependeret à potestate sua. Nam si
Auditor absoluisset à petitione facta per falsum
procuratorem, non illi nocuisset, ita nec prodesse de-
3 bebat. Non obstat, quòd sententia † excommunicatio
nis non sit sẽtentia definitiua, vt per Abb. in rubric.
de senten. excõmuni. calumniarię inimicitiæ, vt putà
in veniendo & non parendo: Hic autem sententia ex-
communicationis est negotij principalis definitiua:
qui excommunicãdo nisi impetres definiri negotiũ
principale, videtur, ꝙ tenetur ad summam, de qua in
instrumento. Item ꝙ alias fuit resolutum, ꝙ decretũ
4 † factum cum causę cognitione habet vim distinitiuę
prout alias fuit tentum in causa Romana non obser
uationis præmissorum. nec refert quod idem possit
5 eandem sententiam † excõmunicationis reuocare, iu
xta not. per Abb. in d. rubri. de senten. excõmuni. &
6 sic videatur interlocutotia non † autem definit na:
quia fuit responsum quòd possibilitas reuocandi sen
tentiam siue per eãdem, siue per alium non possit ra-
tificari, prout videmus in sententia definitina quæ in
gradu appellationis reuocari potest, & tamen per hoc
nemo dixerit, secundum Rotam, quod sententia lata
7 possit ratificari. Et Domini dixerunt, quod † in ista
parte debent derogare, ne tot censurę destruerentur:
ex quo ratificatio fuit facta ante declarationem, vo-
luerunt, quod videretur de bono iure.

EPITOME.

Appellatio propter non præsentationem cõmissionis quo casu iudicata deserta.

SVMMARIA.

1 *Commissionis appellationis præsentatio penultimo die anni currentis data, si nulla alia doceatur diligentia, an sufficiat & num. 2.*
3 *Signatura commissionis appellationis si apud Vicecancellarij loco regentẽ vrgeatur, vt ad Cursores deferatur, appellationem à desertione vindicat.*

DECISIO CCCLXXXIX.

IN vna Giennen. Scholastriæ 1546. in qua præsup-
ponebatur in facto, quòd die prima Ianuarij 1545.
fuerat appellatum & eadem die eiusdem mensis & an
ni & sic penultima die eiusdem mensis & anni. Et hic
1 penult. die vacantiarum copia commissionis † appel-
lationis fuit præsentata & alia diligentia non doceba
tur, sed quòd die 5. Februarij eiusdẽ anni 1545. huius-
modi commissio appellationis venerit ad Banchum
cursorum & sic dicta commissio postquam fuit præ-
sentata regenti stetit per 25. dies antequam venitet ad
bancum cursorum. Fuit dubitatum, nam sic Rota du
bitauit quando præsentatur Auditori dum tamen dic
eo esset in manibus cursoris, vt per Cassad. decis. 4. &
6. de appellat. certè isto casu non dubitasset, vbi tanto
tempore stetit, ꝙ non fuit præsentata nec iudici, nec
in Bancho cursoris & ita videtur loqui Abb. in c.
personas in fi. num. 13. vers. vlterius quęro in fin. in c.
sæpè col. 3. gloss. in verb. obtinuerit. nu. 10. de appell.
Felin. io d. c. personas. col. 2. & ibidem Paris. col. 7.
vers. vlti. themate. 2. & col. 3. vers. sed in 2. termino. &
col. 4. vers. sed aduerte quia Io. Andreas, & vers. limi-
2 ta prædicta. non enim dicitur † prosequi appella-
tionem debita diligentia vt tenetur . iuxta l. fina.
§. illud. C. de temp. appel. & d. c. personas. nisi penes re
5 gentem loco Vicecancellarij † quis institerit pro si-
gnatura commissionis obtinenda, & ad cursores per-
ferenda infra 20. dies post appellationem, ad deci. 24.
de appella. in nou aliàs 185. & no. per Paris. in d. c. per
sonas. Et quia pars dicebat quod ex prædictis consta-
bat de bono iure, fuit decisum, & dictum, quod vide
retur, ne exequeremur sententiam iniquam.

EPITOME.

Probare on hoc casu ouis teneatur.

SVMMARIA.

1 *Probatio translatæ pensionis quando non sit sufficiens.*
2 *Negatiua cum est fundamentum intẽtionis alterius probari debet.*

DECISIO CCCXC.

IN causa Hispalen. Cãtoriæ. in qua Garzias in Guilielmum transtulerat multas pẽsiones vigore priuilegiorum milirum S. Petri facultatis trásferẽdi, & inter alias vnam 24. sed ante illam multas pensiones excedentes summam 150. & quod ante illam pensionem 24. erãt translatæ multæ pensiones excedentes summam 500. quod illa pensio esset nulliter translata. Et me proponente die 15. Februarij 1547. fuit resolutum
1 quòd dicta † probatio non erat sufficiens, cùm translatio 24. esset vltra summã 150. Didacus Vasquez fundatam habebat intentionem, quod infra summam 150. miles transtulerat. dicebatur, ꝙ ex quo ille qui impugnabat translationem, debebat docere, quòd illę pensiones vigore dictæ clausulæ translatæ essent:
2 quia † negatiua quãdo est fundamentum intentionis alterius debet probari per vulgatam l. per Bart. in tit. ff. de verb. oblig. Fuit etiam dictum quod ex indulto Papæ per motum proprium Pauli miles non poterat transferre pensionem nisi vsque ad summam 150. licèt verba motus proprij in illis verbis pro singulis pensionibus, aliter videantur sonare non videtur velle, quòd miles ex quacunque pensione possit trásferre vsque ad summam.

EPITOME.

Sententia declaratoria sustinetur ex scientia intimationis posteà superueniente.

SVMMARIA.

1 *Declaratoria excommunicationis sententia ob non paritionem executorialium ex mandato ordinarij ante declarationem facto, post eam tamen producto substinetur, si ex mandato constet de notitia intimatarum executorialium.*
2 *Sententia primi iudicis potest ex nouiter deductis confirmari.*

DECISIO CCCXCI.

1 VOluerunt domini, quòd declaratoria † excommunicationis ob non paritionem executorialiũ sustineretur ex mandato ordinarij facto ante declarationem, producto tamen post declaratoriam: ex quo mandato colligebatur, quòd aduersarius habuerat notitiam de executorialibus sibi intimatis, quia senten-
2 tia † primi iudicis potest confirmari ex nouiter deductis vt per Bart. in l. 3. C. de eden col. 2. vers. ex 3. exemplo. & est tex. in l. Titius. ff. quod cum eo. Afflict. deci. 24. latę fuerunt. num. 4 & quod dicitur in iudicio nullitatis ad Bart. in l. si vt proponit. clauf. 1. nu. 4. ff. quo. & quan. iudices. Alexan. cons. 29. perspectis verbis. li. 2. Et sic fuit decisum coram me in vna gratia Neapolitan. 15. Februarij. 1546.

EPITOME.

Derogatio patronatus præterquam ex fundatione & dotatione alias in totum, an comprehendat patronatum, ex priuilegio ratione fundationis & dotationis.

SVMMARIA.

1 *Clauf. aliàs in totum quando non deroget iuri patronatui cuicunque.*
2 *Priuilegio quod ratione dotationis datur etiam in ecclesia conuentuali per clausulas aliàs in totum non derogatur nisi per non vsum sit amissum. & num. 3.*

DECISIO CCCXCII.

VOluerunt Domini in vna Cluen. prioratus de Comitiana, die 16. Februarij 1546. coram Dom. Mohed. quòd derogatio patronatus in literis apostolicis, præterquam ex fundatione & dotatione, alias in totum comprehendat patronatũ ex priuilegio, quod Rex tanquam comes Rosiglionis habebat in d. prioratu ex fundatione & dotatione: quia licet regulari-
1 ter † per illa verba aliàs in totum. Papa intendebat derogare patronatui cuicunque competenti, præterquam ex fundatione & dotatione. & sic competenti
2 ex priuilegio: tamen quando priuilegium † datur ratione dotationis, vt erat in casu illo, in quo eramus in Ecclesia conuentuali in qua ius patronatus erat ex priuilegio non censebatur tali priuilegio ex causa dotationis & fundationis, & sic priuilegio habenti originẽ ex ipsa dotatione & fundatione velle derogare.
3 Tamen quia in casu isto priuilegium † per nõ vsum fuerat amissum, vt supra dixi, talis derogatio Papæ prę iudicaret præsentationi factæ per Imperatorem, ex quo illa possessio in qua per vnum actũ erat censebatur esse amissa priuilegio potius ex vsurpatione, quàm aliàs.

EPITOME.

Literæ arrestatæ mandatum est vt non relaxentur nisi data cautione.

DECISIO CCCXCIII.

CLaudius Cirotonai obtinuerat tres sententias contra N. in Rota in vna Gerunden parochialis Serrauallis. & postea cessit ius suum in fauorem cuiusdam Nicolai, & ille expediuit Bullas D. Guido Bellellus, ad cuius instantiam latæ erant sententiæ, sentiens expeditionem bullarum factam per cessionem cõmisit contra eum causam in Rota D. Peregrino super molestiis & perturbationibus sibi factis & inferrĩ comminatis per D. Nicolaum qui D. Peregrinus mãdauit literas arrestari. Fuit dubitatum die 16. Ianuarij 1546. an dictę literę essent relaxandæ. Et fuit resolutum quòd non, nisi data cautione de non vtendo in partib. iuxta deci. 78. & 571. in antiq. & 21. de sequest. posses. & fruct.

EPITOME.

Stante appellatione à laudo non potest agi de pœnam appositam in compromisso in euentu in quem à laudo foret appellatum.

DECISIO CCCXCIIII.

IN vna Hispalen. prętensi incursus pænarum coram D. Reomano. pro Francisco Vanegas contra fiscũ & Ioannem de Medina, die 16. Februarij 1546. fuit dictum quòd cùm per multa verba posset renunciari redactioni ad arbitriũ boni viri vt per Dec. cons. 533. quod stante appellatione per Franciscum interposita à laudo per Cardinalem Hispalen. non potuerit agi per fiscum & Io. de medina contra Fráciscum donec de appellatione fuisset cognitum, erant nullæ & tanto magis in illo casu in quo nõ constabat, quòd Frã. pœnam appositę cõsensisset. & quod compromissum erat factum sub beneplacito Papæ & sedis apostolicę quod non interuenerat.

EPITOME.

Inhibitio iusta vel iniusta timenda est.

SVMMARIA.

1 *Processus contra inhibitionem post tres conformes datam factus atentatus est & re uocandus.*

2 *Index*

2 *Iudex, cui est inhibitū, stante inhibitione ab exercitio suæ iurisdictionis abstinebit.*

DECISIO CCCXCV.

INhibitio iusta vel iniusta timēda, est secoodum de-
cis. 707. in antiq. & ita fuit conclusum in vna Brixien
matrimonii, corā D. Thoma, die 17. Februarii 1546.
in qua latę erant tres sententiæ conformes, & à tertia
lata per Mohedanum fuerat appellatum, & datus ter
1 minus iuris: Et causa appellationis † cōmissa D. Tho
mæ pars fuit citata ad videndum inhiberi. & fuit inhi-
bitum, & post inhibitionē D. Mohedanus processit ad
vlteriora. Fuit dictum, quòd ille processus erat atten-
tatus, & reuocandus, quia ita seruat Rota per facilem
aditum ad principem, & ne detur locus appellationi,
2 quòd iudex debeat procedere, quia stante† inhibitio-
ne debet iudex, cui est inhibitum, supersedere.

EPITOME.

Confessio procuratoris comprobata per Liuiam nō nocoerit ipsi Liuię.

SVMMARIA.

1 *Confessio procuratoris comprobata per vsum, assequutionē, & retentionem commodi, nocet domino. & nu. 3.*

2 *Confessio procuratoris etiam de mandato domini non nocet ei facta in vno iudicio inter alias personas.*

DECISIO CCCXCVI.

IN causa Parmen bonorum pro Michaele Casalio
contra Liuiam, proposui dubium, die 29. Februarii
1 15 6. an confessio† procuratoris dictæ Lioiæ com-
probata per vsum. assequutionem, & retentionem cō
modi, noceat dictæ Liuiæ in ista causa, & per eandem
posit renocari. Et Domini pro maiori parte incli
nabant, quòd noceret illa confessio attenta ratificatio
2 ne per vsum & retentionem. Noo obstat, †quòd con
fessio procuratoris etiam de mandato Domini, quia si
esset sine dubio, non esset dubium, quod non noceret
facta in vno iudicio inter alias personas, nec nocet
alii inter alios, l. 2. vbi Alex. & Deci. ff. de eden. c. cau-
samque. vbi Felin. de testib. ita erit dicendum in ratifi
cata confessione: quia confessio facta per procurato
rem, & ratificata non nocebit in alia: quia fuit respon
sum, quòd ratificatio habet mandatum, & ideò Liuia
3 retinendo† hodie nō solumvidetur in illo iudicio, sed
etiāio isto confiteri. & ideò confessio sibi nocet. Non
obstat, qoòd non solùm requiritur scientia facti, sed
etiam qualitatis, & potest esse, quòd Liuia scientiā ha
boerit apprehensionis possessionis, non autem quali-
tatis, videlicet: quòd vigore decretorū: Nam Domini
inclinabant, quòd attenta longitudine temporis prin
cipalis præsumeretur aduisata per cons. Romao. 480.
& solùm non poterat negari: cùm hodie per produ-
ctionem processus non esset aduisata: & cum noo con-
tradiceretur, videretur denouo ratificasse. sed ad istud
vltimom replicabatur pro parte D. Liuiæ, quòd licèt
D. Liuia habeat hodie scientiam, tamen potest si-
bi caosam possessionis mutare, & vt filia & hæres pos
sidere fuit dictum, quòd iterum informaretur.

EPITOME.

Ratificatio actus an personaliter com omnibus qualitatibus facta.

SVMMARIA.

1 *Apprehensio possessionis per procuratorem à domino comprobata per vsum & retentionem commodi, an censeatur ratificata cum omnibus suis qualitatibus. & numero 5.*

2 *Qualitas, cuius non habetur notitia, ratificari non potest.*

3 *Notitia facti non solum, sed & qualitatis ratificatione requiritur.*

4 *Ratificatio simplex de facto & non de qualitatibus intelligitur etiamsi & facti & qualitatis notitia habeatur. & nu 6. 8.*

7 *Venditio potest sine qualitate pretij ratificari, etiamsi pretium a venditione sit inseparabile.*

9 *Ratificans quando quoque intelligitur cum facto qualitates ratificare. & nu. 12.*

10 *Vxor percipiendo fructus emphyteosis, quam maritus pro se & vxore sua recepit, ratificat cōtractum cum omnibus qualitatibus suis, & si illa infra terminum non soluerit, cadet à iure suo.*

11 *Ratificatio qualitatum contractui adhærentium non præsumitur ex fructuum perceptione, nisi illo contractu quis cū suis qualitatibus vtatur.*

13 *Factum procuratoris per mandatum ratificatur, sed nō qualitates, si earum non probetur notitia.*

14 *Mandatum dans ad apprehendendam possessionē, ea apprehensa per procuratorem ratificari potest, sed non qualitates, & modi omnes, quibus est apprehensa, si eos probabiliter non sciuerit.*

DECISIO CCCXCVII.

IN causa Parmen. pecuniariā pro Michaele Cassalio
1 dubitaoi ego die 16. Ianuarii 1546. an† apprehensio
possessionis per procuratorem D. Liniæ comprobata
per vsum, & assecutionem, & retentionem commodi
censeatur esse ratificata per D. Liuiam cum omoibus
qualitatibus suis, ita vt quò ad obseruantiam decreti
de continuando possessionem in hęreditatem in Ca-
stro Monticellorum Liuię noceat: & an dicta ratifica
tio fuerat declaratoria in breui Imperatoris. Et dice-
bat, quòd priocipalis vigore decreti possessiooē Ca-
striaccepisset tamen quia ooo constabat, quòd Linia
2 talis † qualitatis notitiam habuisset, quòd non videre
tur illam qualitatem ratificasse: cùm non solùm opor
3 teat habere † notitiam facti & sic apprehensionis pos-
sessionis, sed & qualitatis, ad glos in c. concertationi.
4 de appellat. in 6. Et quando notitiam & facti & † qoali
tatis habuisset, simpliciter ratificādo oō videretur nisi
factum & non qualitates ratificare, Barto. in l. Pompo
nius scribit. el 1. col. penul vers. vesio ad rehabitatio
nē. ff. de negot. gest & Paris. ibi dicit, quòd opinio Bar
tol. commuoiter approbatoi. Tamen istis ooon obstan
tibus fuit per maiorem, partem videlicet per quinque,
5 tribus reclamantibus conclusum, quod † censeretur
facta cum omnibus qualitatibus suis, pręsupponendo
pro parte, quòd procurator vigore decretorū posses-
siooem habuisset, & hoc illis non esset possessio ratifi-
cata per Liuiam, quę possessionem apprehensam rati
ficauit, necesse est, quòd ratificet etiam ipsa decreta, a-
liàs sine illis possessionē non haberet. Item dicebant
isti, quòd propter cons. Roman. 481 pręsupponendū
erat, quòd procurator Liuiam accusauisset. Non ob-
stāt ooe. per Bar. in d l. Pomponius. ff. de negot. gest.
quia respondebaot, quod procedit illud dictuio Bart.
6 † in qualitate, quæ potest à facto separari, remoto de
creto non esset data possessio: sed certè exemplū, quod

tiuam.Et ideò fuit dictum, quòd non obstabat, nisi doceretur de prouisionibus eorum, vt suprà fuit dictum. Erat tamen vnus, qui fuit prouisus in Castellania,& in prioratu,per prouisiones magistri,& conuẽtus. Nam Raymundus de anno 1514. fuit prouisus Baculatu Maioricorum,qui est in Cathalania & prioratu,& de anno 1521.idem fuit prouisus de preceptoria de Oscea,quæ erat in Castellania,& si diceretur pro parte Compostellanorum,quòd vna erat ex gratia: putà illa Maioricorum,ex quo in prouisione sua magister dicebat,quòd de consensu Priorũ, & aliorũ procerum,sibi assistentium,prouidebatur:fuit responsum per Cathalanos,ꝙ ipsi habebãt stilũ in religione quòd quando prioratus sunt diuisi in Cambimentis, quòd qui non potest habere in alio prioratu Cambimentum,non potest ibi habere præceptoriam ex gratia: si ergò isti prioratus sunt diuisi,ergò ex gratia extra suum prioratum etiam non poterat præceptoriam habere iste stilus religionis,nisi probaretur, quòd tũ à tẽpore antiquo diuersus erat. Et adducebatur, quòd de illa eodem tempore Ioannes de Heredia Castellanus Compostellę fuerat prouisus de quadam preceptoria in Prioratu S. Egidii,qui est in Prouincia. Item quidam Prior Messanen.fuerat prouisus de præceptoria in Castellania Compostellæ,vnde istis visis sic Domini dixerunt.

EPITOME.

Statutum Hispalen.quòd filii vel nepotes hæreticorum, vel condemnatorum,vel reconciliatorum de hæresi non possint tenere beneficia.

SVMMARIA.

1 *Filij hæreticorum vel nepotes eorum,qui de hæresi sunt condemnati, non possunt obtinere beneficia ecclesiastica.*
2 *Statutum inhabilitans ratione criminis non videtur inhabilitare ratione suspitionis.*
3 *Suspectus de hæresi non habetur hæreticus.*

DECISIO CCCC.

IN vna Hispalen.portionis,coram D.Io.Paulo,die 26. Februarii 1546.præsupponebatur in facto,quòd in Ecclesia Hispalen.ad est statutũ,apostolica auctoritate confirmatum : quòd filij vel nepotes hæreticorũ
1 † de hæresi condemnatorum,non possint obtinere beneficia dictæ ecclesiæ.Item præsupponebatur , quòd quidam Hieronymus in quadam gratia perinde valere fatebatur,quòd sui genitores vel eorum alter tanquam de huiusmodi crimine suspecti coram inquisitoribus constituti,nulla tamen pœnitẽtia publica eis imposita reconciliati fuerũt:fuit dubitatum, an Hieronymus sub dicto statuto inhabilitaretur,&fuit dictũ quòd non:quia cùm dictum statutũ inhabilitat filios hæreticorum,vel de hæresi reconciliatorum. Statutũ
2 † quod inhabilitat vigore criminis,non videtur inhabilitare ratione suspicionis,per ea quæ dicit Abb.vbi in termino decidit casum c.inter.de purgat.cano. & ta
3 lis † suspectus non dicitur hæreticus,secundum text. in c.accusatus.in princip.de hæretic.in 6.

EPITOME.

Expensio quarumcumque gratiarum non comprehendit regressum,etiam quòd præseruetur.

DECISIO CCCCI.

IN vna Hispalen.Cãtoriæ prius de anno 1507. Alex. concesserat ex causa resignationis factę, de dicta Cãtoria in personam de Thamara,regressu Cardinali S. Crucis reseruato,quocunque modo vacaret:& posteà de anno 1515. Leo concessit, accessum & ingressum Francisco Pignabosta ad eandem Cantoriam,quocũque modo vacaret, cum suspensione quarumcunque gratiarum expectatiuarum specialium,& generalium, reseruationem, vnionum,& perpetuarum,& aliarum gratiarum,de quibus fuit dictum coram D. Prospero die 24 Februarii 1546.quòd licèt tempore,quo Leo concessit accessum Francisco, non appareret, quòd Cardinalis S. Crucis acceptaret regressum per prius sibi concessum reseruatum,quia constabat tantùm, ꝙ de anno 1522.Cardinalis per expeditionem literarũ illum acceptauerat: Tamen quia illa concessio Leonis erat præseruatiua regressus concessi Cardinali,licèt in suspensione gratiarum,etiam vt solet fieri, non præseruaretur,quia illa præseruatio de iure intelligebatur,per text.in c. si tibi absenti.de præbend. in 6. Non obstabat suspensio gratiarum , quia intelligebatur de gratiis iure præuentitiis, non autem de gratia, quæ est merè preuentiua,prõut est regressus ex causa cessionis,quę habet causam à iure de præterito, iuxta not.per Cassad decis.1.de pact.item cùm Papa in huiusmodi suspensione semper soleat præseruare regressum dictę clausulę præseruatiuæ,habebatur pro opposito iuxta loca vulgata.

EPITOME.

Dissolutio vnionis quo casu iudicetur perpetua & non temporalis.

DECISIO CCCCII.

CAnonicatus & præben. Ecclesiæ Maioricen.erãt vniti Archidiaconatui.Cardinalis Cornara qui Archidiaconatum in Commẽdam habebat , cessit in fauorem Antonii Frizol dictos canonicatum & præben. qui expediuit literas super prouisione, etiã non facta mentione de vnione,licèt in supplicatione resignationis fieret,super qua Cardinalis consenserat. Posteà Antonius expediuit gratiam perinde valere super iis verbis, quòd ab aliquibus asseritur præfatum Marcum de Cornara Cardinalem non canonicatũ & prebẽn.prædictos,sed Archidiaconatum Ecclesiæ Maioricẽ.cui dicti canonicatus & præben.perpetuò sunt vniti in Commendam huiusmodi obtinuisse: & propterea idem Antonius dubitauit literas præfatas sibi minus vtiles esse,sed illarum effectum frustrari posse: Nos autem ne dictæ literæ reddantur minus vtiles ad vnionẽ dicti Marci Cardinalis,ad hoc expresso accedente consensu,penitus dissoluentes. Fuit dubitatum coram D.Thoma de Thauis,die 26. Februarii 1546. an ista dissolutio esset perpetua,vel ad vitam Antonij Et dubium faciebant illa verba, Nos ne præfatæ literæ eiusdem Antonii minus vtiles reddantur,quòd cõtẽplatione Antonii esset facta dissolutio,ergò ea cessante,effectus eius cessare debebat,vt per Cassad.decis. 13.de reb eccles.non alien. Tamen fuit resolutum, ꝙ dissolutio esset perpetua, ex quo quando temporalis, Papa solet apponere illa verba. quòd tali decedente,il la vnio in pristinum statum reuer eretur,vt per Cassad.decis.2.de vnion.cùm stilus sit attẽdendus,& propter illud verbum, penitus, quod denegat omninò, dans separationẽ,ad c.1.& ibi per Archid.de supplen. prælat.

prelat,negligen.lib.6.

EPITOME

Stabilimentum religionis Hierosolymitan. incipiens ratione veterum stabilimentorum loquitur etiam de vacante & de mortuariis.

DECISIO CCCCIII.

IN vna Cæsaraugustan. Præceptoriæ del Villel, coram D.Ioan.Paulo,dubitaui ipse die prima Martii 1546.an stabilimentum religionis Hierosolymitanæ incipiens ratione veterum stabilimẽtorum de iure cõmuni ærarii & solutione debitorũ loquatur de mortuariis,& vacantibus,& de aliis iuribus Thesauri,Tamen fuit resolutum, quòd etiam cùm sequeretur de mortuariis,&quando stabilimentum in principio loquitur de iure communis ærarii,& solutione debitorum,sic generaliter erat intelligendum. Non obstant illa verba ,& quæcunque debita post habitam possessionem:quia fuit responsum,quòd in isto stabilimento erant alia verba,quòd religionis,& alii possessores non soluẽtes responsiones,& impositiones.& ista verba non determinabantur ab illis verbis,post habitam possessionem,determinabant debita cõtracta. & iste sensus fuit tentus:quia stabili mentũ dicebat,quòd veniebat ad mitigandum rigorem stabilimentorum veterum,& ad euitandum pœnam priuationis ipso iure. quia pena est odiosa.

EPITOME.

Sicut de iure patronatus in prouisione debet fieri mentio, sic & de quasi possessione præsentandi.

DECISIO CCCCIIII.

FVit resolutum in vna Bononien.Prioratus S.Bartholomæi,coram D Thoma de Thauis die 1. Martii 1546.quòd sicut de iure patronatus in prouisione fit mentio,ita etiam debet fieri de quasi possessione præsentandi,aliter prouisio non valet,per conf.c ard. 69.quia probata seruitute,præsumitur ex fundatione &dotatione,secundum decis.4.de preben.&7.de iur. patron.

EPITOME.

Clausula de publican.acceptationibus non habet locum,vbi Papa moritur durante tempore de publican.vel regula renouatur.

SVMMARIA.

1 *Regula de publicand. acceptationib. durat durantibus expectatiuis.*

DECISIO CCCCV.

1 REgula † de publican.acceptationibus est vna de illis,quam Papa vult durare durantib. expectatiuis, vt patet ex proœmio regularum.Ideò fuit resolutum die 1.Martii 1546.coram D.Prospero,in vna Leodiẽ Canonicatus & præben.& die 4. Nouembris postea sequentis,expectatiuas etiam sic durare tẽpore ad publicandum.Et fuit dictum,quòd ita in terminis determinat Nicol.de Vbal.dicens ita fuisse tractatum in Rota,in tractat.de successo.ab intestat. in 2. part. 3. principalis,& faciunt quæ dicit Sarnen,super reg. de publican.q.6.& super reg.de infirmis resignan.

SVMMARIA.

1 *Probatio pensionis translatæ infra summam præstitutam quomodo sufficiat.*

2 *Reus negans tenetur suam clarè probare exceptionem. & nu.4.*

3 *Probatio exceptionis cùm necessariò non concludit,dubiam non reddit probationem actoris.*

DECISIO CCCCVI.

IN causa Hispalen.pensionis, pro D. Didaco Vasquez cõtra Alphonsum Aluarez,3.Martii 1546.stã-
1 te protocollo,in quo † ante translationem pensionis 24.ducat.plures ascendentes ad summam 600. fuerũt translatæ ex priuilegio Sanct.D.N.limitantis translationem 150.an Didacus latissimè probauerit, quòd pensio in eum translata sit infra summam limitatam. Et fuit resolutum,quòd sic:quia cùm ex parte Didaci esset probatũ pensionem esse translatam vigore priuilegij,ex quo in actis constabat,quòd Garzias quòad istam non habet clausulam transferendi,&etiam constabat,quòd erat infra summam,& sic agens clarè suã
2 intentionem probauerat reus † qui opponebat, quòd alias pensiones summę 150.trãstulerat,debebat clare probare suam exceptionẽ, quòd illas pensiones vigore priuilegij transtulerat,&non vigore clausulę trasferendi,cũ exgratia transferatur,& ideo nõ præsu-
3 matur. Tamen quia poterat esse cõcessa,& ideò † iam probatio exceptionis non cõcludebat pro necessario, quæ tunc de necessitate conclusisset,cùm literæ aliarũ pensionum essent productæ,& non constaret in eis de clausula transferẽdi, vnde tunc succedit quòd quãdo actor plenè probauit intentionem suam,non sufficiet, quòd per probationem per reum factam,dubiã reddat probationem actoris,vt per Deci.in c.in præsentia. nume.12.de probation. Gem. in c. si tibi absenti.
4 de præbend.in 6.quia † exceptio rei debet concludẽter probari,aliàs incumbit onus probandi contrariũ, vt per Bartol.in l.non solùm.§.licet vt probari.numer.4.de nou.oper.nuncia.& vt præsumeretur pro validitate actus.

SVMMARIA.

1 *Tonsura prima quomodo ex narratiua probetur.*

2 *Capitulum sede vacante potest Episcopo alteri dare licentiã celebrandi ordines,& dispensandi.*

DECISIO CCCCVII.

IN causa Oueten. Canonicatus & præbend.in qua Episcopus Sebastin.in palatio Episcopali Legionẽ.de licentia Capituli sede vacan. ordines celebrans , Aluerũ de Solis, de Oueten.diœcesi,cũ quo super defectu natalium,quem patiebatur, dispensauit,& ei vt vnicũ simplex sine cura retinere posset,misericorditer duxit dispensandum,& examinatum ad primam clericalem tonsuram de licentia sui prelati promouerat. Die ter-
1 tia Martii,1546.dubitaui ego, † an ex ista narratiua de licentia probaretur latissimè clericatus Aluari.Et omnes Domini dixerunt,dato,quòd licentia Episcopi Ouetens.absentis tunc temporis attestantis verbo non potuisset interuenire per eius literas , & ex quo eramus

eramus in his, quæ erant modici præiudicij, & attenta
legalitate personæ, quòd illa assertiua verba, de licentia
Episcopi, etiam quoad Capitulum & quoad Episcopũ
Oueten tam super clericatu, quàm super dispensatione
probare reputãdo omnia ista esse modici præiudicij,
per ea quæ dicunt Card. & Abb. & ibi Felin. in c. A. be
ricus. de testibus. Felin. in c. sicut. colum. 12. versic. ad
1 illud exemplum. de re iudica. & quia † Capitulum se
de vacante potest dare licentiam Episcopo Sebastiens
celebrandi ordines in ciuitate Legionens. c. cùm vnus.
§. Episcopo ante. de tẽpor. ordin. in 6. quia etiam in isto
casu agebatur de clericatu iam 40. annorum, vnde om
nia præsumebantur solemniter acta, ad l. si filius. C. de
petition. hered. & in l. quia aliena. ff. de acquirend. hæ
red. sed fuit dictum in ista, quòd informaretur super
quibusdam confessionibus, quæ videbantur obstare.

EPITOME.

Nota originalis cum cassaturis & interlineaturis potest tran sumptari saluis exceptionibus.

SVMMARIA.

1 *Scriptura cùm cassaturis & interlineaturis quãdo probet, aut fidem faciat.*
2 *Nota originalis cùm non probat, non est publicanda.*
3 *Nota sine cassaturis & lineaturis exceptionem reseruatam non negant.*
4 *Nota scripta diuersa manu suspecta est, si non sit recognita: secus si sit recognita.*

DECISIO CCCCVIII.

TErtia Martij, 1546. in vna Roman. legati coram
Domino Ioanne Paulo, fuit resolutum quòd no
1 ta originalis, quæ non nullas cassaturas & interlineatu
ras habebat, erat transumptanda cum suis cassaturis &
interlineaturis, saluis tamen exceptionibus, per ea quę
dicit Bart. in l. 2. §. testium. & §. si plura. ff. quẽ admodum
2 testamẽ. aperiantur. Non obstat, quòd † Notarius in fi
ne non dixisset, quod supra deletum & interlineatum
est manu mea scriptum & factum, & ideo scriptura nõ
faceret fidem, per ea quæ dicit Bar. in l. diuus. §. item si
3 natus. ff. ad leg. Falcid. in fin. Et si † nota non probat, nõ
erat publicanda, per ea quæ dicit Paul. de Castr. in au
then. quod fine. de testam. quia fuit dictũ, quòd simpli
3 citer † notæ sine cassaturis & lineaturis exceptionẽ
non negabant, ex quo exceptiones sunt reseruatæ
non obstat consil. Alexand. 41. in 1. volum. vbi quando
4 nota est † scripta diuersa manu, est suspecta, quod lex lo
quitur in manu diuersa non recognita: Et hic erat re
cognita manus Notarij & testatoris.

EPITOME.

Priuilegium datum scriptoribus quando prosit, etiam quã la non sit scriptor tempore gratiæ concessæ.

SVMMARIA.

1 *Scriptores Apostolici possunt quoque extra Curiam ingenere acceptare.*
2 *Priuilegio scriptorum quando possit quis vti antequam in al bum eorum planè transcriptus sit. & nu. 3.*

DECISIO CCCCIX.

IN vna Abulen. parochialis de Castellanos, coram
Do. Fabio, in qua Franciscus Fanesca, vt scriptor Ar
chiui habuerat expectatiuam: Et posteà fuit effectus
1 scriptor Apostolicus: Et scriptores † Apostolici ha
bent priuilegium, quòd etiam extra Curiam possint
acceptare in genere 13. Martij, 1545. fuit resolutum,
2 quòd ex quo ista diligentia acceptandi † venit post va
cationem parochialis, & illo tempore iã erat scriptor
quòd potuit illo priuilegio vti, per ea quæ dicit Sar
nens. in c. statutum. num. 118. de rescript. in 6. Itẽ quia
3 verba extensionis, quam habuerat † ad tertiam colla
tionem, postquam fuit effectus scriptor, etiam illud
importabant, quòd etiam beneficia in gratia prima
concessa, tam in gratia priorum literarum, quàm præ
sentium acceptare possit.

EPITOME.

Solennitates extrinsecæ enunciatæ præsumuntur in decre to voluntariæ iurisdictionis.

DECISIO CCCCX.

SOlemnitates extrinsecæ presumuntur in decreto
interposito voluntariç iurisdictionis, quando non
sunt enunciatæ, secùs si enũciantur, per ea quæ dicit
Felin. in c. quoniam contra. col. 9. versic. 2. conclus. &
ibi Deci. col. 22. versic. vltim notandum est. de probat.
Brun. in tractatu de form. & solemni. chart. 84. colum.
2. versicul. in decreto antè fuit. & Parisi. consil. 95. nu.
12. volum. 1.

EPITOME.

Gratia insolita quæ fuit indicata.

SVMMARIA.

1 *Gratia data Canonico acceptandi vigore ipsius beneficia seruitoria, est insolita, stante regula, quòd nullus talia pos sit beneficia vigore talis gratiæ acceptare.*
2 *Gratia insolita quando cadat sub reg. reuocatoria.*

DECISIO CCCCXI.

IN vna Abulen. parochialis de Castellan. die 15. Mar
tii 1546. coram Dom. Fabio fuit dictum. quòd gratia
1 canonicũ in cũ hoc, ꝙ propria virtute ipsius possit ac
ceptare beneficia seruitoria, sit gratia insolita, stante
regul. Clemen. quòd nullus vigore talis gratiæ possit
acceptare beneficia seruitoria: non autem fuit iudica
ta insolita, ex eo quòd illa daret etiam ad vnum bene
ficium reseruatum: cùm ille, cui facta erat concessio
gratiæ, esset scriptor Apostolicus, qui ea priuilegiis ha
2 bebat ad vnum reseruatũ: Et ideò † stante hoc, quòd
gratia esset insolita, & foret concessa per Clementem
in arce S. Angeli, fuit dictum, quòd cadebat sub reuo
catoria Clementis facta in vrbe veteri.

EPITOME.

Gratia ad beneficium ad institutionem Episcopi pertinens comprehendit beneficium, cuius electio ad Clericos pertinet.

DECISIO CCCCXII.

EAdem die coram eodem Dom. Fabio fuit resolu
tum in vna Geben. Canonicatus, quòd gratia ad
beneficia in Cathedrali & collegiata in ciuitate &
diœcesi consistentia ad collationem, præsentationem,
electionem, prouisionem, vel quamuis aliam dispositionem

8 *Statutum excludens post terminum præfixum comprehen-
dit omnem nullitatem notoriam.*

DECISIO CCCCXVII.

IN vna Romana discussionis dotis pro Paulo de Sor
lomanis contra Ioannem de Molaria proposui du-
1 bium, die vigesimasecunda Martij, 1546. ex † quo con
tra sententiam Rotalem fuit, dato de nullitate, & in-
fra tempus quindecim dierum vtilium secundum for
mam statuti in prima parte non fuit iudicium termi-
natum, an hodie Iulia volens dicere sententiam nul-
lam per viam exceptionis sit audienda. Et fuit per om
nes determinatum, quòd non: quia statutũ vult, quòd
2 elapsis illis diebus lis pereat. & † appellatione litis ve-
nit instentia, & ius tantùm, Doctores in l. postquàm
3 liti. C. de pactis. si ergò ius † est per emptum, non po
terit nec per viam actionis nec exceptionis deduci,
quod probatur exẽplo appellationis: quare est, quòd
per desertionem per viam acceptationis opponi non
possit. quia post annum seu biennium instantia & iu-
ra suntperempta Bartol. in antiqu. in l. appellatio-
nem. C. de tempor. appellation. Item & exemplo resti
tutionis in integrum: quia terminus quadrienij, & in-
stantiæ & causæ suo iuri est prẹfixus, l. prætend. vbi
Bartol. not. C. de tempor. in integrum restitut. &
ideò non solùm actio, sed etiam exceptio est peremp
ta, Alexãd. in l. nam & posteà. §. si minor, colom. final.
de iureiurand. Et maximè stantibus verbis statuti di-
4 cendum est, quòd pars † nullatenus audiatur: quæ ver
ba videntur tollere omnem difficultatẽ: quia tollitur
appellatio, secundum Franc. in rubric. de appellat. Fe-
5 lin. in c. significarunt de except. numer. 12. & di io †
nullitatis excludit dispositionem, Felin. in c. significa
runt. de except. numer. 12. & c. ex parte. n. 7. versicul.
quintus casus. de constitut. Non obstat, quod ex ad-
uerso allegabatur, quòd in casu isto dicebatur de nul
6 litate † contra sententiam ex forma alterius statuti,
videlicèt quòd post annum erat actum de nullitate,
& statutum prohibet post annum agi de nullitate: &
7 ideò cùm sit nullitas † notoria resultans ex statuto,
nunquàm statutum requirens nullitatem videtur re-
quirere illam, quæ resultat ex alio statuto, secundum
vulgat. consil. 218. super eodem de quo in penultim. co
lum. versicul. circa secundum quæsitum. & in column.
2. versicul. porrò ne dicat quis, vt plura ponit Albert.
Brun. in verb. nullitatis. versicul. si statutum. in 3. co-
lum. in 4. limita. Baid. in l. 1. in vltim. colum. C. de con
dit. & in l. si ita nobis pudor. C. de adult. Antonius de
Butrio in c. cùm quis. de restitut. spoliat. quia fuit res
ponsum, quòd illę authoritates loquuntur, quando
statutũ excludit nullitatem: quia tunc non excluditur
8 illa, quæ prouenit ex eisdem statutis: secùs † quando
excludit post terminum præfixum: quia tunc compre
henditur omnis nullitas notoria, vt aliàs fuerat reso-
lutum in vna Tiburtina Castri Vrsulorũ, coram Do.
Io. Paul. in nullitate resultante ex eisdem statutis.

EPITOME.

Prouisio Papæ valida non obstante decreto posito in manda
to, si infra mensem non fuerit facta acceptatio.

SVMMARIA.

1 *Prouisio Papæ non secv[...] [in]fra mensem acceptatione per
habentem mandatum [p]rouidendo cum decreto irritan
ti valida est.*
2 *Clausulæ conditionales in euentum acceptationis, ea non se-
cuta, omnes euanescunt.*
3 *Decretum irritans annihilat quidem beneficiales inferio-
rum à Papa prouisiones, sed eius clausula manus Papæ
non nisi acceptatione subsequuta inficit.*
4 *Clausulæ derogatoriæ in prouisione Papæ solitæ sunt apponi.*
5 *Prouisiones Papæ inficit decretum in alternatiuis & in-
dultis ordinariorum adiunctum, etiamsi ipsi infra tempus
eorum non prouideant.*
6 *Decretum irritans in alternatiuis & indultis ordinario-
rum, gratiæ conditionali non apponitur.*

DECISIO CCCCXVIII.

IN causa Vercellens. Canonicatus & præbend. dedi
dubium 23. Martij 1546 an stante mandato de pro
uidendo cum decreto irritanti etiã per nos prouisio
1 † Papæ valeat non facta acceptatione infra mensem
per habentem mandatum. Et fuit per omnes resolu-
tum, quòd prouisio valeret: quia omnia decreta &
clausulæ positæ in gratia sunt conditionales in euen-
2 tum acceptationis: Et ideò † non sequuta acceptatio
ne omnes illę clausulę euanescunt, per ea quæ dicit
3 Cassad. decisi. 3. de prębend. Et licèt decretum † irri-
tet beneficiales prouisiones inferiorum à Papa infra
mensem, & si sequatur acceptatio, per ea quę dicit Fe-
lin. in c. cùm ex officio. in 9. q de pręscript. & Cassa. de
cisi. 5 de pręben. Tamen clausula decreti non inficit
manus Papę nisi sequuta acceptatione cùm maior po
test in ipso remanere propter clausulas derogatorias
solitas apponi in prouisione Papę, iuxta decisi. 5. de
4 † pręben. tum clausula decreti non inficit manus Pa
pę, iuxta decisi Rot. licèt de more. in nou. Et fuit re-
solutum, quod aliàs in principalibus causis fuerat re-
solutum, pròut erat numeraret etiam Hieronymus,
5 qui posteà pro parte scripserat. Non obstat † decretũ
quòd apponitur in alternatiuis & indultis ordinario-
rum, quòd inficit prouisiones Papę, etiamsi ordinarij
& Cardinales infra tempus eorum non prouideant,
pròut aliàs tentum fuit: quia fuit responsum, quod il-
6 la decreta † non apponuntur in gratia conditionali,
pròut erat ista, ꝓpter clausulã, quę duxeris acceptãda.

EPITOME.

Remedium retinendæ, quo casu fuerit datum.

SVMMARIA.

1 *Corporalium solutio facienda ab eo, qui tenetur soluere, nul
lo interueniente per tertium impedimento si denegetur,
quomodo quis spoliari dicatur.*
2 *Possessio ciuilis quinam per aditionem iudicis in solutionis
mora retineatur.*
3 *Sententiæ lata in iudicio retinẽdo propter eandem posses
sionem per aditionem iudicis retentam deseruntur, nisi
posteà confirmentur per aliam.*
4 *Recuperandæ & retinendæ possessionis vtrumque remedi-
um pro spolio competit.*
5 *Vicarius generalis missus à Cardinali Curię, Capitulo nõ
acceptatus, quãdo possit manuteneri etiã contra Archiepiscopus*

DECISIO CCCCXIX.

IN vna Paduan. Clericorum congregationis, coram
1 Dom. Rauellen fuit dictum, quòd in † istis corpo-
ralibus, licèt per denegationem solutionis faciendæ
ab eo, qui tenetur soluere, non tantum si impedimen-
tum fieret à tertio, quis dicatur spoliari nõ percipien-
do, ptout dicit Specu. in tit. de restitu. spoliat § nunc
dicimus. colum. 3. versic. sed quando in his moribus
& Felin. & Rebuff. in lib. de interdict. vnde vi. in col.
13. versicul. sed queritur. Egid. cõsi. 21. colum. 2. versi.

z item

an pacificè possidere & quando non attentare dicatur.

DECISIO CCCCXXI.

IN vna Salamantin. portionis, coram D. Fabio, in qua Didacus resignauerat dictam portionem in fauorem Petri est probatum, quòd Petrus dictam resignationem acceptauerat, post tamen resignauerat. Didacus fuit spoliatus per Thomã de Laschalas,& com missa causa per Didacum cõtra Thomam super spolio, Bertraudus de Robles etiam venit ad causam, & inter istos tres fuit introducta lis tã super petitorio, quàm super possessorio, post tamen resignationem factam per ipsum Didacum in personam Petri, ita quòd Didacus erat in detẽtatione. Dubitauit Dom. Fabius die 26. Martij, 1546. præsupposita lite inter Didacum, Thomam, & Bertrandum tam super petitorio, quàm super possessorio, an allegatio Lapi suffragetur Al-
1 phonso successori Petri, qui † Petrus post litem motã vigore resignationis factæ per Didacum ante litem ingressus est possessionẽ, & pacificè possedit per octo annos. Et fuit resolutum quasi per omnes, quòd allegatio Lapi, & regula de triennali sustragaretur reo. Et fuit dictum, quòd Petrus, qui ingressus fuerat in possessionem inter alios tres litigiosam, cùm ipse esset penitus tertius, quia veniebat ex iure Didaci ante litem, quòd ipse non attentabat, iuxta text. in c. Romana. §. in alium. de appellat. in 6. & licet ipsa possessio octo annorum per litem motam videretur vitiosa, per not. per Card. Alexand. in c. quod restitutio. col. 18. versic. hic capitur optima clausula. q. 1. & c. ex parte. & ibi Innoc. col. 4. de testib. versic. item not. quod remedium. Philip. Franc. in c. bonæ, col. 1. versic. 3. & 3. quæ l. vlt. de appell. Tamen ex quo fuit præcipuus possessor, dato quòd possessio fuisset vitiosa, prout tenet Sarnen. in dictis quæst. Nam ad effectum allegationis Lapi & reg. de triennal. Rota considerauit quòd pacificè possedit.

EPITOME.

Derogatio indulti Cardinalis ordinarij non datur nisi expresse dicatur vice ad istam decis. quæ latius posui in libro 1. annotation. mearum.

SVMMARIVM.

1 *Papa non derogat indulto Cardinalis ordinarij, sed tantum extraordinarij, qui non sunt collatores ordinarij.*

DECISIO CCCCXXII.

IN vna Toletan. Canonicatus & præbend. proposita die 26. Martij 1546. coram Dom Pereg. in qua Franciscus Pesquera habuerat expectatiuam ad duas diœceses exprimendas in literis, cum derogatione indultorum etiam Cardinalium: postea expediuerat expectatiuam ad collationem Cardinalis Toletan. cum derogatione indultorum etiam Cardinalibus concessorum. Fuit resolutum ad vsum patrisfamilias, quòd
1 Papa † non solet derogare indulto Cardinalis ordinarij, quòd sub illa derogatione indultorum Cardinalium non veniret indulta concessa Cardinali ordinario, sed tantum extraordinario, vt sunt multi Cardinales, qui habent indulta in diœcesibus, in quibus non sunt ordinarij collatores: & sufficit, quòd derogatio in illo casu appareat. Et quod Franciscus Pasquera volebat sub illis generalib. ad duas diœceses exprimẽdas piscari suam expectatiuam in diœcesi Toletan. in qua Cardinalis vt Collator ordinarius habebat indultum, quod si Papæ expressisset, non ei concessisset.

EPITOME.

Exequutores dati in nominationibus factis per Cæsarem non solum fuere dati ad compellendum, sed etiam ad prouidendum.

DECISIO CCCCXXIII.

FVit resolutum in vna Augustan. concordiæ, coram Dom. Ioan. Paulo, die 15. Martij, 1546. executores dati in nominatione facta per Cæsarem Dom. Ioan. directa Capitulo & Decano Augustan. in qua hortabatur capitulum in euentum vacationis beneficiorum vel beneficij situum percipien. acceptan. sibi conferretur, ac de eo prouideretur, ac in possessionem immitteretur, & subiungebat Imperator, cuius authoritate hæc nominatio suum pleniorem assequitur effectum, ideò nominabat exequutores authoritate Apostolica sibi concessa, eisdem expressè mandan. & eandem nominationem iuxta traditam sibi ex literis Apostolicis potestatem demandan. & demandari curand. & cum ea literis Apostolicis, quas Papa Imperatori super istis nominationibus faciendis indulsit con cessa facultas Imperatori deputandi exequutores, qui prouideant. Fuit dictum, quòd illi exequutores iuxta literarum Apostolicarum tenorem poterant prouidere, dato, quòd capitulum & decanus super prouisione non potest requirere, quòd ea forma dictę nominationis illi exequutores non erant dati tantum ad compellendum, quo casu procedebat text in cap. 1. de concess. præb. in 6. sed etiam dati ad prouidẽdum. Nec obstant illa verba postea sequentia, quòd si notoriæ, quod absit, in parẽdo huic nominationi rebelles præteritis in censuris Ecclesiast. animaduertant. quia fuit dictum, quòd illa verba respiciebant, quòd si post illam prouisionem factam per exequutores essent capitulares inobedientes in tradenda possessione, quòd poterant ad id compelli censuris Ecclesiast. per hoc ergo sequitur, quòd non essent tantum exequutores ad compellen. sed etiam ad prouidendum.

EPITOME.

Archiuistarum priuilegium, quòd possint extendere instrumenta per alios notarios rogata quomodo intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Acceptario in genere vigore priuilegiorum scriptorum ab Archiuista coram notario non Archiuista facta an valeat. & quare non.*

DECISIO CCCCXXIIII.

ARchiuistæ habent priuilegium, in quo dicitur, habeant Archiuum, in quo notarij deponuntur contractus, instrumenta, & testamenta, & quæ tam per istos quàm per quoscunque alios notarios & tabelliones in d. Rom Cur. vt per Curiales extra Ro. curiam & per notarios ex contractibus Curialium accidunt quòd Franciscus Fantesca per direptionem vrbis in ciuitate existens, cantoriam coram notario, qui non erat Archiuista, acceptauit in genere vigore priuilegiorũ scriptorum habentium priuilegium, quòd possint acceptare in genere & extra Rom. Cu. & postea delata illa nota ad curiam in Archiuo per notarium Archiui obtinuit illam acceptionem deduci ad speciem, & de ea confici instrumentũ. Fuit dubitatum in vna Hispalens. parochialis de Castellanos die 2. Martij 1546.
1 per D. Fabiũ, an † acceptatio in genere ex Ro Cu. coram notario non archiuista facta per Franciscum Fantesca potuerit deduci ad speciem per archiuũ Ro Cu. & fuit resolutum, quòd non: quia priuilegium loquitur tantum de instrumẽtis rogatis in Ro. Cur. & cùm non esset rogatum in Curia, sed in ciuitate Gaultens. ideò

non poterat extendi,eò quòd Fantesca nnn poterat
extendere instrumentum per notariû rogatum , vel si
erat mortnus notarius per eius successorem de mãda-
to iudicis socij,in quo instrumentum rogatum erat,
quòd priuilegia sunt strictè intelligenda.

EPITOME.

Restitutio quo casu ad spolium fuit data iustificato instru
mento conditionali.

SVMMARIVM.

1 *Emptor,possessionem ingrediens,quæ à venditore est permu
tata,spoliat permutantem, & is seu eius hæres est resti-
tuendus.*

DECISIO CCCCXXV.

DIE 29.Martij,1546.in causa Vrbeueren.seu Pe-
rusin.castrorum,dedi dubium, an Comites de
Marisciano veniant restituendi ad portionem castri
Parrani,quæ fuit Comitis Bulgari. Et fuit dictû,quòd
de Lauinia,quæ de ann.1528.emerat à Bulgaro cum
clausula constituti,quòd si non probabatur,quòd Bul
garus habuisset possessionem tempore venditionis,
quòd costitutum nihil operatur.& cùm posteà de an-
no 1531.Bulgarus egisset contra Alex.possessorem , &
reportasset sententiam,& rem iudicatam,& vigore il-
lius Bulgarus 3.Septembr.1521 possessionem suam re-
cuperasset,tum idem Bulgarus 4.Septemb. 1521.cum
eodem Alex.immutauit castrum Ponsacri cum qua-
dam acie:& instrumento permutationis aderat clausu
la constituti. & vltra dictam clausulam testes proba-
bant, quòd Alex. possessionem habuerat. Itaque eum
1 posteà de anno 1522. Bulgarus † vendidisset partem
suam Lauiniæ,& Lauinia ingressa foret possessionem
castri,quòd non obstante dicta vẽditione spoliasset A-
lex.& is erat restituendus,seu eius verus hæres. Non
obstat,quòd instrumentum permutationis factæ cum
Alexan.esset conditionale,vt putà ita dicens , quòd si
permutatio per duos non fieret, & posteà solutio in-
fra annum,præsens instrumentum nullius sit roboris,
& omnia in pristinum statum remaneant & cùm non
constaret nec de æstimatione,nec de solutione,omnia
debebant in pristino statu manere,& per consequens
possessio Alexandri vigore illius instrumẽti capta rua
nuisset:quia respondebant Domini, quòd illud proce
debat respectu possessionis per clausulam constituti
habitæ : & si habuisset possessionem actualem castri,
quòd eam non adimpleuisset antequam transegisset
Bulgarus,& tunc Lauinia spoliare eum non poterat.
cùm in prosanis etiã detur restitutio sine titulo. Non
obstat quod dicebatur, quòd Alexand. debebat doce
re de instrumento : quia fuerat responsum quod illud
respiciebat petitoriû quod ad informationes Alexan-
der non tenebatur,nec hodie eius hæredes.

EPITOME.

Statutum vrbis, quòd causa nullitatis coram capitaneo
&c.quòad primam partem statuti quo casu ligauerit causam.

SVMMARIA.

1 *Lite & instantia pereunte perimitur quoque ius.*
2 *Causa semel effecta summaria in prima instantia remanet
quoque summaria in secunda,etiam si nihil dicatur.*

DECISIO CCCCXVI.

IN vna Roman.dotis,pro Paulo Saralonis contra Iu-
lianum,die 29. Martij. 1546.dedi dubiû,an statutû,
quòd causa nullitatis coram Capitaneo appellation.
etiam quòad primam partem stante commissione iux
ta formam statutorum liget; per Rotam & per Domi-
nos fuit resolutum,quòd sic. quia cùm formar escri-
pti esset formanda, ideò cum causa est commissa Au-
dien.cognoscen.& terminan.iuxta formam statuti,di-
cebatur, quòd ligabat Rot.& Dd. Item cùm illa pri-
ma pars statuti disponat,quod nisi infra octo probatio
1 fieret,& infra 15.dies expediatur,quòd lis † & instãtia
pereuntes per consequẽs ius perimatur , vt supra di-
ctum fuit,ergò statutum liget,vt in simili videmus:nã
licet statutû,quod possit vel non possit appellare à de-
finitiua,quia tollit ius,quod dicitur esse decisorium,&
si est decisorium,ligat.Rom.Cur.iux.not.per Bal.in l.
cunctos populos.C.de sac.eccl.Non obstat, quod cau
sa appellationis fuit commissa in sententia lata in Cu-
ria Capitolina,& commissa D. Io.Paulo.secundû for
2 mam statutorum:quia causa† semel effecta summaria
in prima remansit summaria etiam in secunda,etiamsi
non dicatur.

EPITOME.

Processus factus coram tutore testamẽtario. dato,quòd te-
stamentum impugnetur,est validus propter dubitationem.

SVMMARIA.

1 *An possit contra tutricem testamentariam iudicium de spu-
ritate intentari.*
2 *Lite pendente super validitate testamenti , potest agi con-
tra tutorem,siue in testamento siue a iudice datũ.*
3 *Cum de tutoris datione dubitabatur nõ est contra talẽ tuto-
rem,sed simpliciter contra illos procedendum.*
4 *Tutor datus pupillo contra quem iudicium intentatum est,
nisi confecit inuentarium,potest, vt suspectus remoueri.*
5 *Tutrix testamentaria nõ tenetur renunciare secundis nuptijs.*
6 *Matris tutricis testamẽtaria administratio, antequam ei à
iudice data sit,nulla est.*
7 *Mater quando sine decreto iudicis suscipiat administratio-
nem tutelæ.*

DECISIO CCCCXXVII.

DOmino Gregorio Baptistæ fuerat data mater tu
tria in testamento. Angela soror patris Dom.
Gregorij dicebat Do.Gregorium esse spurium,& per
consequens testamentum nullû,& vendicabat sibi he
reditatem, & intentauit iudiciû contra matrẽ tutricẽ
datam in testamento patris, & obtinuit sententiam in
patribus de spuritate , à qua appellauit & coram me
dixit de nullitate sententiæ. Proposui ego dubiû die 2.
Aprilis,1546.in causa Bassanen. Baroniæ , ea quo di-
1 ctum fuit de spuritate Gregorij, an † iudicium pote-
rat intentari contra tutricem testamentariam, vel po-
tius debuisset deputari procurator litis,& ex aliqua so
lemnitate omissa tutela testamentaria sit nulla:& fuit
resolutum per maiorem partem , ꝙ ratione dubij pote
rat agi cõtra tutricẽ testamentariã, per text.in l.1. C.
qui tut.dare poss. & in l.ordinata. C.de consuet. Non
obstat, ꝙ ille text.loquitur in tutore dato. quia atten-
ta materia generaliter loquitur, videlicèt qui tut.dar.
pos.siue tutor datus à testatore , siue à iudice semper
materia procedit.Item ratio decis.videlicèt dubitatio
2 nis militat † in tutore dato in testamento , donec
pendet dubium, an testamentum sit validum. Non
obstat, quod ex aduerso allegabatur Bal. Salic. &
Paul. de Cast. in l.si putas. C. de pet.hær. vbi viden-
3 tur dicere illi Dd. quòd cum dubitatur † de datio-
ne tutoris debet procedi contra istos tutores non
autem

autem simpliciter contra talem tutorem, quoniam tunc vt contrarius esset repellendus: quia fuit responsum, quòd Bald. In d.l.si putas.in 1.oppo.in 1.parte dicit, quòd ratione dubitationis potest etiam tutor, licèt contrarium agat, admitti ad contradicendum, quòd prætendant se esse tutores: tamen nō dicit, quòd quando fuit actum contra tutores, quòd iudicium est nullum. & licèt Paul.Cast.ibidem in 1.col. vers.notandum dicat, quòd si agatur simpliciter contra tutorem sit appellan.etsi sit contrarius, allegando ad hoc Bald. & cùm Bal.dicat, cautius agatur, intelligendum erat secundum d.Bald. Non obstat, quòd in l.1.qui tut.da-
4 re poss.fuit iudicium intentatum † à principio contra pupillum, & posteà fuit datus ei tutor, sic autem à principio fuit actum contra tutorem, licèt si non con fecisset inuentarium, tum potuisset remoueri, vt superius per not.per Dec.in c.ex parte.2.de appel.& ita aliàs fuit resolutum, iuxta opinionem Abbatis de relat.
5 in antiq. & Bal.ibi quòd tutrix † testamentaria non tenetur renunciare secundis nuptiis. quia pro illa, quā tenet Bar.ibidem nihil allegatur: sed Abbas suam opinionem lege & ratione firmat. Item & quartò fuit
6 resolutum, quòd ex quo † mater administrauerat ante administrationem per iudicem sibi datam, quòd talis administratio esset nulla, secun.Bar.in l.legitimus. ff.de legit.tutor.col.1.versic.quæro vtrùm.Aretin.in §.actionum.col.1.q.4.Instit.de action.Chassan.super consuet.Burg.fol.103.qui ad primum. col.3.Corn. cons.84.vol.4.Et tentū fuit aliàs in alia causa Senen.
7 in tutela, si testator † in testamento dixisset, quòd nolebat, quòd mater teneretur petere administrationem tutelæ, ita quòd si hoc dixisset, quòd propria anthoritate possit admitti ad administrationem, & tunc non sequitur decretum iudicis.

EPITOME.

Exceptio non numeratæ pecuniæ quo casu fuerit opposita.

SVMMARIA.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an possit à delegato opponi, aut peti obligationis delegatæ releuatio, & nu. 5.*
2 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ qui scit se habere, & se subdelegari patitur illi renuntiat.*
3 *Debitum agnoscens non potest obiicere exceptionem non numeratæ pecuniæ. & num.6.*
4 *Nouatio habet vim solutionis.*

DECISIO CCCCXXVIII.

IN vna Roma. releuationis indennitatis, inter Io.de Vsina de vna & Io.Baptistam Cardellum ex alia, D. Prosper die 20.April.1540.proposui dubium, an Ioan.
1 Bapt.Cardellus, qui † cōfessus fuit nullū, & eodē con passus textu est.delegari, potuerit in casu, de quo agitur, propter non numeratam agere contra delegantē, vt numeret vel releuet ipsum ab obligatione ista Io. Baptista de Vsina in summa scuto.300. cum occasione numerabilis mutui sibi vt asserui sponte. Et ad ordinationem & delegationem D.Ioan.Baptistæ præsentis & delegantis fecit sibi debitorem Franciscum de la Porta, & dom. Ioannes de Vsina liberauit ipsum Cardellum. Posteà Dom.Ioan.Cardellus opponit exceptionem infra biennium contra Ioan.de Vsina nō numeratæ pecuniæ, & ideo petebat dictam pecuniam sibi numerari vel releuari indemnem. quia ab obligatione quam passus fuerat de se delegari & cōtra ipsum Ioan.baptistam. Cardellum opponebatur, Alexan. in
2 l.si quis delegauerit.ff.de nouat.vt si quis † sciens exceptionem non numeratæ pecuniæ competere & patitur se subdelegari censetur illi exceptioni renunciare. Item opponebatur Alexan. in l. cùm fidem, C. de
3 non nume.pecun.vbi quando † quis agnoscit debitū, non potest opponere dictam exceptionem . Item &
4 tertiò, quia † nouatio habet vim solutionis, l.si rem. §.final.de nona. & sic ergo non potest opponere dictam exceptionem, ad d.l.cum fidem. Istis tamen non obstan. fuit facta resolutio pro Io. Baptist.Cardello,
5 qui † habebat regulam pro se quod infra bienniū potest opponere exceptionem non numeratę pecunię. Non obstāt allegata in contrarium quia procedunt
6 vbi essemus in obligationibus † ex interuallo factis. secus est in casu nostro in quo voluit propter spem non numeratę pecuniæ confiteri mutuum, ita etiam in delegatione, per not.per Barto.& Paulum de Cast. in l.in cautio.C.de non num.pecun.

EPITOME.

Causæ nullitatis & restitutionis vbi in eadem cōmissione fiat intentatæ dicuntur eadem sententia determinari.

DECISIO CCCCXXIX.

IN vna Tiburtin.Castri.in qua erat in commissione commissa causa nullitatis & restitutionis in integrum ad sententiam latam per Cassad. die 2. Aprilis 1546.coram D.Ioanne Paulo fuit decisum, quod ex quo causa nullitatis & restitutionis poterat in eodem libello accumulari secundum deci.Rot.quòd ex causa nullitatis & restitutionis 116.in nou. quod licet esset resolutum quod sententia non esset nulla, tamen super validitate sententiæ non poterat pronunciari, antequam discutiatur negotium restitutionis in integrum, quod cum essent ambo iudicia cumulata, debebant eadem sententia determinari, Non obstat, q̄ immo sunt iudicia contraria quòd si sint nulla non debentur restitui, quia restitutio licuit esse valida. prout erat in casu isto debetur restitutio, si ex causa erat dāda.

EPITOME.

Consilium Lateranens.quod loquitur in collatione & cōmenda, an habeat locum in restitutione cum decreto, quòd priora beneficia non vacent.

SVMMARIA.

1 *Retentio beneficiorum an possit à Papa dari contra verba & mentem concilij id prohibentis.*
2 *Retentio est quædam iuris antiqui reseruatio, nihil de nouo tribuens.*
3 *Solemnitas eadem necessaria est in reseruatione, quæ in prouisione.*
4 *Retentio beneficiorum à Papa concessa, ne vacent, habet vim prouisionis.*

DECISIO CCCC XXX.

REuerendissimus D.Gambara fuit promotus ad Cardinalatū, & in promotione fuit datasibi retētio beneficiorum, prius per eum obtentorum. inter quæ beneficia erat prioratus, qui ascendebat ad valorem 200.fuit dubitatum per D.Prosperum in d. causa
1 Brixien. prioratus, 2. April.1546.an beneficia † non exceden.reditū 200.ducatorū, iā obtēta ante promotionē Cardinalatus, si ad ea detur retentio, in qua Papa decernebat beneficia non vacare, in dicta retentione sit necessaria derogatio concilij Leteranens. quia nec verba nec mens concilij poterant adaptari ad retentionem dictorum beneficiorum, quæ quis assequutus fuerat ante promotionem ad Cardinalatum: nā verba

ba

verba cōcilij dicunt, de cætero nō conserantur, seu ex commenda retentio admittatur, ptout dicit; Gemin. in c. significante. de rescri. column. 3. in versicu. vbi & nota si retēta gloss. num. 15. & Card. in Clemen. plures de præbend. Item & primo, quia in retentione Papa decernit beneficia non vacare, & sic non est collatio,
2 nec commenda: & quia retentio † est non nisi quædā reseruatio iuris antiqui, nihil de nouo tribuens, secūdum text. in d. cap. dudum. in fin. de electionibus. & ibi Abb. column. 5. versicul. nota gloss. final. Mens cōcilij etiam non cōuenit, ex quo de nouo non confertur, cùm sit priuilegium alijs clericis commune, quòd beneficia in fauorem consequi possint. Sed alij quatuor Domini dicebant contrarium, per decisi. Rotę
3 331. in nou. & Egid. 152. vt apparet, quòd eadem † solemnitas, quæ requiritur in prouisione esset necessaria in reseruatione, vbi Papa decreuit non vacare: quia si non esset tale decretum de proximo, beneficiū cedet proximo, ideoque requiritur ibi derogatio: Ita erit etiam dicendum in casu nostro. Nec obstat, quòd ibi sumus in casu, in quo tractatur de præiudicio tertij, vnde proinde vbi hic non tractatur de præiudicio alicuius, & sum' in dispositione exorbitante & cōtra principem lata, videtur fieri interpretatio, ad oot. in l. final. de constitut. princ. quia dicitur, quòd immo eramus in dispositione fauorabili, & beneficia inferiora ecclesiasticis ipsis, pro quibus erant iuncta, & tractabatur de præiudicio tertij, videlicèt inferiorū electionum: & ideò quod dicitur de dictis duabus decisionibus, videtur etiā militare in casu isto. Secūdò pro isto parte adducebatur decisi. Egidij 473. vbi di-
4 citur, quòd retentio † huiusmodi habet vim prouisionis: & ideo id, quòd dicitur de prouisione, debet habere locū in quasi prouisione: vbi militat eadem ratio, & materia est fauorabilis. & illa decisio multū fuit ponderata pro istā parte, quam videre poteris. Octauus ex Dd. noluit votare, quia non benè viderat articulum, & ideò permansit indecisum.

EPITOME.

L. testium. C. de testibus. quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Debitum, quod in scriptis est, solutum esse probari non potest nisi per testes idoneos, aut per scripturam si talis sit actus, qui non nisi in scripturis redactus vales.*
2 *Actus in scriptis redigi non debet necessariò nisi quando ita actum fuerit.*
3 *Probationi semiplenæ additur iuramentum in eius supplementum.*
4 *Mulier non potest esse testis in causa criminali, nisi sit pro pria.*
5 *Feudali in causa mulier potest in supplementum iurare.*

DECISIO CCCCXXXI.

FVit resolutum in vna Roman. pecuniaria centum ducat. coram Do. Rauellen. die 15. Aprilis. 1546. quòd l. testium. C. de testib. quæ loquitur, quod debi-
1 tum † si sit in scriptis nō potest eius solutio nisi per testes probari habet locum quando est actum cum aliter actus non valeret nisi in scriptis, quia scriptura est tantum ad probationem, per ea quæ dicit Bartol. ibi dum dicit remittit se ad causam l. generaliter. C. de non numera. pecun. Alexan. & Bartol. quicquid ibi dixerit Salicet. & Paul. de Cast. intelligendo illum tex. in quacūq; scriptura, quib. obstat tex. dum dicit in scri-
2 ptis non est dubiū, quod † actus non debet fieri in scriptis nisi quando ita actum est, ad nota. in l. contractus. de fid. instrum. ita in eadem causa, in qua agebatur de summa 300. & eramus in personis non petentibus, fuit dictum, quod erat magna causa, per ea quæ dicit Ias. in repet. l. admonendi. column. 97. num. 231. ff. de
3 furt. Et quia erat † plus quam semiplenè probatum, quòd esset locus iuramento in supplementum, per ea quę dicit ibidem Iason. & Curt. Iun. numer. 7. vbi attestatur istam cōmunem opinionem decisi. Neapol. 85. ad iudex secularis. Itē quod similiter haberent plus quàm semiplenam probationem, & esset mulier hone sta & aliud sibi non obstaret, nisi quòd esset mulier quod etiam in dicta causa 300. ducator. licet magna esset differentia iuramentum in supplementum accederet. Non obstat quòd contrarium videtur sentire Ias. secundum Roman. in d. repet. l. admonendi. col. 10. numer. 158. vers. 2. quia fuit dictum, quòd Ias. ex
4 mente Roman loquitur in causa † criminali, in qua iure Canonico non potest esse testis contra aliū quàuis possit in causa propria, sed in causa magna non re peritur quòd mulier non possit esse testis contra alium, ergo probaret etiam in causa propria & fuit dictum, quòd istud tenebat ibi Ias. d. col. 100. vers. ex ista generali regula & ibi tenet, quòd causa feudalis
5 est grauis, & tamen in eo defertur iuramentum in supplementum mulieri pro quo facit Rip. in d. l. admonendi. col. 12. num. 149. fuit etiam eadem die 17. Aprilis, 1546. dubitatum quod statutum Bononien. dicat debitum non portari posse: nisi per iuramentū publicū: tamen per hoc etiā dicitur debitum in scriptis relatū l. quia scriptura. C. si cer pet. Itē fuit dictū, quod tale statutū non ligat nisi subditos. secun. Ias. in l. nō speciali. in 2. nota. C. de testi. & ideo non ligabat heredes contrahentes cum Bononien. tamen quia eorum hæredes erant nati Romę & ibi domicilium habebar licèt contrahentes cum Bononien. eos non ligaret, & quòd respiceretur decisio. secund. Ias. in d. l. si non speciali.

EPITOME.

Si committitur alicui informatio, citatio ad informationem non est necessaria.

DECISIO CCCCXXXII.

FVit etiam dictū in vna Bononien. Castri Lamani coram D. Fabio die 15. Aprilis 1546. quòd cum cōmittitur alicui vt se informet q̄ in informatione de sali nō datur citatio: prout casu illo cōmissum nō fuerat Simonetæ, vt de prædictis se informaret, quod in informatione facienda nō requiritur citatio per cons. Car. 4. sub rub. de dilac. & Felin. in c. cùm olim. de re iud.

SVMMARIA.

1 *Petitio tertio loco differt à petitione secundo loco facta.*
2 *Protestatio procuratoris omnes potestationes repetentis repetit tantum potestationes per eum per tertiam petitionem factas non autem per principalem.*

DECISIO CCCCXXXIII.

1 IN causa Pauliana proposui die 5 Aprilis, an petitio † tertiò loco differat à petitione secūda & protestatio procuratoris repetens omnes potestates post dictam petitionem tertio loco factam repetat præsentationē iuramentorum calumnię. & fuit resolutum, quòd tertia petitio differat etiam, quia licèt in vtraque esset identitas rei, puta trium millium: Item ex eadem causa, quia tamen non erat identitas per tex. in l. cùm quæ ritur

ritur.de excep.rei iud. nam secunda petitio erat facta per priorem conuentui S.Sebastiani,& à Prioribus aliis prouincialib.& cōgregatione principali licet secunda petitio non erat valida,quia mandatum superuenerat.fuit dictum quòd illa † protestatio procura
2 toris repetentis omnes protestationes tantùm repetebat protestationes per eum post tertiam petitionem factas,non autem factas per principalem,de quibus non constabat quod notitiam habuisset,& maximè cùm procurator diceret de nouo allegan. se non teneri,ergo voluit se referre ad acta per eum facta: cum prius negasset teneri ad conten.

SVMMARIA.

1 *Commissio causa Capitolina an possit se extendere ad causam futuram post commissionem impetratam.*
2 *Nullitas an cum appellationis causa commissa censeatur.*
3 *Appellationis causa facilius, cùm eadem censeatur esse cũ prima iuxta formam statutorum commissa intelligitur, secus in causa nullitatis sententia Rotalis qua noua est causa.*
4 *Regula,quod quisque iuris, &c.habet quoque locum in diuersis causis inter easdem personas intcotatis.*

DECISIO CCCCXXXIIII.

Eadem die in causa Roman.dotis seu nullitatis sententiæ latæ in Rota,an sit cognoscenda & continuanda ex forma commissionis registrat.fol. 57. coram D. Aquen. secundum formam statutorum, vel
1 quia ex quo Do. Io. Pau.† causa nullitatis sententiæ Rotalis oriatur post probationem sententiæ à qua D.Aq.commissio causę capitolinæ non poterat se extendere ad causam futuram post commissionem impetratam Rot.deci.108.in no.Egid decisi.100.Felin.
2 in c.pastoralis.de rescrip.col.a. Non obstat,† quòd ab ipsa sententia Rotali erat commissa causa appellationis,& sicut causa appellationis censebatur esse cōmissa iuxta formam statutorum ,ita esset causa nullitatis:quia fuit dictũ,quòd appellatio erat directa . quia non erat appellatum in tempore, & ideo quòd nulla pendebat causa appellationis,sed principaliter tantum pendēte causa nullitatis.item & secundo vbi est
3 diuersitatis ratio superius facta,nam causa † appellationis ideo etiam intelligitur commissa iuxta formã statutorum,quia est eadem causa cum prima, sed causa nullitatis sententiæ Rotalis est noua causa , & ideo non mirum si non debeat à causa appellationis releuari,maximè cum aliàs fuerit decisum,quòd causa appellationis & nullitatis censetur æquè principaliter commissa. Item & secundò non obstat dum dicebatur quòd ex forma cōmissionis de qua in dubio , ex quo Iulia in ea petebat quòd constito,quòd causa esset cognoscenda & determinanda iuxta formam statutorum tam in proponen. quàm dicen.quòd constito 9 statuto Paulus non satisfecisset,quod à iudicio excluderetur: si ergo Iulia voluit,quod statuta seruarentur contra Paulum,ergo idem ius debet contra ipsam
4 seruari:nam† titulus,quòd quisque iuris,habet locum in diuersis causis inter easdem personas intératis: quia pro parte Iuliæ fuit responsum acceptando fundamẽtum,sed dicebatur quòd prius seruaretur statutum in persona eius.quòd si foret,haberet intentũ, quo Paulus veniebat prius excludendus,& ideò amplius agere non potest.& statutũ à Dd.dicebatur seruandum esse.

EPITOME.

Regula,contra impetrantes certo modo,habet locum in eo qui non est annalis possessor, dummodo sit pacificus.

DECISIO CCCCXXXV.

IN vna Illerden.& Cæsaraugusta.præceptoriæ,coram Domino Fabio.fuit tētum die quinta Aprilis 1546.& propositũ dubium,an regula contra impetrantem certo modo,habeat locũ in eo,qui nō est annalis possessor:& fuit determinatũ,quòd sic.quia cùm regula generaliter loquatur de possessionibus , & sit generalis,erat intelligendũ siue sit annalis , siue nō,& si voluisset ar&ari adannales possessores,illud expressisset.Et ita fuit decisum in vna Toletan.Sanctæ Crucis,die 10.Nouembris,1546. dummodò sit pacificus possessor.

EPITOME.

Ius præsentandi ex fundatione & possessione centum annorum quando præsumatur.

SVMMARIA.

1 *Possessio præsentandi immemorabilis vt probetur, quilibet potest allegari titulus,nisi constet de contrario.*
2 *Capellani quãdo dotationis titulum allegare non possint.*
3 *Protestatio præsumptiua cessat,cùm est alia fortior.*

DECISIO CCCCXXXVI.

IN vna Barchinonen.parochialis de la Rocca, corã Domino Peregrino,die 5.Aprilis,1546.fuit resolutum,quòd licèt nos aliàs concluserimus,quòd quan-
2 do probatur † possessio immemorabilis præsentaudi posset allegari quilibet titulus,etiam ex dotatione & fundatione, quòd istud erat verum nisi constaret de contrario,prout erat in illo , in quo illius terra Dd. erant in quasi possessione præsentan.per 120. annos: sed quia dicebatur de aliis præsentationibus,fuit dictũ per Capellanos cappellę della Rocca per 80.annos
2 quòd illi Dd.†Capellani non potuerant allegare titulum donationis ex duobus:primò,quòd ex quo constabat de contrario non potest dici , quòd memoria non esset in contrarium:quo casu procedit,quòd aliàs
3 per nos fuit decisum.secundò,quòd protestatio †præsumptiua cessat vbi est alia fortior. Fuit ergo conclusum,quòd possessio illius Dominii præsumeretur ex præscriptione & consuetudine.

VMMARIA.

1 *Instrumentum sententia quando manu alterius scriptum esse intelligitur,ei non datur fides sine originali.*
2 *Verba bulla quando non probent possessionem aut dominium.*

DECISIO CCCCXXXVII.

DIe 16.April.1546.in causa Britonoriē.pro Dom.
1 Seruello ostendi Dd.instrumentum † sententię Henrici,& propter vniuersitatem tum corporum tũ testium scribentium,Dd.iudicarunt,quòd illud instrumentum esset scriptũ manu alicuius, qui illud scripsit & non daretur fides sine originali,nec trãsumpta simplici copia,vt circa Bullam Adriani Dd.viderunt ambiguitatem:quia†in illa bulla erant tantùm illa verba
2 monasterium & ipsius bona,quæ suis vacan.duximus exprimend.& fuit dictum per d.Abb.in c.dudum. de priuileg.quòd illa verba non probarent dominiũ nec possessionem,& ideò ista aliunde probanda erunt.

EPITOME.

Beneficia inferiora an vacent per promotionem ad Cardinalatum.

SVMMARIA.

1 *Beneficia inferiora vacant per promotionem ad dignitatem absque retentionis dispensatione.& nu.3.*
2 *Dignitas vna alia superueniente retineri non potest.*

DECISIO CCCCXXXVIII.

IN vna Brixien. Prioratus, dubitauit Do. Prosper de
1 sanc.Cruce, die 9. Aprilis, 1546. an per † promotio
nem ad Cardinalatum absque dispensatione retētion.
vacent inferiora beneficia, vt est prioratus, de quo a-
gitur: & fuit tentum cùm distinctione Abb. in c. Ec-
clesia, col. 2. de elect. quia ratio sua efficax videtur.
Nam Cardinalatus est dignitas, vt dicit Bart. in tract.
2 de præstan. Cardin. q. 1. ergo † non potest cum eo reti-
nere aliam dignitatem. & istam opinionem videtur
tenere Collect. in fin. de coll. prębend. Non obstat,
quod dicit Martin. Laudeo in tract. de Cardinalibus,
q. 15. Bart. in tract. de Episcopis. in 1. part. 2. libr. col.
7. in 1. quæst. nu. 33. vbi inquit, quòd hæc est commu-
nis opinio: nam dicit Lamber. in tract. iur. patron. in
15. articulo. nu. 89. 1. part. 2. libr. fol. 211. col. 4. circa
fin. no. 16. Abb Bergomen in tract. cond. q. 42. in 25.
princ. quare ista Doctores allegantes communem o-
pinionem etiam contra Abb. allegant Hostien. Rom.
But. & Imol. in d. c. Ecclesia. ita tenere: & tamē isti Do
ctores referentes se ad illū text. de necessitate sunt in-
telligendi in beneficiis inferioribus † non curatis, nec
3 habentibus dignitatem, ergò nihil faciunt contra di-
stinctionem Abb.

EPITOME.

Trebellianica non censetur prohibita, etiam quòd testator mandet restitui omnia bona sua.

DECISIO CCCCXXXIX.

ETiam quod testator mandet restitui bona sua omnia, tamen per literas non cēsetur prohibuisse detractionē Trebellianicæ. Fuit resolutum in Rom. Casalis coram D. Ant. Aug. die 11. Aprilis, per ea quæ dicit Ias. cons. 84. vol. 1. col. 1. & seq. & 146. col. 3. vol. 4. Crot. in repet. l. nemo potest. nu. 14. de leg. 1. Bert. cōs. 45. col. 2. vol. 2. & 144. col. pen. vol. 8. in nouiter impress. Salic. in repetit. l. centurio. vbi plenè, col. 66. ver sic. aduerte itaque. de vulg. & pupil. subst. Mart. consi. 29. col. 1. vbi dicit communem.

EPITOME.

Instrumenta duo, de quibus hic, non sunt in forma probanti.

SVMMARIA.

1 *Instrumenta concessionis in emphyteosim non probant, si alterum simplex sit copia.*
2 *Instrumenta reperta in archiuo publico non faciunt fidem si sint priuata, & non publica scriptura.*
3 *Notarij attestatio propria se esse rogatum ad instrumentū scribendum non sufficit, nisi id per plures testes recognoscatur.*

DECISIO CCCCXL.

IN causa Britonoriē. Castri Poloni dubitaui ego 12.
1 April. 1546. an instrumenta † concessionis in em-
phyteosim de anno 1485. & 1466. fuerint in for-
ma probanti. Et fuit resolutum, quòd non: quia
primum instrumentum de anno 1485. erat simplex co
pia: nā non dicebatur ibi, Et ego talis notarius roga-
tus præmissis interfui: sed tātùm dicebatur ex instru-
mento seu nota Britagne notarij: & sic apparet, quòd
illa copia ex illo instrumento seu nota erat cōtracta:
Item non ad erat signum notarij. Non obstat, quòd
2 † reperta essent in archiuo: quia cùm non essent scri-
pta publica, sed priuata, ideò nō faciebant fidem. Item
etiam probandum, quòd esset longo tempore referua
ta, & omnes scripturæ ibi existentes fidem faciant. Se
cundum etiam instrumentum de anno 1460. non erat
in forma probanti: quia in fine instrumenti tantùm di
ci ur, Ego Franciscus Candatellus, & tamen non di
cit, rogatus. Item nō addit signum notarij: etiā si nota
rius exhibens illud dixerit, quòd illud interrogatus
ex proto collo Francisci Candatelli fecerat: quia fuit
3 dictum, quòd † vltra attestationem notarij debebat p
alios testes recognoscere etiā, quòd esset rogatus Fran.
Nec obstat, quòd essemus in antiquis. quia erat falsū:
quoniam vsque ad tempus motę litis tantùm erant
elapsi anni 78. & recognitio erat facienda saltem, &
modo quo fieri poterat per comparationem.

SVMMARIA.

1 *Abbas an possit contra capitulum collegiata præeminētias p ascribere.*
2 *Capitulum et qualibet Ecclesia potest interrumpere præscriptionem contra se currentem, si prælatus sit negligēs.*
3 *Negligentia prælati præsumitur ex eo quòd ius Ecclesia sua non prosequatur.*
4 *Capitulum aut Ecclesia potest sine prælato agere, si ex eius facto aut negligentia grauetur.*
5 *Negligentia prælati an non nisi post monitionem deprehendatur.*
6 *Prælatus aut capitulum si sint in Ecclesia defendenda negligentes, admittuntur quoque ad defensionem particulares.*
7 *Ecclesia rebus malè alienatis possunt pro ijs omnes agere sine consensu aut mandato prælati aut capituli etiam non præcedente aliqua negligentia.*
8 *Res occupata habetur pro alienata.*
9 *Pro iuribus & rebus Ecclesia sine prælati mandato agere non licet.*
10 *Ad præeminentias, quæ iura sunt tantùm capituli & non Ecclesiæ quæque ratione dignitatis competunt, potest nō solum capitulum inferioris, sed etiam Cathedralis sine prælati sui consensu agere.*

DECISIO CCCCXLI.

EAdem die in causa Salamantin. præeminentiarum
proposui dubium, præsupposito, quòd agatur de
re magni præiudicij, an capitulum collegiatæ potue-
rit agere de anno 1522. ad effectum interrumpendi
præscriptionem: & si Abbas per 40. annos & vltra sine
capitulo collegiatæ præeminentias exercuerit, sit quæ
sita præscriptio contra capitulum collegiatę ipsi Abba
ti, ita vt ipsi capitulo præemitentias communicare nō
teneatur. Et incipiendo ab ista secunda parte dubij,
1 fuit dictum, quòd si Abbas contra † capitulum colle-
giatæ præscripserat, attento, quòd cōtra eum non erat
lis mota, & sic aderat vltra tempus 40. annorum. Et
cùm non esset modo lis mota cum ipso abbate, quòd
istam exceptionem capitulum maius allegare non po
terat: sed quia Abbas veniret ad litem, & contra eum

exceptiones

exceptiones suas capitulum faceret,& ideò cùm capi-
tulum maius cõtra selites consormes reportasset, etiã
tunc venit res per viã restitutionis in integ. quòd de
suo iure,& sic de electione,non autem ius tertii alle-
gare debebat & sic præsente Abbate. Ad primam par
2 tem dubij,an† capitulũ potuerit agere de anno 1522.
ad effectum interrumpendi,fuit conclusum,quòd da-
ta negligẽtia prælati potest agere capitulum,& quælì
3 bet Ecclesia:& negligentia† pręsumitur eo ipso,quòd
Prȩlatus non prosequitur ius Ecclesiæ suę. Sed Inno.
& Abb.in c.cùm olim de testib col.3.dicunt,posse ca-
4 pitulũ† agere.si ex facto prælati vel ipsius negligentia
aliquo prȩiudicio Ecclesia videretur grauari,vt in c.
dilecti.& ibi Abb post Innoc.de maior.& obed.& se-
cundum Inno.in c edoceri de rescript.in versi. con-
gregationem.ibi,nisi causam suam. Non obstat,quòd
5 negligentia† prȩlati non deprehendatur nisi post mo-
nitionem:quia contrarium dicit Felin.in c.cùm olim.
6 col.3.vers.cùm autẽ dicatur.de testi.Itẽ † interruptio
præscriptionis respicit defensionem,& ad defenden-
dum vbi prælatus & capitulum sunt negligentes,ad-
mittuntur particulares,secund.Abb.in d.c.cùm olim.
col. 3.prope finem.versicul item & prædicta collige.
7 Item pro rebus† malè alienatis nõ requiritur consen
sus & mandatum:& omnes possunt agere etiam non
præcedente aliqua negligentia prȩlati vel capituli,ad
text.in c.si quis presbyterum.& per Abb.post alios in
d.c.cùm olim.col.3.in fin versicul.quòd intellige. &
8 habetur† res pro alienata si sit occupata , vide Imol.
post Innocẽ.in d.c.cùm olim.col 2.post pricip. versi.
9 si autem.aliàs† agere pro iuribus & rebus Ecclesię si-
ne mandato prælati non licèt,post Innoc.in c. Epis-
copi.Sed quia extra punctum aduocatus capituli ma
ioris contra alias decisiones allegauit,quòd sede va-
cante non currit præscriptio contra capitulum, quia
non potest agere sede vacante,Abb.in c.1.col. 2.de
præscrip.respondebat alter aduocatus, quòd istud e-
rat verum in capitulo cathedrali,non autem collegia
tę,quòd potest agere,Felin.in d.c.edoceri.versi vacã-
te sede.& vers.amplia 1.de rescrip. idem Felin.in d.c.
edoceri.col.6 vers.fallit 3.& illud confirmatur , quia
10 istę† præeminentiæ sunt iura capituli,non autã Eccle
siæ,quæ tantùm competunt ratione eiusdem dignita-
tis. Et pro istis non tantùm capitulum inferioris Ec-
clesiæ,sed etiam cathedralis potuisset agere , secundũ
Abb.in d.c.cùm olim.col.2.vers gloss.2.de testib. & se
quitur Fel in d.c.edoceri.col 7.versic.ad sextam fal-
lentiam.de rescrip. Et quia ad ista vltima non fuit be-
nè responsum per d.Aduocatum an capitulũ collegia
tæ sede vacante potuerit agere contra capitulum ma
ius super pręeminentias,& si potuisset,& nõ fecit, an
currat pręscriptio,mansit indecisum.

EPITOME.

Mensis acceptatio quot dies continet.

SVMMARIA.

1 *Menses ad acceptandum dantur à vacationis notitia.*
2 *Vacatio beneficij per obitum non nisi à die sepultura nota esse potest.*
3 *Dies termini non computatur regulariter in termino.*
4 *Mensis datus ad acceptandum intelligitur secundum mẽsis,in quo incipit,qualitatem,si mensis simpliciter nõ fiat mentio,sed à notitia vacationis incipiat.*
5 *Mensis pro 30.diebus accipitur, si eius simpliciter & absolutè fiat mentio.*
6 *Mensis currit à die præsentationis facta.*
7 *Tot dies debent suppleri de mense sequenti,quot præterierunt ac præcedenti in acceptando.*

DECISIO CCCCXLII.

VAcauit Canonicatus & præb. de anno 1539. 5
Octob.per obitũ S.Georgij de Restis qui Geor-
gius die 6 . eiusdem Octobris cum funerali pompa
fuit sepultus itaque vacante eo fuit dicta die in loco
Nicolaus Vbati habens gratiam expectatiuam seu
reseruatoriã in diœcesi Vercellen.& acceptauit in Il-
lerden.7. Nouembris, quod etiam infra mensem.&
1 pro parte eius dicebatur, quod cùm† menses ad ac-
ceptandũ darentur à notitia vacationis, & ita vacatio
compluribus debebat esse nota , sed communiter vt
dicit Rom.in Clem.1.§.sicut col.5.nu.35.ver. conclu-
2 de.de concess.præben.quòd vacatio† non poterat esse
nota nisi à die,quo facta fuit sepulturæ traditio,& sic
sexta,quando vacatio omnibus communiter innotuit
3 & cum dies† termini non computetur regulariter in
termino,sec.communẽ opinionem Bart.Alex.& alio-
rum in l.1.ff.si quis caut.& quia omnes etiam conue-
niunt,quòd cùm idem terminus est præfixus per di-
ctionem,tunc indubitanter dies termini non compu
tatur in termino. Aduerte,quód contrarium dicit Phi
lip.Franc.in c.dilecti nu 3.in vers.mense.de elect.pro-
pter dictionem, A qua sunt nominati , separationem
inducit à quo incipit terminus,vt per Alex. in d 1. cũ
aliis per Sarnen.in reg.de infir.q.37.Ergò mensis ac-
4 ceptationis debet incipere à die 7.Et cùm mẽsis† mẽ
tio non fiat simpliciter,sed incipiat à notitia vacatio-
nis,quæ notitia fit in mense Octobris,mensis datus ad
acceptandum intelligatur secundum qualitatem men
sis, a quo incipit dilatio. Fuit aliàs dictum , quando
5 simpliciter & absolutè de† mense fieret mentio , acci-
peretur pro 30.diebus,per gloss.in c.cùm sit.in versi.
mensis.de elect.libr.6.quem sequitur ibi Franc & alij
6 & hoc dicit expressè d.glo.cùm vult,quòd† mẽsis cur
rat à die præsentationis factæ, tamen intelligit , quod mẽ
sis tot dies habeat,quot habet ille mensis,in quo facta
fuit præsentatio,vt ibi Philip Prob.& in addit.ad Io.
Monachum,col. 2.nu 3.Alex.cons.114.5. vol.& in l.de
diuisione.in prin. ff.sol. matr. vbi ponit communem
decisionem.in l.vbi lex.ff de reg.iur. sed aduerte, quod te
nendo istam partem,quæ vera est,quòd ex quo de mẽ
7 se Octobris in mensib est 31.dierum,tunc est conside
randum,ex quo mensis incipit à die 7. Octobris,an fue
rint in die 8. Nouembris,prout ita dicit Probus in d.
c.cùm sit.col.2.nu.15.& Deci.in d.l vbi lex ff.de regu iur
Et ratio est,quia tot dies† debent suppleri de mense
seq. quot deerant de illo mense,in quo dilatio incipit,
vt dicit glo.in c.cùm sit.in vers.mensem.& in propriis
terminis dicit Bonif. in Clem.1.§.sicut.col.5. nu. 55.
de concess.præb. Vnde cùm de mense Octobris præ-
teriissent dies septem, de sequenti mense Nouembris
tot erunt supplendi: Ergo septimus dies iam mensis
dati ad acceptandum expirauerat.

SVMMARIA.

1 *Possessio castri reseruata vsque ad certa quantitatis solutionem.an non consista solutione possit propria authoritate apprehendi.quum alius actualiter eam habet.*
2 *Solutionis facta veritas doceri non potest,si suspensum sit petitorium.*
3 *Possessio quando possit propria authoritate ingredi.*
4 *Constituens etiamsi constituti tempore nullam habeat possessionem*

sessionem illam tamen transfert.

5 *Constitutum quando operetur quo ad futura & præsentia.*

6 *Debitor constituens se nomine creditoris possidere, non potest solùm apprehendere possessionem propria auctoritate contra ipsum, sed etiam contra habentem causam ab eo.*

DECISIO CCCCXLIII.

IN causa Vrbeuetan. & Perusin. castrorum, dubitaui ego die 16. Aprilis 1546. stante instrumento permu
1 tationis, in quo Bulgarius reseruat† sibi possessionem Castri Pacani, donec sibi soluta fuerit quantitas pecuniæ, de qua in instrumento, an non constito, quòd Alea. non soluisset infra tempus conuentum, licuerit Bulgario seu verius Lauiniæ in iuribus Bulgario filio singulari succedenti, propria auctoritate possessionẽ Castri Pacani, quod ipse Alex. Actual. habebat, apprehendere. Et fuit resolutum, quòd non licuerit: quia non sequitur, non constat de implemento, ergo non fuit impletum. quia poterat eum implere. Et quia ita
2 †concernebant petitorium, non tenebatur in isto iudicio, in quo petitorium erat suspensum, de implemento docere Et ideò cessabant duo fundamenta per D. Hieronymũ adducta: cùm prius dicebatur, quòd Alex.
3 non implendo†erat periurus, & vt tali modo priuaretur à commodo possessionis, etiam quòd præstatur, & ideò Lauinia potuit propria auctoritate ingredi. Item & secundò non præsumitur delictum: cùm Bulgarius possessionem sibi reseruauerit, dicendum est, quod possessio Aleaan non sit iure familiaritatis: quia dicebatur, quod omnia ista præsupponebant, quòd Alexan. teneretur docere in isto iudicio de adimplemento: & cum non teneatur, cessant ista fundamenta. Cessat etiam tertium fundamentum adductum per d minum officialem, dum dicebat, constitutũ per Bulgarium in instrumento venditionis factæ Lauiniæ de anno 541. quia fuit dictum per Angelum in l. quàquis. §. si coductor. & Alex. in l quod meo. ff de acquir.
4 poss† qđ si constituens tempore constituti nullam habet possessionem, transfert. Non obstant notata in l.
5 3. § interdum. quia ibi constitutum † operatur quòad futura, quando expresse constituit se possidere præsentia & futura: quod hic non fuit, sed tantùm constituit se possidere præsentia & Castrum, cuius possessio nem tunc non habebat: & ideò cessabit dictum Bar.
6 in l. Creditores, col. 7. C depos. dum dicit, quòd † si debitor constituit se possidere nomine creditoris, nõ solum creditor potest apprehendere possessionẽ propria auctoritate contra debitorem, sed etiam contra habentem causam ab eo: & ita in proposito Lauinia non solùm poterat contra Bulgarinm, sed etiam contra Alcaandrum habentem causam ab eo hoc e. à Bulgario apprehendere, quia ex prædictis patet, quòd per constitutum nihil quæratur, ea quę tempore constituti non apparebat de possessione Bulgarii.

SVMMARIA.

1 *Possessio quomodo ex alterius voluntate quæsita præsumatur.*

2 *Precariam possessionem esse qui dicit, illud probare tenetur.*

3 *Concessio quænam ad vsum indeterminatum facta intelligatur. & nu. 5.*

4 *Voluntas in concessione mutata non censetur, nisi probetur.*

6 *Precarium vt transit ad hæredes ex concessione, sic & possessio precaria.*

7 *Saluiano interdicto quando auocari bonorum possessio ex testamento dubio quæsita potest.*

8 *Precarii possessio non venit in qualibet generali bonorum obligatione.*

9 *Interdictum recuperandi potest contra detinentem precariam possessionem dari ad debiti principalis sortem diminuendam intentari.*

10 *Obligatio bonorum generalis comprehendit omnia, quæ ad sortem debiti extenuandam apta sunt.*

DECISIO CCCCXLIIII.

IN causa Roman. ao. Car. Crucius & ego fuimus in hac opinione, quòd attẽtis partitis nouiter productis Illustrissimę Dominæ, in quibus constabat, quòd
1 †prius Thomas datarius caegisset, & posteà mercatibus ad vtilitatem ducis solui fecisset de mandato ducis cõfirmato per Thomam Datarium & Officialem Papæ, & omnia, quę Papa egit, iudicio ipsius agit, ꝙ si ea aliis actionibus quęsita esset aliqua possessio ducis, quòd illa esset quęsita de voluntate Clemẽtis. Et quòd sumus in incorporali iure exigendi, non doctode aliquo titulo ducis non attenta illegitimatione ius ei suffragaretur, hoc Castri non posset esse, & attento etiã motu proprio venditionis Casalis, in quo Clemens pro interesse suo & Delphinę illud vendidit, & ideò præscriptio sub nostro & hæredum suorum nomi non poterat intelligi, nisi de Clemente & Delphina: & cum Clemens asserat interesse Delphinæ, ꝙ illa possessio esset precaria, pdicto Bart. in l. 2 q. 0. ff. si cert. petat. Non obstat qđ dicit Innoc. in c. bonę. el 2. de postul. prælat
2 dũdicit, ꝗ ille, qui† obijcit possessionẽ precariã, tenetur probare. Pro parte creditorũ dicebatur, probabatur statim, quod ipsi dicebant, quòd illa possessio Ducis probatur de voluntate & consensu Clementis
3 ex quo illa erat † concessio à d. Domina, vsu terminatur, ad text. per Paul. Cast. in l. latins. ff. de donationib. & Bart. quem alii sequuntur, in l. a. in prin ff. si cert. pet. ergo concessio ad vsum indeterminatum præsumitur. Et licèt ci nstaret de illa concessione in quatuor vel quinque partibus præsumerentur & alijs concessæ: quæ voluntas Ducis & Clementis non præsup-
4 ponebatur † mutata, nisi probaretur: dictũ m ergò In
5 nocentij procedit vbi sumus in dubio, & non † constare de aliqua concessione, prout erat ibi, quòd ille suffraganeus interuenisset electioni. nam præsumitur quantum ad illud interuẽtũ, quod iure proprio: secùs in casu nostro, in quo costabat, quòd dua de voluntate Clementis propria auctoritate poterat ingredi & Cardinalis de Medicis, si erat hæres Clementis, quo-
6 niã precarium† transit ad hæredes concedendo. l. latius. ff. de donatio. l. cùm precario. ff. de procura. Non obstat, quòd licèt precarium transeat, tamen non transit possessio, vt videtur sentire Alexãder consi. 53. libr. 7. per l. cùm heredes loquuntur in possessione, quæ animo & corpore defuncti teneretur, vt est precaria. Nam statim quando hæres adijt hæreditatem habet animum respondendi omnia, quæ defunctus habebat & est corpus alterius, ergo hæredi quæsita est possessio: sicut ergo precarium transit, ita & possessio precaria, & ideò heres potest propria authoritate possessionem apprehendere. sed dicebatur, quòd isti creditores nolebant Cardinalem de Medicis fore hæredem Clementis, quòd tantum istis creditoribus obstabat fideicommissum, quod euenerat per obitum Cardinalis ca testamento Clem. quòd ideò Illustrissima Do-

7 mina per † Saluianũ interdictum possessionem mon-
tis,seu mõtem ipsum auocare poterat tanquam esset
de bonis ducis Alexandri. Aut Cardinalis de Medicis
non esset hæres Clementis:& tunc vt tertius non po-
tuit Alexandrum spoliare.& quia dux obligauerat iu
ra,in resolutnm erat, & ius recuperandi in Saluiano
interdicto veniebat,vt verba petitionis pro Illustrissi
ma Domina datę videbantur importare,vt etiam Sal
uianum ad illud ius recuperandum esset intentum
8 licèt possessio † precaria non veniat in generali
qualibet obligatione bonorũ,quianõ est obligãtis,ta
mẽ cùm dux Alexãder ad vtilitatem detineret & sibi
detinere diceretur licèt alteri cõcederet,secũdũ Paul.
de Castr.in l. 1.§ adipiscimur.ff.de acquir.poss. prout
9 Alexander interdictum † recuperandi cõtra illam de-
tinentem ad vtilitatem suam intentare poterat, ita vt
Illustrissima Domina ad effectum extenuãdi ex fructi
bus,quos ex monte perciperet,sortem principalẽ de-
biti minueret,donec viueret hæres qui precarium re
10 uocaret:quia omnia † veniunt in generali obligatio-
ne bonorum,quæ apta sunt ad extenuandam sortem
debiti,vt collegit Negus.in tracta.de pignorib.2 par.
col.pen.vers.8.fallit in 6.

SVMMARIA.

1 *Instrumenta ex archiuo producta quando probent & numero.5.*
2 *Narratiua ex instrumento 60 annorum non probat.*
3 *Tempus 60.aut 80.annorum non reputatur antiquum in instrumentis,nisi subsequatur recognitio.*
4 *Attestatio Notarij quando non faciat fidem in instrumentis.*

DECISIO CCCCXLV.

IN causa Britonorien.Castri Polente,5.Maii 1546.
1 dedi dubium,an † instrumenta vltimò producta sint
in forma probanti,& si sint,an sint sortita effectũ Et
fuit resolutum,quòd non essent in forma probanti.nã
illa attestatio notarii attestantis illa iura extracta esse
ex Archiuo ipsorum fratrum nõ probat esse Archiuũ,
cui fides sit adhibenda, cùm ad hoc vt Archiuum sit
publicum,vt scripturis in eo existentibus detur fides,
multa sit necessarium probare, quæ in isto casu non
probantur.Item licèt posteà ille Franciscus Griderel
2 lus † narrat tenorem instrumenti confecti de anno
1446.tamen illa narratiua non probat, nisi produca-
tur instrumentum.Et dum postea idem Franciscus di
cit esse satisfactum vsque ad annum 1468.quia in fine
apposuit,testes,& dicit se rogatum, & non sumus in
antiquis,computato initio litis,quod fuit de anno 1531.
3 non dicimur † esse in antiquis,quando sunt lapsi 63.
vel 64.anni. Et etiam quando essemus in 80.anno per
hoc nõ diceremur esse in antiquis: ideò requirebatur
recognitio saltẽ ea,quæ haberi poterat vel per alia in-
strumenta,vel per comparationem literarum: hic autẽ
nulla erat facta recognitio.Item aliqui dicebãt, quòd
Notarius dicebat se rogatum ad instantiam partium,
& tamen non constabat,quòd esset rogatus pro parte
Huberti: Tamen istud multum vrgeret. Item ista † at-
testatio notarii vltimo loco posita de nominatione &
solutione facta vsque ad annum 1509. non facie-
bat fidem,quia erat attestatio priuata,& non fuit de ea
rogatus Notarius,nec in ea sunt testes.Itaque dato, quod
probaretur,quòd ista iura essent extracta ex Archiuo
4 publico:quia † tamẽ prima & vltima fides notarii sunt
scripturæ priuatæ,secunda fides licèt sit in forma pro
banti faceret fidem,eò quia est receptum in Archiuo,
tamen illud est verum,quando probaretur, quod diu
fuit in Archiuo custoditum,& alia quæ sunt necessa-
ria,vt scripturæ repertæ in Archiuo probent.

EPITOME.

Paupertas an sit legitimum impedimentum,vt quis aduersus lapsum quadriennii sit restituendus.

SVMMARIA.

5 *Paupertate datur aduersus lapsum fatalium restitutio in integrum,non autem aduersus quadriennij lapsum, causa aliqua obstante & nu.3.*
2 *Læsus quadriennium transire permittens beneficio suo restituendi,& iuri sibi competenti renunciare censetur.*
4 *Impedimentum non impetratæ remissoria probare non sufficit,nisi doceatur ipsius prosequutio.*
5 *Paupertas quando in restitutione in integrum non consideretur.*

DECISIO CCCXLVI.

IN vna Lucen.Abbatiæ,coram D.Thoma dubitaui
ipse 5.Maii 1546.an paupertas sit legitimum impe
dimentum aduersus lapsum quadriennii.Fuit resolu-
tum,quòd non tantum quia licèt propter pauperta-
1 tem † detur restitutio aduersus lapsum fatalium, vt no
tant omnes in c.ex ratione.de appell.tamen aduersus
lapsum quadriennii non videtur sufficiens causa resti
tutionis,per ea quæ dicit Abb.in c.fin.nu. 15. vers.&
aduerte.vbi dicit hanc esse communem.& tamen resti
tutio non datur sine causa.Ergò D. Franciscus, dum
dicit quòd non detur restitutio aduersus lapsum qua-
driennii,intelligendum est causa existente: nam nulla
causa stãte nullum haberet dubium. Et ratio videtur
2 quia † læsus permittendo lapsum quadriennii,videtur
renunciare beneficio restitutionis, & etiam iuri sibi
competenti,prout declarat Io.Mo.in c.1.de restit. in
integr.libr.6.vbi datur restitutio ex causa rationabili:
quia ille text.loquitur de persona priuilegiata, putà
minore vel ecclesia, & sic non facit ad propositum.
3 Item & secundò in † isto casu fuit dictum, quòd non
constabat,quòd paupertas fuisset causa non prosequẽ
di remissoriam infra quadriennium: nam non sufficit
4 † probare impedimentum,nisi probetur,quòd fuisset
prosequutus,nisi fuisset impedimentum: & id quando
non est notorium, quòd quis propter impedimentum
non fecit,tunc debet protestari,iux.c.ex trãsmissa. de
præscrip.Et ideò tex.in c.ex ratione.de appell. dicit
quòd aliquis propter paupertatem non fuit prosequu
tus,& in isto casu dicebatur,quod constabat de prose
quutione.quia remissoriam expediuerat,sed nõ infra
5 quadriennium: Et ideò † cùm prorogatio quadriennii
per commissionem potuerit fieri,quæ modicam im-
pensam habebat,fuit dictum,quòd paupertas respectu
ipsius modicæ summæ & impensæ non erat in cõ-
sideratione.

EPITOME.

Venditor non tenetur tradere emptori instrumentum rei venditæ,sed tantum exhibere,necessitate exigente, secùs in legatario.

DECISIO CCCXLVII.

IN vna Senen.pecuniaria,coram D.Prospero fuit re
solutum 7.Maii 1546. quòd vendens non tenetur

emptori tradere instrumenta semel tantum exhibita, & copiā facere, si petatur, quādo necesse est, per gloss. Bart. & Salic. in l. Titius. § si hæres. & in l. creditor. ff. de act. emp. Et id in illo casu, quia Sigismundus cedēs nomine debitoris tenebatur de euictione, sed non tenebatur tradere instrumentum, sed tantum exhibere, quando necesse est, per text & quod ibi dicit Ias. in d. l. Titius. instrumentum dare illius ideò est, quia legatū cōsistebat instrumētis: nā si instrumēta nō tradebantur, in illo casu legatarius nil haberet: At in casu illo Sigismundus tenebatur de euictione, & ideò non tenebatur instrumenta tradere.

EPITOME.

Fidei cōmissum ex prohibitione alienationis iniunctā hæredibus suis & descendentibus quomodo intelligatur.

SVMMARIA.

1 *Proximior à descendente vocatus an sit liberatus conditione, ad quam omnes descendentes in infinitum tenebantur.*
2 *Onus in vna testamenti parte iniunctum, in alia repetitum esse censetur.*
3 *Clau. pleno iure. quid significet.*
4 *Verb. hæc, totam hæreditatem & integram restituas, prohibent Trebellianicam.*

DECISIO CCCCXLVIII.

IN vna Ianuen. domus, proposui dubium 7. Maij 1546. stante prohibitione alienationis iniuncta hæredibus suis & descendentib. vsque in perpetuum, & io euentum conditionis, stāte vacatione proximioris per lineam masculinā descendentis, cuius pleno iure domus prædicta est effecta, & eam pro sua accipere
1 potest, ill ... pro anima sua illi proximiori † legare an talis proximior sic vocatus possit de domo sic legata liberè disponere: & fuit resolutum, quòd illa prohibitio erat realis. Nam de mēte testatoris apparebat, quòd volebat prohibere alienationem descendētium in infinitum ad effectum, vt domus inter descendētes remaneret: & ideò fuit inductum fideicommissum inter descendentes per tex. in l. peto. § fratri. ff. de legat. 2. & seq lib. 3. & quia domus fuerat antiqua, ideò præsumebatur particularis affectio & non sine ea videbatur fideicōmissum ... vt per Dec. ... 4 col. penu. Et ideò cùm appositū fideicōmissū de descēdentibus in descendente videbatur proximior in euentū con-
2 trauentionis vocatus: quia † onus iniunctum in vna parte testamenti censetur in alia parte repetitum, l. Caio. in princ. ff. de auenan. leg. Item quia in euentū contrauentionis vocabatur proximior masculus, qui poterat dici nisi esset ratione agnationis cōseruandæ. Item ne dicamus, quòd incontinenti voluit se corrigere: non obstante quòd in euentum contradictionis. domus sit effecta pleno iure proximioris, ergo potuit de illa in vita & in morte disponere, Paul. de Castr. & Angel. in l. omnem C. ad Trebell. l. fœminæ. §. illud. vbi text. C. de secun. nup. & latè ponit Felin in c. conquestus. circa princi. de fo. competen. & in c. auditis. de rescript. & fuit responsum quòd dicit res pleno iure ad aliquem pertinere: Et quòd sit inhibitū illi alienare, per dictum Bal. in l. voluntas. circa fi. vers. sed nū quid. C. de fid. instrum. vbi Bald. alleg. tex. in l. generaliter. ff. qui & à quibus. & licet Felin. in d. c. c ... nquestus. videatur reprobare illud bald. in d. l. voluntas. qd dictum Bal. declarat Aretin. consi. 19. co. 2. & Tiraq.

de retract. fol. 36. pag. 2. si tamen Dd. in isto casu dixe-
3 runt, † quòd quia verbum, pleno iure, diuersis modis capitur secundum subiectam materiam, quòd attenta mente defuncti, qui voluit inducere fideicommissum de descēdentibus prohibendo alienationē domus paternæ, quòd in isto casu illa verba, pleno iure, intelligerentur pro proprietate & vsufructu, licèt prohibitum sit alienare, prout in simili dicit Galia. in l. cē
4 turio. ff. de vulg. & pupill. dū dicit, quòd per illa † verba, totam hæreditatem, & integram restituas, censetur Trebellianica prohibita.

SVMMARIA.

1 *Capitulum Collegiatæ potest sede vacante agere contra Capitulum maius: non autem econtra & nu. 3.*
2 *Præscriptio non currit inter Capitulum collegiatæ & prælatum.*
4 *Præeminentiæ si sint communes & magni præiudicij, non potest capitulum Collegiatæ sede vacante agere.*

DECISIO CCCCXLIX.

PRoposui dubium ego 10. Maii 1546. an capitulum Collegiatæ sede vacante potuit agere contra Capitulum maius super præeminētiis: & si potuit, & non
1 fecit, an curreret præscriptio. Et quod † poterit agere dicebatur, quòd sic: nam licèt capitulum cathedralis sede vacāte non possit agere: Tamen capitulum collegiatæ potest pro iuribus communibus inter Capitulum & prælatum. per ea quæ dicit Felin. in d. c. edoceri. in 6. vers. 5. fa'lit. de rescript. Sed hoc non obstante fuit resolutum quòd dato, quòd capitulum collegia-
2 tæ potest agere, † nihilominus non sequitur, ergo currit præscriptio, prout exemplificat Abb. in d. c. 1. vers. si autem sint bona communia. vbi concludit, quòd in omnibus Capitulum potest agere. & non currit præscriptio sede vacāte propter præiudicium, quod potest ex actione intentata ... Non obstat, quòd hic tractatur de præiudicio Abbatis: cùm non præscriberetur contra Abbatem cùm Abbas ... cum capitulo maiori quod fuit ... suum vt relicto tempore suo cū alieno teneretur præeminē tias communicare. Item & pro secundo fuit dictum,
3 quòd istud, quod dicit Felin. ... † capitulum collegiatæ potest agere sede vacante, intelligitur in his, quę sunt leuis præiudicii, secus si sint magni præiudicii, vt per Abb. in d. c. 1. in vers si autem sint bona commu
4 nia. Sed istæ præeminentiæ † cùm sint communes, vt dicit Innoc. in c. dilecti. de maior. & obed. & sint magni præiudicii. vt dicit Abbas in d. loco, sede vacante non potuit capitulum agere.

SVMMARIA.

1 *Claus. omni meliori modo, an & quomodo possit referri ad aliud quam decreti remedium. & nu. 3.*
2 *Possessio realis ex quibus verbis præsumatur, quòd sit acquisita.*
4 *Decretum quando magis referatur ad possessionem bonorū quæ quis actualiter habet, quàm quæ vigore decreti accepit. & nu. 6.*
5 *Agnati stante filia in bonis allodialibus ius nullum prætendere possunt, sicùs in feudalibus.*

DECISIO CCCC L.

IN vna Parmen Pecuniaria, pro Michaele Casalio, proposui dubiū, die 10. Maii 1546. an clausula, omni meliori

1 nimeliori † modo,in decreto Alexandri tacitè ſtãti-
bus verbis reſtitutionũ poſitis tam in repetitione pro
curatoris,quàm in decreto referri poſsit ad aliud re-
medium,quàm remediũ decreti. Et pro parte D. Li
uiæ dicitnt,quòd Liuia turbabatur in parte bonorũ,
& iſta turbatio non poterat intelligi,niſi in illis bonis
videlicet in quatuor poſſeſsionibus quarum poſſeſsio
nem actualiter habuerat:& quòd Alex.tantum in illis
quatuor poſſeſsionibus iuriſdictionem habebat. Item
2 † quia dicebatur,poſſeſsionem bonorum a dte addu-
ces,& in poteſtatem tuam recipies,certè non poterat
auocari, niſi poſſeſsio realis illarum quatuor poſſeſsio
num. Item quia Alex.poſtea aſſerebat ſe auocaſſe poſ-
ſeſsionem & in poteſtatem ſuam reduxiſſe,ergo intel-
ligebatur de poſſeſsione reali, & procurator in ſua pe
titione dicebat ad dicta bona , prout latius in infor-
matione continetur. His autem non obſtantibus fuit
3 determinatum,quòd illa † clauſula nõ poterat refer-
ri ad aliud remedium,quàm decreti: quia cùm de an-
no 1527. latius procurator Liuię per nuntium eſſet
aſſociatus,& licèt caperet poſſeſsionem actoalem qua
tuor poſſeſsionum,tamen etiam recipit poſſeſsionem
omnium bonorum,quorum poſſeſsio vigore decreti
4 fuerat cõtinuata in ipſa Liuia. Fuit dictum,† quòd il-
la verba in breui poſita in parte bonorũ Alexandri,
de bonis,quorum poſſeſsionem non habuerat, intel-
ligi debebant:quia in illis quatuor poſſeſsionum, cùm
5 eſſent allodialia,etiã † agnati ſtante filia nullum ius in
illis prætendere poterant:ſecùs autem erat in Caſtro
& iuriſdictione,quę prętendebantur feudalia. Et cùm
6 nihil cõſtaret,in quibus Liuia turbaretur, potius † e-
rat præſumendum,quòd in ipſis feudalibus , quorum
poſſeſsionẽ vigore decreti accepit, quàm in allodiali
bus,quorum poſſeſsionẽ actualiter habuerat:& ꝙ in
Caſtro & iuriſdictione turbaretur, probaretur ex lite
ris miſſis Nuntio per Alexandrum in Curia poſt de-
cretum factum ex traditione, quam poſteà fecit Nũ-
tius;nam dum tradit poſſeſsionem,latius aſſerit,quod
in Caſtro & iuriſdictione turbabatur . Ad clauſulam,
omni meliori modo,fuit reſpõſum,quòd loquitur vi-
gore decreti , videlicet vt decretum valeat omni me-
liori modo,ſiue vt iudex delegatus ſiue vt ordinarius.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum ex Archiuo per Notarium nõ rogatum ex tractum non facit fidem.*
2 *Inſtrumenta & ſcriptura in Archiuo repertæ vt probent quid ſit neceſſarium.*
3 *Solutio facti tempore confecti inſtrumenti,quod fidem non facit,ex eodem inſtrumento probari non poteſt.*

DECISIO CCCCLI.

IN cauſa Britonorien.die 10.Maij 1546.propoſui du-
biũ,an inſtrumenta 1355.& 1238.ſint in forma probã
ti:& ſi ſint, an ſint ſortita effectum . Et fuit reſolutũ,
quòd iſtud inſtrumẽtum de anno 1355. eſſet † extra-
1 ctũ ex memoriali, & regiſtro, ꝙ licet reperiebatur in
Archiuo Cannen.tamen negari nõ poterat,ꝙ iſtud in
ſtrumentum per notarium non rogatum de eo eſſet
ſumptum ex inſtrumẽto Bertagnæ , pròut in fine in-
ſtrumenti dicebatur: quo caſu illud inſtrumentũ erat
copia,& ideò fidẽ facere non poterat: quia dicit Fel.
in c.ad audientiam,de reſcrip. quòd requiritur vt in-
2 ſtrumenta † & ſcripturæ repertæ in Archiuo fidem fa
ciant,quòd ſint inſtrumẽta publica,vel ꝙ probetur,ꝙ
de cõſuetudine ſcripturis priuatis datur fides:& tunc
illa cõſuetudo tantũ locum habet inter ſubditos.vnde
cùm iſta conſuetudo nõ eſſet probata,& ſi probaretur
Illuſtriſ. Leonellus non eſſet ſubditus Cannen.ergò il
la ſcriptura cõtra eum non probat.Item fuit reſolu-
tum,quòd illa inſtrumenta 1228.& 1229.erãt in for-
ma probanti,ſed ꝙ non erant ſortita effectũ. Non ob-
3 ſtat,quòd in inſtrumento 25.libras † ſoluiſſet pro im-
petrata inueſtitura:quia fuit dictum,quòd illa ſolutio
facta eſt tempore,quo fuit confectum inſtrumentum.
Non obſtant fideles adducti, qui dicebant,ꝙ illa liſta
non erat in forma probanti,& ſi fuiſſet,non peteutie-
bat illa inſtrumenta confecta de anno 38.& 29.ſed per
tinebat quoddam inſtrumentum de anno 1443. de
quo inſtrumento non conſtabat.Item erat aduerten-
dũ,quòd illa duo inſtrumenta, de annis 38.& 29.erãt
de duabus quartis,non autem de toto Caſtro.

EPITOME

Compenſatio,vbi eſt renunciatum illi,in inſtrumento non poteſt apponi.

DECISIO CCCCLII.

DVbitauit D. Ioannes Paulus 14. Marij 1546.
an vbi quis promiſit non opponere compenſatio
nem,poſſet poſtea opponere : & fuit reſolutũ quæſtio
nem determinatam in tractat.de compenſ.art.9.verſ.
aliud dicere. Afflict.deciſ.38.nu.4.Item quia cõpenſa-
tio nõ fit ipſo iure,ſed parte volẽte,ſecundũ Iaſ.in §.
bonæ fidei.nu. 77. Inſt.de act. Soz.in conſ.147.col.2.
lib.1.ſi ergo permiſit nõ opponere,defuit eius volũtas,
ergo idem amplius opponere non poteſt. Non obſtat
quod Afflict.deciſ.121.in 1.dubio teneat contrarium.
quia illa deciſ.nulla vera non videtur, ſed verior eſt
illa 38. Verum eſt quod fuit dictum & dubitatum,an
illa permiſſio intelligeretur , quod poſſit opponere
cõpenſationem de eo,quod ſibi videbatur ex cauſa de
pręſenti.non autẽ ex delictis futuris,& ſic contractus
poſt promiſsionem, per ea quæ notat Iaſ.in l.quod ſer
uus col.fi.ff.de cond.indebit.ob caſum Deci.poſt ali-
os,in l.1.C.de pact.nu.31.

EPITOME.

Beneficium vbi eſt alteri vnitum cuius diœceſis requira tur conſenſus in conferendo.

SVMMARIA.

1 *Beneficia diuerſarum diœceſium vnita ſi conferantur , an ambarum requiratur conſenſus,an alterius tantum & cuius.& nu.3.*
2 *In vnione etiam per viam ſuſpenſionis licet omnia iura tranſeant non tamen niſi expreſſè alteutri conferatur priuilegium.*

DECISIO CCCCXCVII.

DVbitauit D. Thomas 24.Maij 1546.in Vrbeue-
1 tan. & Foroſempronien.an † vbi duo beneficia
vniuntur in diuerſis diœceſibus,prout erat in caſu illo
in quo beneficium diœceſeos Vrbeuetan.erat vnitum
diœceſi Foroſempronien.& illud beneficium Vrbeue
tan.diœceſis erat vnitum alteri per viam ſuſpenſionis
an in eius collatione requiratur conſenſus ambarum
diœceſium.Et ratio dubitandi fuit ſumpta ex his,quæ
dicunt Dd. maximè Anto.de Butr, in c.2.de reg.iur.
2 vbi dicit,quod † in vnione etiam per viam ſuſpenſio
nis licet tranſeant omnia iura diœceſeos,tamen nun-
quam teneatur eſſe priuilegium, niſi expreſſè dicatur.
Item quæſtio videtur decidi ex his quæ dicit Pet.de
Petruſ.in tract.de vnion.Eccl.art.10.in. fin. Tamen his
3 non obſtantib.fuit reſolutum quod tantum † requira
tur cõſenſus beneficij, cui eſt facta vnio.& iſtud deter

minat Cassad. in tract. de vnion. col. 8. 12. 15. & 16. Curt. & Anchar. in c. 2. de regul. inr. non obstat, quod requiratur consensus alterius, qui non censetur præiudicatum, quia respondent Card. & Lap. quod intelligitur salua vnione.

SVMMARIA.

1 *Instrumenta antiquissima quæ non sunt in forma probanti fumum producta faciunt.*

2 *Instrumenta locationis etiam in antiquis possessionem, aut dominium non probant.*

3 *Inuestitura probatio quomodo aliis innumeris probationibus inualidis praualeat.*

DECISIO CCCCLIIII.

Die 17. Maij 1546. in causa Britononien, proposui
1 dubium præsupposito, quod † aliquis fumus oriatur ex productis per Ioan. Romeum non existentibus in forma probanti, an sint sufficienter sublatum per producta pro parte Leonelli. & in positione casus dixi quod in hoc puncto erat exceptum, videlicet cum dixi quod oriatur aliquis fumus: quod imò dixi, qood præsupponebatur, quod essent pro parte eius probationes, videlicet tria instrumēta de annis 1238. & 1218. quod erat de duobus tertiis: tum dixi, quod non constabat quod illa essent fortita effectum etiam alias in ista causa, vt patet supra decis. 451. fuit resolutum,
2 quod instrumenta locationis † etiam in antiquis non probant possessionem nec dominium. Et ideo quia ego proposui primò omnia deducta pro parte Comitis Rauellen, videlicet primò sententiam Henrici, quę fuerat iudicata, quod non foret in forma probanti, sed esset copia. quia corpus subscriptionis eadem manu subscriptum: secundo loco bullam Adriani, quæ habebat illa verba, monasterium ac illius bona sub protectione nostra, quod in suis vocabulis duximus exprimendum, videlicet plebem cum Castro Polentæ quæ iustè & canonicè tenetis: vt alias fuit dictum per Abb. in c. dudum. de probat. Item dixi, qood Comes Io produxerat instrumenta cōcessionis in emphyteosim de annis 1351. & 1466. & erat resolutum quod illa instrumenta non erant in forma probanti. Item etiam fuerunt producta alia iura quæ fuerant dicta non esse in forma probanti. Item erant productæ certæ recognitiones fidelium Castri Polente & Onglianelli quæ etiam non erant in forma probanti. Pro
3 parte verò Leonelli erat producta † inuestitura Bonifacij, Nicolai, & Pauli, quæ erant fortitæ effectum, vt latius in informationibus dicitur. & attento, qnod ista Castra erant in prouincia Romandiola, cuius dominium ad Ecclesiam pertinet, fuit resolutū, quòd probationes Illustriss. Leonelli tollerent probationes Comitis Ioannis Bonorelle, vt latius hæc omnia dicuntur in informationibus deductis pro parte Ioan. Comitis Bonorelle in quodam memoriali meo fuerunt annotata quæ fecerunt Dd. in Rota: deducta verò pro parte D. Leonelli continentur in informatione D. Antonij Galerij, quæ etiā in Rota lecta fuerunt.

EPITOME.

Resignatio, de qua hic, an fuerit valida.

SVMMARIA

1 *Prouisio Nuntij per resignationem alterius, an subsistat accedente procuratoris eius qui resignat consensu post decem dies*

2 *Prouisio Papæ non autem inferioris qui conditionaliter prouidere non potest, retrotrahitur ad datum supplicationis.*

3 *Consensus à procuratore resignantis præstitus quando non valeat.*

DECISIO CCCCLV.

Eadem die 17. Maij 1546. in causa Liuiæ Dominæ
1 de Scalana proposui dubium, an prouisio per Nūtium in fauorem Gabrielis Macbar per resignationem Ioannis Macharo subsistat, attento, quòd assertus procurator Ioannis præstitit consensum per decem dies post datam prouisionem à tergo illius. Et fuit resolutum, quod non subsisteret: quia prouisio nunrij erat surreptitia. Et quia dicebat, quòd per resignationem in manibus suis factam & admissam vacabat, & de vacatione prouidebat. Et tamen non erat verum, cum per illa non probaretur, quòd resignatio erat facta,
2 sed de futuro, de † quo per decem dies post erat præstitus consensus trahatur ad datū supplicationis: quia illud procedit in Papa, secus in inferiore qui conditionaliter prouidere non poterat ad text. in c. 2. de elect. in 6. Sed quia consensus erat † præstitus coram
3 notario post decem dies sine testibus, fuit dictum, quod consensus formiter non probabatur. Item quando consensus probaretur, ex quo fuit præstitus per decem dies post prouisionem nuntij, fuit dictum quod erat præstitus in fauorem certę personæ: vt aliàs corā D. Prospero in vna Siluen. Cantoria fuerat determinatum, alias fieret fraus, vt per consequens Nuntius qui non poterat admittere huiusmodi resignationem, eā admitteret, vt hic fuit propositum mandatum, quod diceret extra Rotam esse validum.

EPITOME.

Restitutionis in integrum pendente an impediatur executio.

SVMMARIA.

1 *Restitutione in integrum in causa beneficiali pendente non est danda, sed suspendenda executio sententiæ.*

2 *Termino ad docendum de causa restitutionis vigore commissionis præfixo si non adferatur probabilis restitutionis danda ratio effluxo spatio mandatur executioni sententia.*

3 *Executio quoad possessionem propter bonum ius non impeditur.*

4 *Restitutio quæ fit ex gratia non impedit executionem sicut nec supplicatio.*

DECISIO CCCCLVI.

In vna Iacen. Archidiaconatus, dubitauit D. Peregrinus 7. Maij 1546. an pendente restitutione in integrum aduersus sententiam latam super dicto Archidiaconatu, quod causa restitutionis in integrum erat commissa prout de iure aduersus vnam dictam sententiam quæ erat lata contra personalem apprehensūm: tamen eo postea non comparente erat lata contra ipsum per contradictas, & sententia esset mandata executioni, nō obstante dicta restitutione pendente quoad possessionem. Et aliqui dicebant propter dictum Staphi. de lit. grat. fol. 162. quod dicta sententia non esset mandanda executioni, quoad exigendum non autem quoad possessionem. Tamen materia multum examinata maior pars Dominorum fuit in hac opinione, videlicet ex octo votantibus quinque tribus à principio reluctantibus, sed postea ex trib. vnus inclinauit in hanc distinctionem, quod † si causa restitutionis esset in causa beneficiali, quæ commissa est prout de iure non potest restitui, nisi cum causa donec disputaretur causa, ex qua venit restituendū quod interim

terim suspendebatur in execution e propter commu-
nem opinionem, quæ est in §. condemnatum. l.4.de
re iudi.quod pendente causa restitutionis in integrũ
suspenderetur in executione,vt per Rot.379.in nou.
quæ obseruatur: non autem decis. 446. etiam in nou.
quæ non seruatur, vt dicit Cassad.decis.1. vt lit.pend.
2 Sed si † vigore commissionis prout solet fieri,esset
præfixus terminus ad docendum de causa restitutio-
nis, quo elapso & non docto, auditor procederet ad
executionem quod si in termino præfixo non docere
tur de aliqua causa ob quam restitutio esset concedẽ
da dato quod doceretur de vero iure. Fuit dictum
quod bonu .. ius non esset causa propter quam execu-
3 tio † quoad possessionem impediri deberet : nam
cum per sententiam quæ transiuit in rem iudicatam,
victus non appellando decreti tacitè iuri renunciasse
& sententię latæ acquieuisse cẽsetur. Qui postea si su-
per bono iure audiretur illud non erat nisi ex gratia
contra tex.& not.in l.imperatores.ff. de re iudic.quia
† restitutio, quę conceditur ex gratia, non impedit
4 executionem, sicut nec supplicatio, prout tenet Abb.
in c.suscitata.col. fin.& in c. cum ex literis. col. fi. dé
restit.in integ. Et ideo ex præmissis infertur, quod si
in commissione diceretur, restituat constito de bono
iure, quod quia ista restitutio sapit gratiam, quod ta-
lis restitutio non impedit executionem sententię sicut
nec supplicatio, & latius poterunt v:deri fundamen-
ta pro ista parte in informationibus, vbi respondetur
obiectis.

EPITOME.

Restitutio Castri & Iurisdictionis non impeditur, etiam
quod non doceatur de titulo colorato.

SVMMARIA

1 *Tituli probatia in restitutione est necessaria.*
2 *Ja erdictum recuperandi non requirit probationem tituli si contra spoliantẽ ipsum agatur secus si cõtra tertium.*
1 *Interdictum recaperandi datur quoque pracario possidenti contra tertium.*

DECISIO CCCCLVII.

IN vna Sarmaten. Castrorum Aurelius dicebat au-
ctotem suum, patrem videlicet, spoliatum Castro
& eius iurisdictione contra Vespasianum ac eius fra-
1 trem de libertis,& petebat se restitui : dicebatur † ꝙ
pro parte Vespasiani & fratrum, quod in illis iurisdi-
ctionibus requirebatur titulus, iuxt.decis.Cassad.1.de
restitut. spolia. & cum non constaret de titulo quod
non erat restituendus. Fuit dictum, quod illud non
procedit in interdicto † seu remedio recuperandi, per
2 dictum Innoc.in c.bonæ.col.2.vers. & quod cum di-
cunt etiam de prædone spoliato. de rest. spol. etiam
quia † possidenti præcario contra tertium datur inter-
3 dictum, l. Si ia, qui.ff.de præcar. Item fuit dictum ꝙ
illud posset procedere, vbi ageretur contra dictum
spoliatorem, secus si contra tertium, per dictum Ripę
in l.1.§.nihil commune. nu. 78.vers. intellige ergò. ff.
de acq.poss. Et nihilominus in casu isto docebatur de
titulo: Et licet per Vespasianum impugnaretur, fuit
dictum, quod illud decernebat petitorium.

SVMMARIA.

1 *Dominium alicuius rei an ex possessionibus & foculari-bus, quorum acta meminerunt, ad aliquem spectare consi-ct. & nu.2.*
3 *Citatione an probetur dominium aut de possessione constare possit.*

DECISIO CCCCLVIII.

IN causa Spoletan. seu Nurcina confinium territo-
rij, die 30. Maij proposui dubium an ex possessioni-
1 bus † & focularibus, de quibus in actis conster domi-
nium Villę S. Viti spectare ad vniuersitatẽ Castri ve-
teris D. Fabritij. & fuit resolutum quod non: Tum
quia Castrum & D. Fabritius prætendebat probare
intentionem suam, & non probabat vniformiter, ꝙ
possessiones omnes Castri S. Viti essent aecastratę Ca
stro veteri: sed per illos Castri Roccę Andulpho-
rum erat probatum tantum per testes, quia per scrip
torẽ homines Castri veteris possessores in villa S. Viti
essent diuisi inter possessores, ac vnusquisq; eorum, in-
quantum possidebat, aecastraret Castro, in quo pos-
sessor domiciliũ babebat. Item fuit dictum, quod ex
focularib. non probaretur intentio D. Fabritij: quia li
2 cet D.Fabritius † extraxisset vigore cõpulsorialium fo
culares villę Carnanę, & foculares villę S. Viti, per
hoc tamen non probabatur, quod illi foculares illarũ
villarum pertinerent Ad Castrum vetus, quòd imò
per æstimarionem factã per dominum Clardium Sa-
blouerna à me deputatum constabat, quod post fo-
culares castri veteris ponebantur foculares villę Sac
conatiæ Castri veteris S Viti, sine vllo adiuncto Ca
stri veteris: ita quãdo illi arbitratores viderunt, quod
villa pertinebat ad Castrum vetus illud expresserunt
quod in illa villa S. Viti non fuit expressum. Item &
tertio pro parte Dominæ fuerunt productæ aliquę
partitę castri veteris, & positę ad extimum Roccæ An
3 dulphorum & ideo cum fuerit vocatus † syndicus
Castri veteris, videtur quod illud sit ratione domi
nij, quod Castrum vetus habet in illis extimis super
possessionibus d. Villæ S. Viti. Sed fuit replicatum, ꝙ
cum de extinctione illius extimi appositi ad Castrum
Roccæ Andulphorum tractaretur de præiudicio Ca
stri veteris. necessarium erit, vt syndicus vocaretur ad
hoc vt videret an subditus suus qui per translationẽ
suam factam in hominem Rocca Andulphorum erat
liberandus ab extimo Castri veteris, vere & realiter
illam translationem posset, non autem illa citatio
fiebar ratione dominij, sed ratione præiudicij quod
inferebatur Castro veteri nimirum eius syndicus ci-
tabatus.

EPITOME.

Pensio extinguitur per contractum matrimonij contra-
rium, dicit Satn. in reg. de annal, 421.

DECISIO CCCCLIX.

DIe 4. Iunij 1546. fuit dubitatum in vna adiacen.
pensionis coram D. Io. Paul. an per contractum
matrimonij sit extincta pensio, quæ datur ratione cle
ricatus & non alio extinctu quoad priuilegium ca
nonis & fori vt in c. 1. de elet. coniug. libr. 6. sequitur
quod cessanre causa debet cessare ista pensio, & tanto
magis cũ ista pensio esset assignata ex causa cessionis
& tunc etiam videbantur in l. caro ea quæ ponit Cac
cialup. in tracta. de pensionibus q. 30. & Gig. q. 54.

EPITOME.

Decretum per. D. Liuiam acceptatum cum declaratione
ducis Mediolanensis.

SVMMARIA.

1 *Possessio vnde magis præsumatur capta actualiter qua corporaliter.*
2 *Possessio stante lite non potest aliter quam per decretum capi.*

3 *Decretum per alium acceptatum an sit iuxta alterius decla rationem acceptatum.*

4 *Decreti vsus quando probari debet.*

DECISIO CCCCLX.

IN causa Parmen. castri Monticellorum die 4. Iunij
1 1546. proposui dubium, an † possessio capta de anno
1527. dicatur actualiter & corporaliter capta: fuit re-
solutum per Dominos, quod non esset capta curpora
lis possessio. Primo, quia licet notarius diceret eundo
& redeundo per terras, & possessiones, & bona prædi
cta & sic isti actus possessorij possent referri ad Ca-
strum illa verba donec &c. tum quia Notarius specifi
cando magis specifice actus possessorios refert tantū
actus illos factos esse in quatuor possessionibus, &
mandandu colonis quod responderent de fructibus
nihil autem fuit dictum in instrumento de anno 1529.
& cum esset principalis pars istud Castrum, nulla fie-
bat mentio in eo de apprehensione possessionis eius,
& per hoc, 'icebatur, quod respondebatur ad id, quod
dicebatur, quod Notarius dicebat quod capta fuerat
possessio corporalis bonorū quia specificatiuè actuū
possessio declarabatur quod intelligebatur per eum
possessio esse effecta litigiosa per Liuiam contra Ro-
2 landum, quod † stante lite non posset alia via capi,
quam per decretum, non autem de iure cōmuni Item
& tertio quod non erat verisimile quod si Liuia fuisset
in possessione Castri quod impetrasset breue ad auo-
candam possessionem ipsius Castri qui per secundam
iudicationem fiendam per Alexandrum non poterat
plus consequi quam quod erat consecuta per D. Fer-
ratinum. Et 21. Iunij 1546. iterum proposui dubium
3 an decretum, † quod dicitur per D. Liuiam accepta-
tum cum declaratione ducis Mediolani fuit accepta
tum. Et fuit resolutum pro tali declaratione, ex quo
decretum erat de anno 1522. & declaratio, quę infra
decem annos deberet intentari quod non intentari
posset, nisi contra illum. Et quia non iustè possidet
erat facta de anno 1505. Et ideo sicut Michael fuerat
citatus, quod Liuia fuerat vsa. Nam ea quo Castrum
Monticellorum erat separatum tantum præscriptum
quantū possessum: & ideo, quia Michael probauerat
4 vsum decreti, † quod Liuia pro firmanda intentione
sua debet probare, quod ipsa vsa fuisset cum illa decla
ratiua, ex quo declaratio ipsa ea se nō arctabat ipsum,
nisi in quantum volebat ipsam declarationē recipere.

SVMMARIA

1 *Hæres an sit mittendus in possessionē illā ad quā prædecessor vigore decreti ex sua cōfessione sit immissus. & nu. 8.*

2 *Possessio iurisdictionis in dubio vbi non docetur de titulo præsumitur præcaria, nisi cōfessio præsumptionem tollat.*

3 *Inuestituris in actis productis non censetur iurisdictionis possessio præcaria, sed in hæredem continuatur*

4 *Confessio defuncti quoad possessionem iurisdictionem debet ab hæredem cum omni sua qualitate acceptari.*

5 *Decreta de continuanda possessione in hæredem non habent locum in feudalibus.*

6 *Confessio facta contra ius & contra confitentem reuocari & contra eam confitens venire potest.*

7 *Confessio ad commodum alicuius facta non potest trahi ad eius præiudicium.*

DECISIO CCCCLXI

IN causa Parmen. die 28. Iulij 1546. proposui dubium
1 an Michael † sit mittendus in possessionem Castri, &
illius iurisdictionis, in quam dicta Liuia vigore decre
ti ex eius confessione in Castro Monticellorum vigē
tis fuit immissa. Et fuit resolutum, quod sic quia talis
Michaelis possessio quantumcunq; fecisset illam iuris-
dictionis, per Liuiā apprehensa fuit talis ex confessio-
ne ipsius Liuiæ: quia nulla melior probatio esse po-
test, quam quod virtute decreti potuerat continuari
in hęredem non obstante, quod esset resolutum, quod
2 in dubio possessio † iurisdictionis, vbi non doceba-
tur de titulo præsumeretur precaria, ad Bal. in l. 2. q.
9. C. de seruitu. quia fatebatur quod possessio in dubio
præsumeretur precaria tamen confessio Liuiæ facie-
bat, quod cessaret ipsa præsumptio, ex quo si fuisset
continuata vt in hæredem & filium habentem titulū
inuestiturarum: & Michael nullum habet titulum, ex
3 quo † inuestituris in actis productis vbi valebat me-
ritò possessio Liuiæ quæ titulos in actis habebat, non
poterat dici precaria & ideo fuit continuata: quia fuit
responsum quod non erat verum quod quando ipsa
Liuia seu procurator eius intentauit remedium de-
creti quod aliquem titulum produxerit, sed simplici-
ter possessionem vigore decreti petiit, & docuit de fi
liatione & obitu patris, & sic se hæredem esse in bonis
Et hoc facto absque productione titulorum D. Fer-
ratinus de anno 1527. dedit nuntium, qui associaret
eam, & dixit, visu decretis continuantibus possessio-
nem. Itaq; D. Ferratinus absque productione titulorū
pro parte ipsius Liuiæ, nec eorum allegatione fecit,
& dedit nuntium qui associaret: bene verum quod
post decretum D. Ferratini cōparuit procurator ad-
uersariorum. & ad impediendum immissionem in posses
sionem produxit inuestituras, & istis non obstantibus
Liuia fuit immissa in possessionem Produxit inuestitu
ras postea de anno 1529. & non fuerunt per procura-
torem Liuiæ istę inuestituræ reproductæ, prout præ-
tendebat pars aduersa sed tamen coram Alexandro
reproducta causa est quod fuerat producta pro parte
D. Liuiæ coram D. Ferratino, ita quod verū est dicere
quod possessio Castri & iurisdictionis absque alio ti
4 tulo fuerat data. Non obstat, quod † confessio Liuiæ
debebat acceptari cum sua qualitate: nam procurator
eius non intentauerat nisi decreta cōtinuantia posses-
sionem in filiam & in hęredem: Et cum Michael non
esset filius & hæres, non poterat sine ista confessione
iurare, ea quo Liuia limitatis decretis ita fecerat: quia
fuit responsum quod decreta continuant possessionē
in hęreditate & de hærede in hęredem continuabant
possessionem. Et quod istud esset verum, apparebat
quod procurator aduersariorum in exceptionibus suis
5 apposuit, quod decreta † de continuanda possessione
in hęredem non habebant locum in feudalibus, & sic
apparet quod aduersarius etiā intelligit de tali decre-
to. Item in breui impetrato de anno 1529. procurator
Liuiæ etiam fecit mentionem de decreto cōtinuante
in hęredem: Itē Latinus examinatus dixit, quod ipse
intentauit decretum de continuando possessionem in
6 hæredem. Non obstat quod † confessio facta contra
ius & contra confitentem reuocari, & contra eam cō
fitens venire potest, per decis. Egid. 697. 7. fall. Vnde
cum possessio iurisdictionis non titulata præsumatur
precaria, non potuit confiteri Liuia, quod subiaceret
decreto, & sic confessio potest reuocari: tamen fuit
responsum, quod ex quo ad Liuiam peruenerat posses
sio vigore decreti, & eam vice legati tradiderat quod
ex quo nō constabat, quod esset præcaria cum iurisdi
ctio ex multis causis potuisset esse probata prout erat
verisimile. ex quo in Liuiam fuerat continuata: sic nō
erat verum quod illa confessio esset contra ius & veri-
7 tatem. Non obstat quod confessio † facta ad commo
dum alicuius non poterat trahi ad eius præiudicium,
per not. per Bartol. & ali[illegible] e sicut. de repudi.
hær ed.

hær. quia fuit responsum quod nec Bar. nec alij istud
dicebant: nam Bar. vult quod confessio sit cõtra confi
tentem, non aorẽ pro cõfitente & si fiat ad vtilitatem
ipsius non producat aliis. Et sic sublatis istis funda-
8 mentis fuit conclusum, quod † sicut Linia vigore
decreti possessionem Castri & iurisdictionis assecuta
fuit, & Michael assequi deberet.

EPITOME.

An sicut precario concedens potest propria auctoritate possessionem ingredi, possit & eius hęres.

SVMMARIA.

1 *Hæres an possit precarium reuocare vt testatur, sic vt possessia propria auctoritate apprehensa non fiat vitiosa aut restitui debeat.*

2 *Concedens precarium id reuocans potest eius possessionem propria facultate ingredi, sed non eius hæres, ad quem illa non transit possessio.*

3 *Possessio quæ animo & corpore per aliqua retinetur, non transit ad hæredes.*

4 *Possessio animo proprio & corpore alieno quæ retinetur, continuanda absque vlla hæredis apprehensione in eum transit.*

5 *Colonus post mortem domini declarare tenetur, se nomine hæredis possidere velle, ad hoc vt hæres eius habeatur dominus.*

6 *Rogatio hæredis quoàd precarium possessionem, non autem quoad facultatem ingrediendi eam prodest.*

7 *Animus vtriusque & acquirentis & tradentis in acquirenda possessione requiritur.*

DECISIO CCCCLXII.

Die 29. Iulij, 1546. fuit coram Reuerendissimo
Crescensio & me propositum dubium infra-
scriptum, posito, quod constaret, quod bonæ memo-
riæ Cardinalis hæreditatem Clementis vt hæres ex
1 eius testamento instiutus adiuisset, an † vt hætes Cle-
mentis potuisset precarium per Clem. concessum re-
uocare, & possessio montis per eum apprehensa non
diceretur vitiosa & restituibilis. Et pro parte affirma-
tiua dicebatur, quòd vnus concedens, & sic Clemens
poterat propria anctoritate possessionem montis in-
gredi absque vitio per Docto. & Innocen. in c. pro-
pter sterilitatem. col. 2. nu. 3. de locat. Ita potuisset &
eius hæres, & illã doctrinã sequebatur Bert. vt cõmunẽ
io repert. suo, in vers. precariũ vers. an concedens. Sed
pro parte Illustrissimæ Dominę fuit responsum, ꝙ
2 licèt † concedens posset propria auctoritate posses-
sionem ingredi propter concessionem ciuilam, quia
vigore precariæ possessionis prius se retinnit, prout
dicit Imol. in d. c. propter quod. secùs est in hęrede
eius, in quem illa possessio non transit, per l. cùm hæ-
redes. ff. de acquir. poss. sed pro parte creditorum Car-
3 dinalis replicabatur, quòd licèt † possessio, quæ reti-
netur per aliqua animo & corpore nnn transeat in hę-
redem, tamen possessio, quæ animo proptio reli-
netur & corpore alieno, putà per colonum, l. colonus
ff. de acquir. possess. vult possessionem continuare no-
4 mine hætedis. quod illa possessio absque † aliqua ap-
prehensione hæredis transeat in hæredem per ea quæ
dicit Alex post gl. in l. qui vniuersas. §. quod per co-
lonnm, ff. de acquiren. possess. Et in casn nostro per
text. in l. quæsitum. ff. de precar. vbi dicit text. quod à
Titio precariò habere videtur, si ergn videtur habere
ab hærede, ergo est quæsita qnasi possessio heredi abs-
que aliqua apprehensione. Sed respondebatur pro
parte Illustrissimæ Dominæ, quòd non sequitur, quia
videtur præclare rem ab hærede habere, ergo dicitur
possidere nomine hæredis. Nam in d. §. qnod per co-
lonum statim quod colonus habet fundum. à Do-
mino videtur habere, & pro domino velle possidere,
l. veteres. C. de contrahen. stipul. & l. si pacto. ff. de
probat. Et licèt dato quod velit habere ab eius hęrede
tamen per hoc non quęritur ei possessio, nisi cùm ap-
prehendat, vt text. dicit. & licet posteà text. dicit quod
queritur possessio per colonum, tamen quod dicit ap-
prehendentem nomine hęredis, ex hoc voluit glo.
5 quod colonus † declatet post mortem Domini, quod
vult nomine hæredis possidere: quod non est in casu
nostro, quia non constabat quòd Alexander dux post
obitum Clementis voluerit possidere nomine Cardi
nalis hæredis Clementis: & licèt videtetur hæres
6 rogatus, per §. 1. d. l. quæsitum illa rogatio † tantum
proderat quòad dictum de precatio, prout declarat
Alber. in l. cùm precariò. §. 1. ff. de prec. non autem
quòad facultatem ingrediendi propria auctoritate,
ex quo possessio illa ciuilis concedendo non erat
transmissa in hæredem. Secundò pro parte Illustrissi-
mæ Dominæ fuit dictum, quod not. in d §. per colo-
num procedunt. quando colonus vult nomine hære-
dis possidere, & hæres illud scit: quia in acquirenda
7 possessione alieni animus † vtriusque requiritur &
acquirentis & volentis seu tradentis: sed in casu nostro
non constabat, quòd Cardinalis sciret, quod dux pos-
sideret nomine eius precariò: ergò possessionem ciui-
lem sibi quærere non potuit. Et fuit dictum aduo-
cato creditorum, vt super istis duobus motiuis infor-
maret, quia contra eos vrgebant. Tertiò dicebat ad-
uocatus Illustrissimæ Dominę, quia not. in §. quod
per colonum procederent in detentore, & sic in co-
lono, qui nullam possessionem habebat, sed rogatus
precario habebat naturalem in dubio. Sed de ista ra-
tione non magna consideratio fuit habita.

SVMMARIA.

1 *An aliquis sciens exigi fructus crediti, si non appareat de contradictione consentire videatur.*

2 *Scientia & patientia superueniens an purget praecedens.*

3 *Patientia an inducat nouæ possessionis ciuilis acquisitionẽ an verò fumũ sufficientẽ ad probandum rem ipsorũ causet.*

4 *Vxor bona defuncti mariti insolidum possidere, aut petere potest, donec ipsi dos & donatio propter nuptias soluatur hæredi precario possidenti etiam præferenda.*

5 *In possessoria non est necessarium probare, sed dicere sufficit se esse hæredem.*

DECISIO CCCCLXIII.

In eadem causa 20. Maij nouissimè fuerunt data
quatuor dubia infrascripta, videlicet præsupposi-
1 to, quod dux † sciuerit Cardinalem exegisse fructus
crediti, ex quo non apparet de contradictione, ha-
beatur pro consensu Secundum dubium, si non sciue-
rit, an remissoria fideiussoribus sit decernenda ad pro-
bandum Cardinalem, vt hęredem Clementis, posses-
sionem ducis ratificare. Tertium dubium est, an li-
teræ nouissimè pro parte fideiussorum productæ
probent Cardinalem de consensu Ducis fructua
montis exegisse. Quartum dubium est an productio
literarum productarum pro parte fideiussorum facta
impediat probationẽ secũdam cõtra creditores. Super
primo dubio fuit contra Cardinalem allegatũ licet in
scriptis super illis 4. dubiis essent datę informationes,
& ex verbali altercatione fuerunt ortę difficultates
duę, quæ sequũtur. Prima est præsuppositoꝙ possessio
ciuilis ex precario ducis Alexãdri Clemẽti quæsita
p obitũ Clemẽtia extincta, & ꝙ Cardinalis hæres Cle
mẽtis sit passus ab eo causã habẽtẽ colligere fructus

montis, an ex tali patientia sit c[illegible] atum nonum preca-
riũ, & noua possessio ciuilis ex persona hæredis, vigore
cuius Cardinalis hæres propria auctoritate potuerat
fructus montis exigere Secunda difficultas est, si noua
possessio ex person hæredis petẽs ad occupandũ, non
est quæsita Cardinali, posito quòd quasi possessio exi-
gendi fructus ab initio in ipso Cardinali fuerit vitiosa,
2 an ex scientia † & patientia ducis superueniente vlti-
mũ illud sit purgarum, vt à duce causam habenres non
possent agere inretdicto recupetãdi, attento, quòd e-
tiam dux ab hærede Clemẽtis precarium habere dica-
tur, quòd possessio per precarium & colonum non pos
set hæredi quæri, nisi salrem secuta ratificatione hære-
dis. Habetur pro resoluto, sequendo doctr. Aret. in d. §.
quod per colonum. & Carol. Ruin. cons. 175. vol. 1. benè
tamen dubitabatur pro parte precarij & coloni, cum
absque alia declaratione ipsorum expressa, vel tacita,
3 quærant possessionem hæredi. Secundò dicebatur de †
patientia, de qua in primo dubio, an induceret acquisi
tionem nouæ possessionis ciuilis. an saltem causet fu-
mum sufficientem ad remissoriam, ad probandum ra-
tificationem. Remanent duo dubia, de quorum verita
te non fuit discussum: & vltimum ex quatuor superius
propositis etiam per aduocatos super his leuiter fuit
informatum hactenus. Resolutum fuit, quòd possessio
Ducis est precaria, & quòd à Clemente diceretur pre-
4 cariò possidere, & quòd Illustrissima Domina † vice
pignoris & nominationis in solidum videretur possíde
re, & ob illa poterar omnia bona ducis petere donec
sibi de dote, & donatione propter nuptias satisfactum
foret. Irem resolutum fuit, quòd & si non plenè proba
retur Cardinalem adiuisse ex testamento Clementis,
tamen quia erant indicia, quod denegari non porerat
remissoria, dum ramen articulus esset releuans, videli-
cet, quòd posito. quòd Cardinalis adiuisset hæredita-
tem Clementis ad hoc vt hæres potuisset propria au-
ctoritare possessionem montis ingredi: veritas autem
huiusmodi releuãtis pendet ex duabus difficultatibus
exortis à discussione primi dubij ex quatuor. Item fuit
resolutum, quòd partita montis, dum dicit hæredum,
quorum neutra interest, est vera, & intelligenda nõ de
omnibus hæredibus Cosmi: interim enim ex pretio
Castri, spectantis ad Clementem & Delphinum pre-
5 tium 20. perueniet. & quia eramus † in possessorio, non
erat necessarium probare, ꝙ Clemens & Delphinus e-
runt hæredes Cosmi, sed sufficit, quòd prętenderent se
esse hæredes.

EPITOME.

Fructus, vt quis excusetur à pœna regulæ de valore exprimẽ, quomodo fuerint considerati.

SVMMARIA.

1 *Distributiones quotidianæ non computantur in valore fructuum.*
2 *Valor beneficiorum consideratur secundum quod valet in portatis, quæ non habent residentiæ obligationem, sed etiam in absentia debentur.*
3 *Fructus appellantur, qui percipiuntur ex corpore beneficij, & vnicuiq; etiam absenti debentur.*
4 *Fructus residenti debiti non sunt distributiones quotidianæ licèt quòad regulam de valore sufficiat, quòd non dẽtur absentibus.*
5 *Excusatio vbi cadat à regula de exprimendo valore.*
6 *Fructus qui residentibus tantùm debentur, non computantur in valore.*

DECISIO CCCCLXIII.

DVbitauit D. Mohed. in vna Barchinoen. Ca-
nonicarus, de mense Iulij 1543. præsu. posito,
quòd Alphonsus expediuit sub 24. & quod est ditum
de reg. de exprimen. vero valore, & quòd testes dicãt,
quod fructus Canonicatus valent singulis annis 50.
ducat. auri, dummodò resideat in Ciuitate, etiam si nõ
ingrediatur Ecclesiam, & quòd absentes à Ciuitate
gaudeant, dum tamen eorum absentia nõ duret vltra
duos menses, & quòd vltra dictos fructus sunt distri-
butiones quotidianæ, quæ singulis horis lucranrur à
solenniter interessen ibus horis, tum de istis absentib.
nihil datur, etiamsi in ciuitate resideant an sit locus re-
gulæ. Et fuit resolutum tandem quòd non: quia distri-
1 butiones † quotidianę non cõputantur in valore fru-
ctuum, per decis. Rot. 7. de præben. in nou. & fin. eod.
in antiq. Et idem dictum erar de alijs fructibus, quos
2 lucrantur residentes in ciuitate, nam † valor benefi-
ciorum consideratur, secundum, quod valet in porta-
tis, quę non habent ohligationem residentiæ, sed locũ
faciunt in absentia per regu. 60. Sarnen. nu. vlt. quæst.
8. post princ. vers. valor. tamẽ Staphil. in tracta de lit.
grat. & iustit. fol. 29 col. 1 in ij versic. vlti. pro declara-
tione. & sentit notabiliter Old ad. cõs. 118. dum dicit,
3 constat autem † fructus appellari, qui percipiuntur
ex corpore beneficij & debẽtur vnicuiq; absenti. Nõ
4 obstat, quòd talis fructus debiti residenti † non sint
distributiones quotidianæ: quia satis est, quòad regu-
lam de valore, quòd non datur absentibus Et valor
considerari debet in eo, quod habetur siue considen-
tia, vt in portatis in absentia, secundum Oldradum
commentatorem regularũ, & Sarn. Nõ obstat, quòd
regula sit fauorabilis, & extendatur propter periculũ
animæ, & prejudiciũ officialium: quia illud est strictè
intelligendum secũdum Cassad decis. 10. vol. 2 super
reg. Can ell quia regula principaliter considerat fa-
uorem animarum, secundum Gemin. in rub. de Val.
col. 2. & q. 3. nam de iure non est necessarium eum ex-
primere, licèt ius commune considerat merita promo
uendorum & fauotẽ animę. Irem illud quod continet
fauorem animæ est fauorabile, & extendendum quod
nullo modo cadit excusatio, vt in terminis Auth. sa-
5 cramenta puberum. at cùm † hic secundum opinionẽ
Doctorum cadat excusatio, absurdum est quod consi-
deratur in impetrante beneficium, quod autem nõ ha-
beret fructus, nisi residens, non habetur pro absurdo,
iuxta d. Staphil. in tract. de lit. grat. 29. col. 2. & prędicta
intellige iũcto vers. pręcedens & c. 6. cum ibi not. de
præb. quia procedunt in alio casu, quàm clausula, in
qua tractarur de excusan. ab expressione ad effectum,
vt non videatur in pœnam dictæ regulæ nõ obstat ge-
neraliter, quia non sit benè expressus, si exprimatur,
& malè, vitiatur gratia & hoc ad effectum regulæ de
6 exprimen. nam † illi fructus, qui debentur tantum resi
dentibus, non computantur in valore, quia oportet,
quòd debeantur absentibus liberè.

SVMMARIA.

1 *Mora etiam de aquitate Canonica purgari non potest, si in instrumento contractus renunciatum sit omni legum auxilio.*
2 *Beneficio commiserationis causa concesso non per generalia sed specialia tantùm verba derogatur.*
3 *Iuramentum, adducta generali renunciationis regula, vt idem non efficit beneficij miserationis causa introducti renunciationem.*

4 *Renun-*

4 *Renunciatio specialis cum iuramento non purgat moram.*

DECISIO CCCCLXV.

DIcebam in vna Mediolanen. reprcssa,quæ mihi
1 per D.Chisanen.fuit cõmissa,quod mora † non
poterat purgari,etiã de æquitate Canonica, vbi quis
in instrumento conuentus renunciauit omni legum
auxilio ,per ea quæ dicit Crot.in repet.l.si insulam.
col.pen.vers. 5.difficultas.de verb.obligat.& sequitur
Gozad.consilio 57.nulla fuerunt.colum.penult.nu.
59.Et ex aduerso respondebatur,quod illud dictum
Croti non erat verum.quaodo purgatio moræ erat
concessa à lege enm miseratione,secundum Bal.in l.
sancimus.colum.2.ver.nota pro parte derogari. C.de
2 fid.instrument. Et benefitio concesso † miserationis
causa nõ renunciatur per verba generalia,sed specialia, secundum Rom.369.non est dubium.colum. 2.
ver.ꝙ autem principalis. & multa ponit Tiraquel. in
repetit.l.si vnquam.pag.49.nu.120.versi. item beneficium. Et ideò per illud fundamentum dicebatur,ꝙ
dictum Croti non erat verum,quòd forsan procederet vbi non adesset iuramentum,per ea quæ dicit idẽ
Tiraq.in d.repe.l.si vnquam.pagina 51.nu.127.vers.si
posteriorem. Et pro parte aduersa fuit replicatum,ꝙ
3 iuramentum,† adducta regu generali renunciationis,
non adducit validam renunciationem beneficij causa
miserationis introducti,per ea quæ dicit idem Tiraq.
in dicta repet.nu.160.Tamen visa obligatione in regulis,positis in obligatione in forma Cameræ,& pro
parte renunciatiuæ,quòd renunciat omnibus auxiliis
vtriusque iuris,tam in generali quàm in speciali nõ
petendo maaimè dicendum generalem, renuociatio
4 † valeat,oisi præcedat specialis, diai ꝙ propter prægnantiam dictarum decimarum , quòd dicebatur in
specie renũciatum purgationi moræ,quo casu nullus
dubitat,quod admittitur de auctoritate canonica.Et
quòd ita iudicarem,si essem iudex,tamẽ quod possent
alij discrepare ab ista opinione,non sumus io materia
odiosa,si D.Signator signare noluerit commissionem
attentatorum.

EPITOME.

Consuetudo immemorabilis,vbi est à iure reprobata,non habet vim priuilegij.

SVMMARIA.

1 *Testes deponentes de visu consuetudinis coniungendi beneficia incompatibilia an probent.*
2 *Consuetudo immemorialis circa beneficia incompatibilia tanquam irrationabilis reprobatur.*
3 *Consuetudo coniungendi duo beneficia incompatibilia firma est,sed non copulandi tria.*
4 *Consuetudo immemorabilis habet vim priuilegij,nisi sit ipso iure reprobata.*
5 *Consuetudine principaliter intentio fundari non potest.*
6 *Priuilegium potest fundare intentionem,& ad robur priuilegij adduci consuetudo.*
7 *Priuilegium quando per consuetudinem non probetur.*
8 *Remissoria ad probandum consuetudinem immemorabilẽ reprobatam non est releuans.*
9 *Possessio 100. annorum non inducit priuilegium præsumptum.*

DECISIO CCCCLXVI.

MAtthias Ferret Archidiaconus & Canonicus Ilerden. fuit prouisus de vna Præpositura,in vna
causa ea duobus mentibus per ordinarium,& Paulus
habuit præeminentiã Apostolic.& nisi mittat causam
contra Matthiam, & curet gratiam canonizari ponendo Matthiæ, quòd prouisio Cardinalis ordnarij
nõ esset bona,aot quod in ea dum ecclesia possidebat
Archidiaconatum & canonicatum non poterat absque dispensatione prouideri. Quare est sic propositũ
ita quòd esset incompatibilis,per text.in c.ordinationem conserenda.de officio ordinar. Pro parte autem
Matthiæ fuerũt producti testes examinati nulliter in
partibus,qui deponũ.de visu,se 10.annis vidisse diuersos possidentes dignitatem canonicatũ,& Præposituram,& de ambitu à maioribus,ꝙ fuerũt plures possi-
1 dẽtes dicta † beneficia incõpatibilia absq; dispensatione Papæ: & pro parte Matthiæ , cum obligatione de
stando sententiæ, petebatur remissoria.Dubitaui ego
18 Octobris 1546 an remissoria, esset releuans,tex.in
2 c.1.de consuetudine in 6.Vbi consuetudo † immemoralis circa ista beneficia incompatibilia reprobatur tanquam irrationabilia,& non solùm censetur reprobare præterita,sed & futura,secundum Roch.in c.
final. colum.69.versic.septima conclusio.de consue-
3 tu,in 6.Firma † consuetodo spectari debet,sicut etiã
statotum Episcopi,vt quis sit in eadem Ecclesia duplex,secundum Roman.in c.1.colum. 4. in vers.1-in
glo.fi.& ibi Francis.col.2.nu.2.etiam glo.de consuet.
in 6.Tamen quòd quis sit in eadem Ecclesia triplea,
consuetudo esse non potest,secundum Domi.& Frãc.
in d. loco. Et ideò cùm consuetudo immemorialis
sit , per prędictum capitulum,reprobat præterita &
futora.ergo remissoria illam probans ac releuans nõ
4 erit.Non obstat,quòd † consuetudo immemorialis
habeat vim priuilegij,l.hoc iure.§.ductus.ff de acqui.
rer.dom.cum aliis allegatis, quia istud procedit, vbi
talis consuetudo non esset à iure reprobata,vt in casu
nostro,tũc nec vim priuilegij,nec vim aliquã habeat,
ita Philip.Franc. in d.c.1.& 2.50.not, vers.imò tradit
Hostien.Prout nec obstat,quòd illud dictum proce-
5 dit,vbi quis principaliter † se fundat super consuetudine,tunc enim lex illa est probata,& non potest in
illa fieri fundamentum,potest tamen quis se fundare
6 in priuilegio,† & illud allegare,& ad proprietatem
eiusdem priuilegij adducere consuetudinem , & non
cẽsetur reprobare priuilegium,pròut ita sentit Felin.
in c.accedentes.col 41.versi.fallit 3.in illis verbis restringi hanc fallentiam dupliciter.& colom.seqnen.
vers.sed dicens de præsumpt. quia etiam quod princi-
7 paliter fierit fundamentum super † priuilegio,& illud diceretur probare per talem consuetudinem immemorialẽ cùm illa consuetudo sit reprobata,rectè
per actũ reprobatum à iure priuilegiatum,non data
aliqua probatione saltem de fama priuilegij,priuilegium eodem modo probari non potest.& illud vult
Felin.in c.cùm ea officio.colum. 3.versic.cuncta vt
suprà diai in illis verbis,& licèt præscriptum tanti
temporis.& melius col. 10.vers.si modo diuersi subtiliter.de præscript & ibi Rota quæ dicit pro ista par-
8 te,quòd † remissoria non esset releuãs:releuans dicebat,qnod cùm immemorialis sit consuetudo per d.c.
1.sed reprobata: & quòd volebat probare tale priuilegium,per talem consuetudinem,esset imponere legem vetustam,& nõ robustam.Imò aliqui ex Dominis dicebant,ꝙ esset necessarium probare famam priuilegij,quia tunc stante probatione,talis fama tuuc
famam talis immemorialis posset operari.Sed istud
vltimum non fuit formatum:Et ideò dixerunt Dd.ꝙ
9 etsi simpliciter laicus † probaret se possedisse per cẽtum annos decursos,quòd nec etiam istud sufficiebat,
vt illa immemorialis induceret priuilegium præsumptum : sed etiam istud non fuit firmatum , quia
non

non occurrebat pro tunc, cùm in tali materia eandẽ reprobet consuetudinem immemorialem, prout in nostra materia, facit c.1.de consuc.in 6.

EPITOME.

Procurator quo casu non fuerit reuocatus per resignation factam per principalem.

SVMMARIA.

1 *Procuratore constituto ad omnes lites motas & mouendas an sententia contra eum post cessionem factã citatum lata sit nulla. & nu.3.5.*
2 *Acta omnia cum procuratore post suam cessionem facta sũt nulla.*
4 *Procuratoris constitutio post primam resignationem factam ad defendendum super canonicatu dominum, non nisi de fructibus per eum perceptis intelligitur.*
6 *Reuocatio procuratoris per mortem domini non intimatur aduersario: secùs in reuocatione per resignationem.*

DECISIO CCCCLXVII.

FErdinandus de Volubralis de mense Maij, 1545.
resignauit canonicatum & præbendam in fauorẽ
Didaci: & posteà de mense Septemb. eiusdem anni
constituit procuratorem Ioannem, ad omnes causas
1 motas † & mouendas, & in specie super canonicatu,
quem tunc resignauerat Io. procurator produxit mã-
datũ in causa. Posteà Gometius vigore specialis com-
missionis venit ad causam pẽdentem pro suo interes-
se, inter Ferdinandum & Didacum, & mandatum erat
cõtra Didacum, omnesque alios, & quòd Gometius
vigore dictæ commissionis pro parte sua præsentatæ
nihil fecit. Posteà 9. Febr. 1546. idem Ferdinandus
cessit canonicatum Ferdinandi de Ripa, postquã ces-
sionem Gometius citato Io. procuratore Ferdinandi
de Volubralis, sententiam obiicit, quæ nulla opposi-
tione suspensa, in rem transiuit iudicata, & literis exe-
cutorialibus decretis instabat, vt Ferdinandus pareret
quoad fructus & expensas. Procurator de Ferdinan-
do dicebat, quod sententia erat nulla: quia per cessionem
factam 9. Februarij dicebat, quòd mãdatum Ioannis
2 procuratoriorũ exspirasset: & cùm omnia facta † essẽt
facta cum d. procuratore post ipsius cessionem, quod
illa erant nulla, iuxta text. in Clem. fin. habet etiã ma-
teriam singularem Cur. in d. Clem. fi. de procur. & per
decisi. Rot. 337. Hoc non obstante, fuit resolutum, quod
non eramus in terminis d. Clem. fi. nam cùm prius de
3 mense Martij, 1547. canonicatum resignasset, † & post
resignationem procuratorem constituisset, cum se-
cundo resignat in eum nullum ius amplius, non pos-
sumus dicere, quòd mãdatum procuratoris extingua-
4 tur: immò cõstitutio procuratoris † post primam re-
signationẽ factam ad defendendum eũ super canoni-
catu, non potest intelligi nisi super fructibus, per eũ
perceptis, dum esset in possessione canonicatus, & i-
stud interesse non constat in secunda resignatione: &
ideò cùm mors cunctis sit naturalis, & omnia isto casu
5 non æquiparãtur. fuit dictum † quòd iste ad hoc esset
procurator si iudicium cum eo agitare quis vellet. In
6 eadem etiam fuit dictũ, † quòd licèt reuocatio procu-
ratoris, quæ per mortem domini est inducta, non sit
intimanda aduersario, vt per Bar. in l. procuratorem.
ff. de procu. Abb. in c. mandatum de procurato. Fel. in
c. ex parte. in 11. fal. de rescr. quia nihil est, quod possit
imputari domino: tamẽ secùs est in reuocatione, quę
inducitur ex resignatione; quia tũc imputatur domino
& ita dicit expresse Cassad decisi. 2. de appell. resolu
tio fuit facta, in vna Salen. canonicatus, coram
Domino Thoma de Thauls die 8. Octobris, 1546

SVMMARIA.

1 *Resignans licet mortuus dicatur ciuiliter, habet tamen ius ad beneficium resignatum, quod secunda resignatione amittitur.*
2 *Resignatione detentatio amissa non probatur.*
3 *Mandatum post resignationem procuratori datum secunda resignatione non exspirat.*

DECISIO CCCCLXVIII.

DIe 11. Octo. 1546. causa iterum posita fuit dictũ.
1 quod licèt per primã † resignationẽ diceretur
mortuus ciuiliter, tamen d. Volubrales cedens, post
cessionem prætendere potuit post dictam cessionem
ius in dicto beneficio resignato: & ideò per secundam
resignationem de dicto canonicatu factam dimisit,
illud ius ipsum, puta quòd poterat prætendere quòd
illa resignatio non esset bona, & ideò videbatur quòd
per illam dictũ resignationem, quia cessabat illa præ-
tensio, mandatum exspirabat, tamen quia in dicto casu
non constabat, quod in dicta detẽtatione decessisset,
2 licèt enim per † resignationẽ amittat possessionẽ iuris:
Tamen per id non constabat, quod detentatio non
cessisset, sec. Rot. decis. 158 in nou. & ratione illius de
3 tentationis mandatũ † non dicebatur expirasse: Et
tãtò magis in illo casu, in quo in secunda resignatione
Volubrales reseruauerat sibi pensionem certam. Itẽ
dicebatur, quòd licèt in resignatione resignans teneatur
dimittere ius, tamen quia resignando reseruauerat
pensionem, prętendebatur, quod Gometius in canoni-
catum nullum ius habebat, & ideò ratione illius pen-
sionis mandatum nõ expirauerat, etiam cùm ius Go-
metij esset canonizatum, per consequens nec senten
tia lata super fructibus.

EPITOME.

Appellatio vnus prodest alteri habenti causam cum altero communem & connexam, ita & prorogatio fatalium.

DECISIO CCCCLXIX.

IN vna Abulen. bonorũ, corã D. Prospero 8. Oct. 1546. fuit resolutum, quod prorogatio fatalium facta per vnum, ex duobus condemnatis in causa cõmuni & connexa communiter prodesset, per text. in l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus. & facit gloss. in l. 1. §. fin. in communi casa, & quòd dicit in cap. Romæ de præscrip. & c. translato de constit. quòd in connexis appellatio vnius prodest alteri.

EPITOME.

Auditor in Rota quomodo dicatur alteri præuenisse, & sententia per secundum lata, parte non opponente, est valida.

SVMMARIA.

1 *Præsentatione commissionis primo auditori facta præuenitur secundus parte non opponente.*
2 *Inhibitio vigore commissionis præsentatæ executa habetur pro oppositione & protestatione.*

DECISIO CCCCLXX.

IN vna Barchinonen. coram Dom. Fabio, die 8.
Octobris, 1549. fuit dictum, quod licèt in Rota per so
1 lam præsentationem † commissionis, primo loco audi
tori factam dicatur auditorem præuenisse, iuxta deci-
si. de constit. in antiqu. alias 8u[illegible]. in fine dicit, quòd
auditor secũdus nullo modo procedat, fuit intellectũ
verum opponente parte. Tamen quando in illo casu
2 per primum auditorem emanasset inhibitio † vigore
cõmissionis præsentatæ citationis executa à secundo
auditore, fuit dictum, quod talis inhibitio habet vim
oppositionis & protestationis, quod tunc procedere-
tur coram secundo, & ideo esset sententia, post inhi-
bitionem lata attentata & nulla: tamen fuit dictum
quod sententia non annullatur, sed videretur de bo-
no iure per productionem iurium.

EPITO-

EPITOME.

Melioramenta vbi sunt illiquida, an per dationem cautionu prouideatur.

SVMMARIA.

1 *Executio sententia quòad possessionem an prastita de mellioramentis liquidandis cautione sit danda.*
2 *Executio sententia datur non solum in facto illiquido sed etiam in expensarum illiquidarum condemnatione.*
3 *Liquidatio fructuum quando debeat pracedere executionē sententia.*
4 *Melioramenta qui facit, ius retinendi habet.*
5 *Retentionis ius pro melioramentis datum tollitur, si ea sint illiquida, cautione prastita.*
6 *Melioramentorum retentio vt per solutionem tollitur, sic & per cautionem.*
7 *Valor melioramentorum illiquidus arbitrio bonorum virorum astimandus est, vt fiat executio.*

DECISIO CCCCLXXI.

DIe 15. Octobris in causa Parmens. Vallium fuit dubium propositum, vtrum Dd. Corrigiens. sit
1 danda † executio quòad possessionem, præstita per
eos cautione de melioramentis liquidandis, iuxta formam commissionis, & præsupposito quòd meliora
menta non essent liquida, quod data cautione executio sententiæ quoad possessionem esset facienda, per
not. per Doct. & maximè per Alex. in l. 4. §. ait prætor.
ff. de re iud. & Neg. in tract. de pigno. in mēbr. 45. nn.
10. Et sentit Paul. de Castr. consil. 170. volum. 1. dum
ponderat, quòd in casu suo, & in sententia, non essent
illa verba, solutis prius melioramētis, & notat. in d. l.
2 4. §. ait prætor. procedunt minus † vbi sumus in facto
illiquido iuxta text. in l. status liberationem. in princ.
ff. de stat. hom. sed etiam vbi sumus in dādo, puta, quādo quis est condemnatus ad expensas, & illæ expensę
sunt illiquidæ. Et tantò magis dicebatur quòd illæ
illiquidæ executioni forent dandæ stante cōmissione
termini, vt in termino pręfixo melioramenta nō erāt
liquidata, quo casu stante mora, dicebatur locum esse
executioni, ne aliàs essent in potestate propter moram
liquidandi retardare executionem sententiæ. Non obstat decis. Neap. 17. quia fuit dictum, quod erat illud
3 propter verba sententię, in qua dicebatur, vt fructus†
computarētur in melioramentis, si meliorationes excederent fructus, quòad reficerentur liquidatis omnibus in executione sententię non mirum, si conciliū
Neapolitanum mandauit ibi, vt liquidatio fieret ante
executionem: at in casu isto, in sententia liquidationis
prosequenda melioramenta. Non obstant rationes,
quas adducit ibi Capitolinus, dum primò dicit, quòd
4 regula est, † quod ille, qui fecit melioramēta, habet ius
retinendi, vt per iura per eū allegata. Et illa iura multum benè asserebant, quod melioramenta non erant
liquida, & tamen dant ius retinendi, ergo etiam quod
non sit facta liquidatio, non potest fieri executio: nā
fuit responsum, quod licèt iura pro melioramentis
dant retentionem, tamen iura non dicunt, quòd data
cautione, nō debet fieri restitutio: & ideò licèt detur
5 retentio, † tamen illa tollitur vbi melioramenta sunt
illiquida, mediante cautione, per not. in d. §. ait prætor. l. 4. Et eodem modo respondetur ad consil. Rom.
dum dicit, quòd pro melioramentis datur retentio, &
6 † illa retentio non tollitur, nisi per solutionem, quia
vt supra dixi, non est verum quòd vbi sunt illiquida
tollantur per solutionem non tantum, sed etiam per
cautionem: vbi supra. Nō obstat etiam quod dicit Caputacquen. in d. deci. 17. quod l. status liberationem. in prin.
ff. de stat. hom. loquitur in causa temporali fauore libertatis, quia illa l. intelligitur. per Dd. in casu, in quo
cessat ille fauor libertatis, & tamen cōdemnato ad reddendam rationem, vt in d. §. ait prætor. per D. Ang. in
l. 1. ff. qui satisd cogan. vbi Ias. etiam exēplificat in tutore. Et licèt Rota ita inclinauerit, vbi melioramēta
7 penitùs sunt illiquida, tamen valor † secundum melioramenta non erat sufficienter liquidatus, dixerunt
Dd. ergo debere pręfigere terminum extra curiam ad
electionem peritorū, qui deberent æstimare illa melioramēta, & sic, si Comes esset in mora, daretur executio: terminus verò datus non attendebatur, quia
breuis etiam in curia non poterat liquidare.

A · et fuit dictum

EPITOME.

Alternatiua Episcopi Portugalen. quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Si prasentatio principalis ad Abbatem, & institutio ad Episcopum pertineat, an alternatiua Episcopo concessa comprehendat prasentationem inferioris. & numero 5.*
2 *Alternatiua stante an sit prouisioni Apostolica locus si inferior prasentet, et superior in mense alterrnato instituat.*
3 *Alternatiua data ad quamuis aliam dispositionem, comprehendit etiam beneficiatam secularis quam ecclesiastica prasentationis qua sunt.*
4 *Verbum, dispositio, continet quoque institutionem.*
6 *Clausula generaliter reseruata, intelligitur ad tempus octo mensium a regula reseruatoria inductum.*

DECISIO CCCCLXXII.

IN vna Portugalens. de Golperiares, die vndecima Octobris, 1546. proposui ego dubium, posito,
1 quòd pręsentatio † principalis, de qua agitur, pertinet
ad Abbatem, institutio verò ad Episcopum, an sit locus alternatiuæ: Et si sic dubium erat, an alternatiua
concessa Episcopo Portugalen. comprehenderet
præsentationem inferioris prælati. Nam ex quo parochialis vacauerat mense Februarij, dicebat Iulianus
Collumella, quòd parochialis erat reseruata: sed pro
2 parte Episcopi dicebatur, quod stante alternatiua † hic
non erat locus prouisioni Apostolicæ ex quo Abbas
præsentauerat, & Episcopus instituerat de parochia
vacanti in mense Februarij alternato, quod prouisio
Apostolica Iuliani superueniens non valebat. Verba
alternatiua erāt huiusmodi, vt de quibusuis beneficis
& ad tuam vna cum dilectis filiis capitulo ipsius Ecclesiæ collationē, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quāuis aliam dispositionem, communiter pertinentibus, quæ anteà & in singulis Februarij,
Iulij, Augusti, Octobris & Decēbris mensibus vacare
contigerat, dum dispositionem Apostolicæ generali
reseruatū, vel ex generali dispositione Apostolica effectum nō fuerit, etiamsi pręsentationes nominationes,
electiones, & alia, quæ facere siue procedere conuenerint, perinde ac si expectatiuè & liberè disponere ea
3 fuit concessum. quod, quia † alternatiua dabat ad quamuis aliam dispositionem, quod sub sua generalitate,
comprehendebantur benè ea, quæ erant præsentationi aliorum beneficiorum secularium, siue ecclesia-
4 sticorum, quia verbum dispositio, † comprehendit etiam

tiam institntionem in illo: quod etiam declarabatut
per illa verba inferius posita, & aliorum quæ salua
5 sint. Et sic fuit resolutum, quod alternatiua † capie-
bat benficia, quę erant ad pręsentationem aliorum
inferiorum, non solùm Episcopi, sed & capitul. Itẽ
6 fuit dictũ, quòd illa † verba, generabiliter reseruata,
intelligebâtur tempore octo mensium inducto per
regulam reseruatoriam, ex qua in alternatiuo expri-
mebatur mensis Februar.

EPITOME.

Appellatio, de qua hic, fuit iudicata extra iudicialis.

SVMMARIA.

1 *Appelllatio mandati intimatione non vt à iudice sed à priuata persona facta bona quidem est parte consentiente sed extraiudicialis*

DECISIO CCCCLXXIII.

EAdem die 11. Octobris dubitauit D. Fabius, in eiusdem Salamâtin portionis, an appellatio ꝓpria Didaci interposita fuit iudicialis, & talis quoque fuerit portio litigiosa: Et fuit resolutum, quod non: idq; ex reclusiis mandatis tam appellantis, quàm appellati, pręsuppositis dictis mãdatis pro bonis, & ꝙ intimatio mandati tempore appellationis esset facta non vt à iudice, sed vt à priuata persona, & ab intimatione, literarum & sic parte petente illam executionẽ, iuxta tex. in c.' bonæ de appellat. Item quod appellatio nõ peccabat nec in forma, nec in termino, pròut latius in informationibus pro Antonio Arar. deducitur.

EPITOME.

Valor melioramentorum quomodo probatur.

SVMMARIA.

1 *Melioramentorum, eorúmque valoris probatio an probet meliorationis impensas.*

2 *Testes deponentes de quantitate, valore, & rei meliaratione non darent impensarum factarum certã magnitudinẽ.*

3 *Impensa melioramentorum arbitrio boni viri tantum non æstimari debent, sed & rem melioratam, quanto melior sit effecta.*

DECISIO CCCCLXXIIII.

DIe 15. Octobris, 1549. proposuit dubiũ in causa
Parm. vallium, pręppositio, quòd testes examinati
probant in valle, de quo agitur, aliqua melioramenta
per Comitẽ, & eius successores esse facta, & testes de-
1 ponunt † valore melioramentorum, an sint legitimè
probatum. Et fuit resolutum pro parte negatiua, ꝙ
non esset probatum, per ea quæ dicit Negus. in tra. de
pignor. post alios quos refert in membro 45. in prin-
2 cip. colũ. 7. in 1. quæst. colũ. 10. nume. 6. vbi † testes
deponentes impensum quòd sit in melioramentis, &
quantum impensum sit in melioramentis, & quantũ
res sit effecta melior, non deponebant quantũ foret
impensum, nec quantum res esset melior effecta, &
preciosior: & aliqui dicebant, indictio eorum in tri-
plum non obstabat, quòd testes mensurauerint, & æ-
stimauerint: quia nõ sequitur ex boc, quod deponebãt
quantam impensam fecit, nam res hodie propter me-
lioramenta in tanta æqualitate preciosior facta est:
Et licèt ¡Domini tenuerunt, ꝙ valor non esset pro-
3 batus, per hoc tamen nõ recesserunt † ab illa opinione,
qnod in præterita audientia tenuerũt, quod essent eli-
gendi periti ab vtraque parte: qui deberent referre,
quãtum in dictis melioramentis impendi potuerit, &
quantum res hodie preciosior sit.

EPITOME.

Notario asserenti, quod capitulum fecerit, qoãdo credatur,

SVMMARIA.

1 *Notario instrumento aliquid factum asserti creditur, nisi aliud ex coniecturis constiterit.*

2 *Maior pars capituli quod facit, ab vniuersitate factum esse censetur.*

DECISIO CCCCLXXV.

DIe 15. Octobris, 1546. coram D. Peregrino fuit
1 resolutum, quòd licèt notario † instrumento ac
testanti quod capitulũ fecit, credatur, vt per Oldrad.
cons. 100. & per Abb. cons. 1. col. 2. circa fin. & de si-
gno ꝙ illud prouenit in dubio per rationes, de quibus
per eos. Sed vbi aliter ex coniecturis cõstet vbi non
esset capitulum, ꝙ tunc non staretur notario, ad curiã
asserẽti, prout erat in casu nostro, in quo denunciatis
literis Apost. septẽ ex canonicis Ecclesiæ cathedralis
Columbriens. in qua præsupponebatur, qnòd erant
20. canonici, notarius dicebat, ꝙ statim præsentatis
literis illi septem canonici capitulum fecerunt, & sic
ex quo præsupponebatur, quòd erãt 20. licèt alij fuis-
sent vocati, tamen apparebat, quòd notarius malè
indicabat, quòd statim fecerunt capitulnm, cùm non
essent duæ partes, cùm notarius diceret, ꝙ statim fece
runt cap. apparebat ꝙ non esset vocatio aliorũ, erat a-
ctus decanatus ab vniuersitate factus, & quod adsine
duæ partes, requiritur aliunde conuocatio, & quod
2 maior † pars aliorum facit, dicitur à capitnlo seu vni-
uersitate factum, Dec. in c. omnes. nume. 3. de cõstitut.

EPITOME.

Testes duo plenè probaot confessiooem, ergo vous semiplenè probat confessionem.

SVMMARIA.

1 *Confessio vt plenè probetur duo sunt testes necessarij.*

2 *Vnus an semiplenè probet confessionem, cùm duo testes eã plenè probeat.*

3 *Testes singulares probant confessionem non singularitate obstatiua, sed adminiculatiua. & nu. 4.*

DECISIO CCCCLXXVI.

1 COnfesio † vt plenè probetur de æquitate Cano-
nica debet per duos testes probari, vt per Abb. in
l. fi. ex cautione. ad fin de non numer. pecun. Dixerunt
Domini in vna Dertunen. Sacristiæ, coram Domino
2 Peregrino, die 15. Octob. 1546. quòd non valeat con-
sequentia: duo † testes de confessione probant plenè,
ergo vnus semiplenè, per ea quæ dicit Sozin. in l. Gal-
lus. §. ille casus, circa fin. ff. de liber. & posthum. Alexã.
consil. 132. volu. 2. quẽ sequitur, & refert Philip. ꝓb.
in c. 1. num. 53. de confess. licèt aliter dicere videbatur
Corn. consi. 162. habita diligentia. col. 2. post nu.
3 22. Item dixerunt, † quòd testes singulares, nõ singula-
ritate obstatiua, sed adminiculatiua probãt confessio-
nem, ex qno cõfesio est actus momentaneus, & succes-
siuus. Fuit alleg. Caccialup ita dicere in repet. l. ad-
monendi. de iureiurand. Non obstat, quòd in contra-
rium allegaretur Paul. de Castr. consil. 41. in 2. volum.
Cur. Iun. in repet. d. l. admonendi. num. 143. Alexand.
consil. 63. colum. fin. volumine 1. Rollan. consil. 572.
col.

colum.3.Alexand.consi.73.colum.3.Sozin.Iun.cõsil.9.colum.2.vol.2.& consil.99.Paul.consi.57.num.33.& 65.volum.1.Quia respondebatur,quòd cons Paul. Castr.86.reprobatur per Ias in repet.d.l.admonendi.nume.218.& etiam loquebatur in materia,in qua sufficiunt coniecturæ.Ad alia consilia superius allegata respõdebat Dom.Hieronimus in informat.sua,ad quã me refero vt fuerint facta.ac dicta Et quòd per testes
4 singulares † confessio non probetur tenet Matthæus de Affl.decis.364.& facit decisi.Alexand.547.versic.processit causa.col.2.versi.constat autem quod testes.singulares in 6.vol.

EPITOME.

Collatio facta per nuntium existentem in vno regno de beneficiis alterius regni.

DECISIO CCCCLXXVII.

IN vna Legionẽ.& Samoren.coram me,die 20.Octobris,1546 fuit resolutum,quòd Ioan.Prognus nũcius in Hispania, qui existens in ciuitate Barchinon, contulit beneficium vacans,seu beneficia vacantia in ciuitatibus Legionen.quòd talis collatio.non teneat per regulam Pauli,quæ vult,quòd facta nuncij existẽtis in regno Legionen.& prouidentis de Samoren.nõ valeat.

EPITOME.

Coadiutoria cum futura successione vbi conceditur,an sit derogandum indulto Cardinalis.

SVMMARIA.

1 Gratia coadiutoriæ cũ successione futura necessario requiri derogationem indulti Cardinalis.
2 Indulta fauorabilia ad immissionem ordinarij præseruandũ an comprehendant etiam coadiutorias cum futura successione,quæ sunt odiosæ & nu.4.7.
3 Coadiutoria,dum dat futuram successionem,dicitur gratia præuentiua.
5 Indultum tollens gratias merè præuentiuas nõ tollit eas quæ ius (?) pariunt.
6 Interpretatio plena & stricta quando fiat contra Papam.
8 Indulta & concordata æquiparantur,sed non quoad omnia.

DECISIO CCCCLXXVIII.

1 IN vna Toletan.proposuit Dominus Peregrinus, die 20.Octobris,1546.an in † gratia coadiutoriæ cũ futura successione fuerit necessaria derogatio indulti Cardinalis Toletan.Et ex septẽ votantibus tres tennerunt,quòd sic per decisi.Cassad 1.de pac.dũ vult, quod concordata cõprehendant coadiutorias,ideò di-
2 rendum,quòd indulta † quæ sunt fauorabilia,quæ fuerant ad præseruandũ immissionem ordinarij,comprehendunt etiam coadiutorias cum futura successione, quæ sunt odiosæ.& idem videtur sentire Cassad.decis.
4 de priuil.vbi æquiparat concordata & indulta restituen.iurisdictione,cõferendo perinde ac si gratia expectatiuæ & aliquid ius dispositionis non emanasset,& sic quod tollit materias præuentiuas negari nõ pote-
3 rat:quia † coadiutoria,dum dat futuram successionẽ, dicitur materia præuentiua, & sic esset sublata,prout aliæ gratiæ præuentiuæ,quæ sunt odiosæ.Quatuor te
4 nuerunt contrarium,quòd † indultum non cõprehenderet coadiutoriam,& ideò non esset necessaria dero-
5 gatio indulti:quia licet indultum † tollat omnes gratias præuentiuas,tollit tantum omnes,quæ sunt merè præuentiuæ.non tamen eas quæ habent fomentũ iuris prout est coadiutoria cum futura successione de consensu coadiuti consentientis dictæ futuræ successioni secun.text.in l fin. C de pac.nam licet ista gratia sit præuentiua,tamen quia habet consensum coadiuti,uõ est ita odiosa,prout gratia præuentiua sine consensu,& ideò cùm Papa abstulerit per regulam octo mensiu m
6 ordinariis,& posteà idem per indulta † restituat,cõ tra Papam debet fieri plena interpretatio:sed vigore indulti tertij,qui soluit compensationem pro coadiutoria,ne remaneat deceptus,illa interpretatio plena fieri non debet,sed stricta:& item illa verba,perinde ac si gratia,&c.debẽt intelligi,de gratiis merè præuentiuis,
7 quæ nullius consensum habent.Non † obstat d decis.1.de pact.quia loquitur in concordatis ad fauorem nationis,ad publicandum vtilitatem,& vt scandala euitarentur:fuit interpretatum,vt dicta coadiutoria comprehenderetur,vt etiam videtur consentire Cassad.d.decisi.quod secus est in indultis ordinariorum,vbi militat fauor ipsius ordinarij,& non ita publicus,vt in concordatis.Non obstat deci.4.Cassad.de priuil.quia
8 licet quòad † quædã æquiparentur,non tamen quòad omnia pro ista parte fuit,quòd semper ab istis gratiis præuẽtiuis excipiuntur, præterquàm regressus & accessus,& de cõsensu coadiutoriæ.Cùm ipsis ita iudicabat D.Berquoneus Pereg.

A contra tertium compensationem

facit

SVMMARIA.

1 Restitutio iurium à Papa concessa si est generalis,generaliter quoque interpretari debet nec per clausulas in parte executiua positas restringitur.
2 Indulta comprehendunt coadiutorias.

DECISIO CCCCLXXIX.

FVit iterum posita causa die 5.Octob.1546.& cõtra illos quatuor fuit ficta noua ratio.quia non est dubium,quòd Papa voluerit restituere omnimodam iurisdictionem Episcopo,& apposuit decretum irritãs,etiam per nos:ita q Papa voluit ligare sibi manus, & illa restitutione tãtum excipit casum resignationis, in manibus eius faciendam.Et ideo cùm omnes alios casus includeret,dum tamen nõ habeant dependentiã à præterito, & licèt Papa in reuocatione obstaculorum rantum amouisset gratias præuentiuas nõ odiosas & non eas quæ videntur habere fomentum iuris,put est coadiutoria cum futura successione de consensu, per tex.in l.fin.C.de pact.tamen sicut in parte executiua,etiam apposita non augent dispositionem,ita non
1 habẽt minuere, si ergo restitutio Papæ † est generalis tamen excipiẽs resignationes, generaliter debet interpretari,quæ restringi non debet per clausulas in parte executiua positas & ideò tã per istam rationẽ,quia etiã fuit repertum, quòd in vna Toletana Archipresbyteratus 13.Martij,1544 prout annotaui supra,Domini
2 iudicarunt in hanc partem,quòd indulta † cõprehenderent coadiutorias:& ideò qui habebat coadiutoriã, recursum habebat ad datarium, pro derogatione indulti habenda. Maior pars ne diceretur quod facere mus decisionem contrariam voluit quòd staretur illi decisioni,in qua iam erat prius inclinatum.

EPITOME.

Egidianæ constitutioni an sit locus,vbi lata secunda sententia est reuocatoria Primæ.

SVMMARIA.

1 Sententia secunda an ex Ægidiana mandari da sit executioni si alter primam habeat & nu.13.

2 Appel-

2 *Appellari an possit à secunda sententia reuocatoria prima iniqua, an verò sit mandanda executioni.*

3 *Confirmatio Egidianæ in causis dependentibus locum obtinet.*

4 *Statutum, quòd appellari non possit an appellatorium sit, an verò decisorium, & nu. 6. 8.*

5 *Confirmatio quæ procedit in causis dependentibus, intelligitur*
6 *quoque per appellationis viam.*

7 *Diffinitiua possessorij per iudicium petitorium reparari potest.*

9 *Constitutio non omninò noua sed primæ declaratoria trahitur ad pendentes per appellationem causas.*

10 *Absolutoria primò lata pro aliquo & posteà cōtra eundem condemnatoria, non datur sequestrum, quòd secundæ sententiæ præsumptio a prima elidatur tempore debito.*

11 *Appellari potest à sententia in possessorio ante superuenientiam Egidianæ, quæ primæ sententiæ iniquitatem nondum detexerat.*

12 *Egidianæ mens est, vt possessorium per vnicam sententiam terminari possit.*

14 *Sententiæ primæ iniquitas si tempore debito per probationes legitimas non detegatur, mandanda est exeutioni, & Egidiana operatur.*

DECISIO CCCCLXXX.

ANtonius de Burgos de anno 25. seu 26. tulit sententiam absolutoriā, in fauorē bonæ matronæ Liuiæ de Ballionibus à prætenso spolio cum ea intētato per Comites de Marsicano ab ipsa sententia appellatur, & causa commissa fuit Simoncto, coram quo & Marsicano posteà surrogato Simoneto, per ipsos Comites fuerunt probata duo extrema: Posteà de anno 1546. in vltima audientia, de mense Iulij inuersa probatione duorum extremorum primam sententiam reuocaui Antonij de Burgos, & condemnaui Rainutium filium & hæredem Liuię ad restitutionem certorum castrorum. Causa appellationis autem interposita, & commissa Domino Mohed. cum clausula, & si quid exequēdū erit exequeretur, dubitauit primo, videlicet die 20.
1 Octob. 1546. stante quod Rainutius † habet primam sententiam, & posteà Domini de Marsicano habent aliam præseruatoriam primę, an sit Egidianæ, vt secunda in fauorem illorum de Marsicano sit mādanda executioni. Et 22. mēsis Octobris, dedi aliud dubium or-
2 tum ex primo, pręsupposito, quòd prima † sententia in fauorem Domini Rainutij, & apprehensione & probatione, in secunda instantia ante superuenientiam Egidianę & eius confirmationem factā, ex quibus constat de iniquitate primæ sentētiæ, an à secunda sententia reuocatoria primę posset appellari, vel an secunda sit mandanda exequutioni. Fuit resolutum, dicta die 22. quòd non posset appellari à secunda, sed esset man-
3 danda executioni: & † confirmatio Egidianæ habet locum in causis pendentib. Cùm ergò ista causa pendeat, ergò in ea locum habet, non obstante, quòd dicebatur, quod non intelligebatur dependere per appellationem, per Felin. in c. fina. versicul. limita. de cōst. quia fuit responsum, quòd illud habebat locum in decisi. extraordinariis, secus autem in ordinarijs, pròut idē dicit
4 Fel. in d. loco in d. limitatione. nam statutum † ꝙ non potest appellari, est appellatorium & nō decisorium, vt per Alex. in l. 1. in fi. ff. de leg. 2. cum multis quę accumu-
5 lat: ergo cùm simus in ordinarijs, dū cōfirmatio † dicit habeat locum in causis pendentibus, intelligitur etiam per viam appellationis, pròut idem dicit Felin. in c. fin. col. 10. versicul. fallit 4. de constit. Non obstat quod dicit Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ col. 17. vers. ex pręmissis quæst. 2. de constit. & Gozad. cons. 76. colum. final. ver-
6 sic. 4. non obstant contraria: quoad † statutum, quòd non possit appellari à sententia definitiua, quòd sit decisorium, & non ordinarium, & sentētia super possessorio sit diffinitiua, vt per Dom. in Clem. 1. de sequestr. poss. & fruct. quia responsum fuit, quòd illud procedit,
7 vbi sumus in † diffinitiua, quæ non potest in aliquo iudicio reparari, pròut sentit Dec. in d. loco. Sed aliter est in diffinitiua in possessorio. Nā grauamen, per talē sententiam illatā potest reparari in iudicio petitorio: ergo
8 statutū † tollens appellationē, à tali sententia erit ordinatorium, & non decisorium. Item fuit dictū quòd vbi
9 constitutio non est omnino noua, † sed declaratoria, quòd tunc trahitur ad pendētia per appellationem, vt per Felin. in d c. fin. colū. 5. versic. Item intellige hanc limitationem. de constitut. erat per concilium Lateranense confirmatum, licèt nō esset vsu receptum, & ideò ad prætēta trahebatur. Nō obstant notata, per Cassad. in Clem. 1. de sequest. possess. & fruct dum dicit, quòd
10 si primò † lata sententia absolutoria, & posteà contra eam ferretur condemnatoria ꝙ non detur sequestrum: quia præsumptio secundę sententiæ reuocatorię elidātur à prima ita ergo esset dicēdum in casu nostro. quia fuit responsum, quòd pręsumptio primę fuit elisa tem-
11 pore debito: quia ante † superuenientiā confirmationis Egidianę à sententia lata in possessorio poterat appellari: eo tempore, quo superuenit Egidiana non erat detecta iniquitas sententiæ primę, & ita Egidiana non poterat verificari in causa per appellationem pendentem respectu illius primæ sententiæ: quia iam erat iniquitas detecta, postea quam pronunciatur secunda sententia
12 reuocatoria primę: ab illa enim nō poterit appellari, † quia mens Egidianæ est vt possessorium per vnicam sētentiā potest terminari: & sic ex quo erant variata noua tēpora, noua erat Egidiana, quādo ante, superueniente Egidiana, illa prima sententia non potuit executioni
13 mandari, quia erat detecta iniquitas. Si posteà † feratur secunda sententia, illa erit per Egidianā executioni mādanda. Et sic præsumitur, ꝙ ipsi non obstat, ꝙ Egidiana loquēs de sententia mandāda executioni, quòd debeat intelligi de prima. Nam prima cùm ob iniquitatem non valeat, hæc secunda sententia dicitur prima post confirmationem Egidianæ lata, & ideò per istam Egidianam ab ista nō poterit appellari: Et dicebāt Dd.
14 quòd si † iniquitas primæ sententiæ non fuisset detecta, per probationes tempore debito factas, quòd confirmatio Papæ velit, quod Egidiana habeat locum in causa pendenti per appellationem, vt supra dixi, quod illa prima sententia fuisset demandanda executioni.

EPITOME.

Lis quo casu fuit inducta sine expeditione literarum ad effectum, vt committens non diceretur gaudere regula de triennali.

DECISIO CCCCLXXXI.

IN vna Hispalen. dimidia portionis, proposui dubiū die 22. Octobris. 1549. pręsupposito, quòd Gometius commisit causam literis non expeditis, an portio quòad eūdem Gometium fuit litigiosa, vt ipse Gometius non gaudeat regul. de triennali. Fuit decisum pro parte affirmatiua in pręiudicium committentis causā quòd portio esset litigiosa, per Sern. sup. comp. vtr. sig. fol. 36. & 64. vbi ponit, quòd in odium actoris reus possit petere surrogationē, & quia actor dicitur sibi ipsi tulisse, & fecisse sententiam, portionem non esse pacificam, secun. Sarn. super reg. de trien. q. 36. col. 7. nu. 5.

EPI-

EPITOME.

Dispositioni quo casu suffragatum fuit.

SVMMARIA.

1 *Dispositio producenti suffragatur ad validitatem prouisionis ordinarij probandam.*

2 *Dispositiua concedens aliud dissimile beneficium, intelligitur de alio dissimili à canonicatu annexo altero dignitati, quem sine dispensatione obtinere poterat.*

DECISIO CCCCLXXXII.

EAdem die 22. Octobris, 1546. dedi dubium in causa Illerden. inter Matthiam Ferret, & Paulinum,
1 an dispositio † pro parte Matthiæ producta suffragetur sibi ad validitatem prouisionis ordinarij eidem Matthiæ factam: Et fuit resolutum, quòd sic: quia in narratiua literarũ expeditarum Matthias narrabat, se vna cum Archidiaconatu possidere, sine dispensatione canonicatuum & pręben. quando ergo in disposi-
2 tiua † sibi datur, vt possit aliud dissimile cum Archidiaconatu tenere, intelligebatur de alio dissimili à Canonicatu. quoniam si in narratiua dicebatur, quòd tenebat Archidiaconatum in canonicatu, qui solebat obtineri sine dispẽsatione petenda, dispensari petebat, vt aliud dissimile à canonicatu prædictio cum Archidiaconatu obtinere posset. Non obstat, quòd diceret, sit canonicatus & præb. Sub eodem tecto, & quia intelligebatur dimisso alio canonicatu, quem tenebat siue dispensatione.

EPITOME.

Legitimatio impetrata à filio, cui oberat impedimentum canonicum, post mortem parentum est valida.

SVMMARIA.

1 *Dispensatione à parentibus scienter contrahentibus matrimonium illicitum, impetrata, & conditionibus ei appositis ob mortis superuenientiam non impletis, si canonicè constiterit eos voluisse eas adimplere, filius habetur pro legitimo.*

2 *Matrimonium quando possit approbari & legitimari filius à Papa, etiam altero coniugum mortuo.*

3 *Legitimatio quando possit fieri in praiudicium venientium ab intestato.*

4 *Papa non potest imperio subditum legitimare in temporalibus nisi impedimentum sit canonicum.*

DECISIO CCCCLXXXIII.

MAtthæus Gabella, & Ioanna scientes se tertio consanguinitatis gradu coniunctos contraxerunt, & procrearunt filium Michaelem, habita dispensatione à quodam commissario tunc in partib existente: & cum tractu temporis fuisset dubitatum de facultate illius, postea impetrarunt literas à pœnitẽtiario, quæ mandabant ipsi Archiepiscopo Terraconen. seu eius Officiali, quòd separatis Matthæo & Ioanna eos absolueret à censuris, quas incurrerant contrahentes scienter matrimonium, &c. tum non impleto aliquo ex requisitis, in dicta dispensatione, & sic antequam dictæ literæ pręsentarentur, Matthæus & Ioan. obierunt. Post obitum parentum Michael filius obtinuit literas alias à sacro pœnitentiario, in quib. narratis omnib. supradictis, q; post impetrationem obtẽtarum literarum & ante illarum executionem D. Matthæus & Io. præ-
3 dicti seu eorum alter † obierat, ac propterea ipsi iusta necessitate oppressi eisdem literis satisfacere non potuerunt, cùm si id facere potuissent, desiderassent. committitur ordinario quòd si vocatis vocandis, ei constiterit canonicè de assertis Michaelem legitimum & naturalem fuisse, & esse, ac propterea in bonis parentum suorum, iure hæreditario succedere potuisse, ipsúmq; pro legitimo & naturali haberi, & tractari debere, perinde ac si dictus Matthæus & Ioanna eius parentes dispensationem habuissent, & à principio impetrassent; seu ad illius executionem procedi obtinuissent, illisq; omninò satisfecissent, declararet. dubitauit D. Reomanua in vna Tarraconens. illegitimatum die 22. Octob. 1546 an vltima dispensatio, post parentum mortem quæsita, suffragetur Michaeli ad legitimationem: & fuit resolutum, quod sic, quia eramus in filio nato in figura matrimonij, & solum obstabat impdimentum
2 legitimationis canonicæ, & nũc potest approbari † matrimonium per Papam, & etiã legitimari filius, etiam mortuo altero coniugum, non obstante asserto præiudicio venientium ab intestato. vt per Ancb. cons. 409. & Præpos. in cap. per venerabilem col. 68. qui fil. sint legi. Bar. in §. & quid si tantum. col. 2. in fi. Non obstat non valuisse legitimationem in præiudicium venientium ab intestato, quib ius erat quæsitum, quia esset verum, si pater nihil disposuisset in vita: at cùm hic haberemus voluntatem patris, qui dispensationem in vita impetrauerat, & posteà filium testamento institue-
3 rat, poterat fieri † legitimatio post eius mortem, in præiudicium venientium ab intestato, secundum Bar. in d. §. & quid si tantum. col. penult. versic. quando pater filio nihil disposuit. & in eadem col. in versic. præceden. quoniam ipse filius petit se legitimari de voluntate patris, & in filio habente voluntatem patris tale prosequitur haberi, col. antepen. in 13. q Non obstat,
4 † Papam non posse legitimare subditum Imperio in temporalibus: quia quando nati sunt filij ex matrimonio, cui obstat impedimentum canonicum, legitimatio valet quoad temporalia etiam in terris imperij, vt no. per Anchar. cons. 407. & etiam cessat ista disputatio legitimitate requirente causę cognitionem, prout est, quando concurrit voluntas patris, qui potest bona sua in mare proiicere, sec. Dec. cons. 526. col 2. versic. non obstat. & in rep. d. §. & quid si tantum. col. pen. nu. 44. in 1. & 2. casu. Non obstat, quòd ista dispensatio esset surreptitia, cum dicerent, quòd id facere potuisset sine eius cognitione. desiderabant etiam post scientiam de facti facultate in commissario coniuges an cohabitassent: quia fuit responsum, quòd dicta verba respiciebant instrumentum superioris, videlicet quòd auctoritate superioris, cui dispensatio cõmittebatur, id efficere cupiebant. Non obstat, quod non est narrata dicta cohabitatio post notitiam dictæ sufficientiæ facultatis, & sic propter taciturnitatis gratiam esset surreptitia, & si fuisset narrata Papæ, etiam concessisset, vt videmus quotidie concedi licèt multi illegitimè ita contrahant.

EPITOME.

A pœna cap. fi. de elect. in 6. qua de causa quis excusatur.

SVMMARIA.

1 *Institutio facta sine vocatione legitima non valet.*

2 *Pœna c. fin. de elect. in 6. qualibet excusandi causa euitatur.*

DECISIO CCCCLXXXIIII.

IN vna Portugal. parochialis de Galliciares, in qua prior & cõuentus præsentauerunt vicario Episcopi Portugalen. Emanuelem: & vicarius emisit proprium

illa iurisdictio erat impedita in persona Episcopi, ita
2 erat impedita in persona vicarij: quando ergo † super
uenerit alternatiua, nihil aliud operatur, quàm moue
re impedimenta: & sicut iurisdictio erat libera in per
sona vicarij, ita quoque cum alternatina opus tribue
ret Episcopo ꝗ illud, quod haberet & illud totum
esset translatum in vicarium, nec erat necessarium, ꝗ
vicario daretur facultas conferendi etiam vigore al-
ternatiuæ, quę de nouo Episcopo opus tribuerat, sed
3 tantum impedimentum remouebat. Item † & secundo
dicebatur, quod in vicariatu dabatur facultas confe-
rendi beneficia vacatura & sic facultas respiciebat
tempus vacationis: Satis ergo erat quod alternatiuæ
essent expeditæ tempore concessionis liberæ: quia
qualitas minatur verbo cum vicarius diceret, quod
posset conferre beneficia vacatura eo modo, quo
ipse sæpius fecisset. Non obstat quod ex aduerso dice-
4 retur, quod † in generali potestate vicarij concessa
nō veniret, illaquæ vigore priuilegij Episcopo com-
petebant, iux. decisi. Rot. 47. in antiqu. & decisi. 3. de
offic. vica. Bilig. quia fuit responsum, quòd per † al-
5 ternatiuam nullum priuilegium Episcopo concede-
batur, sed tantum impedimenta remouebantur. Non
obstat, quod Episcopus tempore concessionis ante
literas expeditas vigore alternatiuæ non potest con-
ferre, ita nec vicarius & nemo dat, quod non habet:
quia respondetur quod Episcopus † ante alternatiuā
6 & tempore alternatiuę ante expeditionem literarum
habebat illam potentiam, sed illa potentia quæ erat
impedita per alternatiuam remissa in vicarium tran-
siuit. Vnde quicunque reuocatur, vicarius manet in
sua potestate libera. Nō obstat illud, quod de vicariatu
in primo diceretur quòd vicarius potest facere, id
quod alij vicarij generales non poterant, quia diceba-
tur quod vltra facultatem generalem, dabatur facul-
tas conferendi eo modo, quo opus esset.

EPITOME.

Fructuum appellatione an veniant tertiariæ in priuilegio concedendo fructus suorum beneficiorum vt tertiatias nuncupando.

SVMMARIA.

Absens habitus vigore priuilegij, ac si resideret, an percipiat decimas tertiarias.
2 *Tertiaria quæ debentur ratione laboris, an sint fructus beneficij principales, ac secundarij. & nu. 4.*
3 *Distributiones quotidianæ licet propter seruitium dentur, fructus tamen non sunt.*
5 *Tertiariæ vnde probentur esse fructus magis laboris, quàm beneficij.*
6 *Priuilegium concedens fructus non residenti non tantum fructus, sed & reditus & prouentus comprehendit.*
7 *Tertiariæ sunt beneficiorum prouentus cum ex ipsis beneficijs prouenium.*
8 *Priuilegium percipiendi fructus in absentia de fructibus ordinarijs intelligendum est.*

DECISIO CCCCLXXXIX.

IN parochiali ecclesia della Montela, Conchen. diœcesis est consuetudo, quòd decimæ, ad dictam ecclesiam pertinentes veluti collectę reponuntur, post medium diuiduntur inter rectorē & beneficiatos: & quia omnes deberent per tripartitum in laborib. colligendis pates esse, & huiusmodi decimas insequatur discordia alterius anni, per singulos annos ex dictis beneficiatis fructus colliguntur, & ex tota massa decimarum collectæ, quæ diuiduntur in tres partes, nam vna be-
neficiatis, secunda ecclesiæ pro fabrica, & tertia recto-
ri, & collector pro labore suo capit tertiam partem,
quæ vulgo tertiaria nūcupatur: Dubitauit D. Prosper
1 die 29. Octob. 1546. an Francis. Enceas, qui † retule-
rat priuilegium ad percipiēdos fructus beneficiorum
suorum in absentia, ac si resideret, deberet habere hu-
iusmodi decimas vigore dicti priuilegij. Causa erat
intitulata Cōchens. decimar. & dubiū erat sub isto sen
su, præsupposito, quòd terminus debebatur rectori &
beneficiatis alternatis vicibus per turnum, an cadant
sub priuilegio Francisci Linc. Ex septem votantibus
tres erant pro parte negatiua: dicentes, ꝗ priuilegium
2 comprehendebat fructus beneficiorum, sed istæ † ter-
tiariæ debebantur à ratione laboris, ergò non erant
fructus beneficij: nam licet propter beneficium darен-
tur, cùm si beneficiati illas decimas perciperent, eas
colligere tenerentur, beneficium erat causa cōiuncta:
sed labor in colligendo erat causa proxima, & ideò
non poterāt dici fructus beneficij: sicut certum est, ꝗ
3 distributiones † quotidianæ dantur beneficiato pro-
pter seruitium, & non dicuntur fructus: Igitur istud
4 priuilegium respicit personam † ipsius priuilegiati, &
non facit alienum esse: nam erit strictè intelligendum
de illis fructibus, qui sunt propriè fructus beneficij, &
nō de fructib. qui ratione laboris dabātur, vt per Old.
cons. 117. Et tantò magis istos tres mouebat, ꝗ Epi-
5 scopus in defectu beneficiatorum † poterat laicum
deputare, qui huiusmodi decimas colligere poterat, &
ex massa collectæ dictam portionem detrahebat: & sic
apparebat, quòd huiusmodi portio, non ratione bene
ficij, sed ratione laboris dabatur. Et licet Episcopus in
Ecclesia Cathedrali Conchen. huiusmodi decimas
habere poterat, illud erat propter statutum disponēs,
quòd deseruiens in ecclesia Cathedrali posset per sub-
stitutum colligere. Item dicitur, quòd huiusmodi pri
uilegia debebant intelligi de fructibus, qui iure ordi-
nario ex beneficiis prouenicbant. Alij verò tres oppo
situm asserebant, & sic stabant pro parte affirmatiua:
6 quia priuilegium † non solum comprehendebat fru-
ctus, sed etiam redditus & prouentus: & negari nō po
7 terat, quòd etiam tertianæ † dicebantur prouentiones
beneficiorum, ex quo ex ipsis beneficiis prouenicbāt,
& beneficiati per turnum illas exigebant non nisi ra-
tione beneficiorum: & licèt posset capitulum laicum
deputare ad colligendas decimas: tamen illud erat in
defectu beneficiatorum. Non obstat, quòd priuilegiū
8 † erat intelligendum de fructib. ordinariis, quia dice-
bant ordinarij, quòd istæ tres tertiariæ diuidendæ tem
pore turni satis dicebantur fructus ordinarij. Septi-
mus Auditor Ant. Aug. noluit votare: & sic fuerunt va
rij. Et secun. illos tres, qui erant pro parte negatiua,
non obstat, quòd priuilegium concederet fructus be
neficiorum suorum, etiam tertiariæ nuncupatæ, quia
dicebatur, quòd Papa intellexerat, quando illæ tertia-
riæ erant fructus beneficiorum.

ERITOME.

Simonia an sit probata.

SVMMARIA.

1 *Instrumenta duo, alterum donationis, & alterum retrocessionis, coram iisdem testibus & notario in eodem loco & tempore facta an sint simoniaca. & nu. 3.*
2 *Correspectiuitas instrumentorum quando nō fiat, etsi eodem tempore & loco conficiantur.*

DECISIO CCCCXC.

IN vna Abulen. de Spintha, coram D. Reomano die 29. Octob. 1546. fuit dubitatum, an esset probata scienti

scientia, quòd constabat, quia noua & eadem die, co-
ram eisdem testibus, notario, & loco erant facta instru
1 menta duo † cum promissione certarum pecuniarum
donationis certarum vinearum: & fructuum, & incon
tinenti coram eisdem testibus, notario, & loco erat da
tum instrumentum de retrocedendo: cùm igitur esset
breuitas temporis, præsumebantur correspectiua, ad
Bart. in l. neutri. §. 1. de test. Non obstat. q̃ in primo
instrumento promissionis pecuniarum & detentatio
vinearũ erat sortita effectum: tamen istis non obstan-
tibus, fuit determinatum, sicut fuerat dictum supra in
vna Hispal. canonicatus coram me, quod cùm prima
2 promissio haberet † certam causam, licet ratione esset
prædictorum fructuum & expensarum, quòd ad illam
causam promissio erat deferenda, & non ad eam insi-
nuationem de retrocedendo, ex quo illa causa erat il-
licita, & ideò non debebat fieri ista correspectiuitas,
ex quo prima promissio suam causam determinatam
habebat: Fuit tamen dictum, q̃ probaretur excessiui-
3 tas † promissionis illarũ pecuniarum, & valoris vnico
respectu fructuum debitorum in magna quantitate ar
bitrio dominorum, q̃ tunc iudicaretur pro simonia,
sicut fuerat conclusum in illa Hispalen. coram me.

EPITOME.

Probata morte eius, cui facta est substitutio pupillaris, præsumitur mortuus in pupillari ætate.

DECISIO CCCCXCI.

IN vna Fulginaten. coram D. Prospero, die 29. Octob. 1546. dubitauit ipse, an probata morte eius cui facta est substitutio pupillaris præsumatur mortuus in pupillari ætate, per ea quæ dicit Soc. cons. 86. col. 4. vers. accedat. vol. 1. Deci. in c. in præsentia. de prob. Curt. Iun. post Io. de Sen. in l. precib. col. 2. in 4. not. C. de impub. & al. sub. facit quod dicit Alex. cons. 31. & Bal. consi. 244. factum tale est. vol. 4.

EPITOME.

Alternatiua, vbi est Episcopus, & cessant impedimenta, an poterat conferri in omnibus mensib.

SVMMARIA.

1 *Episcopus vtens alternatiua an possit conferre in mense in alternatiua non comprehenso.*

2 *Alternatiua impeditam conferendi facultatem ordinario reddit liberam in omnibus mensibus.*

3 *Ordinarius habet omnes menses non obstantibus impedimentis liberos.*

4 *Papa concedens ordinario sex menses, alios sibi reseruare & ordinario denegare censetur.*

5 *Ordinarium plus posse quàm Papam contra mentem ipsius est.*

6 *Claus. dummodo non vtaris alia facultate ordinarijs concessa, restringit alternatiuam.*

DECISIO CCCCXCII.

IN vna Corduben. corã D. Ant. Aug die 29. Octob.
1546. dubitauit ipse, posito, quòd Episcopus Cor-
1 dub. fuit vsus alternatiua, an potuerit prouidere † in
mense Martij: & pro parte negatiua duo abduceban-
tur: Primò quia cùm in alternatiua dentur sex menses,
inter quos non computatur Martius, Papa voluit pro
uidere, & sic nõ potuit ordinarius: Secundò ex verbis
alternatiuæ, dum dicitur, quod alia facultate, ordina-
riis concessa, non vtaris, & in illa facultate est com-
prehensus mensis Martij. Sed istis nõ obstantibus, Do
mini inclinabant in contrariam partem: quoniam al-
2 ternatiua † tantùm operabatur reuocationem obsta-
culorum, & erat inuenta in fauorem ordinarij contra
impedimentum obstantię: cùm ergo illo tempore pro
uisionis nulla erant impedimenta obstantia, quia erat
de Mense Martij, 1546. quo tempore nec erat regula
4 mensium, quòd illo tempore essent reuocatæ expe-
ctatiuæ: ergo ordinarius habuit suam prouisionem li-
beram in omnib. mensibus, prout istud sentit Fel. Nõ
obstat vnum, quod considerabatur per vnum ex Do-
minis, dum dicebat, quod Papa in sex mensibus alter
natis habebat manus ligatas, & sic esset absurdum, si
3 nihil in alijs sex mensibus lucraretur: quia † non ob-
stantibus impedimentis ordinarius habet omnes mẽ-
ses liberos. Iste punctus iterum fuit positus, videlicet
die 8. Octob 1546. & fuit dictum in facto, quòd quo
tempore fuit concessa alternatiua, exstabat regula re-
seruatoria octo mensium. vt apparebat in proœmio al
ternatiuæ, & ideò omnes Dd dederunt votum, quòd
4 si Papa concedebat † Episcopo sex menses, ergo alios
sex videbatur denegare, ad l. cùm prætor. de iudic. &
si Papa in illis sex mensib. alternatis legem sibi impo-
nebat, vt non posset conferre propter decretum irri-
tans appositum in alternatiua, non erat honestum vt
in aliis sex mensib. alternatis quoq; legem sibi impo-
5 neret, quia si non essent menses alternatiui, plus † pos
set ordinarius, quàm Papa, quod videbatur esse contra
mentem Papæ: quia ex 8. mensib duos concesserat, er-
go mens eius erat, vt tãtùm sex menses haberet. Item
quia in alternatiua dicebatur, ita tamen vt alia facul.
tate ordinariis per regulam concessa non vtaris: in
6 qua regula non est mensis Martij, & ideò † cùm gra-
tia sit limitatè facta, dummodo non vtaris alia facul-
tate ordinariis concessa, quoad illam regulam expiras
set, ex quo expectatiuæ erant reuocatæ, tamen men-
sis Martius, per dictam restrictiuam inclusus in alter-
natiua, per expirationem regulæ non debetur ipsi E-
piscopo, vt accessorium contra mentem Papę. resolu-
tionem vide infra decis. 498.

EPITOME.

Lis quo casu fuerit iudicata.

SVMMARIA.

1 *Possessor decennalis præsumitur pacificus si lis mota fuerit cessione extincta.*

2 *Reus citatus & comparens cedens liti & causæ extinguit litem quoad se non quoad committentem.*

3 *Claus. cum extinctione litis & causæ quoad cedentem extinguit litem: & licet cessionarius possit mouere litem, antequam tamen ad iudicium veniat, lis non præsumitur.*

DECISIO CCCCXCIII.

IO. Seruiano commisit causam contra Petrum Carrera omnésque alios in executione nominandos super quodam beneficio de Medelin. & obtinuit decretum citationis, vigore cuius citauit. Garsias veniens ad causam cessit liti, & causę in actis: Postea Io. Seruiano resignauit beneficium in fauorem Guidonis de Annales, & in cessione fuit regula cũ extinctione litis, & causæ quoad cedentem. Didacus, vigore cõmissionis, accepit possessionẽ beneficij & illud possedit per 10. annos. Didacus Vasquez prętendens dictũ beneficium vacare per obitum Garsiæ de Annales cessionarij. Io. de Erreas prætendebat bonum ius tenere, in d. beneficio citauit de anno 1546. d. Didacum qui Didacus prætendẽs se esse annalem pacificum possessorem, dedit de reg. de triennali. Didacus Vasquez dicebat, q̃ non fuerat pacificus propter litem motam per Io.

Seruianum

Seruianum suum auctorē, quia quoad se beneficium erat litigiosum. Tamen his non obstan. in vna Placent.beneficij de Medelin.die 5.Nouemb. 1546. coram Dom. Thoma de Thauis fuit resolutum, quòd
1 fuisset decennalis † pacificus possessor, quia licet Garsias fuisset citatus, tamen comparuit, & cessit liti & cau
2 sæ. quo casu per cessionem † quoad ipsum Garsiam erat extincta lis, vt per Cassa. decis 5. de lite penden. & licèt lis remanserit quoad lo. committentem, tamen
3 dicta lis erat extincta † in cessione, dum dictum fuit, & cùm extinctione litis, & causæ quoad cedentem: & licet Didacus, qui erat nominatus in commissione, posset ad litem venire, sic tamen, antequam ad eam non venisset, non erat lis.

EPITOME.

Concilio Lateranens. ex quibus causis censeatur derogatum.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius, certa quantitatis scientia, & clausula generalis, non obstant. constit. Apost. & c. derogant Lateran. concilio, si simul concurrerint.*

DECISIO CCCCXCIIII.

EX quinque votantib. voluerunt tres, scilicet Domini Mohedanus, Fabius, & Reomanus in vna Maioric. parochialis de Suaza, die 3. Octob. 546. co-
1 ram D. Prospero, quòd regressus † concessus Cardinali de Medicis per Leonem Pontificem ad dictam parochialem, ex quo erat motu proprio concessus: Item ex quo erat narratum pontificium in supplicatione, quòd fructus non excedebant 24. & sic ex narratis apparebāt de certa scientia pōtificis: Item quia erat clausula in supplicatione generalis, non obstan. constitutionib. & ordinationibus Apostolicis, quod ex istis tribus simul iunctis censeretur derogatum concilio Lateranen. D. Mohed. mouebatur per decis. Cassad 4. de concess. præb. & ipse Mohedanus & alij ex his quæ dicit Sarnen. in regul. de nupt. benef. q... nu 5. & ex aliis fundamentis, de quibus in informatione, quæ ostendunt, quòd ex istis, sit probata scientia Papæ, quo casu ex certa scientia inducitur derogatio. Et verum est, quod Dominus Mohedan. vltra dicta tria etiam ponderabat, quòd eramus in nepote, & persona valdè dilecta, ex qua coniectura valebat argui mens Pontificis, vt conc. lio voluerit derogare. Sed Dominus Fabius & Reomanus etiam sine isto quarto ex illis tribus dixerunt censeri consilio derogatum. Duo verò Auditores, videlicet Thomas primus responsalis, & Ant. Aug. vlt. dixerunt, quòd requirebatur specialis derogatio. Præualuerunt illi tres tanquam facientes maiorem partem. Super ista resolutione fuit constituta per ponentem remissoria. Marsicanus, quia ipsi ponenti tetulit, quòd miratus fuit de ista resolutione, ideò dixerunt Dd quòd ad alia puncta procederetur, eò quòd expectaretur, quòd Rota esset magis plena, vt iterum posset disputari articulus de quo supra.

EPITOME.

Surrogatus quoad possessionem immitten. non verificare narratiuam vnionis tenetur.

SVMMARIA.

1 *Possessio beneficij etiam non verificata narratiua vnionis quando sit danda vigore surrogationis. & nu. 3.*

2 *Vnionis nō verificata narratiua, gratia censetur surreptitia.*

DECISIO CCCCXCV.

DIe 12. Nouemb. 1546. in vna Rauena prioratus coram Dom no Fabio, in quo fratres Syluestrini veniebant per cessionem Calixti de Amadeis de ipso prioratu in fauorem dictæ congregationis: in qua cessione narrabatur, quòd aliàs dictus prioratus fuerit vnitus dictæ congregationi, surrogabatur in locum
1 Calixti de Amadeis. Fuit dictum quod † possessio vigore dictæ surrogationis danda erat fratribus, etiam quòd ipsi fratres non verificarent dictam vnionem narratiuam: nam ill ud, quod dicebatur, quòd vnione
2 † non verificata gratia esset surreptitia, & per consequens omnes clausulæ accessoriæ corruerent respiciebat petitorium: & ideò non obstante dicta narratiua,
3 & q lis penderet inter ipsos Syluestrinos veniēdo † ex cessione alterius, quòd possessio in qua surrogabantur Syluestrini, nō erat danda ipsi, ex quo constabat, quòd Calixtus tempore cessionis erat possessor.

EPITOME.

Lis super priuatione beneficij licet non faciat beneficium litigiosum tamen illud facit sententia.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum post sententiam in secunda instantia nulliter apponitur.*

2 *Lis super priuatione beneficium non facit litigiosum.*

3 *Beneficium si tanquam sibi debitum adiudicari petatur, litigiosum fit.*

4 *Sententia, si contineat adiudicationem, litigiosum facit beneficium.*

DECISIO CCCCXCVI.

IN vna Cæsaraugustan. præceptoriæ del Villel, coram D. Thoma de Thauis die 12 Nouemb. 1546. in qua lata sententia per D om. Ioan super præceptoria in fauorem Ludouici de Thalamera: cui della Caualla decretauerat sequestrum in secunda instantia Pro par
1 te Hieronymi dicebatur quòd sequestrum † erat nulliter appositum, & quòd Hieronymus erat triennalis possessor, & iste casus excipitur in Clem. i de seq. poss. & fruc. Ex aduerso replicabatur, quòd Hieron. non erat pacificus, quia intra triennium fuit sibi mota lis super priuatione, quæ non facit beneficium litigiosum, sed causa dicitur esse profana, vt per gl. in c. 2. in verb. finita. vt lit. pend in 6. per Sarn. in reg. de surrog. q. 7. & in reg. de annal q. 42. & glo. in Clem. 1. in verb.
2 cùm possessorem. de seq. poss. & fruct. & ideò si lis † erat super priuatione non facit beneficium litigiosum, ita nec sententia. Sed hoc non obstante conclusum fuit contrarium: quia in casu nostro non solum fuit petitum, vt Hieronymus remoueretur iuxta formam stabilimentorum, sed vt præceptoria communi ærario
3 incorporaretur. Et ideò quando petitur, quòd † quis amoueatur, vt beneficium sibi adiudicetur tanquam debitum, tunc dicitur beneficium litigiosum, vt tenet Bonif. in Clem. 1. nu. 31. de caus. poss. & propriet. & per glos. in c. 2 vers. finita. vt lit. pend. in 6. immò fortius Staph. in tract. de lit. grat. & iust. fol. 163. pag 2. vers. vlt. quòd licet lis super priuatione non facit beneficium
4 litigiosum, tamen non intelligitur, quando † sentētia cōtinet in se adiudicationem beneficij. & illud tacito auctore sequitur, Sarn. in d. reg. de surrog. q. 7. nu. 5. & in personam esset adiudicatum beneficium litigiosum licet penderet causa appellationis, negari nō poterat, quod tamen beneficium esset effectum litigiosum.

SVMMARIA.

1 *Lite super literarū surreptione pendente an eas impugnans sit in possessione manu'e endus.*
2 *Vti possidetis interdicto agi potest contra turbantem de facto in possessione.*
3 *Prohibitio per literas Apostolicas stāte petitorij suspensione legitimè facta esse, dici non potest.*

DECISIO CCCCXCVII.

IN causa Bono. iuris macinandi die 17. Nouem. 1546.
proposui dubium, præsupposito, quòd ante procla-
ma fornarij & Stapherij accederēt ad molēdinum An-
tonij, & post emanatum proclama vigore literarum
Apostolicarum prohibentiū ne accederetur, si post
medium tempus pro parte Antonij lis mota fuerit sup
3 surreptione literarum, an † huiusmodi lite pendente
Ant. sit manutenen. in illo statu in quo erat ante pro-
clama, ne fornarij possent accedere ad eius molendinū
nō obstante prohibitione facta: & fuit resolutum, quòd
esset manutenendus, quia quando ex facto alicuius
2 fornarij non veniunt ad molendinum, potest agi † cō-
tra illum interdicto Vti possidetis, vt per Bart in l. 1 §.
huius interdicti. ff. vti possidetis. Hic ex facto credi-
torum non veniebant fornarij ad molendinum, ergò
poterāt agere, & illud impedimentum tolleretur Nō
obstat, quòd illud dictum Bart. in d. l. 1. §. huius in-
terdicti. ff. vti possid. procedat, quādo de facto aliquis
turbat: hic propter decretum & literas Apostolicas ista
diffamatio non erat de facto: quia fuit dictum, quòd
super hoc pendebat lis, an prohibitio iuridicè vel de
facto esset facta: & ideò † stante suspensione petitorij
3 non poterat dici illa prohibitio legitimè facta. nec est
verum quòd per illam prohibitionem esset aduersariis
aliqua possessio quæsita, ex quo illa paritio erat omit-
tenda, vt per Bald. in l. 2. num. 84. de seruit. & aq. Non
obstat, quòd non solum esset paritio in omittendo, sed
etiam in faciendo: quia post prohibitionem diceba-
tur, quòd nō solùm fornarij abstinuerunt à concessu
ad molendinum intra ciuitatem, & ideò per illum a-
ctum videbatur quæsita quasi possessio, & illa aduersa-
rij perdita: Sed fuit responsum, quòd ex quo iste acces
sus ad molendinum intra ciuitatem fuit per paucos
dies ante litem motam, & per quinque dies ante pro-
clama, & ipsi fornarij erant soliti accedere ad molen-
dinum intra ciuitatem, & quandoque extra, quòd licèt
post proclama non accesserint ad molendina extra ci-
uitatem per quinque dies, quòd ideò esset dicendum,
quòd istud fecissent ratione prohibitionis: cùm istud
potuerint vigore illius facultatis, quam habebāt omit
tendo & non accedendo.

EPITOME.

Cessio litis & causæ extinguit litem etiamsi sit facta sine admissione Auditoris & parte absente.

DECISIO CCCCXCVIII.

DEcimaquarta Nouembris 1546. fuit resolutum in vna Placent. beneficij de Medelin. quod cessio litis & causæ, facta coram notario & testibus sine admissione Auditoris ex parte absente inducit extinctionem litis: nam proprius in alia audientia fuerat resolutum, quòd Rota tenet quòd per cessionem litis & causæ esset extincta lis, vt per Cassad. decis. . vt lit. pend. Non obstant quæ apposuerunt in vna addit. ad eum ibidémq; videbantur facere in contrarium. Sed dubium fiebat, an cessio litis & causæ factę coram Auditore, notario, & testibus, sed parte nō præsente induceret extinctionem litis. & fuit resolutum, quòd sic, per ea quæ dicit Cassad. in d. decis. 5. dum dicit in iudicio vel extra. idē dicit Alex. in l postquam liti. col. 3. num 816. de pact. non obstat summ. decis. 3. de renunc. aliàs 306. immò vbi allegat gl. in c. cùm dilectus. quia illa gl. non procedit in grauibus causis & maioribus. Item in corpore decis ponit illud, quod dicit summar. Item generaliter satis extinctio esset facta in iudicio, quando fit coram notario, & testibus, & iudice asserente. Nō obstat, quod dicit Mil. in verb. lite pend. non finitur per morte qui nihil, &c. non etiam negat quin etiam finiatur per aliū modum, videlicet extra iudicium, ne Mil. sit sibi contrarius. Non obstat, quòd ille, in cuius fauorem erat facta cessio, acceptasset illam: quia satis cōstabat, ex quo amplius litem non fuerat prosequutus.

EPITOME.

Priuilegium Leonis de nō reuocando indulto Cardinalium, nisi in forma certa, quomodo intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium vnius Pontificis an extendatur ad alium quoque, & quando non, vt nu. 2.*

DECISIO CCCCXCIX.

PRoposuit D. Peregrinus die 19. Nouembris 1546.
an priuilegium Leonis vobis, quòd non censeatur
derogatum indulto Cardinalium per quascunque gra
tias à nobis cōcessas per clausulas generales, sed quòd
specialis mentio tituli & denominationis, & quòd ex
1 graui causa fieret, an † illud priuilegium Leonis ex-
tenderetur ad alios Pontifices, an verò ad ipsum Leo-
nem tantùm. Et prima vice, qua causa fuit proposita,
maior pars Dominorum inclinauit, quòd restringe-
retur ad concessiones factas per ipsum Leonem, tum
2 quia priuilegium dicebāt † ad fauorem rei memoriam,
non autem ad perpetuam, tum quia priuilegium est
perpetuum, sed non respiciebat nisi concessiones per
Leonem faciendas.

EPITOME.

Indulto Cardinalis Toletan. per quæ verba censetur derogatum.

SVMMARIA.

1 *Claus. cum derogatione indulti Cardinalis, an sufficienter sit Cardinalis indulto derogatum.*
2 *Claus. quibussuis personis etiam quacunque auctoritate fungentibus, derogat Cardinalis indulto.*

DECISIO CCCCC.

ITem & maior pars inclinauit, quòd ex quo in sup-
1 plicatione fuerat † dictum, cum derogatione indul
ti Archiepiscopi Toletan. etiam si Cardinalatus ho-
nore fungeretur, quòd per talia verba esset suffi-
cienter derogatum indulto Cardinalis Toletan. licèt
de titulo & denominatione non esset facta mentio
quòd mens Papæ erat, quòd per generales regulas
non tollerentur indulta Cardinalium, vt puta, quan
2 do † dicitur, quibussuis personis etiam quacunque
auctoritate fungentibus, quòd indulto Cardinalis
erat derogatum. Et istud satis intelligebatur, quia
erat dictum Archiepiscopo Toletan. etiam hono-
re Cardinalatus fungenti: non obstante, quòd esset
facienda mentio indiuidua, quia satis faciebat in-
diuidua

diuidua mentio de Archiepiscopo Toletan. ex quo nó erat nisi vnus, ad l. nominatiui ff. de libe. & posthum. Et hic eramus in forma voluntaria ad effectnm, vt Papa sciret cui Cardinali erat derogandum. Quo casu poteit impleti per æqnipollens, & sufficit, quòd effectus habeatur, ad not. per Doct. in l. Gallus. §. si tantnm. ff. de lib. & posthum. dum loquitur de conditione voluntaria.

SVMMARIA.

1 *Instrumenta non facientia ad causam possessorij non impediunt manutentionem in possessione & statu antiquo.*
2 *Accessus ad molendina intermissus post proclama, an vigore prohibitionis, an verò ex alia causa sit impeditus.*
3 *De vno actu ad alium non est arguendum in his quæ sunt nudæ facultatis.*

DECISIO CCCCCI.

DE mense Nouembris 1546. in vna Bononien.
1 iuris macinandi proposui dubium, an † instru-
menta pro parte creditorum producta, & quòd fornarij
cessarunt post proclama per paucos dies ante litem
motam, eundo ad molendina existentia extra ciuitatē
Bononien. faciant, vt mandatum de manutenēdo de-
tur D. Antonio. Quòad instrnmenta fuit dictum, quòd
nihil faciebant ad causam possessorii. Nam si quatuor
fornarii se obligarunt, quòd instrumenta du nó acce-
dendo ad molendina, &c. quòd si ipsi contra fecerūt,
quòd vigore illarū obligationum ageretur cōtra eos:
& ideò talia instrumenta non debebant præstare im-
pedimentnm. quia D. Antonius esset manutenendus
in illo statu, in quo erat ante litem motam. Quòad se-
cundum ego proposui in propositione casus, quòd es-
2 set probatum † in actis, & per testes, quòd facto pro-
clamantis constaret, quód vsque in hodiernum diem
fornarii post proclama factum non accessissent ad
molendina extra Ciuitatem existentia: & ideò ex mē-
te creditorum dicebatur, quòd si fornarii non acces-
serunt tanto tempore post proclama ad molendina
existentia extra ciuitatem, quòd illud non poterat esse
nisi ratione prohibitionis: & sicut voluerunt seruare
proclama in aliis molendinis, ita quoque illa seruatio
quòad alia molendina non poterat dici deliberatiua,
pròut dicit Bal. in l. 2. nu. 54. C. de seruit. & aq. Ita esset
dicendum in eo accessu per quinque dies ad molendi
num Antonii ante motam litem, vt etiam diceretur
non animo deliberandi, sed potius animo obediendi
factum, arguendo de vno actu ad alium. Tamen hoc
fundamento non obstante contrarium fuit decisum:
Nam cùm ante proclama esset in libera voluntate for
nariorum accedere, & illis non fuit accessus post pro
clama ad alia molendina non deueniens, inferebatur,
quòd non esset vigore prohibitionis, sed poterat ex
aliqua causa iudicari, putà eis non placuit accedere
propter distantiam loci, & quia essent remotiora mo-
lendina Antonii: & quòd ex illa cessatione tam diuturna
aduerteretur animus fornariorum, quòd vigore pro-
hibitionis non accessissent ad illa molendina, arguen-
do qnòd idem voluerunt facere non accedēdo infra
paucos dies ante litem motam ad molendinum dicti
3 Antonii: cùm de † vno actu ad alium in his, quæ sunt
nudæ facultatis nó esset arguendum. quòd itaque no-
luerūt accedere ad molēdina, inde nó sequitur, ergò
vigore probibitionis: cùm respectu litis & concordiæ
subsequēs prohibitio per paucos dies durauerat. Qui
nimò fuit dictum, quòd si vigore prohibitionis fornarii paruissent, nihilominus mandatum de manutenendo erat dandum Antonio, per ea quæ dicit Bart. in l. 1. §. huius interdicti. ff. vti possidetis. Nam vbi apparet, quòd propter diffamationes laboratores cessabāt venire: & sic apparebat, quòd propter laboratores nihilominus datur interdictum Vti possidetis.

EPITOME.

Regula de annali locum habet in beneficio consistoriali.

DECISIO CCCCCII.

DIe eodem mense Nouembris 1546. in vna Spoletan. Abbatiæ fuit resolutum coram D. Rauellen. quòd reg. de annali haberet locum in monasterio consistoriali, si tamen de eo erat consistorialiter pronisum, per ea quæ dicit Sarn. in regu. de annali. q. 2. remittendo se ad not. super regu. de infirm. resig.

EPITOME.

Appellari potest ab interlocutoria vicarii ad Episcopum.

DECISIO CCCCCIII.

DIe eodem mense Nouembris 1546. Domini dixerunt, quod illud, quod dicebatur in c. 2. de cōsuetud. in 6. quòd à sententia vicarii non liceret appellare ad Episcopum, cùm idem sit tribunal, procederet, quando appellabatur à sentētia diffinitiua, secùs si ab interlocutoria: quia sicut idem vicarius poterat suam interlocutoriam reuocare, ita & Episcopus: Et ideò valeret ad eundem vicarium, prout dicit Franc. in d. c. 2. in vet. not. & ibi per Geminia. post Lap. col. 2. & eundem Franc. in d. c. dilecti. 3. de appellat. col. 9. vers. 12. quæritur.

EPITOME.

Eligendi ius cui competebat, an collegiatæ vel capitulo maiori.

SVMMARIA.

1 *Claus. clerus huiusmodi, quando de capitulo maiori, & quando de collegiata accipiatur. & nu 4.*
2 *Papa in dubio censendum est vt minus potuit voluisse præiudicare.*
3 *Electio prælati ad capitulum Ecclesiæ, & non ad totum clerum spectat.*

DECISIO CCCCCIIII.

IN vna Salamantin. præeminentiarum proposui du-
biū de mense Nouembris 1546. cui competebat ius
eligendi Abbatem. Et fuit propositnm pluries: & ali-
quando præualebat pars capituli maioris posteà varia
runt: quia non omnes viderant informationem Et vl
tima vice, in qua causam posui, ex quinque votātibus
fuerunt tres pro capitulo maiori, & capitulo collegia
tæ: & in ista audientia non interuenit D. Peregrinus,
quia infirmus erat. Fundamenta illorum trium fuerūt
super illis verbis, Clericus huiusmodi, & canonici cō
gregati eligant prout de antiqua consuetudine Archi
presbyterum elegerunt, ponderādo dictionem, Clerus
1 huiusmodi: Nam cum † in parte superiori Clerus
maior secundum intelligentiam Rotæ intelligatur de
capitnlo maiori, quando postmodum dicitur, Clerus
huius-

huiusmodi, intelligendum erat de Clero maiori, & sic de capitulo maiori. Item quia dicitur prout de antiqua consuetudine Archipresbyterum elegerunt: & certum est, quod de antiqua consuetudine capitulum maius eligebat. Secundum funda-
2 mentum erat: quia in dubio censendum† est, quod Papa voluerit, vt minus præiudicaretur, quòd potuit fieri. Nam si capitulum maius consensit executioni collegiatæ, satis est, quòd voluerit præiudicare sibi, quò ad erectionem, & in expressis, non autem in aliis non expressis, voluit præiudicare. Adde nunc & tertiū fundamentum. Nam si Clerus huiusmodi secundū alios duos, qui stabant pro collegiata ex quo post mentionem factam de Canonicis, dignitatibus, & beneficiatis collegiatæ, sequeretur, quòd totus Clerus collegiatæ deberet eligere, & sic beneficiati, & tamen de iure cō-
3 muni electio† ad capitulū Ecclesię, & non ad totum clerum collegiatæ spectat, & secundū text. & not. ibi in c.1. de elect. Et sic contra istos retorquetur fundamentum eorum, quod fecerunt, quòd ideò capitulum collegiatæ debet interuenire, vt Papa videatur se cō formare cum dispositione iuris communis. Nā intelligendo, clerum huiusmodi, de toto clero collegiatę debent interuenire beneficiati, quod est contra ius cō-
4 mune. Ergo dicendum est, quòd † clerus huiusmodi intelligatur de capitulo maiori, vt minus censeatur præiudicatum ipsi.

EPITOME.

Pater adoptiuus non succedit filio ab intestato.

SVMMARIA.

1 *Pater adoptiuus non succedit filio ab intestato.*
2 *Adoptio ad hoc tantùm prodest, vt filius adoptatus patri adoptiuo succedat, & non econtra.*
3 *Adoptiuus filius non ratione filiationis succedit patri adoptiuo, sed quòd illud solatium adoptanti præstiterit.*

DECISIO CCCCCV.

1 IN vna Bononien. adoptionis de mense Nouembris 1546. coram D. Prospero, quòd pater adoptiuus † nō succederet filio ab intestato: primò quia ita tenet Matth. in tracta. de success. ab intest. in 3. vol 14. memb. princip. & Vital. in simili tracta. in vlt. q. 2. par. & quia tex. in l. cùm in adoptiuis. C. de adop. dicit in hoc tantum volumus prodesse adoptionem. idem dicit text. in §. sed hodie. Inst. de adopt. & ibi Ang. Aret. & text. in § sed ea omnia, Insti. de hæred. ab intest. in quibus
2 iuribus habetur, quòd tantummodò † adoptio prodest ad hoc, vt filius succedat patri ab intestato. Nō obstat quod sumus in correlatiuis, quia diuersa est ratio. Nā filius ita succedit patri: quia ex quo pater in locum filiorum amissorum vel habitorum eum adoptat, ideò lex defert ei successionem, sed non contra. Nam pater non adoptat, vt ei succedere habeat, non autem vult, quòd morientefilio ei succedat. Et ideò succedit filius
3 patri adoptiuo † non ratione filiationis, sed quia præstit illud solatiū patri adoptiuo. Quæ ratio cessat, quando filius moritur, vt latius in informatione dicitur. Et hęc fuerunt resoluta, præsupponendo, quòd tempore obitus filii pater naturalis non extabat: quia eo extante modicum erat dubium, cùm successio ad patrem naturalem spectet. Iterum causa posita die 4. Decembris 1546. fuit idem resolutum, videlicet quòd pater adoptiuus non succederet filio ab intestato.

EPITOME.

Ius patronatus non alteratur ex hoc, quòd quis cū consilio alterius præsentare teneatur.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus laicum non mutatur in ecclesiasticum propter consilium clerici vel præsentatione requisitum.*
2 *Consilium licèt quis teneatur requirere in præsentando, non tamen sequi obligatur.*

DECISIO CCCCCVI.

1 CОram D. Prospero die decima Decembris 1546. fuit resolutum, quòd † si proximior consanguineus, sed de genere, teneatur præsentare ad beneficiū fundatum cum consilio Prioris S. Catharinæ & Guardiani Fratrum Minorum, quod latè ius patronatus dicatur laicum, & non ecclesiasticum, non obstāte quòd proximior teneatur præsentare cum consilio Prioris & Guardiani. Quia ex tali requisitione non alteratur natura patronatus, per not. per Rotam decis. 880. in
2 antiq. Nam licèt † quis teneatur requirere consilium, tamen non tenetur sequi, ad Bar. in l. 1. §. si plures. ff. de except.

EPITOME.

Episcopus habens alternatiuam ad sex in aliis conferre nō poterit.

SVMMARIA.

1 *Papa concedens Episcopo sex menses alternatos an in aliis sex mensibus beneficiorum collationem sibi reseruasse censeatur. & nu. 4.*
2 *Mensis qui non est inter reseruatos, sed iuris & casus communis, an comprehendatur sub alternatiua.*
3 *Casus omissus manet in dispositione iuris communis, nisi sit penitus omissus, aut ad aliquod expressum sequatur, aut tacitè ex coniectura aliqua aliud possit colligi.*

DECISIO CCCCCVII.

1 CAusa Corduben. de qua suprà feci mentionem, iterum posita 10. Decembris 1546. Nam cùm † Papa concessisset Episcopo Corduben. sex menses alternatos dubitauit D. Ant. Augustinus, an in aliis sex mensibus censeretur Papa reseruasse collationem beneficiorum. Et ex quinque votantibus quatuor tenuerunt, quòd sic, videlicet quòd Papa cēseretur reseruasse sibi collationem beneficiorum aliorum sex mensiū. Nam præsupponebatur, quòd Papa stāte regula reseruatoria octo mensium, vt fauore gratioso prosequeretur Episcopum ex octo mensibus concesserat Episcopo duos menses. Et sic cùm anteà stante dicta regula reseruatoria octo mensium Ordinarius non haberet nisi quatuor menses, addendo duos alios menses vult remouere impedimenta quoad illos sex menses: ergo patet, quòd ex illis sex mensibus Papa voluit im-
2 pedimentum remouere. Non obstat, quòd † mensis Martius non sit ab illis octo reseruatis, & ideò quoad Martii mensem casus sit omnibus: & debet manere in dispositione iuris communis, vt cùm illo tēpore, cùm beneficium vacauerit, non vrgeat regula de 4. mensibus ordinariis concessis, ex quo tunc expectatiuæ nō vrgebant, quòd Episcopus Corduben. poterat dicere, ego non vtor potestate cōcessa ordinariis, sed vtor iure communi: Nam regu. reseruatoria non obstabat. Item non erat reg. nulla concedens quatuor menses ordina-

orpinariis,attento,quòd erant expectatiuæ.ergodeiu
re communi poterat Episcopus de mense Martio tan
quam omisso conferre:quia erat dictũ,ꝙ illud, quod
dicitur,quòd casus missus manet in dispositione iuris
communis procedit,quãdo casus est penitus omissus,
secùs si sequitur ad aliquod expressũ,& tacitè ex cõie-
ctura aliqua potest iotelligi,ad Bal. in l.vnic.col. fi.C.
de his quiant.apert.tabul.His autem ex verbis venit,
quòd nõ possit in mense Martii:ergo habetur pro dis
positione,ad glos.in l.tale pactũ.§.fin ff. de pact. & ꝙ
sequatur,patet,quia Papa reseruauerat sibi octo men
ses,& dum posteà gratiosè sex menses concedit,ponit
in fin.ita tamen vt facultate ordinariis concessa non
vtaris: Et sic vult,& in mente sua est,quòd in quatuor
4 mensibus ordinariis concessis non cõferat.Licèt † er-
go tempore vacationis illa regula non militauerit,
quia noo aderant expectatiuæ: tamẽ ex mente Papæ
satis constat de mense, quòd illos quatuor menses
concedere voluit,& sic habebantur pro dispositis,ad
d.gloss.in d.l.tale pactum,de pact. in fino.

EPITOME.

Gratia ad vacatura,facta criminoso,est nulla.

SVMMARIA.

1 *Collatio criminosa facta an sit nulla vel annullatiua remissiuè.*

DECISIO CCCCCVIII.

IN vna Dertusen. Sacristiæ coram D. Peregrino 10.
Decembris 1546.fuit resolutum, quòd licèt sint
1 opiniones,an collatio † criminoso facta sit nulla vel
annullatiua,vt multa congeruntur in c. 2.de rescript.
tamen fuit dictũ,quòd gratia esset nulla ad beneficia
criminoso facta, vt per odiositatem talis gratia esset
nulla,vt per Felin.in d.c.3.vers.limita omnia prędicta
de rescript.& in c.inquisitionis.col. 2.versic.a.limita.
de accusat.

SVMMARIA.

1 *Possessia naturalis ex quibus actibus præsumatur clandestina.*

2 *Naturalis clandestina possessia aufertur per ingressum habentis ciuilem.*

3 *Missio custodum possessionis,qui tantùm viderent ne vitiarent possessionem non est actus possessorius.*

4 *Possessio ciuilis 20.annis amittitur,& cum naturali cõglutinatur,si naturalem amissam tanto spatio recuperare sciens neglexerit.*

5 *Naturalis possessio iusta per ingressum habentis ciuilem non amittitur.*

DECISIO CCCCCIX.

DIe 7.Ianuarii 1547.in causa Tudertin. bonorum
pro parte fratrum de Aquinatis proposui dubium
præsupposito sine veri præiudicio, quòd articulata
pro parte fratrum de Cesis probentur,an propterea sit
sublata possessio D. Francisco,& litis coosortibus, vt
inferatur sequestrum attentatum. Et fuit resolutum,
1 quòd quia probetur,quòd † Crapinus seu Venantius,
pater dictorum fratrum tenutæ della figurella de an-
no 516.& 17.& per duos testes probetur,quòd Cra-
pinus fecerat resecare herbam in dicto loco, & eam
pro suis equis custodiri fecerat:& posteà dederat licẽ
tiam comedendi herbã animalibus huiusmodi dicti
castri,quòd isti erant actus possessorii,ex quibus argue
batur naturalis possessio Crapini: & licèt posteà de
anno 1518.seminasset illam terram & collegisset, ꝙ
illa possessio naturalis erat clãdestina.Et posteà cùm
de anno 1526. Io. de Cesis ex permissione dicti Cra
pini seminasset,& collegisset,quòd ex tali actu illa na-
2 turalis,quæsita per Franciscum,esset amissa.quia † clã-
destina oaturalis per ingressum habentis ciuilem erat
sublata,ad not.in l.clam possidere.§.ad mundinas. ff.
de acquir vel amitt.possess.Et licèt per mortem Cra-
pini dicebator,quòd cùm fratres de anno 1545.de no
uo essent ingressi possessionem, quòd acquisiuerint,
nullo extante possessore,possessionem ciuilem & na-
turalem: Et ideò illa possessio per legatos sequestrari
non poterat. Non obstat,quòd testes Francisci dice-
rent,quòd ipse miserat ab anno 1523.custodes,qui vi
derent,ne in aliquo vitiarẽt possessionem ipsius tenu
3 tæ.Quia fuit responsum,quòd talis † missio custodũ
non dicit actũ possessorium,attẽto,quòd est actus clã
destinus: Imò cùm per talem oppositionem custodũ
præsumatur Franciscus certificatus, & non curauerit
4 per spatium † 20 annorum illam naturalem recipere,
dicitur ciuilem etiam amisisse,per not.per Bart. & a-
lios in l.si de eo.§.de sorte.ff.de acquir.poss.Non ob-
stat,quòd illa naturalis Francisci de anno 1523 separa
ta à ciuili,noo fuit amissa per ingressum factum de an
no 1526.per not.per Ias.in l.clam possidere § qui ad
nundinas.ff de acquir.possess. Quia respondetur,quòd
5 Ias.ibi loquitur † in naturali iusto,prout exemplificat
in vsufructuario,& feudatario : nos autem sumus in
naturali iniusto: & ideò per ingressum habentis ci-
uilem est amissa,per d.l.clam possidere.§.qui ad nun-
dinas.

EPITOME.

Decisio Egidii 662.quo modo intelligatur.

SVMMARIA.

1 *Beneficialem committens causam videtur non solum deducere ius tempore commissionis sibi competens, sed etiam omne quod in futurum quoque competere poterat,si simpliciter certam non exprimendo causam committat,secùs si certi aliquid exprimat.*

2 *Commissio quamuis ius omne,quòd competere potest,comprehendat,si fuerit impetratum post litem cum reo introductam,secùs tamen est si fuerit ante sententia executionem impetratum.& nu.4.*

3 *Ius in commissione impetratum reo comparenti est indicandum,saltem per procuratorem.*

DECISIO CCCCCX.

IN vna Glasquen. Præceptoriæ,coram D. Prospero,
die 10.Maii 1545.fuit dictum, quòd licèt Egid di-
1 cat. decis.662.quòd † committens causam beneficialẽ
videatur non solum deducere ius,quod sibi compete-
bat tempore commissionis,sed omne ius,quod sibi cõ
petere poterat,etiam in futurum,per tex.in c.Abbate
sanè.de re iudic.in 6.Tamẽ quòd illud procedit, quã
do quis simpliciter committit causam,non exprimen
do certam causam in commissione,prout istud sentit
Innoc.in c.Abbate.circa fi.de re iudi.& expressè Sta-
phil.in tract.de lit.grat.& iust.fol.175. pag. 1. secùs
quando exprimit certam causam. Item. fuit dictum,
2 † quòd licèt videatur deducere in commissione om-
ne ius tale,quod competere poterat,tamen si illud ius
fuit

fuit impetratum post litem introductam cũ reo, quod
3 †est ei intimandum, si reus comparuerit saltem per
procuratorẽ, per decis. Rotæ. 320. in nou. secus tamen
4 erit, si illud ius fuit † impetratum ante executionem:
quia dicta decisio 320. tantùm loquitur, quando ius
fuit impetratum post litem introductam, vt sentiunt
rationes per decis. allegatæ.

SVMMARIA.

1 *Resignatio sola quando non præstet titulum coloratum.*
2 *Ex regulis generalibus qui ius alicuius sibi vult vendicare, tenetur portionem vacationis probare, si de prædecessoris iure nihil constiterit.*
3 *Triennalis possessor non tenetur iustificare auctoris sui titulum, si ille in possessione decesserit: secùs si tempore impetrationis non auctor, sed alter in possessione fuerit.*
4 *Prædecessor si tempore impetrationis non possederit, non tantùm probandus est fuisse possessor, verùm etiam quod fuerit pacificus triennalis.*

DECISIO CCCCCXI.

DIe decima Ianuarii 1547. proposui dubium in cau
sa Hispalen. dimidiæ portionis, præsupposito, quod
de nullo iure Didaci constet in actis, sed tantùm de
1 resignatione † facta in manibus ordinarii per Didacũ,
vigore cessionis Francisci de castro possessionem por
tionis accepit, an constet de titulo colorato Francisci
de Venegas ad effectum regulæ de triennali. Et fuit
resolutum, quòd non constaret de titulo colorato.
Nam Didacus de anno 1524. lite pendente in mani-
bus ordinarii cessit, & illa cessio quãuis sit nulla, quia
lite pendente, tamen vigore illius possessionem amisit
quia constabat, quòd Franciscus della Cuesta octaua
Aprilis 1523. vigore collationis sibi factæ possessionẽ
assecutus fuit: & ideò quando posteà de anno 1527.
Franciscus Venegas impetrat per obitum Gometii,
& ipse Franciscus voluit venire ex iure Gometii, se-
quitur, quòd ex illa impetratione nullum ius quæsi-
2 erat: si autem quod † per regulas generales vult capere
ius Didaci, dicitur, quòd cùm regulæ dicant, ex cuius
cunque persona vacet, quod oportet docere, quomo-
do portio vacauerit ex persona Didaci, ex quo non cõ
stabat de aliquo iure Didaci in actis. Nec obstat, quod
3 dicit, quòd ipse tanquam † triennalis possessor non te-
nebatur iustificare titulum Didaci, quem dicebat au-
thorem suum: quia illud est verum, quando ille deces-
sisset in possessione: sed tempore impetrationis, non
ipse Didacus, sed Franciscus della Cuesta erat in pos
sessione, & constabat in actis, quòd ad instãtiam ipsius
Francisci de Venegas erat declaratum per tres instan
tias, nullum ius ipsi Francisco de Cuesta competere:
ergò non habebat locum illud, quod dicebat, quòd
non tenebatur ius authoris Didaci verificare quia Di
4 dacus non decesserat in possessione. Item vt illud † sit
verum, non oportet probare solùm, quòd auctor fue-
rit possessor, sed & pacificus triennalis, quod in isto ca
su probatum non erat.

EPITOME.

Interruptio præscriptionis contra fideiussorem non nocet contra principalem.

SVMMARIA.

1 *Interruptio præscriptionis contra vnum prodest contra alium in duobus reis: secus in reo & fideiussore.*
2 *Interruptio facta contra reum vnum non nocet fideiussori, & econtra & qua. e. & nu. 6.*
3 *Fideiussores duo principaliter & in solidum obligati non interrumpunt contra se inuicem præscriptionem. & numero 5.*
4 *Statuta loquentia de debito non procedunt in iurato debito.*

DECISIO CCCCCXII.

EAdem die 10. Ianuarii 1547. proposui dubiũ in
Romana Granorum, an per petitionem cõtra fi-
deiussorem infra tempus 16. annorum sit interrupta
præscriptio statuaria contra illum principalem. Et
1 fuit resolutum, quòd non: quia † licèt in duobus reis
interruptio contra vnum prosit contra alium, iuxta
tex. in l. fi. C de duob. reis. Tamen in reo & fideiussore
secus est, per ea quæ latè ponit Bald. in tracta. de præ
scrip. in 5. part. 6. princ. in 4. q. dum concludit, quòd
interruptio † facta contra reum vnum non nocet fide
2 iussori & econtra: & ibi post Bart. in l. cùm quis pro
eo. ff. de solut. ponit duas rationes. Prima est, quando
reus & fideiussor tenentur diuersa specie obligationis
Secunda est, quia vna est principalis, altera accessoria.
Non obstat, quòd illud procedit, quando essemus in
reo, & simplici fideiussore, sed nos sumus in eo, qui
principaliter promiserat. Nã Iulianus Lenus accipie-
bat grana mutuò, & promittebat restituere: & promi-
serat, quod suæ obligationi accederent duo: qui acces
serunt, & promiserũt principaliter, & insolidũ. Vnde
3 † cùm fideiussores essent principaliter obligati, dicen
dum erat de eis prout de duobus reis. Sed fuit respon
sum, quòd licèt fideiussor sit æquè principaliter obli-
gatus, tamen per hoc non restat, quòd illa obligatio
dicatur esse accessoria, & tenetur vt fideiussor, secun-
dũ glò in auth. decernimus. & ibi posui longã apostil-
lam, & iuxta Hippol. in rub. de fideiuss. nu. 62. Nõ ob-
stat, quod petẽdo contra fideiussorem creditor nõ di
ceretur esse negligens in petendo debitum, prout ne-
gligentiam istam considerant statulatã in .lib. quęst.
4. loquentia de creditore non petente debitum infra
16. annos: quia fuit responsum, quòd stante opinione
probata nõ noceat principali, certè creditor fuit ne-
gligens in petendo à principali. Non obstat, quòd sta
4 tuta † loquentia de debito non habeant locùm in de-
bito iurato: quia statuta volunt, quòd instrumẽta non
faciant fidem post 16. annos, & ideò comprehendunt
etiam debita iurata. Item fuit dictũ, quòd cùm D. Fœ-
5 lix non † dedisset infra tempus, de quo in instrumẽto
grana, quod licèt post tempus Iulianus confessus fuis-
set recepisse grana, quòd Iulianus erat obligatus ex
cedula ex alia obligatione: quia illa continebatur in
instrumento, & circa illam obligationem non fuerat
6 Iulianus interpellatus. Et licèt quando † pro parte D.
Fœlicis fuit inceptum agi contra fideiussores, intimas
set principali litem, tamen per hoc fuit interrupta præ
scriptio statutaria, ex quo nõ fuit facta pro parte cre
ditoris.

EPITOME.

Sententia licèt non sit mandanda executioni contra possessorem, quando duo competitores se infringunt: secùs tamen erit, vbi petitur, quòd solùm sententia feratur pro primo habente causam instructam.

SVMMARIA.

1 *Lis à quo. ff. de rei vendic. non procedit, quando duo competitores inuicem agunt, agiturque de executione sententiæ.*

2 *Lis*

2 *Lis à quo de rei vend. in duobus competitoribus locum sortitur, si alter instructam & alter non instructam habeat causam in executione sententiæ.*
3 *Sententia si contra possessorem proferri petatur nullum sit tertio præiudicium: secus si de possessione plena proloquatur iudex.*

DECISIO CCCCCXIII.

IN vna Placentin. Canonicatus & præbẽdę coram
D. Reomano 13 Ianuarij 1547. fuit dubitatú, quòd
1 †licèt his à quo. ff. de rei vend. non habeat locum quã
do duo competitores mutuo se confringunt, & agitur
de executione sententiæ per ea quæ dicit Felin. in c.
cùm nunquàm. col. 4. in 3. limit de re iud. per not per
Innoc in c. veniens 2. de testib quia illa iura dicuntur
procedere, quando agitur de executione sentẽtiæ: Ta
2 men quando † ageretur de executione sententię, sed
duo competitores agerent contra tertium possessoré,
tunc si primus habet instructam causam contra posses
sorem & secundus, qui obiecit, si nõ habet causam in-
structam, dato, quòd sit competitor, & litiget contra
tertium, tamẽ non potest retardari iudicium, quin sen
tentia feratur pro primo habente causam instructam
contra possessorem, per decis. Bisig 4. de iudic. & licet
Alex. in addit. ad Bart. in d. l. is à quo. dicat contrariú,
allegando Innoc. videlicet, quando petitur executio
3 fidei. Et ratio est, dato, quòd † possessio sit plena, sem-
per fit aliquod pręiudicium: sed secus est, quando pe
titur tantùm, vt sententia contra possessorem feratur:
quia nullum præiudicium fit illi tertio.

EPITOME.

Collatio, facta criminoso vigore literarum ad vacatura quomodo teneat.

SVMMARIA.

1 *Collatio criminoso facta vigore literarum propter odium eorum nulla est, si criminosus sit inquisitus & graue crimen sit & peccatum.*
2 *Duellum clerico de iure est probibitum.*
3 *Collatio facta clerico, qui laicus interfuerat duello, idque ex mandato motus proprij valet.*

DECISIO CCCCCXIIII.

FVit resolutum in vna Dertusen. Sacristiæ corã D.
Peregrino Iabio 10. Februarij 1547. ꝙ licèt Felin.
1 in c. 2. col. 3. de rescript. dicat, ꝙ † collatio facta crimi
noso vigore literarum ad vacatura propter eorum o-
diositatem sit nulla: Tamen ꝙ Felinus erat intelligen-
dus secundum cõsilia, quæ allegat vers. 2. Cald. 20. de
pręben. & cõs. 4. de accept. quãdo criminosus erat in-
quisitus, & erat graue crimen, & peccatum: vt erat in
casu illo in duello suscepto per Ioan. de Imola, qui nõ
probabatur, ꝙ tempore suscepti duelli esset clericus,
2 licèt † duellum sit prohibitum de iure, per text. in c.
monarchia, col. 1. tamen propter generalem consuetu
dinem pactú est attentatum vt dicit Deci. consi. 487.
3 & 680. Tamen quia tẽpore suscepti duelli erat † laicus
& posteà effectus clericus habuerat mandatum de
prouidendo motu proprio, quòd collatio ei facta vi-
gore tantùm literarum erat valida, licèt diceretur pa-
ctum, pro quo facit, quod dicit Felin. in c. dilecti. col.
2. vers. sed teneo partem contrariam de except.

EPITOME.

Regulæ publicatæ sub die 4. Nouembris per quæ verba derogatum.

SVMMARIA.

1 *Claus. non obstantibus premissis ac nostris & aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & c. an sufficienter regulæ publicatæ in contrarium antea concessa derogret. & nu. 4.*
2 *Cancellariæ regulis in specie est derogandum, nisi specialis regularum derogatio præcesserit.*
3 *Appellatione constitutionum aliis quoque regulis derogare vult Papa.*
5 *Claus. & aliis constitutionibus, non comprehendit constitutiones maiores expressas.*
6 *Regula reuocatoria quando pro expressa habeatur, etiamsi specialiter expressa non sit.*

DECISIO CCCCCXV.

PRoposui dubium in causa Leodicen. custodię, 4.
Ianuarij 1547. an reseruationes per. S. D. N. cuidam
Thomę Vandeto concessę, & pro parte Martini affir
mantis possess. product. obstet. reg. cãcellarię reuoca-
toria gratiarum ad vacatura 4. Nouembris 1540 pu-
blicata Et sciendum est, quòd S. D. N. 25. Februarij
1540. publicauit regulam reuocatoriam omnium gra
tiarũ ad vacatura exceptis concessis, & in futurum cõ
cedendis cũ reg. derogatoriis, etiamsi dictę constitu-
tionis derogation iderogaretur, quòd intelligeret es-
se derogatum. Et quòd si aliqua in futurum emanaret
censeretur regula dicta publicata singulis diebus post
concessionem Posteà de anno 1540. die 4. Nouemb.
publicauit regulam etiam reuocatoriam omnium gra
tiarũ & expectatiuarũ concessarũ & concedendarũ, ad
vacatura cum protestatione, quòd non valerent & cũ
derogatione præsentis cõstitutionis. & hoc quinquies
in regula ponitur, ꝙ si gratia aliqua concederetur, re-
gula haberetur pro publicata singulis diebus post cõ-
cessionem. Posteà de anno 1542. & sic post publica-
tionem dictarum literarum, concessit Thomæ supra
dicto fratri Vterino Illustrissimæ D. Marguaritæ ab
Austria gratiã reseruæ seu mandati de prouidendo ad
summã 500. intuitu dictę Illustrissimę Ducissę: etiam
non obstan. pręmissis, ac nostris, de non obtinen. cano
nicatum & pręben. in Cathedrali Ecclesia ante
14. annũ impletũ, & de nõ acceptandis beneficiis ge-
neraliter reseruatis vel affectis vigore gratiarum expe
ctatiuarum, ac de idiomate, reuocatoriis publicatis,
nec aliis 25 Februarij: & inseritur totus tenor dictę re
gulę, & postea dicit, & aliis cõstitutionibus & ordina-
tionibus apostolicis, quorũ tenores, &c. Dubitaui e-
1 go, an † per regulam, nõ obstãtib. fuisset sufficienter
derogatũ regulæ publicatæ 4. Nouemb. 1540. Et fuit
per omnes Dominos vnanimiter cõclusum quod esset
sufficiẽter derogatũ, & ꝙ de mẽte Papæ cõstaret eum
voluisse dictæ regulę derogare. Nã cùm derogauerit
ad effectũ validitatis tribus regulis cãcellarię, & posteà
derogauerat regulę reuocatorię publicatę sub die 25.
Februarij cũ clausula, & aliis cõstitutionibus, quarum
tenores & c. certè satis videtur de mẽte Papę, ꝙ volue-
rit tollere omnes regulas reuocatorias impeditores
2 effectũ ipsius gratia nõ obstãte, ꝙ regulis † cãcellariæ
sit in specie derogandũ, vt p Sarn. in procemio regu-
larũ cãcellariæ: Et sub illis verbis, & aliis constitutio
nib⁹, nõ debet cẽseri regulis cãcellarię derogatũ. Quia
fuit dictũ, quod est verum, nisi præcederet derogatio
regularum in specie facta: quia sicut illas constitutio-
nes

3 nes appellauit,ita etiam † sub appellatioue aliarum constitutionum alijs regulis derogari voluit. Non obstat,quod si Papa derogauerit regulæ reuocatoriæ publicatæ sub 25.Februarij, non sequebatur etiam alijs derogare voluisse maximè cum iam quinquiesde illa reg.publicata 4.Nouemb. 1540.Papa protestatus fuisset etiam cū præsentis cōstitutionis derogatione Et sic propter geminationem constabat de enixa voluntate condenti regulam,quod illi omnino intende bat derogare. Item quia regula publicata de anno 1540.pinguius reuocabat: idem reuocabat etiam expectatiuas,& tamen illa verba, sub die 25. Februarii non reuocabat:& ideò non videbatur bona illatio de vna ad aliam,quia ad omnia fuit responsum,quòd plus & minus nō faciūt differre specie,l fi.ff.de fid.instru. licèt vna reg.pinguius reuocaret quā alia,& plus præseruatiua pregnantissimas regulas haberet: tame sub stantia non differebat ab alia,& semper dicebatur re-
4 gula reuocatoria. Vnde cùm † esset derogatū regulæ reuocatoriæ sub die 25. Februarii,& aliis constitutionibus,& ordinationibus apostolicis cum regula,quarum tenores,&c. sequebatur,quòd aliis reuocatoriis regulis derogatum censetur Et per hoc etiam respon
5 debatur,dum dicebatur,quòd† dictio,& aliis constitutionibus,non comprehendebat constitutiones maiores expressas.Nam dicebatur ,,quòd quantumcunque haberet regulas fortiores per hoc inhibita nō erat re-
6 uocatoria. Item dum†dicebatur,de aliis constitutionibus quarum tenores &c.illa reg.habebatur pro expressa,maximè cùm ad aliā constitutionem illa verba & aliis constitutionibus,referri non poterant.Et si aliæ constitutiones reuocatoriæ non venissent,frustrà fuisset per Papam derogatū regulæ sub die 25.Februarii.Ne ergo actusdicatur frustratorius,dicendum erat quòd aliis constitutionibus reuocatoriis ex mente Papæ cēsetur derogatum.

EPITOME.

Priuilegia scriptorum Apostolicorum circa acceptationē beneficiorum in mensibus ordinariis quomodo intellecta.

DECISIO CCCCCXVI.

IN vna Calaguritan.canonicatus &præbendæ de Logronio,coram D.Fabio 24.Ianuarii 1547. fuit conclusum,quòd priuilegia scriptorum apostolicorum in illis verbis, Quòd quia singulis scriptores &c. in quibus ipsis videtur concedi, vt possint acceptare vnum non reseruatum,nec affectumin mensibus ordinariis,intelligerentur de vno regulari non autem seculari.Ratio fuit,quia in parte præcede , videlicèt in verbo,ipsiq́ue scriptores, in qua d... ..lis facultas expediendi ad tres collationes & ad tria beneficia, dum loquitur de secularibus, dicit, At ipsa secularia canonicatus,præbendę,dignitates non tamen maiores &c.Et non loquitur de beneficiis reseruatis ,dum loquitur de regulari,dicit,At regularia Prioratus,Preceptoriæ,Præpositure administratio,vel officium,vel aliàs,vt præfertur reseruatum &qualificatum.Et pòst in versiculo,sed quòd singuli scriptores,dum dicit, ꝙ possunt vigore gratiarū concessarum & concedendarum vnum ex secularibus aut regularia beneficia huiusmodi,etsi,vt præfertur,reseruatum aut affectum,& aliàs qualitercunque qualificatum fuerit , aut etiam nec reseruatum nec affectum existerit, & tamen pro parte superiori reseruatum,non autem de seculari reseruatum.Et etiam istud verbum minutauit in verbo posteà sequente.Et ratio potest esse,quia ex hoc non grauat ordinarios regulares,nisi invno regulari ex tribus voluit etiam eos grauari in mense ordinario:quia secus est in secularibus, in quo grauat ordinarios in duobus,voluit eos grauare in mensibus ordinariis.

EPITOME.

Appellatio extraiudicialis informiter interposita seu intimata quòad appellantem appellato volente deuolui censetur ad curiam tantùm ad effectum vt beneficium donec declaretur voluntas appellati,quòd velit causam esse deuolutam, sit interim litigiosum.

SVMMARIA.

1 *Appellatio extraiudicialis informiter interponitur, cū interponens habet quidem mandatum,sed de eo interpositionis tempore non constabat.*
2 *Appellatio extraiudicialis informiter an appellato volente possit deuolui ad cu iam & nu. 8.*
3 *Appellatio extraiudicialis ritè non facta,sed intimata statim causam ad curiam deuoluit,si de appellātis praiudicio agatur,poteritque appellatus causam in Curia,quandocunque voluerit prosequi.*
4 *Appellatus obtinens decretum citationis contra executionem,beneficium respectu committentis fit litigiosum, quāuis non esset facta executio.*
6 *Clem.causam.de electione.quomodo intelligatur.*
7 *Appellans extra iudicialiter scriptum citat : qua citatio informiter facta licèt appellanti non tamen appellato praiudicat.*

DECISIO CCCCCXVII.

1 IN vna Salamantin.portionis casus erat,quòd †appellatio extraiudicialis erat informiter interposita: quia ille,qui appellationem interposuerat, licèt haberet mandatum, tamen de eius mandato tempore appellationis interpositæ non constabat. Dubitanit ergo D.Fabius causæ Auditor 19.Februarii 1547. præ-
2 supposita deuolutione ex parte† appellantis an intelligatur appellato volēte.Et maior pars inclinauit,quòd sic,per ea quæ tradit Bonifa.inClem.causam.in 6.oppo.& in 7.oppo.in versic.concludo.de elect.vbi videtur sentire,quòd ita demum deuolutio fiat,si appella-
3 tus voluerit.Et dicebatur,quòd †appellatio extraiudicialis si erat informiter interposita & intimata, in prę iudicium appellantis statim causam ad curiam deuoluebat , secūdum decis.Egid.273.& ideò poterat appellatus quandocunque causam in Curia prosequi,vt etiam sentit gloss.in d.Clem.causam.in verb. deuoluto.in fin.de elect.Et ideò quia causa in preiudicium appellantis erat deuoluta,&appellatus prosequebatur causam in Curia,dicebatur beneficium fuisse sibi li-
4 tigiosum,ex quo ipse sibi met litem† intulerat, sicut dicimus de obtinendo decretū citationis contra executionem,vt respectu committentis beneficium litigiosum existat,quamuis executio non esset facta secundum notorias decisiones nostras.Et illud, quod
5 dicitur,quòd appellatio†non formiter intimata deuoluit causam volente appellato,intelligitur non solùm in preiudicium appellantis,sed etiam appellati.Quoniam Doctores dicunt,quòd appellatio non legitimè interposita seu intimata deuoluit in preiudicium appellantis necessarium est dicere,quòd ipsi non intelligebant etiam appellato ignorante, quia quandocunque habuerat notitiam appellatus de illa appellatione interposita poterat illam in Curia prosequi. Et istud est,

6.quod dicit † Bonifa.in d.Clemen.causam dũ dicit,
quòd appellato volente poterat illam prosequi, & sic
respicit prosequutionem: ergò oportet, quòd anteà ap
pellatio illa esset deuoluta.&pro ista parte facit decis.
38.in nou vbi dicit, quòd ante Clement.causa quòad
appellantem erat deuoluta: quia tenebatur ire vel mit
tere procuratorem.& Clemen.causam.solùm proce-
dit in appellato, & ideò deuolutio quòad ipsum ap-
7 pellantem non tollitur per d.Clemen causam.quia †
appellans extraiudicialiter per ipsam appellationem
seipsum citabat, quæ citatio informiter facta, licèt prę
iudicaret appellanti, tamen per dictam Clemen.non
præiudicabat appellato, in cuius fauorem fuit per di-
ctam Clemen.introducta, vt appellationis intimatio
fieret, aliter appellatio non deuoluebatur, vt patet in
d.Clemen. causam.in 9.limit.quia respondebatur, ꝙ
illud erat in fauorem appellanti, respectu autem ap-
pellationis nihil erat innouatum, secundm d.decis.Ro
tæ 38.in nou Et ideo istis vtlis dixerunt Domini, quòd
causa iterum proponeretur, quia aliqui ex Dominis,
qui inclinauerant pro prima parte, inceperunt dubi-
tare. Et sic iudicatum fuit in illa audientia resolutum
28 Ianuarij 1547.causa iterũ posita, illi quatuor Do-
8 mini perstiterunt in illa opinione, quòd causa † non
esset deuoluta, nisi appellato volente, per dictum Bo-
nifa. D.Peregrinus & ego fuimus in oppositum, ꝙ in
præiudicium appellantis esset deuoluta.

EPITOME.

Filiatio quando probetur: & quasi possessio filiationis ex quibus etiam probetur.

SVMMARIA.

1 *Filiatio communi voce & fama, nisi alia adsint admi-
nicula, non probatur.*
2 *Filiatio vltra 60. annos habetur pro antiqua, cuius qua
si memoria haberi non potest.*
3 *Filiatio quando per famam probetur & nu.4.*
4 *Filiatio aliter probatur, cùm agitur de successione pa-
tris vel generis, aliter, cùm de successione matris & co
gnationis.*

DECISIO CCCCCXVIII.

DIe 24. Ianuarij 1547.in causa Anaguina Castri
Suruillæ proposuit dubium, præsupposito, quòd
testes pro parte D.Horatij dicunt, quod D. Horatius
fuit reputatus filius Ioan. Felicis & Magdalenæ, & ma
ximè in loco Carpinellæ, in quo Io Fœlix & Magda-
lena habitabãt mortui & sepulti sunt. Et vnus ex his
dicat vltra reputationem illorum, quòd Io.Felix Ho-
ratium pro filio suo tantummodò reputabat, an ex di
spositione huiusmodi probetur, ꝙ dictas Horatius
sit filius ad effectum successionis super spolio. Et at-
tento, quòd agitur de filiatione vltra 60. annos, fuit
1 resolutum quòd filiatio probaretur. Nam licèt com-
munis vox & fama sine aliis adminiculis non probent
filiationẽ, vt per Dd.in c.per tuas de probat. Salice.in
l.3 ff.de testibus Alciat. in tract.pręsump. Tamẽ fuit
di ctũ, ꝙ illud procedit, vbi tractatur de filiatione anti
qua, vt quasi memoria haberi non possit, Salic. in
l.3 .in princ.col.fin.ff.de testibus.cùm igitur hic age-
2 retur de † filiatione vltra 60.annos dicebatur esse
filiatio ita antiqua, vt quasi memoria haberi non pos-
sit. Et præterea verba Salicet. ita videntur capere fi-
liationem antiquam nõ propriè pro tempore 100.an
norum, sed vbi sumus in tempore, in quo cum difficul
tate memoria haberi possit. Item dicebatur, quod hic
etiam erant alia adminicula: nam erat vnus testis, ꝙ
Io. Fœlix reputabat illum pro filio, & sic cum com-
muni voce fama erat tractatus filiationis. Et licèt di-
ctũ vnius testis plenè non probet, tamen erat saltem
semiplena probatio, & saltem adminiculum aliud:
etiam adminiculum erat, quia Horatius habitabat cũ
Ioan. Fœlice. & sic ista satis erant pro adminiculis. Et
3 dicebatur, quòd † Horatius patiebatur, quòd Ioan
Fœlix illum pro filio tractaret, & illa patientia satis
inducebatur, quòd sic videbatur adduci filiatio non
principaliter, sed incidenter: quo casu per famam p-
batur filiatio, vt dicit Ias.in l.neque professin.C.de
testam. Item quòd ex quo agebatur de possessorio, ꝙ
eramus quasi in præparatoriis, iudicij, non autem in
decisoriis, quo casu etiã sufficit fama, vt per Ias.in d. l.
neque professio. Sed ista duo vltima fundamenta non
multum mihi placent. Et licèt Gozad.dicat in consi.
13.ꝙ non omnia articulata per Bartol.in l.filium cum
definimus. sunt necessaria copulatiuè ad probandum
filiationem, prònt alia cons.ibi posuit in addi.ad eum
tamen ad ea, quæ suprà dixi, etiam ponit Alcia.in d.
4 tractat.præsumpt. † sola famą non probat filiationem
Et aduerte ad vnum, quod dicit Salice.in l.quoties.ff.
de probat. quòd vno modo probatio filiationis est
5 facienda, quando † agitur de successione patris vel
generis, alio modo, quando agitur de successione ma-
tris & cognationis.

EPITOME.

Prælatus solus quando possit Ecclesiæ præiudicare, vt non habeat locum Paulina.

SVMMARIA.

1 *Hospitale an possit cedere iura hæreditaria prælato, & an
cedentis obstet Paulina.*
2 *Prælatus solus potest hæreditatem & legatum repudiare,
& ecclesiæ in acquirendo præiudicare.*
3 *Hospitale cedendo iura sibi competentia in hæreditatem
eam adire videtur, & tamen in consideratione non est
aditio.*

DECISIO CCCCCIX.

HOspitale Martis de Bononia post denunciatio-
nem factam Ab Antonio Maria de Papazoni-
bus sibi cõpetere super tali hæreditate & promitten-
do dari eidem Hospitali iura supradicto iure spe-
ctantia confidens, quòd ipse Antonius Maria litem
expensis suis prosequeretur super dicta hæreditate
contra eum detinentem motam, cessit iura sua in
fauorem dicti Antonij Mariæ, cum hoc, quod in
euentum, in quem sententiam obtineret, teneretur
Anto. Maria. pro parte retinentium bona fuit opposi-
1 tum, quòd † cessio esset nulla. & eis obstabat Paulina
& ideo D.Fabius in vna Bononiẽ. de Papazonibus du
bitauit 24. Ianuarij 1545. an huiusmodi cessioni ob-
staret Paulina: & maior pars voluit, ꝙ nõ quia præla-

2 tus † solus potest hæreditatem & legatum repudiare, & in acquirendo præiudicare Ecclesiæ vt per Ias. latè in l. 1. gatum ff. de leg. 1. si poteras præiudicare, ergo solēnitas aliqua non erat necessaria, vt ibi per Ias.
3 Non obstat, q̄ Hospitale † cedendo iura sibi cōpetentia videretur hæreditatē adire, vt per Rip. cōsil. 170. col. 2. 1. vol. Et ideò nō eramus in acquirendo, sed etiā in quæsito. & ideò prælatus non poterat præiudicare: quia fuit responsum, quòd aditio, quæ fit omninò ad rem habendam, seu alteri renunciandam non est in cōsideratione, prout notabiliter cōstituit Sozi. consi 53. nu. 17. vol. 4. Vnde dicebant isti Domini si acceptando, & in fauorem alterius renunciando, Prælatus Ecclesiæ potest præiudicare, tantò magis in casu nostro, in quo medietas cedebat in euentum victoriæ expensarum Antonij Mariæ, habere in fauorem Hospitalis.

EPITOME.

Mortuus, qui in longinquo moritur, probatur per publicam vocem & famam, & ea stante beneficium deuoluitur.

DECISIO CCCCCXX.

IN vna Cugubina Præpositurae, coram D. Prospero. die 24. Ianuarij, 1547. maior pars tenuit, quòd mors eius, qui decesserit in loco longinquo, probaretur per publicam vocem & famam, per ea quæ dicit Salic. in l. si quidem. C. sol. matr. & Bald. in l. 2. §. si dubitaui. ff. quemad. testamen aperiant. quo casu stante publica voce & fama in loco, si ordinarius infra sex mēses de beneficio non prouidit, deuoluitur, per decis. Egid. 660. & 128. in fin.

SVMMARIA.

1 *Titulus coloratus an ex instrumentis semiplenè probantibus oriatur, vt regula de triennali producenti suffragetur.*
2 *Citati respectu quando lis mota non censeatur.*

DECISIO CCCCCXXI.

DVbitaui ego in causa Hispalen. dimidiæ portionis pro Alfonso de Alnara contra Franciscum
1 Vanegas 28. Ianuarij, 1547. an † ex nouissimè productis pro parte Francisci Vanegas constet de titulo colorato ipsius, vt sibi suffragetur regula de triennali. Nam aliàs resoluit Rota, quòd ex quo non constabat in actis de aliquo iure Didaci, quòd Franciscus Vanegas nec in impetratione per obitū Gomerij, nec in cessione facta in fauorem suum per Ferdinandum Soliz poterat capere per regulas generales ius vacans ex persona Didaci. Ad remouendum hanc solutionem pro parte Frācisci Vanegas fuit producta nona quędam prouisio pro parte Didaci, impetrata de tempore Adriani ad docendum de aliquo iure Didaci, & quòd hoc per clausulas generales potest capi. Tamen fuit
2 tentum, quòd licèt Gometius † commisisset causam, & vigore illius Didacus fuisset citatus, quòd ea quo literis non confectis citatio fuerat executa, quòd respectu citati nulla erat lis. Et ideò Didacus de anno 24. in manibus ordinarij poterat beneficium resignare in fauorem Francisci della Cuesta, & si illa resignatio tenebat de anno 1526. & 27. quando Franciscus impetrat per cessionem in eum factam, & per obitū Gomerij, per regulas generales non potuit capere ius Didaci, ea quo illud erat translatum in fauorem Francisci della Cuesta: & sic nihil ex persona Didaci vacabat.

EPITOME.

Priuilegium de decimis non soluendis datum Cisterrien quomodo intelligitur.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium datum ordini, nunc extendatur ad rerum colonos & nu 3.*
2 *Priuilegia exemptia non res sed personas Ordinum, non excipiunt eorum agricolas à decimarum solutione, quas præstare solebant.*

DECISIO CCCCCXXII.

EAdem die in vna Burgen. decimarum pro Abbatissa & monialibus Monasterij dellas Huelgas contra Ioannem de S. Cruce, proposui dubium, an
1 stante † priuilegio Sixti nouissimè producto, terræ, de quibus agitur, sint exemptæ à pręstatione decimarum, Et præsupponitur in facto, quòd moniales monasterij ordinis Cistercien. habebant multas terras in loco de Stepal, quas dant colendas hominibus istius loci ad centum annos. Nam illi homines pro illis terris siue multum siue parum colligebant, certum censum soluebant. Verba priuilegij de fratribus Cistercie. sunt sequētia. Et nihilhominus pro cautiori cautela Abbatem, Priores, Abbatissas, nec non omnia, & singula monasteria presentia, & futura, vbilibet existētia, sing ulasq; personas dicti Ordinis ad prætatinnē decimarum tam de possessionibus habitis ante & post constitutionem pręfat. acquisit & acquiren. quæ propriis sumptibus excolent & excolunt, q̄ aliter quomodocunque & quantumcunque excolantur, aliquas decimas percipit. Dubitaui ego pro; te. dicta verba priuilegij, an terræ essent exemptę & fuit resolutum
2 quòd non. cum priuilegia † non eximant res sed personas monialium, quòd tunc manet firma conclusio, vbi obtinentes dictas terras tenentur ad solutionem
3 decimarum Priuilegia † enim personalia non extendūtur ad colonos, Abb. & alij in c. ex parte. & sequent. de decim. gloss & Doct. in c. licèt. in verb. excolendas, de decim. Abb. consil. 9. volum. 1. Rota decis. 4. de priuil. in antiq. aliàs 825. Bisignet. dec. 1. de decim. Et pro ista parte, quòd moniales non tenerantur, sed coloni, & censuarij, est glos. in Clem. 1. in dicto verbo, excolendas. in fin. de decim. & ibi Card. q. 3.

EPITOME.

Indultum Cardinalis Rodolphi de beneficiis vacantibus per cessiones in manibus Papæ quomodo intellectum.

SVMMARIA.

1 *Cessione simpliciter in manibus Papæ facta vacat beneficium, secus si in fauorem certæ personæ sit cessum.*
2 *Resignatio quando fiat in fauorem certæ personæ.*

DECISIO CCCCCXXIII.

INdultum Cardinalis Rodolphi de conferendis beneficiis etiam in curia per promotionem, amissionem, vel quancūq; aliam dimissionem etiam in manibus nostris, in vna Tran. & Firman. Prioratuū, corā D. Prospero

5 Prospero 28. Iannarij 1547. fuit decretum ꝙ † benefi
cium vacat per cessionem in manibus Papæ simpli-
citer factam: secus si cessio facta foret in fauorem
certæ personæ: quo casu nisi in fauorem illius admit-
teretur, beneficium non diceretur vacare. Et in ca-
2 dem fuit dictum, quòd † quando in eadem supplica-
tione resignat vnus, & alter supplicat, quòd dicitur re
signatio facta in fauorem certæ personæ: quæ ex quo
sunt in eadem supplicatione videntur omnia corre-
spectiuè facta, ad not. per Felin. in c. pastoralis de re-
script.

EPITOME.

Mandatum ad consentiendum reseruationi pensionis quomodo intellectum.

SVMMARIA.

5 *Procurator quando possit vigore mandati sui liberè & expressè consentire reseruationi pensionis infra consuetum solutionis tempus.*

2 *Mandatum speciale requirentia non veniunt sub generalitate, si in iis quid sit insolitum aut arduum.*

3 *Clausula transferendi nouam habet in fauorem alterius reseruationem, nec sub illa mādati claus. & generaliter omnia alia comprehenditur.*

4 *Claus. in præmissis, & circa præmissa restringit generalem clausulam cum libera.*

DECISIO CCCCCXXIIII.

IN vna Compostellan. parochialis de Addeauenna,
in qua Didacus constituerat procuratorem ad con-
sentiendum reseruationi pensionis annuæ, in fauorem
Petri 160. ducatorum super fructibus dict. parochia-
lis. & aliorum beneficiorum sub pœnis & censuris in
similibus apponi solitis & consuetis, seu quibus pro-
curatori benè visum fuerit, & placeat. Et dicebatur
in dicto mandato, & cum quibusuis aliis decretis, vin-
culis, obligationibus, & clausulis. quibus procuratori
visum fuerit & placebit: & generaliter omnia & sin-
gula alia faciēs, quæ ipse dominus cōstituēs faceret &
facere posset, si præmissis omnib⁹ & singulis præsens &
personaliter interesset, etiāsi talia forent, quæ mādatū
exigerēt magis speciale, quàm præsentibus est expres-
sum. Vigore istius mandati procurator consensit reser
uationis pensionis 160. ducatorum liberè & exemptè
Item quod nisi infra mensem solueret post decursum
terminum. quod esset locus regressui ob non solutio-
nem, Item consensit clausulæ transferen. fuit dubitatū
per D. Ang. die 28. Ianuarij 1547. an vigore supradicti
1 † mandati potuerit procurator consentire reseruatio-
ni pensionis cum dictis regulis. Et fuit dictum, quòd
quóad reseruationem pensionis liberè & exemptè:
quia talis regula est solita concedi quod procurator
potuisset pens. liberè & exemptè consensisse, argum. l.
vel vniuersorum. Item quóad illam regulam, quòd ni
si infra mensem solueret, quòd esset locus regressui, ꝙ
etiam posset procurator consentire. Nam licèt man-
datum diceret, sub censuris & pœnis solitis & consue
tis, & ideò vigore talis clausulæ non potuisset: Tamen
aderat alia regula, prout ipsi procurati visum fuerit.
Et ideò procurator non malè fecit, postquam benefi-
cium à manu resignantis capiebat, poterat principalē
suum obligare, etiam abbreuiando terminum consue-
tum: quia qui vult, debet se benè obligare. Sed fuit
dictum, quòd quóad regulam transferendi non habe-
bat mandatum: Tum quia hodie talis clausula repu-
tabatur impossibilis, argu. not. in l. apud Iulianum. §.
2 constat. de leg. 1. Et † ideò expressè aliquibus etiam
mandatum speciale requirentibus non venit sub ge-
neralitate illud, quod est insolitum & arduum, vt di-
cit Franc. in c. qui ad agendum. §. si aliquis. de procur.
Tum quia mādatum datum dicebat, quod posset con-
sentire reseruationi pensionis 160. ducatorum in fa-
uorem Petri: & in eius fauorem dabat procurator
licentiam. eum obligandi cum quibusuis rebus aliis
decretis, & sic cum his, quę sunt ad colorandum obli-
3 gationem: sed † cùm clausula transferen. habeat no-
uam reseruationem in fauorem alterius, ad istud man-
datum non se extendebat illa clausula, & generaliter
4 omnia alia, &c. Et si importaret † generalē cum li-
bera, tamen restringitur in præmisis & circa præ-
missa.

EPITOME.

Mandata plura eadem die, & coram eodem notario, & testibus facta, quo casu simoniaca.

SVMMARIVM.

1 *Resignationis & regressus mandatum eodem die coram iisdem testibus, eodémque Notario factum est simoniacum, altero habente regressum ex resignantis decessu.*

DECISIO CCCCCXXV.

1 PEtrus Ramirez habebat † regressum ad quandam
portionem per decessum Didaci. Didacus dedit
mandatum ad resignandum in fauorem Iuliani: & eo-
dem die, coram eisdem notario, & testibus, dedit mā-
datum ad consentiendum regressui in fauorē Iuliani.
Mortuo Didaco Petrus Ramirez volebat locū esse re
gressui. Iulian⁹ vigore resignationis volebat exclude-
re Petrū Fuit dictum, ꝙ illa resignatio esset simonia-
ca per dicta mādata eadē die facta. Et licèt Rota plu-
res propter multitudinem mādatorum, quæ eo modo
fuerunt facta, recusauerit iudicare pro simonia: Tamē
isto casu voluit iudicandum fore dictam resignatio-
nem simoniacam, ne vigore simoniæ Petri Ramirez
regressus amitteretur, & ei clarum ius tolleretur.

EPITOME.

Statutum Hispalen. de filiis renunciatorum quomodo intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Filius quando priuetur hæreditate ob hæresim patris reconciliati.*

DECISIO CCCCCXXVI.

IN vna Hispalen. Portionis coram D. Peregrino 28.
Ianuarij 1547. dubitauit ipse, an statutum loquens
de nepotibus hæreticorum seu reconciliatorum ha-
beret locum in reconciliato sponte confesso promissa
1 sibi venia. Et fuit † resolutum, quòd non haberet lo
cum. Quia huiusmodi statutum exorbitans est à iure
communi, vt patet in c. statutum el 2. de hæret. in 6.
Item est contra omne ius, vt filius priuetur propter
patrem. Et ideò strictissimè erat intelligendum in
eo reconciliato. qui præcedente accusatione est coa-
ctè reconciliatus, & cui imponitur pœna publica

DECISIONVM R. P. D. IACOBI PVTEI SACRI PALATII APOSTOLICI CAVSARVM AVDITORIS,



LIBER TERTIVS.

EPITOME.

Salarium non cõuentum non debetur, etiamsi prædecessores essent id soluere soliti.

SVMMARIA.

1 *Salarium non probatis extremis peti non potest, etiamsi à prædecessoribus consuetum si solui.*

2 *Officialis deputatus habere debet salarium, quod consuetum est dari officialibus similia officia exercentibus si ita à dignitate, vel à communitate, vel à Capitulo perpetuò sit constitutum.*

3 *Salarium si sit ratione personæ constitutum personam non egreditur.*

DECISIO I.



IN vna Zamoren. salarij proposui dubiũ die 31. Ianuarij 1547. præsuppoſito, quòd Gundiſaluus esset solitus locare operas suas, non tamen probetur, quòd Antonius Episcopus esset solitus conducere, licèt prædecessores Antonij, & eius successores, consueuerunt dare salarium vltra iura audientiæ suis vicariis, an Antonius teneatur ad salarium, attento, quòd Gundisaluus percepit iura huiusmodi aſcẽdentia ad ducat. 300. & fuit resolutũ per cons. Feder. 218. in fi. & Alex. cõs. 109. vol. 6. Dec. consi. 131. in fin. Sozin. cons. 196 col. 2. vers. 4. & vlt. confirmatur. voln. 3. quæ alias etiam allegata fuere in eadem causa, prout patet in 2. libr. anno-
1 tat. mearum pag. 2. quòd ex † quo non probantur extrema, quod Gundisaluus non poterat petere salariũ Non obstat modo, quòd prædecessores essent consueti salarium dare vltra iura Audientiæ: & ideò stante cõsuetudine officialis videat. operas suas locare iuxta & secundum consuetudinem, iuxta text. in l. exceptio. C. locat. per quem tex. Iaco. de Aret. & Salic. di-
2 cunt ibi, quòd † officialis deputatus debet habere salarium consuetum dari officialibus similia officia exercentibus, ad Alex. cons. 209. vol. 2. circa princip. & Specul. de salario Iud. vers. in præmissis. quia fuit responsum, quòd istud procederet vbi salariũ à dignitate esset perpetuò constitutum, vel à communitate, vel à capitulo: quia tunc officialis simpliciter conductus ad salarium solitum & consuetum tenetur: secus
3 est, vbi † salarium ratione personæ fuit constitutum, & sic consuetudo respicit personam Nam talis cõsuetudo personarum illam non egreditur: vnde licèt prędecessores essent consueti salarium dare. illa consuetudo non egreditur personam illam. & tantò magis ita tenuerunt Dd. cùm Gundisaluus iura aſcendentia ad 300. ducat. perciperet.

EPITOME.

Fama contraria super legitimitate quæ fama præualeat.

SVMMARIA.

1 *Famæ cùm sunt in legitimitate probanda contrariæ, iudicandum est pro legitimitate.*

2 *Fama bonæ magis est standum quàm malæ.*

3 *Cohabitatio maris & fœminæ quóad fœdus matrimonij præsumitur fornicatio, quóad filios verò, legitimatio.*

4 *Fama posterior primam videtur tollere.*

DECISIO II.

IN vna Anaguina Castri Surnilæ bis proposui dubiũ in Rota, præsuppoſito, quòd testes per parte D.
1 Honorati examinati † deponant D. Honoratum in loco Carpineti, in quo parentes cohabitarunt, reputatum ab omnibus eum cognoscentibus pro legitimo, & testes pro D. Io. Bernardo dicũt D. Honoratũ in loco Carpineti, in aliis locis, & diuerso tẽpore reputatũ pro illegitimo, an stãte diuersitate famæ probetur D. Honoratus legitim⁹ vel illegitimus. Et prima vice vota fuerunt paria. Sed secũda vice causa posita, videlicet die 4. Februarij 1547. fuerũt quatuor pro legitimitate, & duo pro illegitimitate. Nã dicebant, ꝙ licet in loco Suruile, quód pri⁹ erat domiciliũ Io. Felicis prędicti Honorati ab initio fuisset fama cõcubinatus: postea recedẽtes à dicto loco Carpineti fuit ibi fama legitimitatis, & ꝙ Magdalena erat vxor. Et licet in Curia Colũnæ videlicet, Cardinalis Colũnæ Prosperi esset mala de legitimitate, Vnde stãte isto dubio, ꝙ oriebatur ex famis cõtrariis, iudicandum erat pro legiti-

2 mitate:quia † potius ſtandum eſt bonę famæ,quàm ma
lę,Hippol.in l.de ioiuria §.plurium.nu.99.ff.de quęſt.
& in conſil.15.nu.20. Itē quia i.la fama legitimitatis
3 magis erat iuris diſpoſitioni conſoua:licet ex † habita
tione maris & fœminæ,quòd quoad fœdus matrimo-
nij præſumitur fornicatio, tamen quoad filios præſu-
mitur legitimatio,ſecundum Dd.& Abb.in cap.tanta.
qui fil.ſint legit.Fel.in c.illud in fi.de præſump.ita iſta
fama legitimitatis erat veriſimilis,ex quo licet Magda
lena nou eſſet ita nobilis,ſed potius ruſtica, & Ioannes
Fœlix dua caſtri Suruilæ,tamen erat orta ea honeſtis
parentib.& diuitib.Item in loco Carpineti cum pōpa
incidebat.& veriſimile erat ꝙ propter filios iam ſuſce
ptos Iuaunes Fœlix ad effectum eos legitimādi Mag-
dalenam deſponſauerat,etiam vt delictum euitaretur,
nec tauto tempore perſeuerare in peccato voluerit:
4 maaimè cum † iſta fama eſſet poſterior, quo caſu pri-
mam videtur tollere.per l.ſi mater.& ibi Bal.& Salic.
C.ne ex delict.Iaſ.in l pacta nouiſſima.C.de pact.

EPITOME.

Statutum Fulginaten.quomodo intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Statum excludens fœminas propter maſculos quando non operetur erga ſororem, cuius frater nullus relictis liberis obiit.*

DECISIO III.

VErba ſtatuti Fulginat. ciuitatis ita ſe habent: Itē
ſtatuimus & prouidemus,ꝙ nulla mulier,ſi dota
ta fuerit à patre vel à matre, auo vel proauo, auia vel
proauia,ſeu per verba de præſenti ſponſa legitimè poſ
ſit venire ad ſucceſſionem ab inteſtato patris vel ma-
tris, aui vel proaui, auiæ vel proauiæ, donec ſupereſt
aliqois maſculus natus ex legitimo matrimonio de li
nea & ſtirpe maſculiua deſcenden.omnium prędicto-
rum vel alicuius ipſorum à quocunq; dotata eſſet,ſiue
etiam poſſit venire ad ſucceſſionem aſcen.ſeu deſcen.
Ea aliquo natus Roſatus & Antonellus,ex Roſato Ia-
cobus & Valeius,ex iſtis duobus nati Marcus & An-
tonius cum aliis litis conſortibus:ex Antonio natus al
ter Antonellus: ex Antonello natus Bernardinus: ex
Bernardino nati Lucretia & Lucius: Lucretia à patre
nuptui tradita & dotata.Poſteà deceſſit Lucius frater,
de cuius hæreditate agebatur poſteà inter Marcum &
Anto. & litis conſortes dicentes,ꝙ per prædictorum
ſtatutum ſoror eſſet excluſa.Ideò 4 Feb.1547.dubita
ui ego,an ſoror excludatur à ſtatuto.Et vna pars tan-
tum in facto informans dixit,qoòd verba eſſent clarè
excludentia ſororem fœminam, donec etiam ſuper-
eſſet maſculus.Cùm igitur hic adeſſent Marcus & An
tonius,& alij maſculi,ergo ſoror erat excluſa:pars ve-
rò contraria allegabat, quòd in iſto ſtatuto Fulgina-
tenſ.caſus erat diuerſus,per ea quæ latè cōſuluit Corn.
quem latiſſimè refert Brun. in tracta.de ſtatut.exclu-
dent.fœmin.propter maſcul.12.art.in 24.q.& quia in
1 parte prima ſtatuti excluditur † fœmina,donec ſuper-
eſt aliquis deſcendentium omnium ſopradictorum,
vel alicuius ipſorum,& ſic copulatiuè vel diſtributiuè.
In ſecunda verò, dum tractatur de ſucceſſione deſcen
deut.dicit,à prędictis.& ſic copulatiuè,non autem po
ſuit diſtributiuè, vt in prima parte ſtatuti excluditur:
&ſic quia non erat maſculus deſcendens ab eodem de
cuius ſucceſſione matris auiæ, & proauiæ agitur, in
quibus conſeruatio agnationis conſiderari non po-
teſt.& ideò quia nihil pro parte contraria allegatur,
Dd.ſequuti ſunt opinionem Corn. de qua per Brun.
in d.loco dicentes,quòd iterum deberet informari ar
ticulus, de quo hic iterum fuit poſitus, videlicet 4.
Martij, 1547. & ambæ partes cum aduocatis infor-
mantibus. Et opiniones fuerunt pro parte contraria
diuerſæ: quia duo tenuerunt pro fœmina,quòd illo
caſu in indiuiduo firmabat obptima ratione Corn.
conſ.134.quem ſequitur Alb.Brun.in loco hic allega
to.& quia non erat æquum, vt fœmina excluderetur.
Alij verò duo dicebant, quòd licet ratio agnationis
conſeruandæ non militaret in caſu iſto ab eis maſcu-
lis non conſiderabatur pro conſeruatione agnationis,
tamen negari non poteſt,quòd à ſtatuto ratio maſcu-
liuitatis non conſideretur, quæ ratio cùm ita milita-
ret in primo cap ſtatuti, ſicut in ſecundo, ergo eadem
diſpoſitio. Et ſecundò dicebant,quòd ſtatutum pro-
pter maſculinitatem excluderet fœminam à ſucceſ-
ſione parentum,quæ magis debebatur filiis,quam ſuc
ceſſio tranſuerſalis debeatur fœminæ: Ergo fœmina
in tali caſu à fortiori erat excludenda. Tertiò, quia
vna pars ſtatuti per aliam partem declaratur. Si ergò
in prima parte excludebat,quando ſupererat aliquis
deſcendens ex prædictis, ita & ſecundo caſu. Primi
quatuor erant diuiſi: Quintus verò ex voluntate qui
erat vltimus reſponſalis non bene viderat caſum, &
ideò noluit votare. Et pro iſta vltima parte,quòd ſi-
cut ſimpliciter excluditur maſculus propter fœmi-
nam, ita & ſecundò allegabatur Corn. tenere conſil.
45.in 4.vol.& conſil.124.in vol.3. ſed iſtud dubium
vltimum nihil fecit,cùm loquatur in ſucceſſione pa-
tris & matris.reſolutionem tamen iſtius dubij.videli-
cet quomodo illud ſtatutum fuerit intellectum,habes
infra deciſ.58.

EPITOME.

§ illud.l.fœmina C.de ſecund.nupt.quomodo intellectus.

SVMMARIA.

1 *Mater cum non poſſit de lucris nuptialibus ad ſecunda vota tranſiens diſponere, ſed ex prioris matrimonij filiis reſeruare debeat, an etiam ad id teneatur, ſi ſecundæ nuptiæ aut ſint nullæ aut inualidæ.*
2 *Lex puniens actum non dicitur punire nullum.*
3 *§ illud.l.fœmina C.de ſecund.nup.loquens in matre habet etiam loco in patre.*

DECISIO IIII.

EAdem die in vna Mediol.coram D.Ant.Aug.fuit
reſolutum,quòd text.in l.fœminæ. §. illud. C.de
ſecun.nupt.volens,quòd mater tranſiens ad ſecunda
1 vota non poſſet diſponere † de lucris nuptialibus,ſed
ex filiis primi matrimonij reſeruare deberet, baberet
locum etiam,quando illæ ſecundæ nuptiæ de facto,&
nulliter eſſent obtentę,per ea quæ dicit Prępoſ.in l.fi.
C.de ſecun.nup. ne plus tribuatur luxuriæ, quàm ca-
ſtitati.Non obſtat,quòd dicit Iaſ.in l.1. §. hęc autem
2 verba.ff.quod quiſque.dum dicit,quòd † lex puniens
actum non dicitur punire actum nullum:quia d.§.hęc
autem verba,huc etiam reſtringitur:cùm eadem ſit ra
tio in actu nullo ſicut in inualido:Nō ita infertur in-
iuria filiis per tranſitum ad ſecunda vota nulliter, ſi-
cut & validè.& ita ſentit Iaſ.in d.§. hæc autem verba,
dum limitat,niſi actus nullus ſit mandatus executioni.
3 Item in eadē fuit dictum, ꝙ † ille §.illud.loquens in
matre babebat etiam locum in patre, prout ita dicit
gl.in d.tex.in l.generaliter.in prin.C.eo.tit.& Dec.in
l.1.in 1.not.C.de ſecun.nup.& Rip.in d.§.illud.

EPITO-

EPITOME.

Notarius exequendo citationem debet apponere testes.

SVMMARIA.

1 *Notario non nisi de actu coram testibus gesto creditur.*
2 *Nutario, cui iuramento præstito de fideli exercitio officij sui executio citationis est commissa, etiam sine testibus creditur.*
3 *Auditori Curiæ creditur, si executoriales decretæ in partibus & intimata reproducantur, & ille quatuor auditis terminis ad declarationem procedat.*

DECISIO V.

IN vna Corduben. de la Perada, coram Do. Rauel-
len. die 4. Februarij 1547. fuit dictum, quòd execu-
tio citationis, facta per notarium, debebat babere te-
1 stes: ex quo † notario non creditur nisi de actu corã
testibns gesto. Et licèt esset ei commissa executio, ta
2 men non dicitur notarius nuncius, cum † propter iu-
ramentum præstitum de fideliter exercendo officium
suum, sine testibus ei credatur dicit contrariũ Bart. in
rubr de fid. instr. & vide, quod dicit ibi Bald. Et in ea-
3 dem fuit dictum, quòd † quando executoriales decre
tæ in partibus intimatæ reproducuntur coram A. C si
auditor procedit quatuor auditis terminis ad declara-
tionem tribunalis, ei creditur, sic gloss. in Clem. mul-
torum. de pœn. Et licèt A C. sit exequutor sententiarũ
nostrarum, fuit dictũ, quòd debet monere, vt coram
eo compareat, si vult ad executionem procedere.

EPITOME.

An sit præiudicium considerabile ex parte antiquorum canonicorum, quod creati per Adrianum viuentibus antiquis habeant votum in choro.

DECISIO VI.

IN vnã Placentin. Archidiaconatus de Borardie 7. Februarij, 1547. proposuit Do. Reomanus dubiũ huiusmodi: An sit præiudicium considerabile canonicorum & dignitatum, quòd creati per nouam Archidiaconatus creationem habeant antiquis viuentibus stallum in choro, & denominationem & vocem in capitulo. Et fuit resolum per maiorem partẽ, quòd sic: quia in supplicatione creationis factæ per Papam Adrianum in fine supplicationis perresignatnram erat additũ, & sine præiudicio. & sic intelligẽdum erat etiã de modico, iuxta not. per Dec. in c. super eo. de offic. delegat. At bic in casu nostro ex receptione vltra numerum canonici dicebãtur grauari, iuxta text. in c. mandatum. de rescript. Item quia in generali consuetudine canonici vltra numerum non habent stallum in choro, nec vocẽ in capitulo, & distributiones quotidianas, prout dicit decisi. 25. de præbend. in nou. & Felin. in c. cùm. de constit. Item considerabatur præiudicium: Nam si aliquis alius Archidiaconus electus seu alius Archidiaconus de Beiarum, stallum haberet in choro, & vocem in capitulo, debet præcedere antiquos canonicos, & ratione præcedentiæ non erat dubiũ, quod erat præiudiciũ ratione vocis in capitulo. Nã cùm antiqui essent quinque, & noui canonici erant nouem, & sic isti tanquam plures in omnibus tractibus semper vincere videntur etiã præiudicium in distributionibus quotidianis, quæ sunt pauciores illis, accrescunt. Non obstat, quòd fauor dictæ Ecclesiæ haberet consiliarios plures, vt dicit Inno. in c. tunc fuit. de cleric. non residen. sed per hoc ille non operatur: quòd illis iam adiũctis & canonicis antiquis præiudicium inferatur.

EPITOME.

Confessio minoris de duobus millibus receptis in instrumẽto venditionis, an sapiat donationem, ita vt comprehendatur primo capite statuti de donat. & pact. non valituris, vide infra decisi. 55.

SVMMARIA.

1 *Qui potest fare e actum, non potest quoque confiteri aliquid, quo actus sibi interdictus efficiatur validus.*
2 *Statutum requirens solennitatem in deuotione procedit etiam in donatione præsumpta.*
3 *Statutũ probibens aliquid censetur quoque probibere per quod peruenitur ad id quod probibitum est.*
4 *Minor vendens & in donatione confitens se recepisse, simpliciter & non ob aliquam causam confitetur, si nihil acceperit.*

DECISIO VII.

DIe 7. Februarij 1547. in vna Romana medieta-
tis Casalis pro petro Paulo & fratribus de Cyta
ra contra Vincentium & fratrem suum de Fabiis pro
posui dubiũ, an confessio de duobus millibus rece-
ptis per minores in instrumento venditionis factę per
minores sapiat donationem, ita vt comprehendatur
sub prima parte statuti de pact. & donat. non valitur.
vel etiã ex ea minor dicatur esse læsus. Et maior pars
tenuit, quòd dicta confessio saperet donationem, ita
vt comprehẽderetur in d. prima parte statuti: qui enim
1 non † potest actum facere, non potest etiam confiteri
aliquid, per quod actus interdictus sibi efficiatur vali-
dus, per dictum Bartol in l. si donationes. de collat. Itẽ
quia si aliter diceremus de facto fieret fraus statuto.
Nam minor qui non potest directè donare, fecerat
contrarium, & fatetur se pretium recepisse, & sic quòd
vna via prohibitum alia permissum foret, quod est cõ
2 tra iura vulg. Et statutum † requirens solennitatem
in donatione, habet etiam locum in donatione præ-
sumpta, Corn. consi. 185. col. 3. vers. his tamẽ nõ obstat.
versic. 2. Tiraq. in tract. l. cõnubia. fol. 159. aut fol.
143. versic. contrarium tamen. & in repet. l. si vnquam
versic. donationes largius nu. 15. de reuocand. donat.
Nõ obstat, quod statutum loquatur in donatione, nos
autem sumus in venditione: quia verum est, quòd sta-
tutum cùm loquatur in donatione, haberet etiã locũ
in donatione expressa, nec etiam in præsumpta, sed ne-
mo præsumitur iactare suum, ad vulg. l. sed de indebi-
to. ff. de prob. quia fuit responsum quòd in persona nõ
prohibita actum facere, vnde nõ patẽte numeratione
non potuit etiam illam numerationem facere. quia ve
rum est, quòd de iure communi minor non babẽs cu
3 ratorem potest facere contractus: tamen † ex prohibi-
tione statuti non potest facere illud, per quod perue-
nitur ad id, quod prohibitum est. Et eodem modo res
pondetur, quòd confessio etiam in contractu inutili
statuto vel iure probatur, vt Ias. post Rom. in l. certi
condictio. § si minore. col. 7. nu. 34 & seq. ff. si cer. pet.
Et quia illud esset verum nisi contradicendo illi con
fessioni deueniretur ad id quod per statutum prohibe
tur, ita de illo dicit August. alleg. ibi per Ias. Non ob
stat, quòd not. per Corn. & alios superius allegatos lo
quuntur vt in donatione simplici, & nõ in donatione

reciproca

reciproca,& ob causam vt videre est.Item loquuntur in donatione accessoria:quia respōdetur,quòd minor
4 †vendens & in donatione confitens se recepisse,certè simpliciter confitetur,& non ob aliquam causam:& li cèt eam respectu venditionis confiteatur, tamen non est verum,quòd aliquid ipse habeat.Item ista confes sio non est accessoria,sed principalis.

EPITOME.

De iure ciuili quòad effectum succedendi quis dicatur legitimus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium si contrahatur cum illa,quæ ex patriæ moribus & honestate familia reprobatur.huiusmodi nuptiæ nec quòad possessionem de iure ciuili dicuntur legitimæ, nec quòad successionem per subsequens matrimonium filij legitimantur,nisi extantibus instrumentis dotalibus.*

DECISIO VIII.

DIe 11.Februarij,1547.in causa Anaguina dubiū proposui,quòd ex forma statuti ius ciuile sit ser uandum,an non dato de matrimonio Honoratus sit iudicandus legitimus quòad possessionem patris in spolio castri.Contra Honoratum,quòd de iure ciuili non posit succedere fuit allegatum , quòd quando
1 †matrimonium contrahitur cum illa,eum ,qua secun dum mores patriæ,& honestatē familiæ matrimoniū contrahi non potest,quòd tales nuptiæ dedecorāt familiam,tunc tales nuptiæ non dicuntur legitimę quò ad possessionem de iure ciuili,secundū Præpos.in d.c. tanta.col.2.vers.sed tamen hoc non obstante. col. 2. vbi attestatur hanc opinionem cōmunem Ruin. cōs. 211.videndum vol.2.Immò fortius dici posit in d.c. tanta.col.21.versic.decem.& per subsequens matrimonium filij non legitimantur quòad successionem, nisi stantibus instrumentis dotalibus,vt ibi per eum:quare ista materia visa fuit Dominis pulchra,& dixerunt, vt eam distinctè examinaret. Et ideò videtur mihi, quòd sit dubitandum præsupposito,quòd nuptiæ Magdalenæ non essent condignæ , & quod resolutum fuit Honoratum præsumi legitimum,an quia non extant instrumenta dotalia in terris,in quibus seruatur ius ciuile,Honoratus dicebatur legitimus quòad effectū successionis personæ:vel priusquam ad istud dubium deueniatur,videtur dubitandam, an stante forma de concubinatu à principio & Magdalena esset de castro Carpineti,honestis parentibus orta , & diuitibus , & Ioan.Fœlix dua castri Suruilæ,an inter eos nuptiæ cō dignæ esse potuerunt,& resoluto isto dubio deueniatur ad primum.

EPITOME.

Minor aduersus regulam de exprimendo vero valore non est restituendus.

SVMMARIVM.

1 *Minor in beneficialibus re non integra non restituitur.*

DECISIO IX.

PEtrus Paulus Renantius ex resignatione Episcopi Esini, patrui sui,habebat Prioratum S. Angeli Fulginat.& in impetratione non expresserat verum valorem fructuum:& quia tempore impetrationis erat minor,dubitauit 11. Febr. 1547. in vna Fulginat. prioratus S.Angeli,an Petrus Paulus minor aduersus regulam de exprimendo vero valore esset restituen-
1 dus.Et fuit conclusum,quòd non:quia†in beneficialibus re non integra minor non restituitur,per not.per Abb.Hosti.Card.& But.in c.ex parte.de rest.spol.quia tractat de vero:& quia hic eramus in re non integra, quia post resignationem factam,in qua non erat expressus verus valor, Episcopus decesserat , & per eius obitum alius beneficium impetrauerat.

EPITOME.

Ex communi fama & reputatione probatur reseruatio beneficij ad effectum absolutoriæ non autem canonizatoriæ.

DECISIO X.

IN vna Barchinonen.Canonicatus& prebendæ, coram D.Mohedano 11.Febr.1547.fuit resolutum , q̄ ex communi reputatione & fama probaretur reserua tio beneficij ad effectum absolutoriæ,non autem canonizatoriæ. Nam ex reputatione & fama fuit probatum,quòd quis sit collectus & beneficium reseruatū Papę,iuxta decisi.Egid.612.in fi.290.& 242.& Rot. decis.20.de offi.deleg.in nou.Beteruz.in trac.de charit.subs.num.12.cum duobus seq.

EPITOME.

Salarium non conuentum aduocato debetur.

SVMMARIVM.

1 *Successor prælati tenetur ad salaria aduocati eū defendentis & ad pecunias pro eo in necessitate expositas.*

DECISIO XI.

IN vna Zamoren.inter Gundissaluum de Monte & Episcopum Zamorens.11. Februarij 1547.dubitaui, præsupposito,quòd Antonius Episcopus detentus in carceribus,fuerit de Imperatoris mandato defensus à Gundissaluo pro eo aduocato,qui etiam propter id pe cunias exposuit,aliàs multoties subueniendo necessi-
1 tatibus de die,an successor†teneretur ad salaria aduocati,etiam quò ad pecunias expositas. Fuit dictum, q̄ teneretur de salario & pecuniis mutuatis, ex quo illæ erant præstitę pro necessitate ipsius prelati,vnde successor teneretur,ad gloss.in c.1.& 3 de solut.Abb.in c. præsentium.de pignorib. & licèt salarium non esset conuentum,tamen aduocato deberi etiam non conuentū,iuxta not.in l.1.§.aduocatis.de variis & extraor. cognit.

EPITOME.

Consuetudo interpretatiua decimarum præscribitur priuilegio.

DECISIO XII.

IN vna Burgen decimarum de Stepal.16. Februarij, 1547.proposui dubium,an stante priuilegio eximēte moniales à solutione decimarum, & depositione te stium deponentium,quòd à 40.annis non soluerunt, & quòd audiuerunt à maioribus decimas non esse solutas,an coloni,contra quos agitur ad solutionem decimarum tenerentur.Et fuit resolutum,quòd præscriptio immemorabilis non probaretur , ea quo non erāt probata omnia,de quibus per gloss.in c.1.de præscrip.in 6.Sed Domini dixerunt,cūm negari non posset,quòd licèt per Rotam resolutum foret, quòd priuilegium esset personale,tamen propter verba ibidē

posita

posita aliquam dubitationem recipere poterat, an videlicèt tale priuilegium reale esset: & ideò quòd non ageretur de interpretatione priuilegij, non solum 40. anni, sed 21. anni sufficiebant.

EPITOME.

Indultum Cardinalis, quòd cessantibus commendis & vnionibus prouideri possit, quomodo intellectum.

DECISIO XIII.

TVllen. parochialis de S. Paulo, fuit resignata in manibus Clementis in fauorem Gualterij, qui admissa resignatione eam vniuit alteri parochiali, quā idem Gualterius posSidebat ad vitam. Gualterius posteà obiit extra Curiam, per cuius obitum cessauit, & parochialis vacauit eo modo, quo prius, iuxta decisi. 2. Cassa. de dominio. & de ea Clemens prouidit, quæ prouisio dicebatur nulla, ex quo pertinebat ad collationem Cardinalis Lotharingiæ habentis indultū, quod cessan cōmen. & vnionibus annullat prouisiones etiā factas per Papam. Fuit dictum, quòd prouisio valeat & indultum illam non caperet, per decisi. 5. Cassad. de priuil. & dict. decisi, 2. de vnion.

EPITOME.

Pensionis terminus quando pro rata inter hæredes transferentis & translatarium diuidi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Pēsionis terminus integer ad translatarium spectat, nec inter heredes & eum diuidi debet, si antequàm dies venerit transferens decesserit.*

DECISIO XIIII.

CVm reseruata esset pensio 2000. ducat. super fructus Ecclesiæ Granaten in fauorē piæ memoriæ Ioan. Matthæi Episcopi Veronen. cum facultate transferendi, qui de anno 1543. sub 4. Decembris in fauorem Reuerendissimi Cardinalis Poli transtulit. Fuit dubitatum 17. Februar. 1547. quæ fuit vltima audien
1 tia illius Carnispriuij, an† terminus Natiuitatis D. nostri, qui posteà per paucos dies cessit, & venit, pro rata deberet diuidi inter hæredes Episcopi & ipsum Cardinalem Polum, iuxta terminum l. diuortio. in prin. ff. solut. matrimon. & per Caccialup. de pension. quæst. 23. & Gig quæst. 13. tamen hoc non obstante in vna Granaten coram Dom. Prospero pro D. Cardinali fuit resolutum, quòd dicta diuisio fieri non deberet, sed ille terminus ad Cardinalem spectaret: quia textus in l. defuncto, de vsufruct. & Moderni in dicti tract loquuntur in actu necessario, nos autem sumus in actu voluntario, vt per Bar. in l. fin. ff. de iur. fisc Et facit, quod dicit Roman. consi. 10. & licèt illa doctrina Bart. in distinct. quam facit in fine posSit retorqueri in cōtrarium, dum loquuntur in priuato, qui non tenetur stare colono, & ideò etiam vacillaret consi. Rom. Et Rot. vnico fundamento fuit mota, quia ante diem Natiuitatis non cesserat, nec venerat dies, & sic actio non erat orta: cùm ergò Episcopus actionem orituraā quòad eam extinguat, & casset, & vltra hoc eum in alium transferat nō reseruato iure quòad fructus præteritos pro rata censetur illud in totum donasse: quia in donationibus plenius voluntatem interpretantur, & ideò diuersa est ratio in moriente: quia licèt quòad eā extinguatur actio, tamen non interuenit aliquis actus ipsius transferentis ius in alium. Et istud suadetur ex forma literarum, in qua dicitur, quòd primus terminus incipit in festo Natiuitatis, ita quòd constat de mēte transferentis, quòd vellet transferre illum totum terminum in translatarium, quia nihil in se reseruauit.

SVMMARIA.

1 *Coloni testificantes locatores suos per 40. ann. decimas soluere non esse solitos, sufficientes sunt testes si de eorum commodo principaliter non agatur.*
2 *Testes ob interesse secundariò veniens non redduntur insufficientes.*
3 *Priuilegium cùm dubitatur an sit personale an verò reale consuetudo sequens dicitur interpretatiua, aut declaratiua & non extensiua.*
4 *Consuetudo interpretatiua contra iuris dispositionem debet esse præscripta spatio 40. annorum.*

DECISIO XV.

IN vna Burgens. decimarum, vigesima quinta Februa
5 rij, 1547. dedi dubium, † an testes examinati sint sufficientes, vt constet de interpretatione priuilegiorum per testes deponentes per quadraginta annos decimas non solutas. Et fuit resolutum, quòd testes essent sufficientes, quia non tractabant de aliquo eorum cōmodo. Nam si tenebantur soluere monialibus pro annuo censu, non dicebantur habere consimilem casum quia ipsi non habebant terras, quas prætenderent esse
2 liberas. Et quando aliquod interesse † coloni prætenderent, illud esset secundario: quo casu testes ex hoc insufficientes non redderentur, iuxta notata in l. dotalibus. C. de testibus. Item fuit resolutum, quòd ita esset interpretatio declaratiua, non autem extensiua, quod notat Aretin. consil. 164. in princip. Nam Domini dicebant, quòd priuilegium Sixti propter ampla verba, quomodocunque & qualitercunque, probabile du-
3 bium recipiebat, an † esset personale vel reale: cùm tamē Rota in informationibus præcedētibus resoluisset, quòd esset personale, & ideò apud homines priuilegiū esset commune dubium, consuetudo sequēs dicebatur interpretatiua & declaratiua, non autem extensiua. Et licèt Sozin. in cōsil. 260. colum 21. in fin. versicul. non
4 obstat 3. dicat, quòd † consuetudo interpretatiua contra iuris dispositionem debet esse præscripta, fuit dictum, quòd ista erat præscripta spatio quadraginta annorum, prout in puncto præsupponebatur: & ideò nō obstat, quòd hic essemus in prescriptione, nam tēpus quadraginta annorum erat decursum quo casu tanto tempore ius præscribitur, c. final. de præscript. Non obstat, quòd in præscriptione requiratur titulus, & cùm Rota resoluerit, quod priuilegium productum esset personale, & non reale, illud bonam fidem ipsis colonis tribuisse non poterat, per no. per Parisi. quæ procedunt in titulo non habente dubiū aliquod. Sed vt superiùs dixi ante resolutionē Rotalem priuilegiū istud probabile dubium habebat, vnde stante tali dubio potuit introduci præscriptio spatio quadraginta annorum.

EPITOME.

Ex publica voce & fama non probatur inopia, ad effectum vt principalis non sit excutiendus in præiudicium tertij.

SVMMARIA.

1 *Publica vox & fama inopiæ non impediunt excussionē principalis debitoris, aut eius hæredis.*

2 *Confessio*

2 *Confessio per procuratorem facta reuocari potest secundum stilum Palatij Apostolici.*

DECISIO XVI.

IN causa Bononien. de Gandulphis proposui dubiū
1 vltima Februarij, 1547. an ex publica † voce & fama, quòd talis obitus tempore erat decretum vna cum confessione resultante ex commissione Iuliæ probaretur, quòd Annibalis esset decretum tempore sui obitus, ita vt non esset executio facienda contra hęredes Annibalis, principalis debitoris. Et fuit resolutum, quòd non: quia fama inopiæ non probat ad effectum, vt tollatur discussio in præiudicium tertij, quod dicitur magnum, Bartol. in l. si constante. in princip. in 2. q. eiusdem princip. ff. solut. matrim. Et ad propositū nostrum ponderat Aquensf. in l. ita stipulatus. ff. de
2 verbor. oblig colum. 5. Quòad † cōfessionem, de qua in commissione, fuit dictum, quòd erat emanata per procuratorem, & ideò poterat reuocari secundū stilum palatij nostri.

EPITOME.

Confirmatio Apostolica de creatione in canonicum quo casu non iudicata subreptitia.

SVMMARIA.

1 *Confirmatoria gratia an stante narratiua, quòd fuit prouisum de præbenda, sit subreptitia.*
2 *Gratiam non omnis vitiat subreptio, sed ea tantùm quæ dolosè fit ad principem facilius mouendum.*

DECISIO XVII.

IOannes Antonius Beroaldus erat creatus Canonicus supernumerarius Ecclesiæ Panormit. Idē petiit
1 cōfirmationem † de dicta creatione, & in cūfirmatiōne narrauit, quòd erat creatus canonicus, & assignata prima prębenda vacatura foret assignata de plenitudine iuris canonici. Fuit dubitatum per Dominū Prosperum vltima Februarij, 1547. in vna Panormitan. canonicatus & prebendæ, an gratia confirmatoria esset subreptitia stante narratiua quod fuit prouisum de præbenda. Et fuit resolutum quod non esset sub
2 reptitia: quia † non omnis subreptio vitiat gratiam, sed ea tantum, quę dolosè fit ad facilius mouendum principem, secundum Egid. decisi. 4. & Cassad. decisi. 1. de prebend. & secundum stilum signaturæ, qui est attendendus, iuxta allegata Lapi 89. Et sic Papa ita concessisset cōfirmationem illius creationis cum expectatiua primæ præbendæ vacaturæ, sicut si non narrasset assignatam præbendam: ergo non erat subreptitia Immo facit, quod narrando assignationem præbendæ vacaturæ Beroaldus expresserat qualitatē, quæ principem facilius retrahere debebat, & nihilominus concessit: secundum decisi. 4. de rescript. in antiquis Bisigne. dec sion. 24. de prebend. Et ideò fuit conclusum, vt pars aduersa, quę dicebat gratiam subreptitiā examinaret peritos, qui dicerent Papam facilius per talem expressionem confirmationem cōcessisse: quia iuxta narratiua in c. relatum, & c. dilectus, de præb. statim quòd quis est creatus canonicus, habet ius petendi prębendam primò vacaturam.

EPITOME.

Verba illa Cardinalis accedente consensu an intelligantur conditionaliter vel dispositiuè.

DECISIO XVIII.

IN vna Maioricen. canonicatus & prębendę verba supplicationis habebāt. Et in dicti canonicatus & præbendæ fiot perpetuò vniri alicui dignitati per eādem creationem in eadem Ecclesia obten. exprimi posset, quæ etiam in dissolutionem vnionis etiā in forma gratiosa expediri possint: posteà in literis perinde valere expeditis dicebatur dictā vnionem Cardinalis ad hoc expressè accedente consensu dissoluen. decernat literas prouisionis dicti Antonij validitatem robo ris firmitatem habeant & ipsi iudices ad illarum executionē procedūt, ac si in illis esset expressum quod dicti canonicatus & præbendæ erant, perpetuo vniti. dubitauit Do. Prosper 4. Martij, 1547. an illa verba ipsius Cardinalis, expresso accedente consensu sunt intelligenda conditionaliter. Nam si in supplicatione nulla fit mentio de cōsensu, sed simpliciter, fuit dictū quod illa verba expresso accedente consensu stabant potius causatiuè, qui accessit consensus dissoluentis quā conditionaliter. Nam si in supplicatione dum dicebatur de dissolutione signaturæ addidisset & de cōsensu, tunc illa verba Cardinalis expresso accedente consensu intelligenda forent si Cardinalis consensus accesserit: qui ablatiui ablatiui stant conditionaliter ex quo supputantur consensum non requirebāt, quia talia verba non erāt in supputatione Et in literis dicebatur Cardinalis ad hoc expressè accedente consensu videbatur talia verba parere potius attestatiuè & dispositiuè quàm cōditionaliter. fuit dictum quod cōsulerentur abbreuiatores.

EPITOME.

Risicum, periculum & fortunam suscipiens in se nō dicitur fortuitum insolitum suscipere seu recipere.

DECISIO XIX.

SVscipiens risicum, periculum, & fortunam in se non videtur in se suscipere casum fortuitum insolitum, vt per Rip. in trac. de peste. nu. 97 cum seq. & ibidem ponit, quis dicatur casus insolitus, remittitur arbitrio boni viri, & non illud, quòd dicitur, quòd tātum ille casus, qui in 100. annis semel euenit. Et ita terminatū fuit in vna Vrsina lacus coram Do. Rauellen. 4. Maij, 1547. per Cagnol. in l. contractus. in fin. de reg. iur. & idem Rip. in eodem tractatu.

EPITOME

In legato eorum, quæ in domo sunt, non veneruut nomina debitorum in casu isto.

SVMMARIA.

1 *Legatum omnis supellectilis, quarumcunque rerum mobilium, & omnium & quarumcunque pecuniarum, annulorū, collariorum, tam auri quàm argenti, cuiuscunque generis & conditionis quæ in domo fuerint, absque vlla reseruatione, & exceptione omni remota, an comprehendat nomina debitorum.*
2 *Legatum continet debitorum nomina, si expressè de mente testatoris id constiterit.*
3 *Verba generalia & geminata si respiciant res mobiles nō extendantur ad iura & rationes tanquam ad tertiam generationem.*
4 *Clausa absque vlla reseruatione & omni exceptione remota, si referatur ad res mobiles, non debet extendi ad tertiam speciem, seu ad nomina & rationes.*

5 *Legatum*

5 *Legatum omnium eorum, quæ in domo sunt, coniuncta perso næ factum co[m]prehendit etiam res venales: secus si extranea fiat.*

DECISIO XX.

1 TEstator legauit in testamento † vxori suę omne quodcunque massaritias supellectiles, & quascu[m]q; res, & omnia & quæcu[m]que mobilia bona, & omnes & quascunque pecunias, annulos, collaria, iocularia, & iocalia tam auri quàm argenti, cuiuscunque generis & conditionis, quæ in domo fuerint absque vlla reseruatione, & exceptione omni remota. dubitauit in vna Bononien domus & bonorum D. Ant. Ang. 18. Martij, 1547. an in legato prædicto venirent literę Ca[m]bij, & scripta priuata, & sic nomina debitoru[m] inuẽta in domo habitationis testatoris tẽpore, eius mortis, stante maximè dicto testiu[m] pro parte vxoris examinatoru[m]. Et fuit resolutum, quòd non venirent, per tex in l. quã nis. de leg 2. & in l. vxorẽ §. legauerat. & l. si mihi mo nia l. quæsitu[m]. §. Papinianus. de fund. instru. leg. Coro. cons. 49 vol. 3. Paris. consil. 82. in dubio 20. inuolum. 2. Et quia dicebatur, quòd discutiendo verba legati nulla illorum poterant importare sub se nomina de-
2 bitorum. Non obstat, quòd vbi manifeste † constat de mente testatoris, quòd tunc veniant nomina debitorum, vt d. l. quæsitum. §. 1. & diceretur constare per verba generalia & geminata, in isto legato posita, ꝙ non videtur reperiri in iuribus superius allegatis: quia
3 fuit responsum, quòd illa verba vniuersalia † & geminata semper videntur respicere res mobiles, & ideò ad iura & rationes tanquam ad tertiam generationẽ extendi non debeant, vt testator censeretur minus grauare voluisse hæredem. Non obstat, quòd testator legasset vniuersaliter cum duabus demõstrationibus, absque vlla reseruatione & omni exceptione remota & idcò debebant venire illa, quæ aliàs sub tali legato venire non debebant, iuxta not. per Bart. in l. generaliter §. vxori. ff. de vsufr. leg. in fi. commẽ. quem sequitur Cur. iun. consi. 45. no. 4. quia fuit responsum, quòd doctrina Bartol. in d. l. generaliter. §. vxori. nihil facie
4 bat ad propositum: cùm illæ demonstrationes, † absq; vlla reseruatione & exceptione remota, determinarent illa verba, res mobiles & bona mobilia, & ideò non debebant extendi ad tertiam speciẽ. Nec obstat. quòd licẽt † in legato eorum, quę in domo sunt, non
5 veniant res venales, vt per Bar. in l. generaliter. si tamẽ legetur coniunctæ personæ, tunc veniu[n]t, vt per Rom. sing. 666. quod & facit ratio prædicti. §. final. vbi plenissimè. ergò & l. si seruus omniu[m]. in fi. de leg. 1. & vxor affini equiparatur, iuxta text in l qui alienum. C. de legat quia fuit respõsum, quòd in l. si mihi venia. erat legatum factum filiæ, & tum in tali legato veniebant nomina debitorum. De dictis testium non fuit habita ratio, quia illa Auditor melius videre volebat.

EPITOME.

Mandatum ad gratiam consequendam habet locum in diœcesi immutata.

SVMMARIA.

1 *Mandata extenduntur ad personas surrogatas etiamsi sint stricti iuris.*
2 *Mandata extenduntur ad annexa, dependentia & quasi vicina ipsi mandato, & iuxta verisimilem mandantis mentem intelliguntur.*

DECISIO XXI.

IN vna Segobien. Canonicatus & præbendę, coram Domino Reomano 11. Martij, 1547 fuit resolutũ, quòd Episcopos Squilacen. qui expediuerat expectatiuam in diœcesi Compo . & dederat mandatum ad consequendam gratiam huiusmodi, & quòd dictus procurator vigore huiusmodi mandati poterat acceptare in diœcesi Segobien postea mutata: quia licẽt diœcesis mutaretur, tamen eadem gratia manebat. nã in mutatione dispositũ batur, quòd signaturę literæ prę dictę suffragẽtur eidem, & tam literarum prædictarũ, quàm præsentium, vigore acceptare posset in Segobiens. in omnibus & per omnia ac si in principio. Et si mutetur diœcesis, non est habenda pro noua gratia propter illam dictionem, in omnibus & per omnia: &
1 licẽt † mandata sint stricti iuris, tamen extenduntur ad personas surrogatas. Rot. decisi. 11. vt lit. pẽden in nou
2 & ideò debet extendi ad diœcesim subrogat. Itẽ † mãdata extendun ur ad annexa, & dependentia, & quasi vicina ipsi mandato, Curt. in l. diligenter. ff. mandat. & mandatum intelligitur iuxta verisimilem mentem mandantis, Sarnen. in c petitio. & ibi Abb. de procur.

EPITOME.

Cessionarius in ista oportet docere de causa cessionis.

SVMMARIA.

1 *Cessionis causa qu[om]odo sit aliter quàm per confessionem cedentis docenda. & nu. 7.*
2 *Cessio n[on] si constet de veritate pretij in omni contractu simulata præsumitur, si sit ex causa onerosa.*
3 *In solutum datio numeratur inter casus exceptuatos per l. per diuersas. C. mand. & si fiat in creditorem cessio, de eius cessionis causa constare oportet.*
4 *Lex si de aliqua loquitur qualitate, de illa constare necessè est.*
5 *L. per diuersas. C. mandat. quis sit verus intellectus.*
6 *Cessio ex causa venditionis cõputatur inter casus exceptos à d. l. per diuersas.*

DECISIO XXII.

BErnardinus de Barcsano mutuauit à Loisio de Rodulphis summam 1200. ducatorum, & posteà confitendo quòd illam summam habuerat à bon. me Cardinali de Soderinis, & quòd erat de eius pecuniis mutuum factum cessit eidem Cardinali actiones suas. Post mortem Domini Cardinalis Franciscus de Soderinis habuit dictas actiones à fisco, & egit contra Aloisium de Rodulphis, cui Francisco agenti fuit oppositum de simulatione cessionis, quia non constabat de causa cessionis. Fuit dubitatum per Dominum Fabium. 4. Martij, 1547. in vna Florentin. pecuniaria, an
1 cessio valeret, & esset probanda † causa cessionis aliter quàm per confessionem cedentis. Et quòd valeret, & non aliter esset probanda causa, quàm per confessionem, adducebatur primò text. in l. quamuis pecuniam. C. si cert. peta. Secundò adducebatur consi. Aretin. 120. in 2. col. vbi expressè illud dicit. Et ratio est, quia in isto casu sumus in casu exceptuato, l per diuersas versicu. excepto. C mandat. Et ideò vt sit differentia inter primum casum illius legis, & casum exceptuatum in primo casu, oportet probare causam: secundò vel non tertio adducebatur cons. Rom. 305. Et in iam partem per ista fundamenta tennerunt duo Domini ex sex votantibus: Tamen quatuor alij Domini tenuerunt

contrarium

2 contrarium, inter quos aderam ego. Nã sicut† in casu
exceptionis oportet, quòd constet de causa, & de veri
tate pretij, aliàs cessio simulata præsumitur, secundum
Bartol. Angel. & alios in d.l. per diuersas. & illud se-
cundum Bart. extenditur ad omnem contractum, ex
causa onerosa, vt etiam ibi Angel. & cõmuniter Dd.
sequuntur: Vnde cùm ista cessio esset ex causa onero-
sa, oportet, quòd constaret de causa. Item quia negari
3 non poterat, quòd datio† in solutum esset de casibus
exceptuatis, vt dicit Bartol. in d.l. per diuersas. in prin.
col. 4. numer. 3. C. ne lic. peten. tenet, quod quandò fit
cessio in creditorem, oportet, quòd constet de causa.
& ibi generaliter infert ad cessionem, quam fecit de-
bitor in fauorem creditoris & dicit, quòd multi deci
piuntur. Eandem tenet additio ad Rotæ decisi. 177. in
non. vbi attestatur de cõmuni opinione. Et facit, quia
4 quando lex † loquitur cum aliqua qualitate, oportet,
vt constet de illa: Si ergò ll. volunt, quòd in fauorem
creditoris possit fieri cessio, verum erit vbi probatur,
quòd ille sit talis, aliàs de facili via fraudibus aperire-
tur. Non obstat, quòd non esset dictum inter casum
exceptuatũ, de quo in princ. d.l. per diuersas. quia fuit
5 responsum, quòd† verus intellectus, d.l. per diuersas.
erat, quòd in principio Imperator vult, quòd cessio
actionis indubitatè sit prohibita. in versicul. ita tamẽ.
ponit Felin. quando sit ex onere vẽditionis, & pro cõ-
currenti quantitate. in versicul. exceptis. ponit exce-
ptionem ab ista fallentia, & in istis casibus exceptuatis
pro modico possit fieri editio, prout ita expressè vult
gloss. ibi in versic. necnon. Bartol. & Angel. & hoc mo
do intelligendo illum text. non faciebat ad propositũ
6 & † si ut cessio ex causa venditionis est de casibus. ex-
ceptuatis, quia potest fieri, vt patet in d.l. per diuersas
7 in versicul. ita tamen. non statur† in illo casu cõfessio-
ni de pretio recepto. ita etiam erat dicendum in
casu isto.

EPITOME.

Minor aduersus omissionem dationis interrogatoriorum non restituitur.

DECISIO XXIII.

IN causa Messan. Baroniæ 18. Martij, 1547. proposui dubium, an testes examinati citata Theodora tutrice super duplici genere prohibitionis faciant fidem, & si, an minores sunt restituẽdi ad dandum interrogatoria. fuit resolutum, quòd licèt Isabella altera cõtutrix non esset citata, tamen quia potestas de iure vtrisque in solidum committebatur, l. & si pluribus. cũ l. sequent. ff. de auth. tutor. quòd examen etiam altera non citata validum esset. Nec obstat, quòd Theodora non dedisset interrogatoria, & sic nullam defensionẽ fecisset, & ideò paria erant non habere & non defendere, vt dicit gloss. in l. si præses. C. quomodo & quando iud. gloss. in l. acta. §. final. ff. de re iud. quia fuit responsum, quando minor circa media causæ non defenditur, & dantur sibi cõpetentes dilationes, tunc actus non est nullus, secũdum Bart. & Paul. Castr. in l. cùm & minores. C. si aduer. rem jud. & si dicatur, quòd saltem minor restituendus sit, dicitur, quòd aduersus cõmissionem dationis interrogatoriorum non restituitur minor, secundum decisi. Compost. & Capell. Tholos. 43. Item quia minor ex tali omissione in isto casu non probatur testis: nam omnes testes examinati de impedimento deponerent, & minor læsione non restituitur, l. nam & posteà. §. si minor. ff. de re iudic.

EPITOME.

Districtus vrbis ex quibus probetur, quòd protendatur vsque ad 40. milliaria.

DECISIO XXIIII.

IN causa Anaguina Castri Suruile 23. Martij, 1547. fuit resolutum, quòd districtus vrbis protenderetur ad 40. miliaria attentis statutis, prædictis, videlicèt statuto tertio, sub rub. de senat. quomodo debeat esse lib. 2. iuncto statuto incip. Item statuimus & ordinauimus c. 257. dum tamen probaretur, quòd castrum Suruile tempore statuti conditi caperet salem, & solueret focaticum cameræ vrbis: & attenta sententia producta lata contra nullarios declarando districtum vrbis protendi ad 40. miliaria & vltra, resoluerunt Domini quòd examinarentur duo testes, quòd ita fuit communiter obseruatum districtum, intelligi debere, quòd istis attentis districtus vrbis protenderetur ad 40. miliaria.

EPITOME.

Regula reseruatoria octo mensium dum in eadem de mẽse exprimenda in supplicatione, an habeat locum, vbi beneficium est reseruatum.

SVMMARIVM.

1 *Mensis expressio in prouisione an sit necessaria, si per obitum ordinarij vacauerit beneficium in mense reseruato.*

DECISIO XXV.

DVbitauit D. Mohedanus 23. Martij 1547. in vna
1 Lucanẽ. Pręposituræ, an † necessaria esset expressio mensis in prouisione Lucæ, attenta vacatione per obitum bon mem. Syluestri olim Auditoris Rotæ. Et fuit resolutum, quòd non: quia cùm Papa reseruet in octo mensibus beneficia vacantia ad effectum, vt prouideat de ipsis pauperibus clericis, & ne interim ordinarius in collatione ipsorum se intromittat, frustratoriè fuisset data reseruatio respectu beneficiorum, aliàs reseruatorũ: cùm de beneficiis aliàs reseruatis actũ sit, quòd ordinarius se intromittere non possit. Item expressio mensis fuit, vt Papa & ordinarij sciant, an beneficium vacet in mense reseruato Papæ vel ordinario istud non considerari in beneficio reseruato, quod de sui natura propter reseruationem non potest spectare ad collationem ordinarij: & ideò cùm in collatione talis beneficij non possit ab ordinario in Curia fieri, non erat necessaria expressio mensis. Et in casu isto factum ita se habebat, quòd bon me Syluester resignauerat dictam pręposituram in fauorem Iuliani Caroli. Sed quia compertum fuit, quòd resignatio non tenebat, ius remanserat in persona Syluestri in fauorẽ Lucæ prædicti: sic ergò ex resignatione Lucas nihil poterat capere. Sed dicebatur, quòd per clausulas generales capiebat per obitum Syluestri: sed ideò tunc fuit dubitatum, quia tantum capiebat per obitum Syluestri, an mensis in supplicatione foret exprimendus: & fuit resolutum vt supra.

EPITOME.

Decretum irritans positum in indulto Cardinalis non reficit titulum ordinarij, vt prouisus ab eo dicatur habere titulum coloratum.

SVMMARIA.

1 *Prouisus ad Episcopo & sp liatus qaando non habeat titulum coloratum nec possessionem.*
2 *Titulus ab eo datus, qui conferendi potestatem non habet, coloratus non dicitur.*
3 *Ordinarius, qui cum realiter & natural ter potestatem cōferendi habeat, si accidentaliter impeditus conferat, praestat titulum coloratum.*

DECISIO XXVI.

IN vna Salamātin. præstimooij del Asogne resolutū
1 fuit 23. Martij, 1547. quòd decretum † irritans pnūtū in indulto Cardinalis de S. Cruce, qui habebat in-
dultum in diœcesi Salaman. vt prouisus ab Episcopo
spoliatus noo diceretur haberetitulum coloratum
& possessionem. Ratio fuit, quia tale decretum, est ap-
positum super certo corpore beneficij, ita dicit Cassa.
2 de re. t. spol. Non obstat, quòd titulus † datus ab eo,
qui non habet potestatem conferendi non dicatur ti-
tulus coloratus, prout ita dicit Abb. in c. cùm nostris.
de coocess. præb. & per indultum sit inhibitum ordi-
nario non posse beneficia cōferre: quia fuit responsū,
3 quòd licèt ordinarius † accidentaliter sit impeditus,
tamen realiter & originaliter potestatem habet. Et
ideò quia titulus est datus ab eo, quia naturaliter
& originaliter potest prouidere, dicitur titulus colo-
ratus.

EPITOME.

Decennium, quod requiritur, vt lex non dicatur vsu recepta, an incipiat currere à tempore legis, an verò à Primo actu contrauentionis.

DECISIO XXVII.

IN vna Bonon. parochialis S. Andreæ. de Seolis proposuit dubium D. Prosper a 3. Maij, 1547. an ad docendum, quòd reuocatio facta à S.D.N. Papa fuerit vsu recepta, sufficiant plures actus, putà decennio, coosiderato tamen tempore legis, an verò à primo. actu contrauentionis, per illud quòd dicit Ias. in l. rem non nouam. circa fin. C. de iud. dum dicit considerari debere tū diligenter, quod sufficit, quòd transierūt 10. anni à die conditi statuti. Ego solus contradixi, quia dicebam, quod decennium requiritur, patet quia Doctores dicūt, maximè Fel. in c. 1. de treug. & pac. quod si princeps est præseos, tunc sufficit vnicus actus & sine spatio temporis præsumitur scientia, quæ scientia induci non potest, nisi saltem post primam actū contrauentionis. Et ad respondendis, Iasoni, instabam, quòd non contrariebatur huic opinioni meæ: quia licèt Ias. dicit, quod sufficit quod transiuerint 10. aoni à tempore conditi statuti, subiungit, quia non fuit obseruatum, cùm requirantur actus positi in contrarium. Et ideò visis illis responsionibus meis Ponens dixit, quòd mandaret iterum informari, & noluit punctum habere pro resolutione.

EPITOME.

Testes stantibus contrarietatibus, de quibus hic, an faciant fidem quòad Bernardinum,

SVMMARIA.

1 *Testis depositio dicentis primo se cognouisse tantùm ex auditu, & posteà se non cognouisse, intelligitur secundum prius testimonium, scilicet ex auditu si de diuersis depositionibus eiusdem testis agatur. & nu. 3.*
2 *Testi varianti & contrarianti sibimet in depositione sua non creditur, quamuis contrarietas sit in accessoriis & non in principali, si super tota causa iuratum sit.*

DECISIO XXVIII.

IN causa Romanę hæreditatis de Cardellis proposui
dubium 28. Martij, 1547. stantibus contrarietati-
bus Bernardini & Sebastiani super interrogatoriis
prima vice dicen. non cognouisse, & secundo loco co
gnouisse Colam. & non super articulis Domini Iulij
continen. eos, qui habitauerant in domibus articula-
tis certis annis, an dicta eorum faciant fidem in depo-
1 sitione facta super articulis prædictis. Et fuit † re-
sponsum, quòd dictum Bernardini Castelli, qui primo
loco dixerat non cognouisse Colam nisi ex auditu, &
secundo loco dixerat cognouisse, intelligeretur, vt
prius, videlicèt ex auditu, per ea quę dicit Alex. in l. nā
erat §. illato. ff. de iureiur. Hipp. sing. 571. & maxi-
mè quòd idem Bernardinus Castelli in capite deposi-
tionum dum dicit cognouisse Colam, qui possidebat
domos & vineas, interrogatus in causa scientiæ dicit,
ex publica voce & fama, ita vt illa qualitas ex publica
voce & fama refertur ad omnia præcedentia. & hoc
modo intelligendum fuit pro concordia secundi dicti
cum primo. Et dictum Alexandri non solùm proce-
dit in concordia eiusdem testis, quando sumus in ea-
dē dispositione, sed quando in diuersis depositionibus
eiusdem testis, vt per Sigismūdum Losfred. cōs. 5. fuit
2 conclusum. quòd non † faceret fidem, quia licèt va-
rietas esset in accessoriis & noo principali, quo casu
talis varietas attenditur, vt per Bartol. in l. eos. ff. de
fals. & alibi sæpè dicunt Doctores: tamen istud non
est verum, vbi testes iurant super totam causam: quia
dato, quòd in principali dicat falsum, tamen dictum
eius non attenditur, vt per Mil. in repert. suo, in verb.
testis si in vno dicit falsum. Alexand. consil. 44. colú.
3. num. 7. versicul. nam ex quo. volum. 2. Item fuit i-
terum posita causa posteà de mense Aprili circa finē
3 an dictum eius † in primo & secundo examine, dum
primò dicit noo cognouisse, an intelligeretur cogno-
uisse ex auditu, vt in primo examine dixerat. Et fuit
tentum, quòd ex quo testes poterant recordari, redu-
cerētur ad concordiam, non solum vt euitaretur per-
iurium, sed vt probaretur, secundum Fel. in c. cùm tu.
colum. 1. versicul. nihilominus. Et Sigismund. Losfred.
consi. 49.

EPITOME.

Petitorij suspensio an possit fieri quando probationes sunt factæ de consensu vt quis possit agere in solo possessorio recuperandæ, seu retinendæ, cuæ posui in lib. 2. sed etiam illa quæ dicuntur si videntur meliora.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus, si concesserit spoliatori, vt super proprietate sua audiatur, priuilegio restitutionis renunciat.*
2 *Petitorium in interdicto retinendæ possessionis suspendi nō potest, etsi probationi proprietatis consensus detur.*
3 *Suspendi potest petitorium etiam probationibus publicatis, si sine consensu sint factæ. & nu. 5.*
4 *Consensus solus in probatione super petitorio ab eius suspēsione non excludit. & nu. 8.*

6 *Petitoriū in beneficialibus solùm pluries suspendi licitum est.*
7 *Iudex facta probatione, cùm termini seruati sunt, potest concludere & pronuntiare.*
9 *Petitorium vt non potest post conclusionem suspendi, ita nec post consensum præstitum ad probandum proprietatem.*
10 *Consensus in probatione dominij, quare à suspensione petitorij excludat.*
11 *Notorium potest etiam ante conclusionem esse dominium.*
12 *Exceptio dominij incontinenter probandi in interdicto retinendæ non admittitur quidem, sed admissa obstat.*

DECISIO XXIX

Licèt spoliatus ante omnia debeat restitui, tamen
1 quando consensit, † quòd spoliator audiatur su-
per proprietate, tunc dicitur renuntiasse priuilegio
restitutionis, c.1. de restitut. spoliat. & si illud procedit
in interdicto recuperandæ, quod est priuilegiatum
iuxta Clemen. 1 de caus. possess. & propriet. vbi etiam
dicit textus: à fortiori istud procedit in interdicto re-
tinendæ, quod non est priuilegiatum, vt suspendere
posit agens tali interdicto petitorium, prout Bonif.
in dic. Clem. 1. quia priuilegium suspensionis statu
ti petitorij ab alio intentati dat modum spoliandi,
prout dicit d. Clemen. Ab interdicto retinendæ licèt
sit molestator, non tamen est spoliator, vt per istam
2 rationem † in interdicto retinendæ, si quis consentiat
probationi, quòd non possit suspendere petitorium,
ita tenet Ruin. consil. 124. ius à facto. col. pen. vol. 5.
Et licèt Ias. in §. nihil commune. videatur æquipara-
tionem impugnare, dum dicit, quòd faciliùs datur re-
tentio, quam restitutio, tamē dictam æquiparationem
defendit in d. §. nihil commune. Rip. col. 25. dum dicit,
quòd grauius delinquit spoliator, quàm turbator, ni-
mirum si text. loquatur in interdicto recuperandæ.
3 Non obstat primò, quòd † probationib. publicatis
in petitorio potest fieri suspensio petitorij, secundum
Abb. in c. pastoralis. in fi. & Curt. in Clem. a. q. 14. de
4 caus. possess. & prop. datur intelligi, quòd solus † con-
sensus in probatione super petitorio non excludit à
suspensione petitorij: quia respōdetur ad dictas autho
ritates, quòd procedunt, vbi illæ probationes in peti-
5 torio essent factæ sine consensu: quia si adesset † con-
sensus, & probatum esset, quòd esset periculosa suspen
sio, prout ita dicit Collect. in d. c. 1. Item & secundò
non dicitur per illas probationes constare de iure spo
liantis. quia tunc non admittitur suspensio petorij, &
potest fieri pluries, iuxta decisi. Rotæ: quia est verum
nisi probationi consensisset, vt dicit Coll. vbi supra.
Item illa decisi. 282. in 1. not. secundum summarium
6 vbi † procedit tantùm in casu beneficiali non alio,
prout expressè tenet Rota. Dec. impugnat Abb. in c.
pastoralis. columnn. penultim. versicul. & aduerte. de
caus. possess. & propriet. & Paul. Cast. consil. 277. vo-
lum. 1. vbi dicit communem. In contrarium tamen
sufficit mihi, quòd si Rota dicit, quòd pluries sit lici-
tum suspendere petitorium, quòd illud ea eadem Ro-
ta constat ex versic. in causa beneficiali. Et ideò non
obstat, quòd ante conclusionem non dicatur de
7 causa liquere: quia verum est, sed † facta proba-
tione, poterat iudex concludere & pronuntiare, ex
quo termini sunt seruati, secundum Bonifac. in d. de-
cisi. 1. columnn. 1. versicul. 3. collige, de caus. possess. &
propriet. ibi dicit, quòd est ac si esset conclusum.
Nec obstat quòd lite pendente quis non est sua pos-
sessione priuandus. Nam ideò quòd etiam spoliatus
ante omnia est restituendus, & tamen per consensum
adhibitum admittitur illud priuilegium restitutionis
Ita etiam vt in isto casu admittere debet priuilegium
retentionis nam cùm per probationem constet de
iure suo, non est manutenendus, sed potius à posses-
sione sua amouendus. Nec obstat, quòd ante conclu-
sionem potest probare contrarium: quia donec non
probetur, portionarij habent intentionem funda-
tam, ex quo sunt seruati termini, vt suprà. Nec ob-
stat decisi. 396. in nou. quia illa licèt sentiat, quòd
8 non solùm † sit necessarius consensus, sed etiam sit
necessaria conclusio, vt fit, quando quis excluditur à
suspensione petitorij, tamen Collector in d. c. 1. co-
lum. 2. versic. probaturus sentit, quòd ex solo con-
sensu excluditur ille à suspensione petitorij. Et quòd
sit verum, patet, quia vltra consensum esset necessaria
conclusio in causa, cùm illud sit iam statutum, vt per
tex. in d. c. pastoralis. de caus. possess. & propriet. &
Clemen. 1. eodem. & facit quòd ad suspensionem pe-
titorij requiretur cōsensus de quo in illo textu. Ergo
9 dicendum est, quòd † sicut post conclusionem non
potest suspēdi, ita nec post consensum præstitum pro
batio proprietatis. Et in illa decisi. non potest fieri
fundamentum, cum Dd. fuerint diuisi, & in contra-
rium est decisi. Egid. 404. Nec obstat, quòd ideò cō-
10 sensus in probatione dominij † excludit à suspensio-
ne petitorij: quia in possessorio etiam recuperandæ
obstat exceptio dominij notorij, secundum commu-
nem opinionem: & quia, vt per Doct. in §. nihil cō-
mune, ea notoriitas non potest haberi nisi ante con-
clusionem, secundum Rot. in d. loco & per gloss. in
c. significauerunt de testibus. quia huic argumento
11 respondit Egid. quòd † immo ante conclusionem di-
cetur esse notorium, nisi aliqua ratione illæ dubita-
tiones dubiæ redduntur, alias nunquam dici possit no
torium etiam ex examine: quia in casu isto potest di-
cere pars, quòd cōcludatur & in causa pronuntietur.
12 Nec obstat, quòd † exceptio dominij in interdicto
retinendæ non admittitur, secundum opinionem cō-
munem, quam testantur Ias. & Rip. in §. nihil com-
mune. ergo portionarij non videntur audiendi: quia
respondit, quòd non admittitur exceptio dominij in-
continen. probandi, sed vbi est admissa ad probandū
tunc obstet: sicut etiam dicimus in interdicto recupe-
rādi. & ita dicit Riua in § nihil commune. col. 15. Non
obstat d. l. ordinarij. & l. incerti quia ibi nō erat pro-
batum: & ideo si post probationem dominij sunt à
possessione eiiciendi, non erunt ex ipsa manutenēdi in
domino, prout hic præsumitur.

SVMMARIA.

1 *Confessio in instrumento venditionis facta, vbi dicit se vē-dere nomine suo, & eius mulieris cuius est verum procurator, an solùm interpretetur ad confitentis interesse, an ad eius cuius vices gerit, an ad vtriusque.*
2 *Locatio, & stipulatio, vt finita locatione rem locatam conductor locanti restituat non probant rei proprietatem, si ex certis actis contrarium constet.*

DECISIO XXX.

IN causa 2000. 12. April. 1547. fuit dubitatum, an
1 confessio † Clementis, de qua in instrumento
venditionis, vendentis nomine Catharinæ inso-
lidum

lidum,poſſit diuidi & acceptare ſolum pro ea parte, quæ facit in fauorem Clementis,an ex quo rebus erat procurator, locat & omnia facit inſolidum nomine Catharinæ & Cardinalis ratificat contractũ,& omnia in eo cõtenta,tenent ratificatione contractus. Nõ obſtat,ꝙ etiam tanquàm principalis & ſuo nomine ratificat geſtum: nam nomine ſuo non intelligitur ratificare Et fuit inter nos dictum,quòd cùm Clemens vendat pro intereſſe ſuo,& quòd licèt poſteà dicat, ꝙ nomine ſuo & nomine Catharinæ, non excluditur, quòd ipſe non habeat intereſſe . Non obſtat, ꝙ poſteà in inferiori parte de Caſali pleno iure ad ipiſcen. & ad Catharinam ſpectare,& nulli alteri pertinere,& quòd dum dicit,quòd ad eum pertinet.quòd illa confeſſio eum non iuuet,tamen non poſſunt etiã dicere,quòd Clemens fateatur rem inſolidum ad Ca-
2 tharinam ſpectare. Non obſtat,quòd † in inſtrumento locationis cenſus ſtipulatur Caſale reſtitui Catharinæ,& poſteà Clemens ratificat vt principalis,& pro intereſſe ſuo,& tanquam tutor Catharinæ,& ſic Clemens prætendit habere intereſſe:& licèt velit, quòd res reſtituatur,finita locatione Catharinæ,tamen per hoc nullibi fatetur rem ſpectare ad Catharinam Et idem poſſet dici in contractu venditionis, dum dicit, quòd vtilius erat Catharinæ Caſale vendere,& in prædictum montem conuertere,quia licèt videatur ex dictis actibus inferri,quòd Clemens faceret ad vtilitatẽ Catharinæ, tamen per hoc nullibi fatetur Clemens, quòd Caſale ad Catharinam ſpectaret: Immò contrarium declarat expreſsè ipſe Clemens in motu proprio directo depoſitariis montis, in quo dicit prædictum pretium Caſalis ſpectare ad hæredes Coſmi de Medicis,quorum reuera intereſt,& ſic ex præmiſſis nullibi conſtare de aliqua confeſsione Clementis, in qua fateatur Caſale ad Catharinam ſpectare.

EPITOME.

Tutrix quando poſſit authorizari in re,ex qua commodum reportare habet.

SVMMARIA.

1 *Tutor non poteſt author eſſe pupillo in re,ex qua principaliter commodum ſpectat.& nu.4.*

2 *Mater aut auia tutrices ob commodum quòd ex tutela referre poſſent,ſuſpectæ non habentur.*

3 *Tutrix authorizare poteſt in actu,ex quo ſecundariò non autem principaliter refert commodum.*

5 *L.quod dicimus de auth tut.quomodo intellecta.*

6 *Tutrix etiam in actu prohibito,qui ex conſequentia venit in actum permiſſum,authorizare poteſt,dummodo ſecundariò ſuum agatur intereſſe.*

DECISIO XXXI.

IN cauſa Meſſan.Baroniæ 17.Aprilis,1547. propoſui dubium,an ſtante prætenſo intereſſe Theodoræ potuerit ipſa in lite interuenire,& tutrix eſſe,attento quòd erat alia contutrix.Pro parte negatiua diceba-
1 tur, quòd ex quo † erat reportatura Theodora cõmodum,quòd in lite authorare non poterat,text.in l. 1.ff.de authorit tut & tantò magis ex quo erat alia cõtutrix, ex eis quæ dicit Curt.Iun.conſil. 29.colum 3. circa princip Sed hoc non obſtante fuit reſolutum ꝙ Theodora potuit authorare:quia licèt propter propriũ intereſſet ſuſpecta, tamẽ antequàm reuocaretur, remanebat tutrix,Afflict.decis.207.quædam domina Polixena Secundò fuit dictum,ꝙ propter prætenſum
2 † intereſſe, eſſet iuxta cauſã ſuſpitionis alia perſona remouenda,tamen non attenditur in matre & auia, gloſſ.in authent minor.in tib & curatio re,ad fin.& ibi Bartol Bal.Salic C.qui dar.curat.& per Afflict.d.
3 deciſi.207. Tertiò fuit dictum,quòd dictum † intereſſe non erat in conſideratione,cùm nõ eſſet principaliter cum quadam cõſequentia:quia non principaliter aliquid erat geſtum inter pupillũ & Theodoram,ſed inter Ioan Galego Angelum & pupillum:& licèt ex victoria Theodora commodum reportare deberet, tamen illud erat in conſequẽtia:quo caſu in actu,ex quo tutrix commodum reportare debet in cõſequentia,authorare poſſet,ad l.1 & l.quod dicimus.de authnr.tu.Bal.in l.bonorum & ibi latè,C.qui admitt.& faciunt plura quæ congerit Iaſ.in l.ſi quis in cauſam ff.ſi cert.peta. Non obſtat conſi.Curt.29 quia ibi erat
4 † tutor,qui authorabat in actu celebrato inter pupillum & tutorem principalem hic autem nihil geſtum erat principaliter inter tutorẽ & pupillum, ſed in quadam conſequentia in re propria authorabat. Non obſtat,quòd dicitur,in d.l quod dicimus:quia proce-
5 dit in actu † prohibito, qui venit ad conſequentiam in actum permiſſum,pròut d l.quod dicimus ita intelligit Curt.& Salicet.in l.5 C.de iudic.& in caſu noſtro actus prohibitus non venit in conſequentiam ad permiſſum. Nam fuit reſpõſum quòd immò veniebat in conſequentiam Nã inter Ioannem Galego & Angelum ex vna.& pupillum ex alia erat actus permiſſus
6 & † 6. in iſto caſu tutrix poterat authorizare licèt in conſequentiam veniret actus prohibitus ſecundum prætenſum intereſſe. Item non obſtat,quòd quando eſt ſuſpitio,quòd actus magis credatur in commodũ tutoris quàm pupilli,& quòd veniebat in conſequentiàm tutoris authorizatio non poteſt operari,ſecundum Roman. in l.1 ff.de autht.tut . quia fuit dictum quòd contrarium dicit Aquenſ.in l.1.§.fuit quæſitum ff.ad Treb. Nam ſi puplilus & rogatus reſtituere hæreditatem,tutor poteſt authorare,& tamen maior vtilitas eſt reſpectu tutoris,quàm pupilli.Item dicebatur quòd hic omninò eramus in illo caſu:cùm hic authoritas tutoris eſſet euentualis, & de nulla vtilitate pupilli non tractaretur.

EPITOME.

In intimatio executorialium debet fieri perſonaliter, & non ſufficit,quòd domi fiat,quando de cenſuris agitur.

DECISIO XXXII.

IN vna Caſtri Caſſæ Mariæ , coram Domino Proſpero, 22. Aprilis, 1547. fuit reſolutum, quòd intimatio executorialium deberet fieri. perſonaliter:quia tractabatur de cenſuris,per deci. 271.in nou.& omnino ſufficiebat intimatio facta iuxta Clem.cauſam quæ.de elect.quia locum habebat in citatione cauſæ deuolutæ:niſi conſtaret,quod ita impediret quominus executorialis perſonaliter intimare potuit,vt dicit d.deciſi.

EPITOME.

Regula de infirmis reſignan locum habet in propria commenda.

firm q.13.maximè stantibus verbis regulæ Paul.dicē si quis resignauerit beneficium,ita quod possit intelligi de beneficio commendato & dato in titulum.

EPITOME.

An facultas seu licentia dispensandi super secundo consanguinitatis gradu comprehendat, vbi alle gradus est prohibitus ex duplici capite,& dispensatio super matrimonio,licèt matrimoniū sit fauorabile,est odiosa,& strictè interpretanda, Paul. de C.str. co si.231.Gemin.cōs.33.col.3.versic.nam verba Cardinal conf. 102 col.3.lib.2. Et dispensatio concessa ad instantiam supplicantis,Gozad.consil 51.nu.4

SVMMARIA.

1 *Iuramentum per horrescentiã semper ad iudicij robur, non autem ad annullationem præstari potest.*
2 *Ablatiuus absolutus conditionem infert.*
3 *Clausul.& quia iuramentum,quomodo debeat intelligi.*

DECISIO XXXIIII.

DIe 9. Maij, 1547 fuit resolutum coram me in vna Messanen. Baroniæ,quòd licèt Innocentia-
1 na voluit,quòd † iuramentum per horrescentiæ possit præstari in qualibet parte iudicij, quòd illud intelligendum sit ad eff. ctum validandi processum in Curia soluti, exp nsis,non autem ad effectum annullan di processum factum in partibus. Nam cùm com-
2 missio dicat, recepto iuramento,† ille ablatiuus importat condi ionem, l à testatore.de condit.& demonstr.& ex conditione secund m Fel.in c.cùm dilecto col. 5.versi secundum signum, de rescript. iuramentum debet præstari,ad not.per Albert.in l. .C. qui admit. Felin.in d.c.cum dilecto. versi.amplia sexto.col.11.Et ideò cùm Innocen ista sit correctoria, & tantummodò tendat ad effectum prouenientem ex §. verò statutum d rese ip.is §. non debet extendi ad effectum prouenientem ex non obseruantia formæ
3 communis. Præterea debet intelligi, † & quia iuramentum ad gloss.in reg retrohabit io. de re. iur.in 6. Alex.consi.78.col. 4.num. 26.volu.5 & per alia,de quibus in informatione iuris. Et cùm iudices de partibus ignorarent iuramentum fore perfectum aut illis fuerit in imatus processus per iudices de partibus esse reuocatos per secundum rescriptum valet, Fel. in c. cæterum.col.8.versi.valet processus de rescript.

EPITOME.

Acceptatio fieri potest etiam literis non expeditis vigore mandati de prouidendo,sola supplicatione reuocatis gratijs expectatiuis,cùm regula fuerit etiam reuocata. Ista causa fuit iterum posita 16. Martij,& idem resolutum.

SVMMARIA.

1 *Expectatiuis gratiis reuocatis reuocantur quoq; regulæ ipsas concernentes.*
2 *Mandatum prouidendi de beneficio,quòd infra mensem duxerit acceptandum cum clausula prouisionis ex nunc prout ex tunc,& econtrà,qui post expectatiuas reuocatas obtinuit, potest beneficium vacans etiam literis non expeditis acceptare.*
3 *Regula,de non acceptando literis non expeditis, quomodo intelligatur.*
4 *Expectatiua gratia quando in mandato de prouidendo non veniant in consideratione.*

DECISIO XXXV.

IN vna Barchinon. Prioratus Virginum, coram Domino Mohedano, pro Hieronymo de Encisa contra Bernardinum della Croce,fuit resolutum die
1 13.Martij,1547.quòd † reuocatis gratiis expectatiuis sint reuocatæ regulæ concernentes ipsas gratias:quia ita dicitur in procemio ipsarū regularum, dū in eo dicitur,durātibus gratiis ipsas obseruari voluit. Et ideò q Hieronymus,qui post gratias expectatiuas reuo-
2 catas habuerat quoddam † mandatum de prouidendo de beneficio,quòd infra mensem duxisset acceptandum cum clausula prouisionis ex nunc prout ex tunc & econtrà,potuisset acceptare beneficium vacans vigore dicti mandati etiam literis non expeditis, non obstante regula de non acceptando literis non expe-
3 ditis:quia licèt † regula dicat, quòd nullus valeat acceptare vigore gratiæ expectatiuæ seu specialis reseruationis,tamen intelligenda est regula vigore specialis reseruationis durantibus gratiis expectatiuis, prout d ci ur in procemio regularum super expectatiuis. Non obstat, quòd mand um de prouidendo dicatur expectiua pinguis nuncupari,tamen regula semel mortua reuiuiscere non poterat, non obstante quod esset ante concessionem dicti mandati alia similis regula nominata,& gratiæ expectatiuæ concessæ fuerant,& postea mandatum de prouidendo,& vacatio beneficij fuit: os ea de mense Augusti,1543.& sic videbatur,quòd propter illam regulam saltem requi-
4 rebatur acceptatio: qui fuit responsum, quòd † cùm processus ante mensem Februarij postea sequentis nō fuerat fulminatus,quòd tales gratiæ expectatiuæ non essent in consideratione nec per concilium generale super eis editū,cùm debeant intelligi durantibus gratiis expectatiuis,quæ effectum sortiri possint, prout ita considerauit Stapbil.in tracta de literis gratiæ & iustit. 5.part. 1.versi.nec est verum.

EPITOME.

Beneficium,quod de iure pātronatus laicorum, & forsitan ex fundatione & dotatione existit,quomodo talis clausula intellecta.

SVMMARIA.

1 *Confessione in noua prouisione,quòd beneficium vacans sit de iure patronatus laicorum & forsan ex fundatione & dotatione,an probetur iurispatronatus esse laicum.*
2 *Species cùm post generalem approbationem specificantur sub generali non comprehensa,sed à genere extracta censentur.*
3 *Species adiecta post genus magis dubitationis tollendæ aut declarandæ,quàm sub genere cōprehendēda,causa nō minuunt,sed augent potius ea quæ in genere ponuntur, maximè verò respectu eiusdem personæ.*
4 *Genus si legetur vni & alteri species,ob repugnantiam censentur species à genere extracta.*

5 Clau-

5 *Clausul. forsan, quandò dubitationem non inducat.*
5 *Simplex iuris patronatus laici cõfeq..o cùm omne ius cõpre-
hendat patronatum, clusula, & forsan ex dotatione &
fun datione, generalitatem restringere videtur dubitatiuè
& non affirmatiuè.*

DECISIO XXXVI.

DOminus Nicolaus Vergilius in quadam noua
prouisione diait hęc verba: vacante parochiali S.
Thomæ de trauia, quæ de iure patronatus laicorũ &
forsan ea fundatione & dotatione existit: dubitaui ego
18. Maij 1547. in vna Bononien. Parochialis S. Thomę
1 an ex huiusmodi † confessione facta in noua prouisio
ne constet, quòd parochialis sit de iure patronatus pa-
rochianorum ea fundatione seu dotatione. Et fuit re-
solutum, quòd sic, per decis. 4 & 5. de pręben. & 7. de
iure patr. Cassad. non obstante quòd ea aduerso dice-
batur, quòd aut fiebat fundamentum in illis verbis,
quòd de iure patronatus lai corum, & tunc cùm post
2 illam generalem probationẽ † essent specificatæ spe-
cies, ea dotatione, & fundatione, illę videbantur non
sub generali comprehendi, sed potius illæ species vi-
debantur à genere eatractæ, l. quęsitum. §. si quis fun-
dum. & ibi Bart. & gloss. ff. de instru. Et ideò cùm illę
species essent extractę, non comprehendebantur in il-
la generali locatione, quę de iure patronatus existit,
sed magis aliæ species comprehensę viderentur ea cõ-
suetudine & præscriptione. Aut fiebat fundamentum
super illis verbis, etiam forsan ex fundatione & dota-
tione, vt Cassa. d. deci. quando fit in eis mentio, an per
verbum vt asserit, aut vt asseritur: quia fuit responsum,
3 quòd quando † species veniunt post genus dubita-
tionis tollendæ & declarandę potius, quàm in genere
comprehendendæ causa, tunc non minuũt, sed potius
augent ea, quæ in genere ponuntur, & maximè respe-
ctu eiusdem personæ, secundum eundem Bart. in d. §.
si quis fundum. & dicitur in reg. generi per speciem.
4 vers. 3. casus. Nam quando genus legatur † vni, & al-
teri species, tunc quia ista videntur habere quandã re-
pugnantiam, benè verum est, quòd species censentur à
genere extractæ: sed in casu isto nulla erat repugnan-
tia, sed illa verba, etiam forsan ea fundatione & dota-
tione, causa declarandi quod in genere comprehen-
di volunt, censentur esse prolata. Et licèt ipse profe-
5 rens illas species dubitatiuè proferat, dicendo, † for-
san, tamen quia asseruit, quod esset de iure patronatus,
statim intrat dispositio illarum decisionum, quòd præ
matur esse in fundatione & dotatione, nisi cõtrarium
probetur, & maximè in casu isto vbi patroni erant in
quasi possessione presentandi, & probabantur multæ
præsentationes sortitę effectum de antiquo. Et ita fuit
tentum per quatuor dominos ex sex duobus vltimis
contradicentibus. Et aduerte quòd isti duo vltimi nõ
sine ratione contradicebant. Nã hic agitur de probã-
do iure patronatus ex confessione Nicolai: Nam si nõ
adesset illa cõfessio, certè Bernardinus aduersari⁹ aliun
6 de probare debebat. Si † ergò Nicolaus simpliciter di-
xisset, ꝙ parochialis erat de iure patronatus, tũc quia
illa confessio poterat cõprehendere omnẽ speciem pa
tronatus, nimirũ si illę decis. Cassad. voluit, ꝙ intelliga-
tur etiã confessio facta, ꝙ parochialis si de iure patro-
natus laicorũ: tamẽ pro enumeratione specierum sub
verbis, forsan, voluit declarare, ꝙ dotatio & fundatio
quæ sub genere cõprehẽdebãtur, intelligebantur du-
bitatiuè, non autem affirmatiuè. Sed replicari potest,
quòd Nicolaus affirmat, quòd parochialis sit de iure
patronatus, non modò attenditur, quòd ipse sentiat,
quòd statim intrat dispositio iuris. quod fit ex dota-
tione & fundatione. Non obstat, ꝙ hic sumus in vna
ratione qualificata: & ideò cum qualitate sua illa ac-
ceptari debebat, Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff.
de lib. legat. Quia fuit responsum, quòd illa confessio
de iure patronatus acceptabatur, & illa opinio seu
dubitatio confitentis non attenditur.

EPITOME.

Mandatum generale, ad omnes & singulas causas, non solum intelligitur de præsentibus sed etiam de futuris,

DECISIO XXXVII

IN vna Placẽtin bonorum, seu hæreditatis 5. coram
me, 16. Maij 1547 fuit dictum. ꝙ procurator consti-
tutus ad omnes & singulas causas censetur non solũ
constitutus ad præsentes, etiã sed ad futuras, per decis.
423. in nou. dicit communem Alex. in addit. ad Barto.
in l. damni. ff. de damni. inf. in vers futuras. Non
obstat, quod additio ad decis. 29, in nou. distinguit, an
quis habeat causas de præsenti, vel non. & sequitur
Paris. consi. 43. libr 4. & decis 563. in antiq. simplici-
ter dicit, ꝙ non trahatur ad futuras. Et fundamẽtum
cõstiti tin l. fina. C. quę res pig. oblig. pos. vbi obligãs
bona etiam si habeat de præsenti, tamen censetur e-
tiam obligare bona futura, & ratio est, cùm tractetur
de modico præiudicio, & ita est, in isto casu.

EPITOME.

Statutum Fulginaten. quòd nulla mulier dotata potest petere supplementum legitimę, sed suo sit contenta legato, quomodo intellectum.

SVMMARIA.

1 *Clausul. donec superest aliquis mascul⁹ de legitimo matrimo
nio natus, in priori parte statuti positu, an quoque in poste
riori parte censeatur repetitu, vbi supplementi prohibe-
tur dotatæ mulieri petitio & nu. 3.*
2 *Rubrica declarat textum, nisi expressè plus quàm in rubrica
sit, deponat: aliàs textum generalius quàm rubricam essẽ nõ
potest.*
3 *Filia propter masculos adhuc superstites ob hæreditate ex-
clusa in codicillis aliquid relinqui potest, quòd si sit minus
legitima ad supplementum ex statuti prohibitione non aget.*
4 *Statutum excludens fœminas propter masculos, ipsis stan-
tibus est fauorabile: ipsis verò cessãtibus odiosum, adeò vt
eas igitur non nisi temporaliter excludat.*

DECISIO XXXVIII.

IN ciuitate Fulginaten. est statutum sub Rubrica, de
successione mulierum ab intestato, quod sequitur:
Item statuimus & prouidemus, quòd nulla mulier, si
dotata fuerit à patre vel matre, auo vel proauo, auia
vel proauia, seu per verba de præsenti desponsata le-
gitimè possit venire ad successionem ab intestato pa-
tris, vel matris, aui vel proaui, auię vel proauię, donec
superest aliquis masculus de legitimo matrimonio de
linea & stirpe masculina descenden. prædictorum,
vel alicuius ipsorum, à quocunque dotata esset, posset
venire ad successionem ascenden. seu descenden. pre-
dictorum ex aliquo præfato, donec superest aliquis
masculus prædict. descenden. à prædictis & c. Item
post multa in finalibus verbis eiusdẽ statuti sunt ver-
1 ba: Et ꝙ † nulla mulier dotata possit petere supple-
mẽtũ, intelligatur etiã ab intestato, sicut in pręcedẽti
de successione ab intestato loquit. vel saltẽ clausula,
donec superest aliqs mascul⁹ de legitimo matrimonio

natus

tioni, fuit commissum Archiepiscopo Messanen. vt cum supplicantibus dispensaret. Et ita in ista parte conclusum fuit dictum, quòd ex alio illa dispensatio non tenebat. Nam posito, quod verum est, quòd Archiepiscopus haberet facultatem dispensandi in vtroque duplici impedimento, tamen istud† noluit, cùm
3 tãtùm sibi simplex gradus prohibitionis narratus fuerit, vt patet in articulis coram eo productis, sub illo tantum defectu dispensare voluit, non autem super duplici non exposito nec articulato.

EPITOME.

Successor obligatus ad debita prædecessoris post litem motam ad aliam Ecclesiam translatus etiam tenetur illa debita soluere.

DECISIO XL.

LVnæ 3. Maij 1547. in causa Zamoren. pecuniaria proposui dubium, præsupposita litis contestatione & processu litis facto corã R.P.D. Petro Emanuele tempore quo ipse præsidebat Ecclesiæ Zamoren. super debitis sui prædecessoris, an translato eodem P. Emanuele ad Compostellanam Ecclesiam teneatur nihilominus idem sistere iudicio, & iudicatum solue. Et fuit resolutum, quòd teneretur, per cons. Gemi. 3. dum vult, quòd cùm de fructibus sint soluenda onera & debita, & deinde si prælatus, qui percepit fructus, mortuus vel translatus sit tenetur, vel tenentur eius hæredes. Et ideò cùm Petrus perceperit fructus, & semel fuerat obligatus, & ista obligatio fuit in iudicium deducta, per eius translationem obligatio non extinguitur, vt & mora sua sibi proficua nõ sit, & imputetur sibi, quòd à principio non soluit.

EPITOME.

Surreptio literarum priorum an per secundas sit sublata, in approbatione matrimonij in secundo consanguinitatis gradu contracti.

DECISIO XLI.

DIe 26. Maij 1457. in vna Messanen. Baronię fuit per me dubitatũ, an ex secũdis Clemẽ. tollatur, qua prętensa subreptio fuit: imprimis primę continebant, quòd impedimento secundi consanguinitatis gradus non obstante Vincentius & Isabella matrimonium inter se liberè & licitè contrahere valerent: Et quia à nonnullis asserebatur, quòd prædictus gradus secundus erat duplex, poterat dubitari de varietate dictę dispensationis, ideò superuenerunt literæ dicti Clementis, in quibus narrat tenorem priorum literarum. Et subiuncto, quòd per vicarium Archiepiscopi fuerat processum ad dispẽsationem, additur, quia si à nõnullis magis curiosè, & plusquam oporteat, aliquando scire satagentibus ex eo, quia secundus gradus consanguinitatis huiusmodi ex duplici consanguinitatis gradu proueniret, expressa mentio facta non extitit, de vigore dictarum literarum & illarũ vigore subsecuta dispensatione dubitabatur seu dubitari posset. idem premissis dubium tollentibus committit Episcopo Neocastren. in ciuitate seu diœcesi Messanen. commoranti, quatenus si ita prædictas literas, & earũ vigore subsecutam dispensationem eis suffragare in omnibus & per omnia, perinde ac si in dictis literis, quod impedimentum secundi gradus huiusmodi prouenicbat ex vtraque linea ex eo, quòd alter parentũ ipsorũ Vincẽtij & Isabellæ auũculus, & altera auia extiterant expressa mẽtio facta fuisset, pronunciasset & declarasset, prout iuxta casus huiusmodi exigentiã cõcessum fuit, sic de iure facien. Et quòd subreptio esse, sublata, dicebatur, quòd nõ omne tacitum reddit gratiam subreptitiam, sed illud, quod difficilius, vel quo expresso, Papa gratiam non concessisset, per decis. 4. Egidij: sed hæc expressio duplicis impedimenti non facit principem difficiliorem, nec eum à concessione retardauit, vt patet ex secundis literis, ergò prima gratia non fuit subreptitia. Item quia in secundis literis, dicebat, à nonnullis curiosis & plusquàm videtur significari, quòd ista erat dubitatio curiosa, & nõ necessaria: ergo per secundas literas declarat, quòd in primis literis sub illa simplici comprehendebatur casus mixtus, & qui declarat, quòd nihil de nouo facit. Istis non obstantibus fuit resolutum, quòd defectus & subreptio priorum literarum non esset purgatus: quia licèt in parte narratiua Papa dicat, quòd ab aliquibus curiosis & plusquàm oportet scire satagentibus, tamen hoc non obstat, ne non sit surreptio, & quòd per priores matrimonium sit validum, sed committitur Episcopo Neocastren. vt declaret & denunciet matrimonium perinde valere, ac si in prioribus de duplici fuisset dictum, prout de iure fuerat faciendum: sed de iure istud Episcopus facere non poterat, quia si primum matrimonium erat nullum, non poterat Episcopus illud declarare validum fore, sed potius de nouo erat dispensandum. Item in secundis literis requirebatur propter clausulam si ista est informatio summaria. Et de ista informatione per Episcopum suscepta non constabat, nec isto casu mandatum de dispensando habebat vim dispensationis, vt not. Paris. consil. 57. col. fi. vers. 4.

EPITOME.

Regula declaratoria regulæ de publicandis, videlicèt quòd à die datæ & nõ præstiti consensus sex menses currant, quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Regula declaratoria regulæ de publicandis quòd sex menses à die datæ & non præstiti consensus currant, an obstet resignationi post obitum consensum habenti.*

2 *Resignatio per obitum facta esse non dicitur, si ante obitum consensus firmiter in Cancellaria seu coram notario Cameræ non sit præstitus.*

3 *Consensus per obitum præstari potest, & fraus regula lege permittente fieri.*

DECISIO XLII.

IN vna Segobien. beneficij de villa Castri, coram D. Reomano fuit dubitatum 27. Maij 1547. an regula
1 † Pauli tertij declaratoria regulæ de publican. in qua cauetur, quòd sex menses dati ad publican. à die datæ & nõ à die pręstiti consensus currant, obstaret resignationi habenti consensum post obitum. Et fuit resolutum, quòd dicta regula declaratoria erat intelligend iuxta terminos regulæ declaratoriæ, & non intelligeretur ex cõsensibus præstitis per obitum. Regula autem declaratoria regulę de publicandis non poterat intelligi in consensu pręstito post obitum, patet, quia ista regula per se supponit, quòd in vita sit præstitus consensus & resignatio pręfata dum dicit, quòd si infra sex menses publicatio non fuerat facta, beneficiũ censeretur vacare per obitum, & non per resignationem, præsupponit resignationem ante obitum esse facta

2 ctam:sed quando †ante obitum coosensus firmiter in
cancellaria seu ootario Cameræ oon est præstitus,
non potest dici resignatio facta. Ergo cùm non con-
ueoiant verba regulæ tum nec eius dispositio:& si ita
regula interpretatur,oon intelligitur in resignatione,
in qoa post obitum præstatur nec regula interpretās
etiam aliter intelligendo regulam ad impossibile o-
bligaret,videlicet quòd ante resignationem perfectā
quis teneretur eam publicare. Nec obstat, quòd regu
la sit facta ad tollendas fraudes: quia dicebatur,quòd
nulla erat fraus,ex quo ante consensum præstitum il-
le oon delinebat esse rector : & ideò etiam iustè sol-
uebatur,& exegerat interim rector:& quia fraus con-
3 siderari †poterat,fiebat lege permittente, post quàm
per Alexandrinam coosensus potest per obitum præ-
stari:& alię respoosiones fuerunt consideratæ,de qui-
bus in informatiooe aduocatorum.

EPITOME.

Contractus in scriptis quando dicatur fieri.

DECISIO XLIII.

Contractus dicuntur fieri in scriptis quando dictum est quod aliter non valeāt: fuit resolutum in vna Placen. Sallis coram D. Prospero 27. Maij 1547. quicquid dicat Castren. in l. cùm res. C. de prob. & io l. cootractus. C. de fid. instrum. cuius dictū commune dicit Ias. coosi. 251. illud dictum communiter reprobari dicit Deci. cons. 349. & in l. pactum quod bona fid. vers. 2. ex hoc insert Castren. C. de pact. Claud. & Aret. in l. quæ lis. de verb. oblig. vbi etiam attestatur dictum Paul. commuuiter reprobari, & Aret. cons. 160.

EPITOME.

Executoriales per Rotam decretæ & coodemnatio intimata non potest declaratoria contra per A. Cameræ ferri, nisi præcedat monitorium, quod coram eo compareat ad videndum se declarari.

DECISIO XLIIII.

Licèt A.C. sit exequutor literarum Apostolicarum & omnium sententiarum latarum in Curia, tamen voluerunt Domini io vna Imoleo. pro congregatione Vallis vmbrosę coram me pendente 2. Iulij. 1547. quòd si executoriales sint decretæ in Rota, & executæ non possiot postea produci coram A.C. & coram eo ad declaratoriam sentētiam procedi, nisi cum intimatiooe executorialium fieret monitorium, & comparare deberet coram A.C. quia cùm executoriales essent decretę per auditorem Rotæ, non tenetur diuinare ille in executorialibus nominatum, alia monitiooe non facta, qoòd execotoriales coram A.C. reproducerentur, & sic propter mutationem tribunalis absque citatione sententia declaratoria erat nulla. Et fuit dictum, qoòd fuerunt tres menses, quòd ita iudicatum fuerat io vna Corduben. beneficij del la Possedas pro Antonio Mandes contra Rodericum Rallen. coram D. Rauellen.

EPITOME.

Vt quis incidat in pœnam c. auaritiæ. de electio. in 6. non sufficit probare administrationem, quæ probatur statim, qoòd moniales probantur præstare obedientiam.

DECISIO XLV.

In causa Calaguritan. conclusum fuit, quòd licèt electa probaretur fuisse in possessiooe auctoritate confirmationis, quòd si non probaretur, quòd percepisset fructus, non incidisset in pœnam c. auaritiæ. Et sic quòd in casu illius cap. ex possessione ooo præsomeretur fructoum perceptio, vt quis in pœnam Ipsius c. 5. incidat. quia sumus in pœnalibus, & textus loquitur de electo administraote in temporalibus spiritualia ante confirmationem, & omnes mooiales obediētiam Abbatissæ electæ præstit erant, quòd per talem prestationem obedientiæ diceretur administrasse, & incidisse io pœnam illius c. auaritię per ea quę dicit Abb. in c generaliter. in prin. de election. dum loquitur de recipiendo iurameotum & simpliciter loquelā, Dec. oon facit differentiam. Et qoòd ex sola possessione non incidit in pœnam illios c. auaritię. Faciunt, quæ dicoot ibi Docto. & inter cęteros Franc. dum dicit, quòd ex instantia facta de electione, non incurrit pœnam illius c. auaritiæ.

EPITOME.

Attentatorum iodicio pendente fuit mandatum, qoòd daretur ex fructibus sequestratis coogrua portio, accedeos ad valorem pensionis soluendæ.

SVMMARIA.

1 *Possessio à locatore propria auctoritate apprehensa etiam ob non solutum canonem dicitur attentata.*

2 *Attentatorum pendente iudicio potest ex bonis sequestratis congrua assignari portio, quæ ad valorem pensionis soluendæ accedat. & nu. 5.*

3 *Attentatorum lite pendente semper pensio debita est soluenda, etiamsi illa sint reuocanda aut non reuocanda.*

4 *Portionis congruæ assignatio ex fructibus sequestratis fiet in spoliati non autem spoliantis fauorem, si de attentato & spolio constiterit.*

.DECISIO XLVI.

In vna Bononien. rescissionis contractus inter Illu-
strem Comitem de Bentiuolis locatorem & pere-
grinos conductores pendebat iudicium attentatorū
1 super possessione bonorom † apprehensa per ipsum
locatorem, ex quo proparte eius respondebatur, quòd
non fuerat soluta pensio, & ideò propria auctoritate
adeptus fuerat possessionem bonorum locatorum,
pretendendo id sibi licuisse ob noo solutum caoonem
dicebatur pro parte peregrinorum illam apprehensio
nem possessionis fore attentatam. Et ad euitandum
scandala Rota voluit, quòd ego auocarem possessionē
bonorum locatorum, & de bonis sequestratis assigna
rem congruā portionem ad valorem pensionis, prout
iuris fuerit. Dubitaui ego 7. Octobris 1547. an pen-
2 dente † iudicio attentatorum ex bonis sequestratis de
beret assignari congrua portio, accedens ad valorem
pensionis soluendæ. Et fuit resolutom, qoòd sic: qoia
soluta pensione nulla erat lis, & ista solutio facienda
3 non cōtradicebat iudicio attētatorū. Nā † siue reuoca
rentur attentata, siue nō, in omnem casum pensio erat
soluenda. Non obstat, quòd priuilegium attentatorū
sit priuilegiatum: quia dicebatur, quòd ista resolutio
non retardabat dictum iodicium ex quo omni casu so
lutio fieri debebat, & alter attentans reportare malum
aliquod

4 aliquod, per text. in l. fina. C. de ord cog. vbi †ex fru-
ctibus sequestratis fit subuenicodum. Nam cùm ipse
spoliando & attẽtando delinquat, quòd reperitur, de-
beat reportare malum aliquod, per text. in l. fin. C. de
ord. cog. vbi ex fructibus sequestratis fit assignatio cõ
gruæ portionis in fauorem spoliati nõ autem spolian
tis, & ideò videbatur in isto casu, quòd ex istis fructibus
non deberet dari aliqua portio: tamen fuit responsum
quòd istud procederet, si de attentato & spolio consta-
5 ret: sed quia †iudicium super hoc pendebat, lite pen-
dente debebat dari portio ascendens ad valorem pen-
sionis.

EPITOME.

Alternatiua, vbi est negatiuè concepta, oportet, vt vtrunque verificetur.

SVMMARIA.

1 *Ad veritatem alternatiuæ alteram partem esse veram sufficit.*
2 *Stipulatio vt committatur, necesse est vt vtrunque per alternatiuam negatiuam expressum interueniat.*

DECISIO XLVII.

IN vna Vrgellen. Prioratus coram D. Rauellen. in
quadam commenda, facta de quodam Prioratu, & in
ea dicebatur Prioratum prædictũ conuentualem aut
curatum non esse. Fuit dubitatum die 24. Octobris
1546. stantibus verbis gratiæ, an necessarium sit pro-
bare Prioratum non esse conuentualem, & non habe-
1 re curam. Et fuit resolutum, quòd sic: quia licèt† aliàs
ad veritatem alternatiuæ sufficit alteram partem esse
verã, l. si heredi plures. ff. de cond. inst. cum aliis vulg.
istud etiam habet locum in alternatiua negatiuè con-
cepta, vt per Bartol. & Ias. in l. si quis ita stipulatus. ff.
de verbor. oblig. Felin. in c. inter cæteras. fin. versi. fal
lit 4. & ibi Deci. en l. 13. de rescript. tamen ad hoc, vt
2 stipulatio †committatur, oportet, quòd vtrunque per
alternatiuam negatiuam expressum interueniat, l.
si is qui ita § addita. & §. vtrum. vbi Soci. ff. de reb.
dub. & ibi Ludouic. The. Moder. & Anton. de Butr. in
d. c. inter cæteras 5. col. 1. nu. 8. super gloss. penul. vers. si
negatiuè. & ibi Card. col. penul. ver. si inter genera. &
per Abb. col. 2. num. 2. in 3. not. vers. aut per verba ne-
gatiua, de rescript. præsertim quando inspicitur effe-
ctus eorum, quæ aguntur: vt considerat Felin. in d. c.
inter cæteras. col. fin. vers. fallit 4. & ibi Dec. col. 3.
vers. & prædictam regulam durare noluit quo ad res,
vt stipulatio non committatur iuxta intentionẽ pro-
mittentis, qui committi noluit, requiritur, quòd neu-
trum fiat. Et sic casu in isto, ad effectum, vt gratia non
dicatur subreptitia, importet, quòd non sit cõuentua-
lis nec iuratus.

EPITOME.

Verba vacantia ad præsens in gratia reseruæ posita comprehendunt in mense ordinario.

SVMMARIA.

1 *Claus. si quod vacare ad præsens contigerit, an comprehendat beneficium in mense ordinario vacans. & nu. 5.*
2 *Expectatiua & reseruatio auocatiua regulariter dari nec debet nec solet ad menses ordinarios nisi exprimatur.*
3 *Claus. etiam in mensibus ordinariis, ad vacatura tantùm beneficia, non etiam ad vacantia & vacatura refertur.*
4 *Verbum, vacaturum, non comprehendit vacans, cùm de vtroque separatim fit mentio.*
6 *In materia stricta non est recedendum à proprietate verborum.*
7 *Papa conferendo beneficium aut vacans aut vacaturum, non debet de mense ordinario facere mentionem. & quare. & nu 9.*
8 *Papa in beneficio vacanti, cuius prouisio est fauorabilis, concurrit cum quolibet ordinario.*

DECISIO XLVIII.

IN vna Calagurritã. præstimonij de Cantauaris, in qua
bo. mem. Cardinalis Cõpostellanus sub die 27. Septẽ
bris 1540. habuerat gratiam reseruæ ad vnum 73. &
valoris 400. in Astoricen. Legionen. & Calagurritan.
Ecclesiis & in gratia erant hæc verba: si quæ vacant
ad præsens aut cùm simul vel successiuè per cessum
vel decessum seu quamuis aliam dimissionem vel amis
sionem, illa in titulum aut commendam, vel aliàs quo
modolibet obtinen. aut in eis, vel ad illa ius habẽ. vel
in aliquo ex mensibus ordinariis collatoribus per cõ
stitutiones vacare contingeret etiam secolare, quæ tu
per te vel procuratorem tuum legitimum infra vnius
mensis spatium duxeris acceptan. ex nunc prout ex tũc
& econtrà, commendamus dictum præstimonium de
Cantauaris, quod vacauerat 12. Septembris eiusdem
anni, & sic in mense ordinario. Dubitaui ego 13. Octo
1 bris 1547. an †per illa verba, si quam vacare ad præ-
sens beneficium, vacans de mense Septembris censea
tur bon. mem Cardinali Compostellan. commenda-
tum. Et pro parte negatiua dicebatur, quòd negari nõ
poterat, quòd ista gratia intelligi debet de vacaturis,
cùm esset gratia expectatiua seu reserua, ad not. per
2 Perus. in c. fin. de concess. præbend in 6 Et sicut †expe
ctatiua & reseruatio auocatiua regulariter dari non
debet, nec solet, ad menses ordinarios, nisi exprimere
tur, ita etiam dicendum erat, quòd beneficia vacantia
non comprehenderentur nec dici poterat, quòd illa
3 †verba etiam in mensibus ordinariis, referantur ad
beneficia vacantia & vacatura, sed tantum ad vacatu-
ra: quia ex quo agebatur de priuilegio ordinarij, clau-
sula talis in fine posita debebat coarctari, non autem
ampliari, ad not. per gloss. in verbo, ceperunt. de off.
deleg. per Clem. 1. in verbo, notarius. de offi ordinar.
Vnde clausula erat illa in mensibus ordinariis, pro
qualitate eius orationis adiecta, quòd vacatura bene-
ficia non dicitur defendere quoad vacantia, ad not.
per Bart. l. 1. ff. de vulg. & pupil. subst. Felin. in c. cau-
sam quę. col. 4. ver. limita. Bar in l. 4. §. eritque differẽ
tia. ff. de vi bon. rap. Non obstant illa verba, ad pręsens
vacans, quę sunt intelligenda de beneficiis vacãtibus
in mense apostolico, quorum vacatio in mense ordi-
narij vacare inceperat: cùm quælibet gratia intelliga-
tur sine pręiudicio alicuius etiam minimo, ad c. super
eo. maximè per Dec. de off. deleg. Non obstat, quòd
4 verbum, †vacaturum, non comprehendit vacans: quia
separatim de vtroque mentionem fecit, ad l. hæc con
ditio. §. fin. & l. si tunc facta. ff. de cond. & demonst. &
ibi per Io. de Imol. & in l. si ita legatum. ff. iud. sol.
vbi propter verbum, pręsens, abesse verbum, quod fu
turum actum aliàs comprehenderet, ad l. verbũ opor-
tebit. ff. de verb. sig. præsens non comprehendit: quia
de comprehenso & comprehensuro separatim & spe-
cialiter dispositum est, ad l. cùm ex filiosam. de vulg.
& pup. Istis tamen non obstantib. per omnes pro par-
5 te affirmatiua resolutum fuit: quia Papa † in gratia
commendat

cómendat beneficia ad præsens vacantia,ergo tá vacá
6 tia in mense apostolico quàm ordinario:& in † mate
ria stricta non est recedendum à proprietate verború
ad l cùm de leg.& ibi Aret.ff.de testib Itē quia si Pa-
pa prouidendo de vacaturis,quæ prouisio est odiosa,
c.si nulla de concess. præbend.vult præiudicare ordi-
nario in suis mensibus,à fortiori erit dicendum in be-
neficio vacante quæ prouisio est fauorabilis,ad not.in
c.vt singulæ.de off.Archid.& tantò magis quia Papa
conferendo beneficia vacantia nulli facit iniuriam:
cùm ipse Papa cócurrat cum quolibet ordinario.Et
7 ideò vel dicendum est,quòd † beneficium cóferendo
vacans Papa non debet facere mentionem de men-
se ordinario:quia id facit iure proprio,& reg de 4.mē-
sibus loquitur quòad beneficia vacatura:aut dicendú
est,quòd illa clausula, etiam in mensibus ordinarus
referatur non solùm ad vacantia:quia in beneficiis,
vacaturis Papa voluit præiudicare mensibus ordi-
nariorú,qui tamen mēses erant per regulam reseruati
ordinariis quòad beneficia vacantia in mensibus or-
dinariis,attento,quòd regula de his non loquitur,&
8 † Papa concurrit cum quolibet ordinario,& proui-
sio satis est fauorabilis Nec est verum,quòd commē-
dando talia beneficia vanum prçiudicium sit ordina-
rij,si talia beneficia in gratia nó comprehenderentur.
9 Nam † Papa commendat vnú 73.&c ad valorē 400.
si illud actu vacans non comprehenderetur, Papa de
illo alteri prouidere non posset:& nihilominus gratia
vsque ad illum valorem in aliis beneficiis vacaturis
esset adimplēda,& in hoc ordinarij grauaretur fauor:
ergo est ordinarij,vt beneficium actu vacans cópre-
hendatur,vt de illo alteri Papa prouidere non possit,
& citius gratia adimpleatur.

EPITOME.

Venditor constituendo se teneri & possidere nomine em-
ptoris,an sit liberatus,vt actione ex empto non teneatur ad
traditionem

SVMMARIA.

1 *Venditor constituens se teneri & possidere nomine empto-
ris,liberatur actione ex empto.*
2 *Venditor constituens se precariò nomine emptoris possidere,
actione ex empto non liberatur.*
3 *Opinio communis vt sit pro aliqua parte quid consideretur.*
4 *Emptor potest retinere pretium per exceptionem,donec sibi
actualis tradatur possessio.*
5 *Venditor constituens se nomine emptoris teneri & possidere.
donec corporalem apprehendat possessionē,actione ex empto
liberatus est.*

DECISIO XLIX.

IN vna Romana pecuniaria coram D. Prospero 27.
1 Octobris 1547.fuit dictum, quòd † glo.in l ab em-
ptione ff.de Pact.dum dicit,quòd venditor consti-
tuendo se teneri & possidere liberet se ab actione ex
empto,sit vera, & communiter approbata, prout di-
cit ibi Ias.non obstat,quòd Corn.cons.345.in causa
vertente.col.2.vers.nec huic decis.vol.1.dicat, quòd
illa gloss.& dictú Bart.communiter reprobetur:quia
2 potest dici,quòd Corn.loquatur, † quando quis con-
stituit se precariò possidere,illo casu verum est, quòd
non liberetur.& ita loquitur glo.quæ in contrarium
allegatur.sed quia etiam Corn.sentit, quòd etiam in
simplici constituto dictum Bar.communiter reprobe
3 tur,fuit dictum,quòd istud est falsum:quia an † com-
munis opinio sit pro aliqua parte,consideratur,quod
communiter Dd.teneát opinionem illius glo.vt patet
ex dictis Ias.rectè illa glo.dicitur communiter appro
bata,licèt dicat & alleget Dd.tenentes contra illá in
loco,in quo principaliter articulus non disputatur.
Fuit tamen dictum in casu illo,quòd licèt illa glo. esset
vera,quòd liber esset ab actione ex empto.tamen quia
dabantur alia remedia, vt putà rei vendicationis &
interdictum vnde vi,& in casu illo non erat intentata
4 actio ex empto,sed † tamen per viam exceptionis em-
ptor volebat retinere pretium,donec sibi traderetur
actualis possessio,quòd poterat illud dicere, quia cui
damus actionem,tantò magis exceptionem etiam vt
5 euitetur circuitus iudiciorum. Item quia † constitue-
rat se tenere & possidere,donec corporalem possessio
nem apprehenderet. Et in hoc benè dicit Corn.cum
d.cons.343.vult, quòd isto casu non censeatur libe-
ratus.

EPITOME.

Restitutio in integrum aduersus præscriptionem statutariam
16.annorum Communitati Lucan.concessa.

SVMMARIA.

1 *Aduersus præscriptionem 30.annorum datur restitutio in
integrum minori & non maiori.*
2 *Communitas æquiparatur minori.*

DECISIO L.

IN vna Lucan.pecuniaria, coram D.Fabio de men-
se Octobris 1547.fuit resolutum, quòd Cardinali
Lucan.daretur restitutio aduersus præscriptionem sta
tutariam 16 annorum statut.vbi bis ita disponen. quia
si ista æquiparatur prçscriptioni longissimi temporis
20.annorum,& in illa datur restitutio ex iusta causa
ignorantiç,vt erat in casu illo,in quo communitas iu
stè poterat ignorasse statutum vrbis. Et de tali statuto
ponit Ias l 1.2.lect.col.15.ver.vnú tamē perpetuò not.
C. de sum.trinit.& ibi Purpur.nu.167. vers vlt,limit.
reg.& ibi Alex.cons 269.viso themate infrascripto.
1 col.pen vol 2. Et quòd † aduersus prescriptionem 30.
annor.detur restitutio ponit Bal.in trac. de prçscrip.
in 4 part.primi tit.vers. 9 principaliter quære.& Dec
cons.29.Non obstat,quòd in statuto Romano tam in
primo lib.quàm in 4.vbi ponitur dictum statutú, sint
prçgnantia verba,quę denegant audientiam,& conce
dit plenissimam securitatem : ergo videtur denegan-
da restitutio,vt dicit in prædicto 4 lib.quia licèt secú
dum omnes l. 1.C.de præscript. 30. annorum dicit,
plenissima securitate gaudeant:quia fuit dictú, quòd
illud procedit in maiori,secùs autem in persona pri-
uilegiata,pròut in maiori loquitur Deci.d.cons.29.in
2 fin.& † communitas minori æquiparatur.

EPITOME.

Attentatorum iudicium est priuilegiatum vt etiā per confessio
narium procedi non possit in negotio principali ante purgatio
nem attentatorum.

SVMMARIA.

1 *Cedens non potest in negotio principali procedere nisi omnia
attentata sint purgata.*
2 *Attentati priuilegium negotio principali præiudicat.*

DECISIO LI.

IN vna Calaguritan. Canonicatus& præbend.corã
D.Reomano fuit conclusum mẽse Octobris 1547.
quòd si attẽtans in causa beneficiali,pròut erat in casu
illo,& ideò non tenetur purgare attentata,quia nõ e-
ramus in terminis.c.bonæ.de appel. & quòd dicit ibi
Fran.in 3.intellect.& Dec.in 1.not. Tamen fuit dictũ,
1 quòd sicut † cedens nõ poterat procedere in negotio
principali,nisi purgatis,omnibus attentatis ita non
poterat cessionarius,ne per viam indirectam tollere-
2 tur† priuilegium attentati,quod pręiudiciale est super
negotio principali. Et ideò fuit dictum.ꝙ prius fini-
retur negotium attentatorum contra cessionarium,
& posteà procederet in negotio principali.

EPITOME.

In causa Paduana iniuriarum ex quibus causis ab iniuriis excusatur.

SVMMARIA.

1 *Absolutio si fiat à censuris ab homine illatis, & non pareatur, iterum causa cognita potest fieri intrusio.*
2 *Iniuria excusatur etiam qualibet causa.*

DECISIO LII.

IN causa Paduana iniuriarũ 21.Octobris 1547.pro-
posui dubium,pręsupposita liquidatione fructuum
per iudicẽ facta,a qua fuit appellatũ,&regula in sup-
plicatione posita sine præiudicio liquidationis fru-
ctuũ,quòd dato,quòd cõmunis sit opinio,ꝙ quando
1 absolutio † fit à censuris ab homine illatis,si non pa-
retur,iterum causa cognita,debeat fieri intrusio,ta-
men quia aliqui Dd. tenent in c.eos.de sent.excom.in
6.vt putà Ioan.And &Franc.quòd etiam fiat sine ali-
2 qua causæ cognitione retrusio:quòd istis † sufficiebat
ad excusandum Hieronymum ab iniuriis.cùm quæli-
bet causa excuset.& dato,quòd diceretur,quòd est ap-
pellatum ab excessu,ergo in aliqua summa debeat fieri
solutio in f a?res.& ad excusandum ab iniuriis fuerũt
consideratæ alię causæ. de quibus per aduocatum

EPITOME.

Vicarius Episcopi non habens speciale mandatum,non potest supprimere beneficium.

SVMMARIA.

1 *Vicarius Episcopi non potest vigore sui vicariatus absque speciali mandato beneficium supprimere.*
2 *Ardua non veniunt in generali mandato.*
3 *Speciale mandatum etiam spatio 30. annorum non præsumitur nisi enuncietur.*

DECISIO LIII.

IN vna Calaguritan.beneficij de plebis fuit resolu-
tum coram D.Ranellen 21.Octobris 1547.quòd vi
1 carius† Episcopi vigore sui vicariatus non poterat
supprimere beneficium absque speciali mandato,fuit
alleg.ad Abb.in c cùm accessissent. super verb.& etiã
confirmat.de constit.alleg.Domin.in c.fin. 2. col. de
off.vicar.in 6.Feder.cõs.364.facit quod not. Archid.
in c.ad hęc.de off.ordin. quod denegari non potest,
2 quia ea quę sunt† ardua non veniunt in generali mã-
dato,quod est diminuere cultum Ecclesiæ & licèt es-
semus in tempore longinquo plusquam 30.annorum,
3 fuit dictum,quòd† ex quo mandatum speciale non e-
nunciabatur, non pręsumebatur, & ideò decis. 3.
Cassad.de procurat.non obstat.

EPITOME.

Tacita repudiatio inducta ex lapsu temporis.

SVMMARIA.

1 *Possessorio remedio ab intestato potest agi ab intestato, etiã si sit testamentum, si spatio 30. annorum additio hereditatis sit præscripta. & nu.4.*
2 *Hæres si sit incertus non potest esse locus successioni ab intestato.*
3 *Spatium 30. annorum etiam hæredi ignoranti currit.*

DECISIO LIIII.

IN causa Anaguina Castri Suruilæ 27.Octob. 1547.
1 proposui dubium,an stante† testamento D.Honora
tus posit agere remedio possessoriu ab intestato.Pro
parte negatiua dicebatur.quòd non,per l. quandiu est
locus successioni ex testamẽto cessat successio ab in-
testato l.quamdiu.ff.de regu.iur. Et istud etiam est ve
2 rum† stãte incertitudine hæredis nũ adierit,iuxta tex.
& glo not in l.1.C.de bon poss.item per text.in §. cùm
autem. Instit.de hæred.quæ ab intest.vbi tunc venit ab
intestato,quãdo heres esse desierit,& sic videtur,quòd
oporteat docere testamentum esse destitutum. Cõtra
rium fuit in casu isto decisum,quia à tempore mortis
Ioannis Felicis vsque ad tempus, quo Honoratus a-
gere incipit,lapsi fuerunt 30.anni,& vltra. quo casu
cùm honoratus esset filius,& ei ab intestato hæreditas
3 deferretur,† & ius adeũdi spatio 30.annorum præscri
bebatur,quod tempus etiam ignoranti currit, iuxta
glo.communiter approbatã in l licèt.C.de iur.delibe.
ex lapsu tanti temporis inducebatur valida repudiatio
secundum Bart.in l 1.1.not C. qui admit.ad bon.Soz.
cons.63.col.2.vers.sed his & aliis non obstan. vol. 1.
Paul.Castr.in l.3.ff.de acquir hæred. Ergo cùm ex lap
su tanti temporis esset inducta repudiatio, erat locus
successioni ab intestato,& in terminis istam opinio-
nem tenet Alexan.cons.9.col.1.in fin.in 2.vol.

EPITOME.

Statutum vrbis in, minore non valente donare sine solennitate habet locum in minore confitente habere pretium in cõtractu venditionis suprà decis.7 lib.3.

SVMMARIA.

1 *Minores si non possint ex statuto liberè donare nisi interuenientibus quibusdam solemnitatibus, sine illis etiam in actu venditionis confiteri non possunt.*
2 *Donare prohibitus si vendat, & confiteatur se pretium accepisse, fraudem facit legi & statuto.*
3 *Minor curatorem non habens an sicut possit contrahere, sic & confitendo sibi præiudicare.*
4 *Maritus su constante matrimonio confiteatur se dotem recepisse, donationem facere videtur, nisi facta sit ratione præcedentis promissionis.*

5 *Confessio*

5 *Confessio mariti ex alia causa quàm dotis emanata reputatur donatio.*

DECISIO LV.

IN causa Romana Casalis della Battaccia 20. Octobris 1547. proposui dubium, an cõfessio de duobus millibus receptis per minorē in instrumentis venditionis facta sapiat donationem, ita vt comprehendatur sub prima parte statuti de pactis & donation. non valitur. vel saltem ea minores dicantur læsi: & fuit resolutum per omnes. secclusis quibusdã coniecturis, quæ contra minores adducebantur, quòd simpliciter quę rendo, an confessio minoris in actis venditionis de recep. duobus mill. sapiat venditionem, ita vt comprehē
1 datur sub dicto statuto. Pro parte affirmatiua dicebatur, quòd sic: quia ex quo† minores non poterant liberè donare, sed interuenientibus quibusdam solennitatibus, non poterant etiam confiteri sine illis solennitatibus, text in l. qui testamentum. ff. de probat. l. cũ quis decedens. §. Titia. & ibi Bar. aliàs de facili statutũ potest elusoriũ reddi: cùm minor volens donare, venderet, & fateretur se recepisse, vt latè Soz. cons. 65. circa prin. col. 5. ver. postremò prędicta conclusio. vol. 1.
2 vbi in terminis dicit, quòd † vbi quis est prohibitus donare, si vēdat, & confiteatur pretium habuisse, fraudem legi facere videtur, & statut. de dona. ad præsumpta se ostēdit, ne aliàs fraus inducatur, Corn. cons. 185. vers. contrarium tamen in simili. Non obstant adducta in contrarium videlicet dum primò dicebatur, quòd
3 † minor contra orem non habens sicut potest contrahere, ita potest confitendo sibi preiudicare, vt per Abb. c. fin. col. 3. nu. 8. de confess. Ita tamen loquitur in donatione, cùm sit stricti iuris, non extenditur ad cõfessionem, de qua statutum non loquitur, maximè cùm in prooem. statutorum. in 1. lib. dicatur, quòd statuta sint intelligenda, prout iacent, ergo non poterat fieri extēsio ad confessionem, prout ita dicit Ias. cons. 60. in 1. vol. quia fuit responsum quòd statutum non excludit interpretationem quæ prouenit ex descriptione legis Corn. cõs. 324 vol. 3. col. 2. quæ in statuto semper recipitur, similiter in l. 2. C. de noxal. Paris. cons. 64. nu. 25. vol. 1. & hoc sine difficultate procedit in casu nostro, arguendo à ratione expressa in statuto, quæ fuit ad obuiandum fraudibus, quæ comprehenduntur ratione, non dicitur sum ita per interpretationem seu extensionem, gloss. in Clem. 1. in ver. eligatur. de elect. cum aliis. & longè maior fraus interuenire potest in donationibus, quæ fiunt sub colore aliquo, putà confessione, quàm in donat. simplicibus: cum in illis magis conueniri possit minor. Et quòd istis donatio. principaliter statuentes occurrere voluerunt, patet, quia voluerunt consangui neos iurare non credere in præiudiciũ minorum, quod non potest aptari ad simplicem donationem cùm illa sit apertè damnosa, cùm donare sit perdere. Sed tale iuramentum cõuenit aliis actibus ex quibus resultat donatio, ne in eodem actu minores decipiantur. Non obstat, quòd dicebatur. quòd si cõfessio comprehenderetur sub donatione, quòd dubi-
4 taffet, quòd si maritus † constante matrimonio confitetur dotem recepisse, si talia confessio sapiet donationem, quod tãtum voluit Bart. in l. assiduus. C. qui pot. in pig. hab. Rom & Alex. in l. donatio. ff. de verb. ob. cum aliis adduct. per Felin. in c. si cautio. col. 16. vers. concludo. de fid. instru. Imò talis confessio quando non est renunciatum exceptioni non numeratæ pecun. videtur facta spe futuræ remunerationis, ad Alex. in d. l. donatio. ff. de verb. ob. col. 3. respondetur, quòd procedit in dote confessata ratione præcedentis promissionis. & quia à communiter accedentibus matrimonium non est sine dote, & maritus onera matrimonij verisimiliter non sustineret sine dote, l. 3. de iure dotium. Soci. cons. 122, vol. 3. Aym. cons. 40. 2. col. quę cessant in casu nostro. Et ideò vbi præmissa non con-
5 currant, videmus, quòd † confessio mariti ex alia causa emanata, reputatur donatio, & proptereà non valet, vt per Soci. cons. 65. quòd illa iura loquebantur in personis prohibitis: quia fuit dictum, quòd ista responsio firmabat conclusionem istam, attento statuto quòd minor sit prohibitus sine certa solennitate donare, ergo confiteri.

EPITOME.

Aduocatus contra eum, pro quo est aduocatus, potest esse testis etiam inuitus.

DECISIO LVI.

COnclusimus in vna Romana societatis 3000. ducat. D. Io. Baptista Guid. bonus. & ego, quòd aduocatus contra eum, pro quo est aduocatus potest examinari etiã inuitus, per cons. Paris. 70. vol. 4. & decis. Guid. Papę 45. Non obstat, quòd Io. And. in addit. ad Specul. tit. de testib. § quo possunt contra testes opponi col. 24. in addit. incipien. l. si quam videtur sequi Stepha. Aufred. in tracta. vol. 9. dum vult, quòd in duobus casibus possit examinari: ergò extra illos duos nõ poterit. quia Io. Andr. loquitur per verbum, maximè dum dicit, quòd aduocatus potest examinari, quando interrogatur de his, quæ sunt ante susceptam aduocationem.

SVMMARIVM.

1 *An possit stantibus literis in forma breuis coram iudicibus de partibus validè procedi.*

DECISIO LVII.

DIe 14. Octobris 1547. in causa Messanen. Baro-
1 niæ proposui dubium, an stantib. †, literis in forma breuis direct pro Rege Siciliæ potuerit coram iudicibus de partibus validè procedi: & an primæ literę Clementis ad dispensandum super contrahen. matrimonio, de quibus in hac causa agitur, contineant materiam fauorabilem. fuit dictum, quòd alias prima pars dubij fuerat resoluta, vt patet suprà decis. 34. & in breuis etiam erat recept. per horrescẽtiæ. Secũda pars etiam dubij erat resoluta, vt patet superius decis. 34. Et quia pars aduersa pauper erat, noluit informare, ideò punctum pro resoluto habui secundũ prædictas resolutiones.

EPITOME.

Fideiussor, qui accessit societate durante ad bene placitũ dissoluta, is, diesũ, quia accessit ad sex menses & non vltra, si societas infra sex menses dissoluatur, conueniri potest.

SVMMARIVM.

1 *Principales dissoluta infra sta tutum tempus societate tenentur: & si fideiussores se vt principales obligauerint, eodem*

dem modo quo principales tenebuntur.

DECISIO LVIII.

ALphonsus contraxerat societatem cum Ioanne cum clausula ad sex menses, & deinde ad beneplacitum cum didisdicta ad 15. dies: cui societati de anno 1542. accesserunt Io. Mattheus & Iacobus Clubandi ad sex menses, & non vltra: lapsis sex mensibus, & durante societate ad beneplacitum, iterum iidem fideiussores de anno 1544. accesserunt eidem societati de nouo ad illos sex menses, & non vltra & voluerunt teneri in omnibus, vt principales. Facta dicta accessione post 3. menses cum dimidio Alphonsus disdixit societatem sub his verbis: quòd non intendebat amplius dictam societatem durare, & beneplacitum reuocabat. Dubitaui ego 20. Octob. anno 1547. in vna Romana releuationis indẽnitatis, an fideiussores societate durante ad beneplacitum cum disdicta 15. dierum, & accesserunt ad alios sex menses, & nõ vltra potuerint infra 6. menses disdicta societate conueniri. & fuit per omnes resolutum, quòd sic: quia fideiussores, qui voluerunt vltra sex menses teneri, censentur conueniri posse, quando societas infra d. sex menses dissoluitur, Bart. in l. cum ita. de dolo. Angel. & Bald. in l. si vltra. C. de fideiussorib. Bar. in l. si actione. col. 3. nu. 9. C. de obligation. quòd fideiussores volebant teneri vt principales, & ad omnia, ad quæ prin-
1 cipales tenebantur, sed certum est quod † disdicta societate etiam intra sex menses principales teneantur, ergo fideiussores.

EPITOME.

Gratia confirmationis creationis in canonicum quo casu intellecta in omnibus mensibus

SVMMARIVM.

1 *Papa nihil excipiens quòad menses ordinarios sed eos quoque per copulam exprimens, censetur in omnibus tam suis quam ordinariorum conferre.*

DECISIO LIX.

PApa confirmauerat creationem in canonicum factam per ordinarium: & posteà subiunxit. Et nihilominus canonicatũ & prebendam inibi primo vacaturam, etiã generaliter reseruat preterquàm per obitum apud sedem & familiarem alicuius Cardinalis cuius consensus ac in mensibus ordinariis collatoribus &c. conferimus: fuit dictum in vna Concordien. canonicatus & præbend. coram D. Reomano 10. Nouembris 1547. quòd Papa respectu suæ concessionis, quam de nouo faciebat, concedebat quantum in eo
1 erat: & quia † tantum aliqua excipiebat, quòd gratia censeretur esse facta in omnibus, mensibus quòd etiã importabant illa verba, resecuat. Nam reseruatio inducebatur per regulam reseruationis. Non obstãt illa verba, ac in mensibus ordinariis, certè concessio fuisset intellecta sine præiudicio mensium ordinariorum. Sed quia Papa liberam gratiam conducere volebat, ideò expressit, ac mensibus ordinariis: quia illa copula augmentatiuè ponitur, vt non solùm concederet in mensibus suis, sed etiam ordinariis, qui nisi expressi fuissent, non venissent.

EPITOME.

Quando ex parte actoris constat de iustitia sententi, potest iudex sententiam nullam confirmare de iure, nisi sit commissa causa nullitatis.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatis iudicium prius quando sit decidendum, quam in negotio principali procedatur*

DECISIO LX

IN causa Messanen. Baronię, 14. Nouembris 1547. dedi dubium, presuppositu, quòd testes super impedimento consanguinitatis ab vtroque capite prouenientes fuerunt legitimè examinati: Et quòd Io. & Angela nullitati in processu de partibus factæ renunciarunt cum promissione de soluendo expensas: & ex processu de partibus velint se iuuare præter istam probationem, an sit cognoscendum super negotio principali, priusquam dictæ nullitates specificentur, ita quod & negotium principale & dictę nullitates in eadem sententia terminentur. Et fuit resolutum, quòd licèt de iure communi, quando iudici appellationis constat de iusticia sententiæ, quæ est nulla ex parte actoris, quia acta sunt inualidè gesta, quòd tunc iudex potest primam sententiam non solum reformare, sed etiam illam confirmare. Ant. de Butr. c. dilecti. col. 6. de appella. Alex. vbi plures refert consi. 181. col. fi. nu. 14. vers. 3. respondetur. vol. 6. & est communis opinio secundum ipsum cons. 18. col. 1. vers. tamen communis
1 opinio est. vol. 2. tamen ista formantur ex forma † cõmissionis, quæ erat data pro parte pupillorum contra Io. & Angelam. cùm in ea esset dictum, vt prius super nullitate pronunciaretur. Vnde per commissionem erat recessum à iuris dispositione: & licet extaret alia commissio præsentata in illa audientia, & coniunctim vel diuisim arbitrio pronunciaretur, tamen pro parte Io. & Angelæ in principio audientiarum erat præsentata commissio, & refectis expensis si quæ de iure reficiendæ veniebant, ad expeditionem negotij principalis, vel iuxta formam secundo loco pręinsertæ vel prout in prima procederet, & sic iuxta formã istius commissionis erant prius reficiendæ nullitates & sic specificandæ & reficiendæ expensæ, & posteà in negotio principali procedendum.

EPITOME.

Mandatum de manutenendo vbi datur cogitur quis ad cauendum ne in futurum molestet: ad damna verò & interesse agendum est via ordinaria

DECISIO LXI

IN causa Bononien, iuris macinandi Nouembris 1547. dedi dubium, stante sententia & decreto mandati de manutenendo cogi possit de vlterius non molestãdo eorumque molestationes & impedimenta illicita fuisse declarari debeant itèmque in expensas damna, & interesse molestari & condemnari. Et fuit resolutum, quòd ordinarij cogendi essent ad cauendum de non molestando in futurum per Dd. Bart. in l. 1. §. interdictum. In fin. ff. vti possidet. & in l. 1. 5. quest. C. vti possid. late Aret. in §. quadrupli autẽ Iustit. de act. nu. 48. vsque ad 50. super damnis fuit dictum, quòd licet isti molestatores ad illa teneantur vt dicit Bart. in d. §. interdictum, & alij Dd. superius alleg. tamen ad dicta damna & interesse via ordinaria agẽdũ erit quia hic nõ eramus in proprio interdicto Vti possid. Nam cũ ex stilo palatij esset inceptũ quòd

constito de possessione saltem plene mandatum de manutenendo detur: hoc idem in eodem mandato: & debebat fieri condemnatio damnorum & interesse sed via ordinaria agendum erat.

EPITOME.

Executoriales latę contra Capitulum quomodo afficiunt illum, cui capitulum tradidit possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Tertius accipiens beneficij vacantis possessionem lite pendente habetur pro intruso, etiamsi lata sit sententia, & tenetur executorialibus postrà decretis parere.*

DECISIO LXII.

IN vna Placentin. Canon. & præben. pro Ioanne Solano contra Ferdinandum Gualindez, inqua erat factum monitorium capitulo Placentin. ad tradendum possessionem canon. & præben. ex nunc, & fructus quamprimum vacarēt Io. Solano: & lata sententia contra Capitulum, & pendente appellatione
1 Capitulum dedit † possessionem canonicatus & præbend. vacantis: habet etiam de tradendis fructibus, quàmprimum vacarent, & super eo est lata sententia, an traditio possessionis & fructuum deinde pendente appellatione facta per Capitulum alteri operetur, vt accipiens videatur lite pendente super fructibus intrusus. Et fuit resolutum, non habito respectu, an esset sententia lata, sed ex quo lis erat, quòd ille tertius, cui erat tradita possessio, diceretur intrusus, & teneretur parere executorialibus posteà contra Capitulum decretis, per d. Bald. in l. 1. col. 2. in fin C. com. diuid. & quod ibi dicit Salic. & idem Bal. auth. litigiosa. C. de litig. Et multa fuerunt dicta, quę latius in informatione videri possunt: sed illud dictum Bal. in d. l. 1. decidit istum casum. ex illa quoque Domini moti fuerunt.

EPITOME.

Titulum coloratum quo casu dicatur spoliatus habere.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus od beneficium est restituendus etiamsi spolians probauerit istud esse iuris patronatus: secus si ex ipsius spoliati confessione constet de iure patronatus.*

2 *Clausdummodo medietatis patronorum consensus interueniret, non præstat titulum coloratum, si producens spoliatus ipse confessus fuerit beneficium esse iuris patronatus.*

DECISIO LXIII.

IN vna Astoricen. Parochialis de Teranta, coram D. Prospero fuit resolutum quòd spoliatus, qui habebat gratiam, perinde valere cum clausula & quatenus de iure patronatus parochialis existat cum consensu patronorum: quod dato, quòd ex actis constaret quòd Parochialis esset de iure patronatus, licèt non
1 diceretur habere titulum coloratum, Nam † licèt esset probatum per aduersarium, quod beneficium esset de iure patronatus, tamen probatio non excludebat contrariam probationem, & de ista probatione in illo iudicio possessorio non erat agendum, sed spoliato debebant omnia restitui: secus dicebant Domini fore, quando de iure patronatus constaret de confessione illius spoliati, prout in eadem causa. Idem spoliatus produxerat primò gratiam, in qua dispositione narrauerat beneficium esse de iure patronatus
2 & Papa † prouiderat, dummodò medietatis patronorum consensus interueniret. & quia fuit dictum, quod illa gratia non dabat titulum coloratum: Ideò fuit coactus expedire gratiam, perinde valere, in qua omissa dicta narratiua de eo facta fuit mentio conditionaliter.

SVMMARIVM.

1 *Testes examinati & in instrumento producti, & responsio ad præparatoria transferunt onus probandi in contrariū.*

DECISIO LXIIII.

DIe 21. Nouembris 1547. in causa Romana hæredi
1 tate de Cardellis, proposui dubium, an † ex testibus examinatis, & in instrumento productis, ac responsione ad præparatoria probetur veritas domus Angularis. Et fuit resolutum, quòd ex omnibus, quæ adducebātur in informatione induceretur probatio indemnitatis saltem, quę transfert onus probandi cōtrarium in aduersarium: tamen per qualitates illius porticellæ, & quia dicebatur quod per dictam porticellam ingrediebatur in medietatem domus Iuliani, quæ erat iuncta cum horto. Et quia istę qualitates secundū iudiciū peritorū examinatorū maximū fumū præstabant, quòd si illę qualitates non conueniebant quòd erant eligendi de nouo periti, qui examinarentur super eo an dictę qualitates conuenire potuerint.

EPITOME.

Priuilegium de non soluendo decimas intelligitur de extraordinariis. Item fuit firmatum 2. Decembris 1547. in eadem, sed fuit dictum ex quo testes in remissoria examinati dicebāt, quod per longum tempus xenia, quæ dicebantur Curato & Rectori non soluebantur.

DECISIO LXV

IN vna Burgen. decimarum, coram D. Prospero, 21. Nouembris 1547. fuit dictum, quòd priuilegium eximens à solutione decimarum intelligeretur de decimis extraordinariis, non autem ordinariis, per dictū Bald. in l. fistulas. §. frumenta. ff. de contr. emp. & Frāc. de Crema. sing suo 107. Felin. in c. sedes. col. 4. in fin. vers. & ista faciunt ad quæsti. de rescript. quòd negari nō poterat quin priuilegium esset dubium Et ideò esset per consuetudinem interpretatiuum, ita quòd erat stante cōsuetudine interpretatiuè intelligēdum.

EPITOME.

Mora purgari non potest, vbi in transactione est pactum resolutiuum.

SVMMARIA.

1 *Consensus partium si statuto tempore effluxo euanuerit, non potest contràctus sine partium consensu sustinari.*

2 *Emphytheota habet purgationem moræ etiamsi lex illo canonem non soluente contractum rescindat.*

3 *Contrahentium dispositio recipit interpretationem à dispositione iuris si interueniat dubium.*

DECISIO LXVI.

IN transactione erant posita talia verba: & si transacto dicto mense Septēbris proximè futuro dicti heredes D. Antonij huiusmodi cautionem non pręstiterint, tunc presens transactio & concordia sint nullius valoris & momenti, & neutri partium propter hoc in suis iuribus præiudicetur. Dubitauit D. Anto. Aug. in vna Viterbien. pecuniaria, 26. Nouembris 1547. an stante dicto pacto resolutiuo mora potuerit

purgari

purgari. Ex quinque votantibus, excepto vno, omnes fuimus pro parte negatiua, quòd non potuisset purgari, per ea quæ dicit Alex. in l. insulam col. 1. in 6. fallen. ff. de verb. obli. Grat. consi. 93. nu. 6. ratio est v-
1 nica quia † ex quo post illud tempus abest consensus
partium, non est in potestate nostra facere, quod contractus sine consensu maneat. Non obstat, ꝙ quando emphiteota non soluit canonem, lex rescindit con-
2 tractum, & † nihilominus admittitur purgatio moræ
c. potuit. quia illud est in dissolutione legis, & sic ipsa lex in hoc capite specialiter prouidit: hic autem non est lata prouisio, sed partes voluerũt statim cõtractum facere resolutiuum: & mitius agitur cum lege quàm
3 cum homine. Itẽ non obstat, ꝙ dispositio † cõtrahen-
tium recipiat interpretationem à dispositione iuris, Barto. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de opt. leg. quia fuit dictum, quòd istud procedit in dubio: Hic autem sumus in casu claro. Et ideò fuit dictum, quòd cùm habeamus Dd. illud asserentes, in quo non videntur habere contradictorem, & aderat prima ratio quòd ista pars erat amplectenda, & non erat ab ea discedendum per argumenta aduersarij.

EPITOME.

Societas contrahi potest super officio emendo.

DECISIO LXVII.

DVbitaui ego in Romana releuationis indemnitatis 28. Nouembris 1547. an fideiussor, qui accessit societati super officio emendo contractæ ad sex menses, vt principalis & insolidum teneatur ad restitutionem pecuniarum, quas ille, pro quo promiserat recipit si officium non emitur vigore dictæ fideiussionis. Et fuit resolutum, quod teneretur: quia societas poterat contrahi super officio emendo, l. si fratres. §. si quis societatem. & l. cum societas. ff. pro socio. & Instit. de societ. si ergo societas valet, & fideiussor admisit societatem, ea dissoluta tenebitur, sicut & principalis tenetur. Non obstat, quod non empto officio fructus deberentur potius, & vsuræ: quia fuit dictum quod hic non agebatur de fructibus, sed de sorte principali. Item & quia fuisset actum de ipsis soluere & repetere ad c. debitores. de iureiur.

EPITOME.

Societate disdicta etiam 15. diebus disdictæ dicitur durare.

DECISIO LXVIII.

DIe 15. Decembris 1547. in vna Romana societatis, 300. ducat. pro hæredibus Ioannis Morelli dedi dubium, an post disdictam societatem infra quindecim dies non duraret. Et licèt vna tantum pars informauerit, videlicet illa, quæ prætendebat societatẽ infra 15. dies non durare, tamen etiam quod non fuissent visa fundamenta, quæ fuerant allegata, & quæ possint allegari in informatione pro friuolis, & dicere, quod illi quindecim dies dantur, vt quis interim possit eis lapsis satisfacere, & interim pecunias sibi cõparare: tamen quòd interim societas durabat, quia verba instrumenti sunt ꝙ societas duret ad sex meses & deinde ad beneplacitum, cùm disdicta 15. dierum præcedat. Licèt ergo societas sit disdicta, tamen penden. illis 15. dieb. dicitur etiam societas durare. quia ex forma cõuentionis 15. dies disdictæ debent præcedere beneplacitum reuocationis societatis, & si socius moreretur intra 15. dies, lucratur alter socius pecunias.

EPITOME.

Gratia Nicolai ex quibus subreptitia reputata.

SVMMARIVM.

1 *Gratia de iurepatronatus obtenta per narratiuam dicendo quòd patroni præsentarunt indignum & patronorum procuratores id fecerunt excedendo fines mandati est subreptitia.*

DECISIO LXIX.

IN causa Parochialis S. Thomæ de Prauia bonoruin
1 die 15. Decẽbris 1547. dedi dubium, stante † præsen-
tatione procuratorum patronorum in manibus ordinarij in fauorem fratris Hieronymi de facto facta, & literis de nouo productis, quòd obtineatur prouisio per ipsum fratrem Hieronymum posteà obtẽta, & institutione ab ordinario posteà subsecuta, an dicatur sufficienter contradictum per patronos, ita vt gratia dicti Nicolai reddatur surreptitia: Tum quia erat obtenta, eo quia erat narratum, quòd patroni præsentauerant indignum: & istud non erat verum. Quia cũ mandatum esset datũ ad præsentandum in manibus habentis potestatẽ admittendi procuratores, præsentando coram capitulo, excesserunt fines mandati, & ita patroni non dicebantur præsentare. Secundò, quia prouisio Nicolai erat obtenta cum narratiua, quòd patroni indignum præsentauerant, & sic tanquam patroni essent priuati: quo casu prouisio Apostolica auctoritate, etiam patronis præsentãtibus post quadrimestre est valida, vt per Felin. in c. cum Bertholdus. col. 4. in prin. vers. 2. aduerte de re iudic.

EPITOME.

Clausula absolutionis à pœnis & censuris non habilitauit Ioannem de Milla inhabilem ad beneficia ex pugna in duello facta.

SVMMARIA.

1 *Clericus pugnans in duello inhabilis est ad beneficia.*
2 *Clausula motus proprij, etiam ex certa scientia & apostolicæ potestatis plenitudine & absolutione à censuris & pœnis clericum non habilitat in duello pugnantem.*
3 *Motus proprius non inducit dispensationem irregularitatis vel alterius defectus, nec gratiati inhabilitatem tollit.*
4 *Clausula ex certa scientia nihil operatur quoad ea quæ sunt facti: dum Princeps ea ignorare præsumatur*

DECISIO CXX.

IOannes de Milla pugnauerat in duello. propter ꝙ
1 dicebatur, quod † erat inhabilis ad beneficia, per
not. per Dd. in c. 1. & 2. de cler. pug. in duel. Dubitauit D. Fabius 5. Decembris 1547. in vna Dertucen. Sacristiæ, an Ioannes de milla censeatur habilitatus per
2 clausulas † suæ gratiæ videlicet motus proprij, & ex
certa scientia & apostolicæ potestatis plenitudine ac absolutione à censuris & pœnis. Et fuit resolutum, ꝙ
3 non quia motus † proprius non inducit dispensatio-
nem irregularitatis, vel alterius defectus, nec tollit inhabilitatem gratiati, Rom. decis. 6. de præben. in nou. & not. in Clem. Rom. de præb. & defectum personæ nõ tollunt etiam clausulæ generales. Non obstat Rot. 1.
4 de præben. in fin. Et clausula ex certa † scientia nihil
operatur. quoad ea, quæ sunt facti: quia præsumitur ea princeps ignorare, Dec. consi. 292. col. penul. & per alia fundamenta, de quibus in informationibus.

EPITOME.

Tertius veniens in instantia ad litem in eo statu & termi nis à sententia contra eum lata appellare non potest, quia erit contra eum tertia.

SVMMARIA.

1 *Appellatio tertij venientis ad litem in tertia instantia & petentis ad causam admitti in eisdem statu & terminis substantialibus seruatis non admittitur.*

2 *Tertius veniens in eodem statu & terminis facit sententias contra alios latas suas.*

DECISIO LXXI

IAcobus Cordellas habuit duas sententias contra quosdam. In tertia instantia ad litem venit quidam Remigius pro interesse suo, petens se admitti ad causam in eisdem statu & terminis substantiallbus seruatis, perinde ac si per ipsum seruati forent, & venit vigore commissionis, & fuit admissus. Deinde fuit lata sententia contra Remigium. Dubitauit. D. Rossanen. in vna Valentin. de Paterna, 9. Decemb.
1 1547. an sit res † iudicata contra Remigium, ita quòd non sit audiendus in appellatione sua, nisi pariter iudicata: & licèt Felin. in c. cum super. circa fin. de re iud. videatur decidere ipsum casum: tamen fuit dictum quod Fel. in scripto videatur continere repugnantiá dum primo dicit, quòd ista sententia dicitur esse tertia. & posteà subiungit, quòd si non appelles, transit in rem iudicatam, ita quòd videtur sentire, quòd possit appellare: & tamen primo dicit, quòd sit tertia sententia, ergo appellare non poterit. Item Fel. nihil allegat: & ideò illud dictum Fel. fuit à Dd. reiectum, & fuit tentum, quòd sententia ista diceretur quòad Remigium tertia, qui ad litem inchoatam veniret, cum potuisset ipse nouam inchoare: & veniendo ad litem debebat admitti in statu & terminis, vt dicit tex. c. 2. vt lit. pen. in 6. pròut etiam ipse petiit admitti in statu & terminis, vt dicit tex in d. c. 2. & intelligitur quòad actus faciendos, vt dicit Fran. in d. c. 2. & cùm in tertia nihil aliud esset faciendũ & illa lis erat in illo statu, & à tertia appellari nõ poterat, ergo nec Remigius potuit,
2 qui † veniendo in illo statu videtur fecisse illas senteńtias contra alios lata suas. Et ideò si iam duas sententias contra reportasset, non posset appellare, & ita hic quidam ex Auditoribus allegauit Bar. in l. à sententia. col. fin. vers. quarto quòd si primus est varius. ff. de appell. dicens, quòd ibi Bar. decidit istum casum, distinguendo, an sciuerit, vel ignorauerit: sed dictum Bar. ibi loquitur, quando sunt latę tres sententiæ, & tertius à tertia sententia veniens ad causam volebat appellare.

EPITOME.

An super negotio principali sententia super nullitatibus sit ferenda

SVMMARIA.

1 *Commissio quæ habet vt quòad nullitates procedatur si sit præsentata vltimo loco, an sit procedendum æquè ad negotij principalis expeditionem, absque expensarum refectione & prætensarum nullitatum declaratione.*

2 *Nullitates si sint in actis, & pars eas reuocari cupiat, negari non potest, vt ea tollantur, & quæ sint declarentur.*

3 *Sententia, de cuius iustitia in actis constat confirmari potest: & si pars aduersa nullitates esse declarandas, aut expensas reficiendas videat, super illis quoque est pronunciandum.*

DECISIO LXXII.

IN causa Messanen. Baroniæ, quia pro parte Io. Guil-
1 lego erat præsentata † commissio vt quòad nullitates procederetur, pròut de iure. Ideò dedi dubium 9. Decembris 1547. an stante commissione vltimo loco pręsentata sit procedendum ad expeditionem negotij principalis absque refectione expensarum & declaratione prætensarum nullitatum. Et fuit dictum
2 quòd de iure est, quod † si sint nullitates in actis, & pars petat eas reuocari, quòd negari non potest, quin istæ nullitates tollantur, & declarentur, quę sint: nam licèt Alex. cons. 181. col. fin. num. 14. lib. 6. & cons. 791. col. 2. lib. 1. & Dec. in c. in literis. col. penul. circa fin. & Fel. colum. pen. circa med. de offi. deleg. dicant,
3 quòd quando † ex parte actorum constat de iustitia sententiæ, quòd illa sententia potest confirmari: tamẽ non negant, quod si pars aduersa videret nullitates esse declarandas, & expensas reficiendas, quin etiam super istis nullitatibus & expensis reficiendis sit pronunciandum. Et aduerte, quòd super omnia esset pronunciandum super nullitate. Sed quia in casu isto non omnia erant facta nulla, sed pro parte tantum ex illa parte actorum sententia poterat fieri: dixerunt Domini: quod simul super vtroque pronunciari poterat: Tamen quia commissio dicebat quòd simul pronunciaretur, attento, quòd negotium principale erat discussum & pupilli dicebant, quòd pro parte ipsorum adhuc negotium non erat instructum. Ideò dixerunt Domini, vt viderem, quas materias pupilli dare volebant, & si essent releuantes deliberare possent, & pupilli dicebant quod per illam commissionem conferebatur ius eis quęsitum ex commissionibus pro parte aduersariorum præsentatis. Fuit dictum, quod contra illas commissiones erant dicta generalia cõtrà ita quòd non videbantur commissiones acceptatæ. Item nõ erat eis ius quæsitum etiam ex obligationib. factis quia factę erant, quatenus de iure tenerentur.

EPITOME.

Ius, quod quis ignorat, non videtur remittere.

SVMMARIA.

1 *Ratificatio in instrumento transactionis promissa an per instrumentum vltimò productum propter ignorantiam reuocari, aut ob moram faciendam retractari possit.*

2 *Ignorantia affectuata vnde præsumatur.*

DECISIO LXXIII.

IN causa Petiliana dotis 9. Decemb. 1547. dubitaui,
1 an ex capite † ignorantiæ Ioan. Franciscus possit dicere per instrumentum vltimo loco productum nõ remisisse ratificationem legitimè in instrumento trãsactionis sibi promissam, vel moram faciendam reuocare. Et fuit resolutum quod ius, quod quis ignorat, non videtur remittere: Et quod in genere cogitare poterit illud ius, probatur in l. inter creditorem. ff. de pactis & in l. tres fratres. ff. eod. & l. mater decedens. ff. de inoffi. testa. & l. legitima. ff. de pet. hær. Et
2 Comes erat in † ignorantia affectata, ex quo legitimã nõ tenebatur coram certo iudice ratificare, & verisimiliter credere poterat Io. Francis. Comes, quod ille Io. Ant. ante promissionem factam adimpleuisset, maximè contrarium credere non debebat, & in præiudicium periurij incidisset, maximè cum nos essemus in facto, quod quis teneretur perquirere, vt est in prælato: & sic eramus in facto alieno de quo an esset factum nulla fama erat, quia tunc fuisset iudicata causa ignorantię Comitis.

EPITO-

EPITOME.

Regula quod Cardinalis absentes vtantur eorum indultis in sex mensibus quomodo intellecta.

DECISIO LXXIIII.

IN vna Triosonen. Canonicatus coram Domino Prospero 9. Decembris, 1547. fuit resolutum, quod regula moderás indulta Cardinaliũ absentium, quod per sex menses non esset restricta ad vnam Ecclesiam, & vnum Monasterium prout erat in regula moderante indulta Cardinalium, præsertim quod in omnibus Ecclesiis eorum indulto vti poterant: tum quia regula generaliter loquebatur: tum quia repugnabant verba regulę, dum in ea dicitur, quod quamprimùm in Curiam venerint, quod debeant eligere, ergo absens non tenetur: tum quia sufficiebat Papæ, quod sex menses eis abstulisset. Et ideo ad vnam Ecclesiam & Monasterium eos coarctare non voluit.

EPITOME.

Ad probandum vnum extremum sufficit præsumptiua probatio.

SVMMARIA.

1 *Titulus vnionis etiamsi sit inutilis & inualidus præstat probationem præsumptiuam nisi plena & aperta requiratur.*

2 *Primum extremum simpliciter probari debet nisi ex statuto plena probatio sit necessaria.*

DECISIO LXXV.

DVbitauit Dominus Prosper 9. Decembris, 1547.
in vna Abbanen. parochialis de Heluina, an pro
extremo sufficiat probatio præsumptiua ex titulo
1 vnionis. Et fuit resolutum, quòd sic: quia † ex confes
sione Episcopi Soli constabat, quòd Episcopus Ab-
banen. per tempus possederat, & cum ex actis con-
staret de titulo vnionis præsumptio erat, quòd ex ti
tulo vnionis ille possederat, ad l. quædam mulier. ff.
de rei ven. etiam quòd titulus esset inutilis & inua-
lidus, Soc. consi. 13. numero 14. & consi. 4'8. colum.
fin. Nec obstat, quòd Dec. istud limitat, scilicèt nisi
vbi requiritur plena & aperta probatio: Et cùm
constet, quòd Rota vult quòd primum extremum
plenè probaretur: ergo non sufficit præsumptiuè.
2 Quia fuit responsum, quòd † primum extremum
simpliciter debet probari: quia erat difficultas, an ple-
nè vel semiplenę: fuit resolutum, quod plenę. & ideo
non eramus in casu, in quo ex constitutione vel sta-
tuto, requiritur plena probatio, quia tunc procedunt
dicta per Dec. vbi suprà. sed eramus in interpretatione
iuris priuati, volentis quamprimum quod exnunc
plenę debeat probari, ad differentiam semiplenę, &
tantò magis in illo casu.

EPITOME.

Conferendi facultatem habens an possit resignationem admittere.

SVMMARIA.

1 *Archiepiscopus potest resignationem admittere, & in permutationem consentire.*

2 *Papa concedens inferiori priuilegium conferendi ex causa resignationis, non dat facultatem admittendi resignationem.*

3 *Ordinarius concedens potestatem conferendi ex causa permutationis videtur etiam concessisse, vt possit resignationem admittere*

4 *Vicarius cui concessa est ab ordinario suo conferendi per cessum vel discessum potestas, habet etiam facultatem admittendi resignationem.*

DECISIO LXXVI.

ANtonius de Vega, erat rector & possessor paro-
chialis de Valladar, Gamoren. diœcesis: &
Thomas Escogido Rector & possessor parochialis
sanctę Marię de Caldez, Compostellanę diœcesis E-
piscopus, narrando, quod desiderabat dictas paro
chiales permutare. Et quia erant in diuersis diœce-
sibus commisit Archiepiscopo Compostellano, quod
si cõtingeret inter eos permutationes huiusmodi, ef-
fectuari authoritate sua ordinaria, vel melius proùt
de iure potest & debet. prædictam Ecclesiam del Val
ladar conferendo, & in eadem prædictum Thomám
Escogido instituendo plenam & omnimodam facul-
tatem commisit. Dubitauit Dominus Prosper in vna
Zamoren. parochialis del Valladar 13. Decembris
1 1547. an † Archiepiscopus Compostellan. potuerit
admittere resignationem & conferre, stante, quod
sumus in permutatione. Et pro parte negatiua allega-
batur decisi. Bisig. de renunt. vbi dicitur, quòd Epis-
copus, qui dedit facultatem conferendi ex causa
resignationes tamen ille non poterit resignationem
admittere, ex quo expresè non erat dictum, quod
resignationem admittere posset: Tamen fuit contra-
rium decisum non obstan decisi. Bisig. quia in casu
proposito per Bisig. illa maior pars rantom alleg.
dictum Archid. in c. 2 de verb oblig. in 6. quod dictũ
in se verum est. quoniam illud idem tenet Ioan. And.
prout ibidem refert, & sequitur Franc. & Archid.
2 ibidem loquitur † in priuilegio concesso per Papam
inferiori: quo casu per illud priuilegiom conferendi
ex causa resignationis non est data facultas admittẽdi
resignationem. & ita etiam loquitur tex. in c. dudum.
de præbend. in 6. sed in casu nostro & in casu Bisi-
gneti eramus in ordinario concedente potestatem
conferendi ex causa permutationis, & resignationis
3 Et cum † contra concedentem plenissima interpre-
tatio fieri debeat, si ordinarius concedit, quod cõfert
ex causa resignationis in necessarium antecedens, vi-
detur concessisse, vt possit resignationẽ admittere. Et
in isto casu benè faciunt omnia argumenta quæ facit
Archid in d. c. sicut. pro parte affirmatiua. & pro ista
decisi. facit aliqualiter decisi. 111. in nou. Et ideò in
4 eadem fuit dictum, quòd † mandatum ordinarij con
cessum suo vicario conferendi per cessom vel deces
sum, ex quo in eo tractabatur de præiudicio istius
ordinarij quòd esset intelligendum, vt vicarius in ta-
li mandato resignationem admittere posset, ex quo
contra concedẽtem plene debebat interpretari. & de
alterius præiudicio non agebatur, & constabant ra
tiones Arch. in d. c. sicut. Et ideo quòd malę remis-
soria fuerit concessa ad probandum illum in par-
tibus, quod de consuetudine est quòd vigore talium
mandatorum vicarij solent resignationem admittere
cum cessante consuetudine sit de iure

EPITOME.

Habilitates autoris non ita exactè probandæ sunt sicut propriæ. Egid. decisi. 564.

SVMMARIA.

1 *Successor in beneficio probando sui auctoris clericatum per publicam vocem & famam. & quod aliàs esset habilis satisfacit, licet in specie non probet auctorem ex legitimo matrimonio fuisse natum. & numero 4.*

2 *De probatione tituli stagatur, docenda est auctoris à succe-*

fare petitio: secus si agatur ad beneficij canonizationem.

3 *Clericatus non nisi quis possideat, per publicam vocem & famam probatur*

DECISIO LXXVII.

FVit resolutum in vna Astoric. Archidiaconatus de
1 Villa vitiosa 13. Decemb. 1547. coram me, † quod
successor in beneficio non tenetur ita exactè habili-
tates sui authoris, sicut & suas, iustificare: & ideò pro-
bando clericatum sui auctoris per publicam vocem
& famam, & quòd aliàs erat habilis, licet in specie nõ
articulassent, quòd auctor suus esset de legitimo ma-
trimonio: tamen quia tales dicebant de publica voce
& fama, quòd habilitates sufficienter probabantur
per decisi. Egid. 112. & 645. Non obstat decis. Cassad.
2. de caus. poss. & propriet. in fi. dum dicit, quòd illa
2 Egid. 645. loquitur, quando † auctor fuit in posses-
sione: quia fuit dictum, quod Cassa. intelligebat quòad
probationem tituli: sed secùs est, quandò quis petit
beneficium canonizari, quod non præsumitur legi-
timus, nisi probet. quia fuit responsum, quod respectu
auctoris sufficit illa probatio non ita exacta. Non
3 obstat etiam decisi. 312. in antiq. quæ vult, quòd † cle-
ricatus non probetur per publicam vocem & famam
nisi quando quis possidet: quia fuit dictum quòd in
auctore, in quo non ita exactè probandum est, non sit
verum. & istud dixerunt Domini verum esse, dum-
4 modò † de legitimitate sumus aliquis non detur quia
si esset datus, tunc considerabãt, quòd talis probatio
non esset bona.

EPITOME.

Excommunicatus nòn dicitur habere titulum collocatum habilem ad restitutionem, quod excommunicato agenti spolio obstet exceptio. vt dicit Commentor regularum Cancellariæ sup. reg 33. c.10. circa fin. vers. secus dico. & Nicol. Aret. tracta. de heret. in 6 not.

SVMMARIA.

1 *Collatio excommunicata facta est ipsa iure nulla.*

2 *Excommunicatus non est restituendus etiamsi ex actis constet.*

3 *Gratia reuocata dat titulum coloratum, et tamen non facit primam gratiam à iure impetrari,*

DECISIO LXXVIII.

IN vna Conchen. Capellaniæ del Velmonte, coram
D. Reomano fuit resolutum 16. Decemb. 1547. q
exceptio excommunicationis tempore collationis &
captæ possessionis obstaret agenti spolio. Ratio fuit,
1 quia † collatio facta excommunicato est ipso iure
nulla, c. postulasti. de cler. excommu. Rota. in antiq.
decis. 363. Cassa. decis. 1. de præb. Et ideò cùm excom-
municatus non habeat titulum etiam coloratum, cũ
ei priuatiuum titulum sit inductum à iure, Abb. in c.
cùm in nostris. in fi. de conces. præb. loquitur, quòd
talis possessio non sit restituibilis: pròut etiam dici-
mus de execrabili, quando de execrabilitate cõstat ex
2 actis, vt aliàs fuit decisum. Et ideò † cum in casu isto
constaret ex actis, dicebatur quòd non erat restituen-
dus. Nec obstat, quod poterat esse absolutus: quia
ea quæ sunt de iure speciali non sunt in consideratio-
ne: sicut etiam fuit consideratum in execrabili. Nec
3 obstat, quòd gratia † reuocata daret titulum colo-
ratum, vt sæpius dictum fuit: quia fuit dictum, quod
reuocatio gratiæ non facit, quod gratia prima sit à
iure improbata: hic autem excõmunicatio facit pro-
uisionem à iure esse nullam. & ideò titulus non di-
citur coloratus Sed huic obstat, quod dicit Abb. in d.
c. cum in nostris. in fi. dum æquiparat priuationem
inductam ab homine vel à iure, & per reuocationem
est inducta priuatio ab homine. istud est difficile con
trarium. & informantes etiam in suis informationib,
non rectę respondebant, tamen conclusio supradicta
fuit firmata, postquam bis causa fuit votata, ex quo
ex sex votantibus quinque eorum firmauerunt. Et
vnus fuit in contrario voto, alia fundamenta possunt
videri in informationibus.

EPITOME.

Restitutio iterum petita quod datur de nouo, quomodo intelligatur

DECISIO LXXIX.

IN vna Roman. Domus, pro Domino Thoma Besono, coram Domino Prospero 16. Decembris, 1547. fuit resolutum, quòd licet ex causa noua restitutio iterum petita dari debeat, vt dicit tex. in l. fin. C. si sæpius in integr. restitut. Tamen intelligitur ex nouis probationibus super ætate, non autem super læsione restitutionis, prout declarat Ang. in l. 1. C. si sæp. in integ rest. per. Bartol. Bald. & Ang. in l fin. C. si minor se maior. dix vbi reddunt rationem differentiæ

EPITOME.

Sententia lata contra cedentem tanquam ciuiliter mortuum nulla, nec nocet cessionatio.

SVMMARIA.

1 *Cedens habetur pro ciuiliter mortuo.*

2 *Cessione lis non extinguitur.*

3 *Sententia in expensis contra cedentem lata est valida.*

4 *Sententia declaratoria contra cessionarium lata est nulla.*

DECISIO LXXX.

IN vna Sancti Quirici dubitauit Dom. Rosanen. 16.
Decembris, 1547. an sententia lata contra cedentem
præiudicet Iacobo cessionario, stante maximè appel-
latione pro eius parte interposita, quæ est deserta, &
stante declaratoria contra ambos lata, quę in rem trã-
1 siuerat iudicatam. Et fuit dictum, quod † cedens ha-
bebatur pro mortuo ciuiliter, & mors ciuilis & natu-
ralis æquiparãtur, Clemen. fin. de procur. Rot. decisi.
376. in nou. sicut ergo sententia lata contra mortuum
naturaliter est nulla, ita contra mortuum ciuiliter:
2 tamen quia † per cessionem lis non erat extincta: nam
sicut non extinguitur per mortem naturalem, vt dicit
Ioan. Andr. in c. 2. vt lit. penden. in 6. 2. colum. Egid.
consil. 156. ita nec per mortem ciuilem: quia ad sub-
stantiam litis non requiritur quod quis habeat ius.
Nam sustentatio litis post cessionem facit, quod ille
3 possit in expensas condemnari: & ita † sententia re-
spectu expensarum est valida, ne aliàs iudicium illu-
soriũ reddatur. Et istud ab omnibus fuit approbatum
& dixi ego vnum, ex quo lis sustinebatur sic per ce-
dentem, quod si cessionarius sciret, quæ causa contra
cedentem, ageretur quod tunc sententia ei noceret
per text. in c. penult. de re iudi. secus autem si ignorat
Sed alius dixit, quod hoc procederet respectu posses-
sionis, per Fel. in c. cùm super de re iudic. sed respectu
iuris, quod ista distinctio non procedebat: super isto
vltimo nihil fuit firmatum, & stante firma resolutio
ne fuit dictum, quod cum sententia esset nulla, quod
4 appellatio deserta non noceret. Item † etiam senten-
tia declaratoria esset nulla, cum executoriales nulli-
ter essent decretę

EPITO-

EPITOME.

Acolitorum beneficia an sint per extrauagan.ad regimen.reseruata.

SVMMARIA.

1 *Acolyti per legatum creati si comprehenduntur sub extrauag.ad regimen.an requiratur exercitum ad reseruationis effectum.& num 3.*

2 *Clausul.& aliorum quorumcunque capellanorum, an comprehendat acolytos.& quomodo sit intelligenda.*

DECISIO LXXXI.

Dubitauit D.Fabius in vna Salaman. beneficiorum pro Didaco Vasquez contra Alphonsum
1 Motam 16.Decembris,1537.vtrum Acoliti† creati per legatum comprehendantur in extrauag.ad regimen. Et dato,quòd sic:an requiratur,exercitum ad effectũ reseruationis.Ea sea votantibus duo primi dixerunt, quia ibi fiebat mentio de multis officialibus , & acolyti non essent numerati,& cùm reseruatio sit odiosa, videbatur dicendum quòd ea quo de eis non erat facta mentio , quòd eorum beneficia non essent reseruata. Et isti duo dicebant,quod illa verba, & aliorum quorumcunque capellanorum , referebantur ad dictionem proximè præcedentem, commensalium, quibus reseruantur beneficia aliorum quorumcunq; capellanorum,qui etiam commensales sunt:quia dicebatur quod Auditores etiam erant capellani & tamẽ fuit facta mentio de eis:si ergo Papa voluisset reseruasse beneficia acolytorum , ita etiam expressisset , si voluisset eos excludere sub illa dictione, capellanorũ sicut Auditores voluit includere.cùm isti acolyti possent etiam dici capellani ea eo,quia in Capella fuerũt tamen illud est accessorĳ,& attenditur qualitas prin-
2 cipalis.Alij verò tres Domini tenuerunt,quòd † acolyti essent comprehensi sub illis verbis generalibus, & aliorum quorumcunque capellanorum.Non postquàm in præcedentibus certas species officialium posuit sub illis verbis generalibus,& aliorum quorumcunque capellanorum, voluit includere alios capellanos,qui etiam essent officiales:& multùm ponderabat illam dictionem,aliorum,quæ dicit multitudinem:& sicut reseruauerat beneficia aliorum,qui sunt capellani, voluerit reseruare beneficia aliorum quorumcunque cappellanorum , vt comprehenderentur omnes in capella seruiẽtes,& cantores,& subdiaconi.Ego vero vltimus distinxi, quòd aut officium acolytatus erat tẽpore editionis illius extrauagantis:& tũc ex quo non erat facta mentio de ipsis acolytis,sicut de aliis fecit, etiam cum voto primorum,vt beneficia non dicerentur reseruata:aut illud officium acolytatus non erat illo tempore,sed postea fuit crearus,& tunc beneficia eorum sub illis verbis generalibus,& aliorum quorũcunque capellanorum, comprehenderentur sub illa reseruatione: cùm etiam illi acolyti in capella seruiũt
3 Quò ad secundam† partem dubij D.dixerunt , quòd non reuocaretur exercitium,sicut Rota concluserat, quòd beneficia omnium protonotariorum erãt reseruata.

SVMMARIA.

1 *Iudex potest simul & de negotij principalis tenore & de nullitatibus processus pronunciare.& nu. 3.*

2 *Consanguinitatis impedimentis per testes in partibus examinatis probatis,& dispensatione sufficienter non docta, potest pronunciare iudex matrimonium non esse validum.*

DECISIO LXXXII.

1 In vna Messanen, Baroniæ dubitaui 16.Decembris,1547.an † pro parte Dom. Ioann.Angelæ femotis nullitatibus processus remansurus sit in tali statu,quod super eo posset procedi ad expeditionem causæ principalis in eorum fauorem,si aliud pro pupillis non deduceretur.Et quia pars aduersa dicebat, quòd in iudicio de partibus cõmitteretur causa subreptionis literarum ea eo , quòd ante dationem literarum non fuerit expressum,quòd matrimonium cum contractu & copula carnali consumeretur,constito de præmissis, q iudea iudicaret de surreptione literarum,& in iudicio de partibus de copula non constabat,ex quo ego præsupponebam,quòd examinati super copula erant nulliter examinati: de literis 2 nõ constabat,quia erant productæ pro parte Ioannis & Angelæ,& non erant exemptæ:& sic cùm ista narrata non essent verificata,iudex non poterat præiudicare ex illo processu in partibus facto:minus etiam poterã ego qui etam iudex appellationis,ex illo processu pronunciare:cùm eadem iurisdictio erat penes 3 me.Fuit tamen hoc non obstante resolutum contrarium:quia ea lectura breuis apparuit,quòd non solùm erat data iurisdictio super subreptione literarum
2 sed etiã super inualiditate matrimonij.Itaque† probatis impedimentis consanguinitatis,vt probantur per testes in partibus examinatis,non docto de dispẽsatione sufficienter,vt erat coram me deputatum,fuit resolutum,quòd posset pronunciare sufficienter,vt e-
3 rat coram me deputatum.Et fuit resolutum,† quòd posset pronunciare super inualiditate matrimonij simul declarando nullitates processus.

EPITOME.

Religiosi & sequentes religionem Hierosolymitan. an sint exempti à iurisdictione Episcopi Mileuitan.

SVMMARIA.

1 *Breue secundum religioni à Papa concessũ non tollit primũ.*

2 *Argumentum a contrario sensu non sumitur nisi ad limites verborum.*

DECISIO LXXXIII.

Clemens VII. exemit hospitale Hierosolymitan. Magistrum, Priores.& alios subditos & vasallos à iurisdictione cuiuscunq; Episcopi,Archiescopi, præterquàm hospitalis ordinariorum tam in temporalibus quàm in spiritualibus. Fuit conclusum in vna Mileuitan.iurisdictionis coram Domino Prospero, die 16.Decemb.1547.quòd hospitalia,Magistri,Priores, & omnes sequent. religionem essent exempti à iurisdictione Episcopi Mileuitan.per verba ipsius Clementis,vt supra.Sed quia per octo annos post dictã Clementinam pro parte procuratoris generalis dictæ religionis fuit obtentum breue tenoris sequẽtis videlicet,quòd Miletens.Ciuitas & Diœcesis non fuerũt sub iurisdictione, & correctione moderni Episcopi, Miletens.sed prioris Ecclesiæ religionis pro tempore existen.quòad diuina & spiritualia moderni Episcopi ita vt post mortem eius non dicantur exempti seque-
1 tes religionem. Et fuit resolutum,quòd per † illud breue concessum religioni per Clementem,tanquàm secundum priuilegium concessum eidem , nõn tollit primum,tcatus est & ibi gloss.& Bartolus,in l.hac salu-
2 berrima, C.de præpos.agen.in rebus lib.12.Item † argumentum a cõtrario sensu non sumitur,nisi ad limi-

tes verboru,vt in notabili casu consuluit Deci.cōsil.
389.licè. in cōtrouersia,colum.2.versic.& hoc idē.&
colum.3.versicul.ex his responsio.& sumendo hic ar
gumentum à contrario sensu non reintegrabatur iu-
risdictio Episcopi post mortem,sed tantum cōstabat
exemptio,quòd tunc subintrat Clementina.

EPITOME.

In gratia,si neutri,an fieri debeat mentio de familiaritate Cardinalis.

SVMMARIA.

1 *Regula de impetrãdo per obitum familiarium Cardinalium an habeat locum in gratia,si neutri,*
2 *Gratia,si neutri,easdem requirit expressiones,quas prouisio simplex.*
3 *Expressio familiaritatis Cardinalium vt in prouisione simplici sic & in gratia,si neutri & similibus secundis gratiis,ex quib. nouũ ius acquiritur,euitari nō posse videtur.*
4 *Cardinalis consensus in litigiosis non requiritur & quare.*
5 *Certum vacandi modum non prosequitur per gratiam,si neutri,si ad incertum,& per euentum litis constiterit, &c. & nu.7.*
6 *In gratia,si neutri,non est necessaria familiaritatis mentio propter reseruationem maiorē ex lite resultantem, quæ, Cardinalis consensum non requirit.*
8 *Nomen & titulus Cardinalis absentis, qui consentire non dicitur,in gratia,neutri,si exprimi debet,& quare.*
9 *Reseruationis in gratia,si neutri,facienda est mentio:idque per clausul.etiã si ex illa quauis generalis reseruatio, &c. fieri sufficit.*

DECISIO LXXXIIII.

DVbitaui ego 23.Decēbris,1547.an in gratia,si
neutri, debeat fieri mentio de familaritate Car-
1 dinalis.Et dubium erat,an † regula de impetrando
per obitum familiarium Cardinalium haberet locum
in gratia,si neutri.Ex parte affirmatiua primò addu-
2 cebatur,quia † gratia,si neutri,requirit easdem ex-
pressiones,quas prouisio simplex,ad no.per decisi.14.
de rescript.in nou.aliàs 138.& per Roman. consil.
3 362.& 381.in princip & si in prouisione † simplici nō
potest euitari expressio familiaritatis Cardinalium,
ad Rotam,decisi.16.de præbend.in antiqui.aliàs 72.
& decisi.20.eodem titul in antiqui Bisign & per Fe-
lin.in c.in nostris,col. 18. in fin.& sequen.in 21.cor-
rell.idem seruari videtur in gratia,si neutri,& simili-
bus secundis gratiis,ex quibus nouum ius acquiritur,
vt acquirebatur in casu isto ordinario.Quia in om-
nibus prædictis gratiis peccatur in regula, prædicta,
per not.per gloss.& alios in c.si Apostolicæ.in fin.de
præbend.in 6.& per Felin.in c.in nostra,16.correll.
versicul.3.casus.de rescript.&hoc vult.Sarn.in reg.de
annal.q.28.column.penultim.in fin.dum distinguit,
an præcedentes gratiæ sint nullæ ex taciturnitate re-
4 gulæ etiam accessoriæ Et licèt † in litigiosis non ac-
quiratur consensus Cardinalis,iuxta not.per gloss.in
regul.de impetration benefic.per obitum famil.Car-
din.colum.4.& per Sarnen. super ead. reg.8. q. ad
fi.tamen loquitur de prestatione consensus in litigio-
sis,non autē de expressione familiaritatis & tituli &
nominis,&c.vt patet in eadem q. col.1.nu.1.ibi per
instũ modum præstandi consensum,&c.& nu.6.& se-
quen.ibi,si non sub ista ratione & ibi,quia talis con-
sensus,Et magna est ratio diuersitatis istorum:quia in
litigiosis non requiritur prestatio consensus Cardi-
nalis,vbi prouisio eius expedita est,per c.2.vt lite pē-
den.in 6.non autem exinde impeditur expressio fa-
miliaritatis,tituli,& nominis:nec præsumendum est
quòd Pontifex voluerit præiudicare Cardinalibus,ad
c.postulasti.& c.super literis.iunctis pluribus rationi-
5 bus,adductis per Egid.decis 632.Nō obstat,quod † per
gratiã si neutri,impetrans nō persequatur certũ modũ
vacandi,si ad incertum, & si per euentum litis consti-
terit,&c. quo casu non verificatur regula de imp.be-
nef.fam.& per consequens certo modo vacandi talis
sicut quòad exprimē aliàs per surreptionem non res-
picitur illa incertitudo,ad not.per Fel.in c.in nostra.
colum.13.& 15.correl.de rescriptis.vbi etiam modũ
vacationis solet exprimi in gratia,si neutri,ac si de no
no beneficiũ impetraretur Item pro ista parte dice-
batur,quòd vltra regul.de impetrat. benefic.famil.
& cæt.concurrebat alia regul.reseruationis ratione
familaritatis Cardinalis de qua quidem reseruatione
expressè tenetur quòad gratiam, si neutri,non omit-
tendo mētionem reseruationis in d.decisi. 238.aliàs
28. de rescript. in nou & posteà pro ista parte dice-
batur per illam clausulam,etiam ex quauis generali
reseruatione, & quantumcunque generalem reserua-
tionem importante,& gratia si neutri, & quancun-
que impetratione expedien. literæ cum expressio-
ne familiaritatis Cardinalis,& quòd ita Abbreuiatores
consulti dicerent, Hæc omnia pro parte ista adducit
Hieronymus de Castello. Pro parte autem negatiua,
6 quòd † in gratia,si neutri,non esset necessaria mentio
familiaritatis,adducebatur Sarnens.q.8.in regula de
impetrat.hærc.2.Tamen reuera loquitur quòad con
sensum,& istud verum propter maiorem reseruatio-
nem,resultantem ex lite,non requirebatur consensus
Cardinalis:per Sarnens.non negatur,quòd non requi
ritur expressio tituli,& nominis Cardinalis.Nam vi-
demus,quòd si Cardinalis est absens,non dicitur con
sentire,& tamen regula vult,quòd exprimatur nomē
& titulus Cardinalis.Et ratio est, quia si exprimitur,
potest esse tale nomen Cardinalis absentis,quòd Papa
de beneficio,quod impetratur,non prouideret. Et i-
deò Papa vult quod exprimatur nomen & titulus Car
dinalis.Vnde si in simplici prouisione Papa nō prouì
derit non exprimendo,id est, vt per viam indirectam
gratiam consequi non posset.Secundò dicebatur, ꝙ
regula loquitur de impetrando beneficia per obitum:
7 in gratia,si neutri,† non datur certus modus sed incer
tus,vt putà si per euentum litis,cùm non conueniant
verba regulæ,sed nec ipsa regula. Sed ad istud supra
fuit responsum, quòd quò ad euitandum subreptio-
nem non requiritur certus vel incertus modus vaca
tionis,per decisi 24.de rescriptis.in nou.& per Felin.
8 suprà allegat. Nec obstat, quòd de † reseruatione sit
facienda mentio in gratia, si neutri: quia dicebatur,
ꝙ satis faciebat mētio in gratia,si neutri, ex illa clau-
sula etiã si ex illa quæuis generalis reseruatio,& in cor
pore iuris clausula resultet,licèt in aliis gratiis referē
darij soleãt addere, preterquã per obitũ apud Sedem.
Tamē in gratia,si neutri,noluerit additũ,quasi ex stilo
signaturæ videatur cōcessa omnis reseruatio,& si con-
ceditur illa,quæ est per obitum familiaris Cardinalis.
Sed ad istud potest responderi,quòd sunt duę regulę:
in vna Papa reseruat beneficia familiarium Cardina
lium.& quò ad istam fateor,quòd per illa verba,etiã si
ex illa quæuis generalis reseruatio, & cęt.fiat mentio
de reseruatione. Tamen vltra reseruationem est alia
9 regula,quæ vult,† quòd impetrans beneficium fami-
liaris Cardinalis debet exprimere nomen & titulum
Cardinalis,& quòd Cardinalis non dicatur consenti-
re:& quòd ad istam regulam non video, quòd sit in
aliqua

aliqua parte satisfactum dictæ regulæ in gratia, si neu tri. & per istam responsionem tollitur ratio primò responsalis, quã alij Domini, qui non ita benè causam viderant, sequebantur. Nam ipse dicebat, quòd non debebat fieri mentio, ex quò propter litem non requiritur consensus Cardinalis in prouisione: nam ratio ista tollitur, cum regula vult expressionem nominis, & quòd Cardinalis consentire non debeat. Et ideò ego dixi, quòd aliàs causa erat discutienda, & quòd interim cõsulendi aliqui, ex Abbreuiatoribus, an per illa verba, etiamsi ex illa quæuis reseruatio, & cæt. extenderetur reseruatio ex familiaritate Cardinalis præueniens.

EPITOME.

Legata vinea non venit Cannetum separatum per octo miliaria. Nec obstat text in l prædiis. §. balneas de lega. 3. quia ibi vltra vsum patris familias alia intieraenerant, vt dicit ibi text.

DECISIO LXXXV.

IN vna Romana hereditatis vigesimatertia Decembris, 1547. coram me fuit decisum, quòd in legata vinea non venit arundinetum distans per mediũ miliare. & quòd infra arundinetum erant etiam alia bona. Nam licèt eadem ratione testator vsus fuisset arũdineto ad vsum vineæ, tamen istud non sufficiebat, per tex. in l. prædiis. §. Titio. ff. de leg. 3. vbi vltra vsum text. vult ibi sub appellatione prædij Titiani venire etiam Gabinianum. & §. final. d. l. prædiis. vult, quòd sit contiguum. & istud vult Paul. Castr. Ratio, quia nõ erat cõtiguum, d. l. prædiis §. final. Castr. in l. fi. de seruit. vrban. prædior. Hic autem cannetum erat separatum, ergo non veniebat, & vertic. ul. ad id quod dicitur. ff. de rebus dubiis. Anchar. cons. 291. super pluribus. Alexan. consil. penultim. volumine secundo. text. in l. cùm fundus. de legat. 2. dum dicit, secùs si separatim vsus sit. Idem ponctus fuit datus 5. Iunij, 1541. & fuit propositum, quòd etsi non distaret cannetum à vinea nisi per octo miliaria, tamen aliqua erant intermedia: & idem fuit decisum, quòd in legata vinea non veniat cannetum, & quòd nihil faceret.

EPITOME.

Regula modificatoria indultorum Cardinalium absentiũ quòad sex menses quomodo intelligatur.

DECISIO LXXXVI.

IN vna Tirasonen. Canonicatus & prebend. coram Dom. Prospero, die 23. Decembris, 1547. fuit resolutũ, quòd Cardinales absentes vltra sex menses alternatiuos, de quibus in regula modificatoria indultorũ Cardinalium absentium non haberent quatuor menses ordinariis collatoribus per aliam regulam durantibus expectatiuis concessos: quia regula concedebat tantùm sex menses alternatiuos exprimendo eos, & in aliis sex mensibus dicebatur, quòd Cardinales non vterentur indultis & cõcessionibus: iterum autem cõcessis est plus quàm indultum. Nam quatuor menses stantibus expectatiuis comprehenden. dicuntur ex cõcessione dari, vt in illa reg. habetur, dum dicitur, vt gratiam reportet, &c. Itẽ ex præceden. reg. in qua præsentibus dat omnes menses, intelligitur, quòd absentibus tãtùm dare voluit sex. Itẽ ex consuetudine patrisfamilias: quia cum Papa concedit alternatiuas ordinariis, concessis non vtatur.

EPITOME.

Vacatio beneficij ex persona alicuius quomodo probetur.

DECISIO LXXXVII.

PRobatur possessio & obitus illius, nisi detur titulus alternatiuus super eo beneficio, vel triennalis possessio, ita colligitur ex decis. 2. de caus. possel. & propr. per totam illam decis. Ita fuit responsum in vna Sabinarum Cantoriæ, coram D. Sarnen. 23. Decembris, 1547.

EPITOME.

Alternatiua concessa Episcopo prodest Capitulo in beneficiis spectantibus ad colationem vtriusque.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus tanquam caput eligens alternatiuam, quam habet cum capitulo communem, nõ potest ea nolle vti, & ad menses ordinarios recurrere.*

DECISIO LXXXVIII.

IN vna Tirasonen. Canonicatus & præben. coram
D. Prospero, die 9. Januar. 1548. fuit dictũ, quòd al-
ternatiua cõcessa Episcopo prodesset etiam capitulo
in beneficiis spectantibus ad collationem vtriusque,
per cons. Cald. 22. an si Papa. de præb. & ita expresè
dicit Paris. Belle. a. in trac. de offi. & potest cap. sede
vacan. 3. & 10. q. 1. post colum. 6. nu. 23. versi. quæro
an sede vacante. Et dixerunt etiam Dd. postquàm
1 Episcopus † tanquam caput elegit habere alternatiuã,
quòd Episcopus non potest dicere, nolo ea vti, & vo-
lo habere menses ordinarios, per ea quæ dicit Cald. d.
cons. 22. col. 2. Et sic fuit dictũ, quòd vbi mẽses ordi-
narij inter Episcopum & capitulum sint diuisi ex cõ-
cordantia, quòd alternatiua concessa Episcopo pro-
dest capitulo.

EPITOME.

Cantoria in Ecclesia Salutiarum, an sit dignitas seu personatus, vel officium cum administratione.

SVMMARIA.

1 *Cantoria non est dignitas de iure communi, licèt Archidiaconatus seu Archipresbyteratus sint dignitates.*
2 *Cantoria quid sit.*
3 *Minor 14. annorum an possit obtinere cantoriam.*

DECISIO LXXXIX.

DVbitauit D. Rosallens. 14. Ianuarij, 1548. in vna
1 Salutiarum cantoriæ, an † cantoria sit dignitas
de iure communi. Et fuit resolutum, quòd non esset
dignitas: cùm tamen nomen Archidiaconatus seu Ar-
chipresbyteratus sint dignitates, seu sonans nomen di
gnitatis de iure commuui, secundum decis. Rot. 137.
de testi. in nou. nisi aliud sit ex consuetudine, secundũ
eandem decis. Item fuit dictum, quòd non erat perso-
natus, secundum Staph. de lit. grat. & iust. fol. 57. seu
sit honor siue administratione. & fuit dictum, quòd nõ
esset honor, sed potius officium, secundum decis. a. de
ætat. & qualit. in antiq. aliàs nu. 276. Tamen fuit ali-
qualis discrepantia inter Dominos: quia ego dixi vna
2 cum D. Achille, quòd erat † officium, non tamen sim-
plex, sed cũ administratione, ex quo primus intonat,
& dat ordinem gerendorum in choro. & alia dicta te-
neretur facere, de quibus per Host. in summa, in mate
ria de offic. primicerij. & inconueniens esset, quòd illa
3 minor † 14. annis faceret: & ideò quòd essemus in
secunda parte dictæ decis. dum dicit, quòd officium
requirens

ſoret citandus.& dicebat illa mainr pars,quòd ex qno tot Doct.tenebant, quòd eſſet facienda citatio per proclama.Etiā opponebantur contradictores,quando iſta pars in iudicando erat tenenda:quare à communi oppinione non erat recedendum.

EPITOME.

Epiſcopus an habeat iuriſdictionem de conſenſu Capituli.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictio ſpectat ad ſolum Epiſcopum de iure communi.*
2 *Epiſcopus poteſt corrigere clericos,ſub quorum appellatione veniunt & Canonici,niſi obſtet conſuetudo in contrarium.*
3 *Epiſcopus an habeat iuriſdictionem cum conſilio Capituli, an vero cum conſenſu.*

DECISIO XCII.

Die 23.Ianuarij 1548.in vna Placentin.ſeu Va-
1 lentin.iuriſdictionis,dubitauit D.Proſper,an †
iuriſdictio competat Capitulo,vna cum Epiſcopo de
iure cōmuni. Et fuit dictum,quòd erat text.in c.irre-
fragabili iuncto §.expreſſè.de offic.ordin. quòd erat
& pertinebat ad Epiſcopum, per Alexand.dum ibi
2 datur † facultas Epiſcopo corrigendi clericos,& in
§.exceſſus. dicit, quòd exceſſus canonicorum.Vnde
excipiendo à regula ſuperiori datur etiam intelligi.
quòd appellatione clericorum veniebant canonici:
quos tamen non potuit corrigere, vbi conſuetudo eſt
in contrarium,niſi facta præfixione termini.& iſtud
dicit ibi Innocen.in princip.& Hoſtien.in §.exceſſus
collect.& Abb.dum diceretur,quòd niſi eſſet conſue-
tudo Canonicis prætermiſſis corrigi.Fuit tamē dictū,
quòd licèt de iure iuriſdictio ad Epiſcopum perti-
neat,vt videtur dicere text.in c.1.de offic.ord.tamen
3 difficultas eſt, an † ipſe vna cum conſilio capituli,an
vero cum conſenſu.Et quòd pertineret cum conſilio
videbatur tex.in c.3.iuncta glo.in fin.de conſue.in 6.
c.nouit.& c.quanto.de his quæ fiunt à prælat.tenuit
gloſſ.magna,in d.c.irrefragabili.in fin.& Felin.in c.
ex literis.in verb.ſubrogari.de diuor.Corn.conſ.293.
in princip.volum.2.& multi alij Dd.qui pro iſta parte
fuerunt allegati,pròut poteſt videri in informationi-
bus.& quia Felin.in d.c.irrefragabili.allegat multos
Doct.tenentes quod iuriſdictio pertinet ad Epiſcopū
de cōſenſu Capituli.fuit dictum,quòd multi Docto-
res per eum allegati id non dicebant.Et primò Ol-
drad.conſi.251.nos regimus,dixit alternatiuè.de con-
ſilio vel conſenſu.Item Doctor per Felin. adducti in
c.1. colum.1.& in fin.de hæred. in 6.dicit non ex-
cludi Capitulum non quoad conſenſum,ſed quoad
conſilium,vt patet, dū allegat text.in c.3.de reſeruat.
in 6.Item Aretin.ibidem non requirit conſenſum,ſed
præſentiam,quæ preſentia videtur impetrare cōſiliū,
iuxta gloſſ.in l.ſi mihi bona.§.ſi coram.vbi gloſſ.in
verb.certè pnto.ff.de acquirend.hęred.imò excludit
conſenſum,iuxta tex.in l.coram.in fi.ff.de verb.ſignif.
Imol.etiam per Felin.adductus in c.graue.verſ.item
ſecùs ſi agatur de crimine.de præd.loquitur ibi de E-
piſcopo cum clericis,iux.in c.nouit.de his quæ fiunt
à prælat.alegat gloſſ.etiam in c.Epiſcopus.24.diſtinc.
licèt loquatur de conſenſu,tamen iuxta tex.quem al-
legat,capit conſenſum pro præſentia.& eodem modo
intelligitur glo.in c.cùm nos de his quæ fiunt à præ-
lat. & log in c. expetē.circa medium 50.diſtinc.quia
ibi capit conſenſum pro pręſentia.& Abb.in c.mittit.
in 1.& 2.colum.dicit,quòd regulariter requiritur cōſilium,exceptis caſibus,vt per eum notatur.Idem etiam videtur voluiſſe idem Felin.in c.edoceri.vbi capit conſenſum præſentia.& gloſſ.in c.1.in verb.iudicio. de exceſſ.prælat.dum dicit de conſenſu intelligitur de præſentia,iuxta text quem allegat regulariter.igitur intelligitur,quòd requiritur conſilium ex cæteris caſibus,notatis per Abb.in c.edoceri.colum.penultim. verſic.ſimiliter dicit Ruin.de reſcrip.quando proceditur cōtra capitulum vel cōſanguineum poſſit Epiſcopus ſolus procedere.idem dicit Abb.in d.c.nouit colum.2 verſicu 2.dicunt de his quæ fiunt à prælat.& Hoſti.in ſumma.§.in quibus cōmunis col.2.verſi.vlterius aduerte.de his quæ fiū à pręlat.& idem Hoſtit. in d.c.nouit.col.1.verſ.clericorum conſilium.& ibi Ioann.Andr. circa princ. ibi Card. col.1.in 5.no.Et declaratur etiam clarius,in d nouit.colum.5. verſic. quod ſi fortè.Et quia erant iura clara ſequētia de cōſilio:& gloſſ.& Doct.loquebantur,ideò fuit firmata concluſio,quòd iuriſdictio ſpectaret ad Epiſcopum de conſenſu capituli.Sed fuit dictum, quòd daretur dubium,an iura,quæ volunt requiri conſilium, intelligantur de conſenſu, pròut ita intelligit Innocen. poſt Ioan.Andr.& alios in d.c.nouit.& Dd.ſequuntur quòd in arduis.Item ſi probetur cōſuetudo immemorabilis, & an ſtatutum tollens conſuetudinem intelligeretur tollere conſuetudinem immemorabilem.

EPITOME.

Derogatio indultorum Cardinalium intelligitur de indulto Cardinali non ordinario conceſſo.

SVMMARIA.

1 *Subderogatione indultorum Cardinalium non derogatur indulto Cardinalis ordinarij.*
2 *Derogatio indultorum Cardinalium ſi ſit dubia, an ad ordinarios,an vero ad extraordinarios ſit referenda.*
3 *Derogatione à principe facta tolli potius cenſetur ius commune & ordinarium,quam extraordinariam.& nu.5.*
4 *Indultum Cardinalis inquantum tollit expectatiuas & reſeruationes,dicitur quidem priuilegium:ſed ſi ad primæuum ius reducatur,maius eſt quam extraordinarium priuilegiū.*
6 *Indulta ſi ſint & ordinaria & extraordinaria, derogatio refertur ad extraordinaria,ſi autē ad alia referri non poſſit, quam ad ordinaria ius cenſebitur derogatum.*
7 *Debita ſi mādentur a teſtatore ſolui,non intelligitur de debitis bonæ fidei præſcriptis:quòd ſi verò non ſint alia quam præſcripta debita,ea ſolui eſſe mandata cenſendum eſt.*
8 *Papa concedens ad duas collationes nominandas cum indultorum Cardinalium derogatione,ſi illa derogatio in collationibus,in quibus Cardinales indultum habent extraordinarium,operari poteſt,nō refertur ad eas in quas Cardinales ordinarij habent.*
9 *Derogatio expedita ſecundum ſupplicationem eſt intelligenda quoad indulta Cardinalium.*

DECISIO XCIII.

Aliàs in vna Toletan.Canonicatus & præbendæ,
coram D.Peregrino propoſita 26.Martij 1548.
inter Franciſcum Peſquera ex vna parte, & Petrum
Nauarro,& Chriſtophorum de Cardenas ex alia,fuit
1 reſolutum,quòd † ſubderogatione indultorum Car-
dinalium ab vſu patriſfamilias non eſſet derogatum
indulto Cardinalis ordinarij,pròut annotaui ſupr. in
a.lib.vbi habetur caſus,& reſolutio.Sed quia ad inſtā
tiam iſtius Franciſci Peſquera ego,tanquam ſurroga-
tus

tus eiusdē D. Peregrini, sub die 27. Feb. 1548. eūdem punctum proposui, & per aduocatos multo rationes fuerunt adductæ. Quibus tamen non obstan. Rota permansit hic in eadem resoluttione facta: Ideò quia rationes videt vigentes, & volui subiicere responsionē ad rationes adductas in contrariū, & primò dū dicebatur. Non obstante, quòd diceretur, quòd posito, q̄ verba derogationis essent dubia, & possent referri ad Cardinales ordinarios collatores, & extraordinarios,
2 quòd † in dubio derogatio erat referenda ad ordinarios, non autem extraordinarios, argumēto eorum quæ traduntur in l. Seio. § modico. & ibi Bar. ff. de annu. leg. per Bart. & Modern in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caution & ibi Sarnen in princip. regularum, q. 6. colum. 3. Et quòd clausula, non obstantib. constitutionibus & ordinationibus, intelligitur de iure communi, non autem de extrauag. quæ sunt extraordinatiæ. Item papa concedendo indultum ordinario nihil facit, nisi remouet obstacula, & reducit illos ad terminos iuris communis, vt per Cassad. de-
3 cisi. 3. 4. & 8. de priuileg. & † in derogatione facta à Principe censetur potius sublatum ius commune & ordinarium, quàm extraordinaria priuilegia, vt per multa Gallien. in repet. l. centusio, colum. 28. versic. 4. vltra Doct. ff. de vulg. & pupill. Iaf. in l. post quàm liti. colum. penult. versic. 3. verò ex hac glo. de pact. sed ad ista fuit responsum, & primò, quòd illud priuilegiū, si potest respicere ordinaria & extraordinaria, intelligitur, quòd sit exemptus à minoribus extraordinariis non autem ab ordinatiis, prout Bartol. Belenz. in tracta. de charit. subsid. q. 32. pag. a in princip. vide Frāc. & Rip. in l. si ex tot. nume. 13. ff. de leg. s. intelligitur de ordinariis, quòd istud non videtur verum, ex not. per Felin. in c. sedes. colum. 3 vers. & primò. vide extra de rescript. Ex quibus dictis in vna Burgen. decimarum. fuit resolutum. vt opposui supra quòd priuilegium de non soluendis decimis intelligebatur de decimis extraordinariis, non autem ordi-
4 nariis. Item & secundò potest responderi, quòd † etiā indultum Cardinalis in quantum tollit impedimentum, videlicèt, expectatiuas & reseruationes, dicitur etiam quoddam priuilegium, & cùm reducatur ad primæuum ius, sit maius priuilegium, quàm illud extraordinarium: & ideò difficilius ei derogatur. Non
5 obstat, quòd † Princeps censetur sustollere ius commune, quàm priuilegium: secùs quando contrarium est. Nam in casu nostro indultū ordinario concessum est æquum & fauorabile: concessum verò Cardinali non ordinario est odiosum & irrationabile, nimirum si Papa derogādo potiùs videatur tollere, quod est concessum ex non iusta causa, quàm istud, quod est causa concessum ab vsu patrisfamil non censetur idcircò ibi derogare velle, nisi expressè illud dicat. Non
6 obstat † dicere, quòd dicebatur tollere omnem difficultatem, quod istud dici potest, vbi essent indulta ordinaria & extraordinaria: sed cùm in casu, de quo agitur, non essent nisi illa duo indulta Cardinalium ordinariorum, videlicèt Hispalen. & Toletan. ergò de illis de necessitate erat intelligen. & per plura com-
7 probatur. Nam si testator mandat, quòd debita † soluantur, non intelligitur debitis bona fide præscriptis: tamen si nulla alia debita habet, nisi præscripta, intelligitur de illis, Bartol. in l. quibus diebus. §. diuus. & ibi latè Soxin ff. de cond. & demonst. Sed fuit respōsum, quòd attenta supplicatione, istud fundamentum
8 parùm vigebat. Nam eùm Papa in supplicatione † concessisset ad duas collationes nominandas cū derogatione indultorum Cardinalium, ex quo illa derogatio poterat operari in collationibus, in quibus Cardinales indultum extraordinarium. habebāt, in illis talis derogatio operari debebat, nō autē in illis collationibus, in quibus Cardinales ordinarii indulta habebāt, & per hoc cessat aliud fundamentum. Nam dicebatur, quòd aliàs verba derogationis in isto casu erant superflua: cùm diceretur, quòd si Franciscus expediuisset ad alias collationes, derogatio nō fuisset superflua. Eodem modo fuit responsum, q̄ verba bullæ loquebantur de Archiepiscopo Tolet. quo-
9 niam fuit dictum, quòd illa † derogatio expedita erat intelligenda, prout in supplicatione, in qua intelligi non poterat, nisi de indulto Cardinalis extraordinarii, ita vt in bulla.

EPITOME.

Io clausula augendi, vel minoendi vsque ad verum valorem etiam in secunda expeditione, quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 Clauſ. augendo vel minuendo vſque ad verum valorem, qui habet ſi primò minorem exprimat, & ſecundo loco verum adferre paratus ſit valorem, id quidem conceditur, ſi iuſtam attulerit cauſam.

DECISIO XCIIII.

IN vna Oxon. beneficiorum de Bannos, in qua Franciscus Alendes expresserat † beneficij valorem in pri-
1 ma expeditione ad 24 ducat. & per alium ob malam expressionem fuerat impetrat. & Franciscus secundo loco volebat expedire literas ad verum valorem ex quo habebat clausulam augendo vel minuendo vsq; ad verum valorem etiam in secunda expeditione. dubitauit D. Rossanen. 24. Ianuar. 1548. an posset: & fuit resolutum, quòd ex quo Franciscus tenebatur inquirere verum valorem etiam in secunda expeditione: quia intelligitur, q̄ ex aliqua causa expediuisset cum tunc in dolo censeretur esse, ne diceretur priuilegium esse concessum dolosè: & in priuilegium, officialium, qui ex prima expeditione fraudati erant, secundò expedire nō poterant, & tantò magis fuit impetratione in medio, per ea quæ dicit Abb. in c. in nostra. colum. 3. circa princip. versic. & hanc limitationem. de rescript. Iterum posita 2. Februarij, 1548. idem fuit resolutum, quòd Franciscus teneretur docere de aliqua causa, quare expediuerat ad minorem valorem, aliàs quòd non posset.

EPITOME.

Minor maior infante an citari possit: & talis citatio interrūpat præscriptionem regul. triennal. vt decisi. Affiic. 262. fuit resolutum, quòd ibi minor fuit citatus, intelligitur, vt legitimè comparerat, Bald. in l. non ideò minus. in fin. & in l. in pecuniarum. C. de procur. Et si minor non compareret, potest iudex absenti & non præsenti curatorem deputare, Bald. & Salicet. in l. 2. C. qui pet. tut.

DECISIO XCV.

IN vna Segobiens. Archipresbyteratus, coram D. Ant. Aug. fuit resolutū, quòd si minor maior infante habebat tutorem non poterat citari, sed erat citandus tutor: at si tutorem nō habebat, quia tunc citatio ab eo incipere potest, etiam in hoc sequuti fuerunt distinctionem Aretin. in l. si ex legati causa ff. de verb. obligat. & in eadem maior pars tenuit, quòd talis citatio facta cōtra minorem infantem prodesset ad interrumpendum præscriptionem regulæ de triennal. Nā licèt Aretin. dicat, quòd talis citatio non cōstituit minorem

minorem in contumacia, nec potest procedi ad actum præiudicialem ipsi minori: tamen hic non tractabatur de præiudicio minoris, sed tantùm de interrumpenda negligentia illius, contra quem præscribebatur, ad effectum, vt ille non diceretur negligens.

EPITOME.

Legata domo venit & domus illi adiuncta.

DECISIO XCVI.

IN vna Bonon. domus testator legauerat cuidã Hospitali vnam domum ad præsens loci habitationi cõfirmatam suis confinibus. Dubitauit Dominus Anton. August. 27. Ianuarij, 1548. an in legato facto per Bartholomæũ sint confines requisiti, & priori, prout testes deponunt. vniti: & fuit resolutum, quòd sic, per text. in l. si ex tota. in prin. & in l. qui in rerum. §. si quis post. ff. de leg. 1. & in l. cùm fundus. ff. de lega. 2. & per ea quæ dicit. Socin. in. l. 1. column. 3. versicul. 3. casus est. ff. de rebus dubiis. Fuit tamen dictum, quòd videretur, an testator illis duabus domibus vsus fuerit pro vna.

EPITOME.

Testamentum manu propria testatoris scriptum non publicatum coram testibus & notario, an valeat.

SVMMARIA.

1 *Testamentum quod ratione solennitatis est imperfectum, ratione voluntatis absolutum esse potest, si de eius vltima voluntate ritè constiterit.*

2 *Testamenta vt valeant de iure communi, & in iis etiam ad pias causas relicta debeantur, duo requiruntur ad minimũ testes.*

DECISIO XCVII.

IN vna Romana hæreditatis & bonorum, in qua testator instituerat filium & filiam, vxori verò vsumfructum certæ domus reliquerat, & cuidam filiæ suę dotem reliquerat eandem in ea inuestiẽdo. Et posteà dixerat, quòd si filius meus & filia decederent sine filiis, pro medietate succederet alia filia, & pro alia medietate Societas sancti Rochi. Et quòd alia legata fecerat, & quòd in principio testamẽti testator dixerat, quòd ex quo erat suspitio pestis, volebat quòd præsens voluntas valeret, ac si de ea rogatus esset notarius publicus. Pręfata volũtas reperiebatur tota scripta manu propria in quodam libro rationum suarum, & manu testatoris fuit recognita: non tamen dicta voluntas fuerat publicata, nec rogatus notarius, nec aliqui testes appositi. in ea fuit dubitatum super validitate dicti
1 testamenti. Pro affirmatiua dicebatur, quòd ista † voluntas licèt esset imperfecta ratione solennitatis, tamen erat perfecta ratione voluntatis: cùm in ea appareret delegatio cum institutione & substitutione, ita vt nihil vltra desiderari possit ad perficiendam voluntatem alicuius, & sic talis voluntas erat valida inter liberos, & hoc Domini non dubitabãt, quòd etiam valeret ad pias causas, ex quo aduenerat casus, quòd liberi sine filiis decesserant, ita vt pariter deberet ex ista voluntate succedere filiã, & Societas Sancti Rochi, & allegabatur Bart. in l. fidei commisso. §. 1. ff. de leg. 3. & in l. si is qui colum. 2. ff. de testamen. Alexand. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. colum. 3. C. de Testamen. Ias. consil. 81. colum. final. volumin. 2. latè Ruin. cõnsil. 71. colum. 6. & sequen. volum. 3. Boer. decisi. 95. an ex testamẽto. colum final. Sed istis nõ obstantibus, Domini contrarium decreuerunt: quia de
2 iure cõmuni † vt testamenta valeant, & relicta debeã tur, etiã ad pias causas, debẽt esse duo testes, c. cũ essemus &c. relatũ. de test. & ita per dicta iura tenet Alex. cõsil. 76. ponderatis his colum 4. versic. super 4. volum. 3. illud etiam voluit Aret. licèt pro parte aduersa ad sui fauorem allegaretur in d. l. si is qui. colum 1. de testamen. dum allegat tex. in l. fin. C. fam. hercisc. & subiungit, quæ tamen limitatur hodie per authen. quod sine. C de testam. & per ea, quę habentur in d. c. relatũ. & c. cùm essemus. de testib.

EPITOME.

Procuratores vbi sunt plures constituti sine clausula. & quẽlibet eorum, cum, clausola, promittens habere ratum quicquid ab altero eorum factum fuerit, valet, quòd ab vno eorum fuerit factum.

SVMMARIA.

1 *Resignatio ab altero procuratorum qui in solidum non sunt singulatim constituti, facta valet, si promiserit resignans sed gratum & ratum habiturum, quicquid ab iis seu altero eorum gestum factúmve fuerit.*

2 *Procuratores siue in mandato ab initio, siue ex post facto coniunctim, & alter eorum diuisim constituatur, semper ratificatio retrotrahitur, si promiserit se ratum habiturum, quicquid etiam ab altero eorum factum foret.*

3 *Procuratores duo si sint simpliciter constituti, etiam cum clausula, se ratum habiturum quicquid ab vno gestum fuerit, & non appareat de mente constituentis, in solidum agere alter eorum nil potest.*

DECISIO XCVIII.

IN vna Ciuitat. coram me, in qua Garsias constituit duos procuratores ad resignandum quoddam beneficium in fauorem sui nepotis, reseruatis sibi fructibus & regressu, & non posuerat clausulam, & quemlibet eorum in solidum: tamen in mandato erat clausula, promittens habere ratum & gratum quicquid ab eis, seu altero eorum, factũ gestùmve fuerit. Resigna-
1 tio † facta fuit per vnum ex istis procuratoribus: dubitaui ego 3. Ianuarij 1548. an resignatio valeret, & impetratio facta per Didacum Vesqua per obitum resignatoris. Et fuit resolutum, quòd talis resignatio valeret. Ratio, quia licèt clausulæ executiuæ non augeant, tamen declarant: & cùm illa verba constitutionis procuratorum duorũ aliquo modo siue aliqualiter dubitationem recipere possent, vt vnus dictorum constitutorum actum facere potuisset. Et ideò fuit posteà declaratum, quòd etiamsi per alterum factum foret, quòd constituens volebat habere ratum & gratũ. Item dicebatur, quòd illa verba, promittens, &c. non erant merè in parte executiua, sed poterãt dici, quòd essent etiam in parte dispositiua, & continebant illam promissionem, quòd promittebat habere ratum, quicquid ab altero ex eis factum foret. Sic cùm † ratifica-
2 tio retrotraharur, & mandato æquiparetur, si ab initio constituisset ambos coniunctim, 7. & etiam alterum eorum diuisum: ita etiam esset quando ex post facto. Item disponens promisit se habere ratum quicquid ab altero factum fore, nam est perinde ac si alterum constituisset ab initio, & tantò magis ad resignandum in Curia, quòd est fauorabile, & nulla fraus excogitari poterat, ex quo in fauorem nepotis & omnia apposita in mãdato seruanda erãt. Non obstat decis. 346. in antiq. & decis. Bisig. 1. de proc. quia in illis decisi. in parte

dispositiua erat positum, ex quo pars executiuè illam
declarare posiit. Item clausula conseruationis indem-
nitatis,& clausula ista ,se habere ratum quicquid ab v-
no,& c.ex quo promittebat,ex illa promissione istud
gestum vires sumebat. Iterum fuit propositum & reso
lutum vt sup. Non obstant not.per Ias.in l.1.col 5 nu.
8 12.versi.2.quærunt.ff.de offic.procur.Constan . vbi †
si est constitutus procurator ad talem actum,& dein-
de subiiciatur clausula,& promittens habere ratum
quodcunque gestum per eum, non tamen per talia
verba dubia sequentia declarari possent: Sed in casu
nostro erant verba dubia aliqualiter, scilicet cōstitu-
tio duorum sine clausula,in solidum,quod nullam re
cipit dubietatem:quia verum est si simplex constitu-
tio duorum fuerit facta:sed ex quo in eadem disposi-
tione subiicit illam clausulam, quòd vult habere ratū
quod ab altero eorum factum fuerit, satis mentem
suam declarauit, quod voluit illam constitutionem
in duorum solidum facere.

EPITOME.

Statutum Capitolinum,quod de nullitate post annum quis dicere non possit,an sit contra libertatem Ecclesiasticam,& liget clericum.

SVMMARIA.

1 *Statutum tollens ea,quæ sunt iuris communis, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Clericus litigans coram iudice seculari ligatur quoq; statuto seculari respiciente ordinem litis.*

3 *Clericus litigans pro re sua, & non ad Ecclesiam spectante, ligatur statuto laicorum quoad bona sua.*

4 *Clericus potest contra laicum statuto laicorum vti, etiamsi eodem non ligetur. si sit priuilegiatiuum, & in odium suum retorqueri non possit.*

DECISIO XCIX.

IN vna Romana vineæ dubitauit Do. Antonius Au-
gustinus die 1.Februarij,1548.an statutum Capito
linum disponens,quòd de nullitate sententiæ agi non
possit post annum à tempore sententiæ numeratum
sit contra libertatem Ecclesiasticam. Et pro parte af-
firmatiua dicebatur,quòd sic:quia sic de nullitate agi
potest infra 30. annos, vt per Francisc. in c.dilecto. in
4. colum. versicul. 5.quæritur.de appel.Sed quandò
1 † statutū tollit ea,quæ sunt de iure communi, dicitur
esse contra libertatem Ecclesiasticam,vt per Felin. in
c. Ecclesia S. Mariæ.colum.24.versicul. 1. oppono.
de const.post Roch.in c.fin.colum. 58. versicul.5. er-
go istud statutum tollit illud, quod est de iure com-
muni,& sic est contra libertatem Ecclesiasticam. Quo
non obstante fuit resolutum contrarium: quia statu-
tum de clericis & Ecclesiis non loquitur,& ideò non
erat contra libertatem.& quia istud dubium ad id ten
debat, an illud statutum ligaret clericum, prout erat
in casu illo:quia clericus conuenerat mulierem in Cu-
ria Capitolina,prætendens ab ea ob non solutionem
certæ responsionis vineam esse deuolutam. Et cleri-
cus habuerat sententiam in sui fauorem , con-
tra quam opponebatur,quòd de nullitate non posset
agi propter statutum vrbis. Replicabat mulier, quòd
in casu isto statutum ei non nocebat,ita non poterat
eū iuuare,per dictū Bald.in l.omni innouatione.cir-
ca fin.C.de sacrosanct. Eccl.Salic. in l.1.q.7. C.eodē.
Abb.in c.quòd clericus.7. col.versi.si verò statutum.
de foro cōpet.Felin.in c. Ecclesia S.Mariæ.colum. 32.
vers.2.declara.de constit. Tamen istis non obst. fuit
2 dictum,quod istud statutum † respiciebat ordinatoriam
iudicij,& ideò clericus litigans coram iudice sæcula-
ri, illo statuto ligabatur,vt determinat Dec.in d.c.
Ecclesia S.Mariæ.num.4.versicul.8. post 7.casus.&
nu.seq.& in propriis terminis Maria.in c.quod cleri-
cus.col.2.post num.5.versicul.ex prædictis.de foro
compet.vbi si est statutum,quòd instantia determine-
tur,quod aliud terminet spatio 20.dierum,clericus
litigans coram sæculari ligabitur tali statuto. Et ideò
fuit dictū,quod sicut ligabatur clericus,quod à fortiori ipsa
3 mulier,quę erat subdita. Itē fuit dictū,quod si † clericus
litigaret pro re propria,non autem spectante ad Eccle-
siā, quòd statuta laicorum,quæ fecerant vinculū ante
clericatum,ligabant clericos,vt est communis opinio
in illo statuto,quod stantibus masculis fœminæ non suc-
cedant:quia tale statutum ligat fœminas ecclesiasticas
quæ tamē per statutum fuerunt factæ ecclesiasticæ.
Et sic quando statutum per prius inuenit vinculum,
vt latè ponit Brun. in tract.de statut.exclud. fœm.
propt.masc.6.art.col.11. ver.nunc & 2.videndum re-
stat. Die.2. Martij 1548.in eadē fuit dictū, quòd istud
statutum erat fauorabile,ex quo simpliciter non tol-
lebat nullitatem,sed certum præfigebat,vt lites ab-
4 breuiarētur: & † quòd licèt clericus possit vti statuto
laicorum cōtra laicum,licèt clericus dicto statuto nō
legetur,vt per Dec.in c.Ecclesia S.Mariæ.de const.
col. 22.versi. 2.quia prædicta limitantur.& col.seq.
vers.& primò occurrit. Quia aduertendum est,quòd
Dec.loquitur in statuto fauorabili,quod sapit priuile-
gium,prout etiam loquitur Rom.sing.442.vt est in
statuto,quòd stant.masculis fœminæ non succedant,
quod est priuelegiatiuum masculorum,& nullo casu
potest in eorum odium retorqueri:Sed istud statutū
licèt sit fauorabile, tamen non priuilegiatiuum:quia
semper respectu vnius non sapit semper fauorem,sed
est odiosum,vel fauorabile,secundū quòd est actor
vel reus & loquebatur pręcipiēdo. Et ideò videbatur
quod eo nō possit vti,per Dec.in d.c.Ecclesia S. Mariæ
col.20.nu.5.istis tamen non obstāt.firmiter fuit reso-
lutum:ideò cogita.

SVMMARIA.

1 *Capitulum si teneatur ex concordia per Papam confirmata antiquiori semper portionario de vacante canonicatu prouidere,an idem debeat,si antiquior portionarius dignitate aliqua prouisus sit.*

2 *Dignitas posterior superueniens priorem non immutat.*

3 *Capitulum licet cōferre alicui teneatur,si tamen alteri facta sit collatio, ea non annullatur,vbi capitulo est libera.*

4 *Superior potest capitulum cōpellere,vt certæ personæ,cui collatio ex concordia debetur canonicatus conferatur,si collatio capituli non sit libera.*

DECISIO C.

IN vna Salamantin. Canonicatus,in qua ex forma
concordię Capitulum tenebatur prouidere de cano
nicatu vacante antiquiori portionario quæ concor-
dia per sedem apostolicam erat approbata. Dubitaui
1 ego die 1.Februarij 1548 an † capitulū teneretur pro-
uidere de canonicatu vacante Antonio portionario.
& pro Archidiacono dicebatur quod nō quia statutū
loquebatur de simplici , ergo non habebat locum in
mixto. fuit responsum, quòd iste non erat casus mix-
tus: sed quòd Ant . gerebat personam duorum,
videlicet portionarij & dignitatis, & vt portionario
capitulum tenebatur ei prouidere. & quòd digni-
2 tas † superueniens non immutat dignitatem priorē,
c.maior.de præben. & dignitatib.in l.1. C.de priuil.
lib. 12.

l.b. 12. Soxin. in l.falsa demonstratio. §. sed & fi.ff.de cõd.& demonstr. Non obstat, ꝙ capitulum teneretur deferre,tamen per hoc collatio alteri facta non annul latur,vt est text.in c.dilect.de præb.el 2.& ibi Abb.in
3 vers.conferendi. quia fuit dictum, quòd † illud procederet,vbi collatio esset libera capituli, vt in terminis illius tex.in quo valet collatio contra mandatum Papæ,licèt capitulum in alia puniatur. Sed in casu nostro per concordiam collatio non est libera capituli, sed tenetur certo generi personarum,seu certæ personæ conferre,cui ex concordia est ius quæsitum:& ideò
4 † potest appellare à denegatione,& per superiorem compelli, vt iuxta tenorem concordiæ fiat collatio.

EPITOME.

Narratiua Papę de facto alieno motu proprio est standum, donec contrarium probetur.

DECISIO CI.

Die 1.Februarij 1548.proposuit D.Nouarrus dubium.anũ stand sit Papę motu proprio narranti, sub his verbis. Verba.Papæ sunt: Cũ sicut accepimus ex bellis septentrionalibus inter Otthonenm electum Constantien.& Ludouicum se pro Constantien. Episcopo gerentem, & mala conductione temporũ Ecclesia tanto ære alieno sic est grauata, vt Ioannes de Bipphen. eandem resignare in manibus Sanctitatis coactus fuerit: & ideò se timere,ne Ioannes Archiepiscopus Lugdunen.à capitulo & canonicis in Episcopatu Constantien.vacante etiã eadem causa Episcopatum relinquere cogatur:fuit resolutum, quòd narratiuæ Papę etiam de facto alieno, in quo fuit dictam iuxta intentionem suam motu proprio,esset stãdum,Clem.1.de probat.in 10.q.Petr.de Anchar.& in 1.q.Imol.ibidem in 4.col.vers.prędicta limita esse vera.&Alex.cons.112.vol.7.Curt. Iun.conf 61.quicquid dicat Bonif.de Vital.in d.Clem.& idẽ Vital.in tract. clausularum,in clausul.de verbis enunciatiuis in priuilegiis. Dicunt etiam prędicti Dd,quòd licèt stetur narratione prędictę narratiuę factę motu proprio,potest tamẽ contrarium.

EPITOME.

Appellatio à sententia,quatenus contra,non suffragatur aduersario,si nulla in fauorem eius est lata

DECISIO CII.

IN vna Venetiarum matrimonij, coram D. Nouarro, die 24.Februarij 1548.fuit resolutum, quòd appellatio 10.à sentẽtia,quatenus contra,non suffragaretur Isabellæ eius aduersarię,per not.per Philip. in c. si duobus.col.3.vers. sed quęratur primum.de appellat.in 6. vbi si sententia continet vnum capitulũ vel plura connexa,quòd sit vnum vel connexum,vt in seq.quęst.prout quando sunt plura capitula separata, & appellata à sententia,quatenus contra, deuoluitur tamen illud capitulum,ex quo est separatũ.In proposito fuit dictũ,ꝙ ant sententia continebat vnũ capitulũ,aut plura cõnexa:& ex quo in nulla parte erat pronunciatũ contra appellantem, qui appellauerat quatenus contra,quę appellatio fieri poterat text. in c. Raynal. de testam. & certè nullum negotium deuolutum erat : Aut erant plura, & etiam non fiebat deuolutio,ex quo ex nihilo contra eum pronunciatũ fuerat. Nõ obstat,quòd Io.commisit etiam causam appellationis:cũ cõmissiones & rescripta sunt nostra: quia dictum fuit,quòd causa appellationis à sententia lata in fauorẽ Isabellæ erat lata, & ideò nihil erat commissum.

EPITOME.

Appellatio à definitiua sine scriptis ex interuallo, non est valida,vt in vna Gerunden.coram Rossanen.sed debuit dari cedula intra decem dies.

SVMMARIA.

1 *Voce debet incontinenti appellari,non autem ex interuallo,à sententia definitiua*

2 *In appellatione à definitiua consideratur tantum,an legitimè sit interposita,& non quòd iudex eam deferat,cùm à iure ipso deferat·r.*

3 *Appellatio ad interlocutoria licèt sit friuola,& non admittenda,si tamen admittatur,& appellationi deferatur, tota iurisdictio ad superiorem deuoluitur.*

4 *Appellatio potest sine scriptis fieri in beneficialibus,vbi summariè sine strepitu proceditur,à definitiua,dummodò incontinenti de bono iure dicere paratus fuerit.*

DECISIO CIII.

IN vna Gerunden.Camerarię de Rosis,coram D. Rossanen.die 24.Februarij,1548.fuit resolutum, quòd appellatio à definitiua,si infra decem dies fuit data cedula præcedente protestatione,quòd poneretur dies cedulæ date,quòd non valeret,& diceretur deserta,etiã quòd videatur appellationi detulisse.
1 Quia † incõtinenti potest in voce appellari,non antẽ ex interuallo,vt per text.in l.2.in fin.ff.de appell. Nõ obstat,quod dicit Franc in c.vt debitus est.col.11. versic.vlti.pone.de appell.& decis.346.in nou.quia loquitur ab interlocutoria,non autẽ a definitiua,si est legitimè interposita:& quòd iudex nõ deferat, tamẽ
2 ius ipsum defert:& ideò non est in † consideratione, quòd iudex deferat,sed tamen est in consideratione, quòd legitimè sit interposita:sed in appellatione ab interlocutoria benè est in consideratione,quòd idẽ deferat.quia postquàm detulit,tota iurisdictio ad superiorẽ deuoluitur.& illæ decisiones tãtùm loquun-
3 tur de deuolutione:hinc videmus,quòd licèt † appellatio ab interlocutoria sit friuola,& non admittẽda,si tamen iudex admisit,& appellationi detulit,tota iurisdictio est ad superiorem deuoluta,& sic quòad deuolutionem delatio consideratur in appellatione definitiua,quia semper fit deuolutio siue iudex deferat siue nõ.Non obstat,quòd in causis,in quibus proceditur summariè sine strepitu,vt in beneficialibus,
4 iuxta Clem.dispendiosam de iudi appellatio † possit fieri sine scriptis,prout videtur sentire Franc.in c.vt debitus.col.2.versi.7.quęritur.cum sequen.quia fuit dictum,quòd Franc.etiam loquitur in appellatione ab interlocutoria.quia non consideratur in appellatione à definitiua,quia illud non firmat,maximè cùm Deci.in d.c.Ecclesia S.Mariæ.nu.43.vers.ex præmissa.de const.dicat,quòd appellare vel nõ appellare à definitiua respicit decisoriam,nõ autem ordinatoriã, prout ibi dicit Franc.& illam opinionem Franc.voluit Rota approbare:quia sic introduceretur stilus, quòd in omnibus causis beneficialibus appellaretur sine scriptis:tamen benè voluit,quòd si incontinenti diceretur de bono iure, quòd audiretur,ex quo procurator in totum non erat negligens.

EPITOME.

Srriptor apostolicus absens à Curia gaudet priuilegiis in eorum bulla contentis,

SVMMARIA.

1 *Priuilegia non dantur scriptoribus Apostolicis à curia absentibus ratione laborum, sed ratione pretij, quòd in officiorum emptione exponunt.*

2 *Absents à curia cum licentia Papæ habentur pro præsentibus.*

DECISIO CIIII.

IN vna Leodien. Canunicatus & præbend. S. Bernardini, dubitauit D. Anto. Aog. die 24. Februarij 1548. an scriptor apostolicus absens à Curia gaudeat priuilegiis & prærogatiuis concesshs scriptoribus per eorundem priuilegiorum bullam in actis productam & fuit resolutum quòd sic. Quoniam huiusmodi pri-
1 uilegia † non dantur scriptoribus ratiune laborum, sed ratione pretij, quod in emptione officiorum eaponunt, vt inuitentur ad emendum ea: sed prærogatiuæ, quæ dantur in rrgula prima prærogatiuarum, dantur ratione laborum: & ideò regula expressè posuit, acta sua officia exercentium. Non obstat, quòd ista ratione attenta, Auditores & Referendarij à Curia absentes non deberent gaudere: quia dictum est,
2 quòd ex quo † a sunt de licentia Papæ, & aliter à Curia non possunt se absentare, habeantur pro præsentibus: & etiam quòd absentes sint pro laboribus præteritis maiora merentur.

EPITOME.

Prior Ecclesiæ in concilio præcedit Episcopum Meliten.

SVMMARIA.

1 *Episcopalis dignitas ad actum concilij non conferens mutationem loci non inducit. & nu. 5.*

2 *Dignitas superueniens præcedere debet, & quamuis antiquitati ratione antiquitatis deferatur, non tamen si vltimò receptus sit in dignitate, etsi omnes sint pares.*

3 *Dignitas minor habens administrationem inter alias personas, cum quibus conuenit, debet præcedere maiorem dignitatem administrationem non habentem.*

4 *Dignitas maior reuerentiam debet minori in loco, in quo nullam iurisdictionem maior habet.*

6 *Episcopus interueniendo Capitulo, vt Canonicus, secundum locum à capite Capituli obtinet.*

DECISIO CV.

IN vna Meliten. præeminentiæ, die 27. Februarij 1348. dubitauit D. Prosper, an D. Prior sit caput religionis: & quia in puncto tractabatur de præcedentia Prioris vel Episcopi, an Prior in concilio deberet
1 præcedere Episcopum Meliten. Ratio, † quia dignitas Episcopalis non conferens ad actum non inducebat mutationem loci. ita Feli. in c. ex literis. in 1. not. de probat. & aliquid sensit Purpur. in l. & si præter. in princip. ff. de off. eius. Cùm ergo dignitas Episcopalis non conferens ad actum non inducebat mutationem loci, nõ obstat doctr. Rom. in l. si verò. §. de vno. col. 5. vers. nam defertur. ff. solut. matr. & sing. 691.
2 in quibus locis Romanus tenet, quòd licèt † deferatur antiquitati ratione antiquitatis, tamen quando ille, qui vltimo loco recipitur, est in dignitate, vt Episcopus, tunc antiquitati non defertur, sed Episcopus præcedere debebat: & sic erat dicendum in casu isto quia fuit responsum, quòd doctr. Rom. procedit, vbi omnes sunt pares, & tantum inter illos receptio consideratur: & tunc est verum, quòd dignitas superueniens debet præcedere. Sed in casu nostro nõ eramus inter pares: quia licèt Prior Ecclesiæ sit de ordine Priorum, tamen statim quod creatur Prior Ecclesiæ etiã quòd sit vltimò receptus, nihilominus præcedit omnes alios Priores quantumcunque prius receptos. Et istud alia ratione non potest esse, quàm quòd Prior Ecclesiæ habet dignitatem cum administratione. Quòd habeat dignitatem, patet, quia omnes Prioratus in illa religione sunt dignitates, sed nullam iurisdictionem in spiritualibus, vt in facto præsupponebatur quoad aliqua, text. in c. canonici, de sent. excom. vnde si Prior Ecclesiæ vltimò recept. præcedebat alios Priores prius receptos non poterat alia ratione considerari, nisi quia ipse habebat dignitatem cum administratione, alij verò non. Et ex hoc sequebatur, quòd
3 mior † dignitas habens administrationem inter alias personas, cum quibus conuenit, debet præcedere maiorem dignitatem non habentem administrationem aliquàm, quòad illas personas, cum quibus conuenit, l. omnes. C. vt dignit. ord. libr. 12. Card. & Alex. in c. Episcopus. col. 12. vers. & quoniam hinc videmus,
4 quòd † maior dignitas debet reuerentiam minori in loco, in quo maior nullam iurisdictionem habet, de præb ad Barb. in c. volentes col. pen. ver. aut minor est de off. leg. Secundò dictum per Rom. in d. §. si verò in loco superius allegato procedit secundum quòd allegat: nam allegat text. in c. placuit. 17. dist. quòd in synodo debent Episcopi secundum eorum ordinẽ sedere, sed Metropolitanus debet precedere: qui tamẽ tex. nihil facit ad propositum. Nam dum hoc dicit, illud ideò est quia omnes illæ dignitates conferunt ad actum minorum, si maior in dignitate præferri debet
5 Sed in casu nostro Episcopatus dignitas † non confert ad actum concilij: cùm ibi sit vt deferens magnã crucem, & non vt Episcopus. Item idem Roma. sing. 691. alleg. text. in c. statuimus. de maior. & obed. qui etiam tex. nihil facit: quia etiam illi ordines, subdiaconatus, & presbyteratus ad idem conferunt. nimirũ si maior ordo præferatur. Hic autem secùs est, quia dignitas Episcopatus non confert ad actum concilij. Nec obstat secundo quod dicebat quod Episcopus in secũdo locu post magnũ magistrũ sedere debebat, per gl. in c. ad collationẽ. de appel. in 6. & quod dixit Abb in c. po-
6 stulasti. de cõcess. præb. dum dicunt, quod † Episcopus interueniẽdo in capitulo, vt canonicus debet habere secundũ locũ post caput capituli: quia fuit responsum, quod procedit istud, vbi Episcop. interuenit in loco, in quo inter personas, quæ sunt in loco Episcopatus. Nã licèt Episcopus nõ sit caput capituli: tamẽ negari nõ potest, quin iurisdictionem habeat in illas personas capituli: quod secùs est in casu nostro. nam cùm religiosa sit exempta ab Epicopo, Episcopus nullã iurisdictionem in istos regulares habet, sed est ibi simplex consilarius. Et ita illam glo in c. ad collationem superius allegatam, & dictum Abb. in d. c. postulasti. intelligi Catalo. gloriæ mundi in 4. parte in 45. cõsideratione.

EPITOME.

Resignans si mansit in possessione, præsumitur retrocessio, vbi à principio resignatio est perfecta: secùs quando est tantùm supplicatio porrecta, & post triennium præstatur consensus.

SVMMARIA.

1 *Resignatio si sit irreuocabiliter perfecta, & resignans triennio in possessione maneat, præsumitur retrocessio. & nu. 4*

2 Resigna.

2 *Resignatio ante consensum praestitum non est irreuocabiliter perfecta.*

3 *Resignans triennio possidens consensu non praestito dicitur iure proprio possidere, nec per supplicationis porrectionē ius abdicatum esse censetur.*

DECISIO CVI.

IN vna Astoricen Parochialis, coram D. Ant. Aug. die 27. Februarij 1548. fuit decisum, quòd licèt quando † resignatio est irreuocabiliter perfecta, si resignans maneat triennio in possessione, praesumitur retrocessio, per allegata Lap. 89. Tamen illud nō habet locum, vbi resignatio non est irreuocabiliter perfecta sed reuocabiliter, putà quando erat porrecta supplicatio, & consensus fuit praestitus post triennium: & sic ante consensum† praestitum resignatio non erat irreuocabiliter perfecta Ratio fuit: quia quando resignatio non est perfecta, sed reuocabiliter, putà in totum, cùm tantùm interuenerit porrectio, certum est, quòd porrigentem potest poenitere. & ideò† si possidet triennio, dicitur possidere iure proprio, adhuc ab eo per porrectionem non erat abdicatum. Sed quando resignatio est perfecta, & est secuta possessio triennalis praesumitur retrocessio, ne praesumatur, quòd tanto tēpore sine titulo diceretur possidere. Et ideò decurrimus ad istā praesumptionē retrocessionis, quę in isto casu nō debet capi, ex quo apparet, quo titulo possideat. Item in terminis allegationis Lapi cōsideratur possessio triennalis ex parte resignantis, & negligentia resignatarij: in casu isto nulla scientia resignatarij considerari potest, ex quo consensus non erat praestitus, & illa gratia erat informis, & sic non erat locus allegationi Lapi.

EPITOME.

Resignatio in fauorem eum narratiua, quod resignans erat compatronus, est subreptitia, si alternis vicibus fiebat praesentatio, etiam si ipse consumpserat vocem suam, & ad alium spectabat.

DECISIO CVII.

DVae familiae videlicet de Patrissolis & familia de Anguiscolis erant patroni, & iux. Clem de praeb. conuenerant, vt alternis vicibus praesentarent. Et facta dicta conuentione familia de Patrissolis praesentauit Nicolaum, qui vigore dictae praesentationis possedit per 40. annos. Et posteà resignauit in Vincentium eius nepotem, dicēdo quòd beneficium erat iurispatronatus laicorum, & petebat derogari in totū attēto, quòd resignatio fiebat in compatronum, & fuit data derogatio in totum die 27. Februarij 1548. in vna Regien. Capellaniae coram D. Rossanen. fuit resolutum, quòd talis gratia esset subreptitia: quia ex quo narrauit se compatronum, Papa intellexit, quòd illa vacatione ipse esset aliter compatronus, vt concurreret in praesentando, vt hic vigore conuentionis non concurreret: ideò gratia fuit iudicata subreptitia, quia si fuisset dictum, quòd ipse non habebat vocem, Papa non concessisset.

SVMMARIVM.

1 *Iudicem nulliter processisse ideoque spoliasse, & spoliatum restituendum esse si pronuncietur, causa fit appellabilis.*

DECISIO CVIII.

1 QVando † pronunciatur iudicem nulliter processisse, & ideò spoliasse & spoliatū restitnēdum esse fuit dictū in vna Rom. haereditatis Vetrunij, die 27. Februarij 1548. coram me, quòd causa erat appellabilis: quia ex quo istae causae erant cumulat insimul, & possessorium dependebat à causa nullitatis, dependebat petitorium: quia si ego iudicassem nulliter processisse, alius poterat iudicare, quòd beneè processerat, & ad hoc fuit allegat. consl. Bal. 330. & 331. in 1. vol.

EPITOME.

Appellatio extraiudicialis non intimata inducit litis pendentiam ad effectum subrogationis.

DECISIO CIX.

DVbitauit S. D. N. in vna Valentin. canonicatus & praeben. pro Anto. Romero, die 1. Martij 1548. an per appellationem interpositā & intimationem sit lis saltem ad effectum surrogationis, vt erat in illo casu, quòd ante commissionem causae non diceretur lis, vt nunquam collitigans posset surrogari, per decis. Cassad. 1. nu. 4. 5. & 6. de appell. expressè cōuenit Sarnen. super regul. de surrog. q. 2. pag. 5. vers. & per appellationem. & idem in reg. de surrogat. q. 12. vers. quòad effectum &c. Et quia quòad hoc, vt lis dicatur pendere, debet interuenire tres personae, & ante commissionem causae non est iudex, licèt contrarium videatur dicere Egid. decis. 749. in 1. vol.

SVMMARIVM.

1 *Testes dicentes consignatas esse segetes agentibus & venditoribus praesentibus, an probent consignationem.*

DECISIO CX.

IN Roman. medietatis Casalis della Bottachia, dubitaui die 15. Martij 1548. praesupposito, quòd † testes dicant per factorem D. Paulae cōsignatas esse segetes agētibus sine hominibus D. Camillę, & eiusdē filiis venditoribus ibi praesentibus, an probetur consignatio: quia per illa verba instrumenti tantùm probabatur talis traditio ex quo res non erat in praesentia: testes verò, qui deponebant de consignatione facta agentibus seu hominibus Camillae praesentibus non probabant, quia probatio vniuersalis est vaga, & tolleretur materia reprobandi illis della Cithara. Et fuit resolutum, quòd non probatetur consignatio: quia per illa verba instrumenti, tantùm probabatur licentia apprehendendi concessa illis della Cithera, qui non possunt probare contrarium, ex quo nonc illorum agen. expressa non erant ex illis duobus testibus, qui deponebant de auditu à Messoribus, vnus erat videlicet Petrus Andreas factor possessionum, & ipse tractabat de se exonerando, & ideò non erat idoneus. Et ista resolutio fuit facta etiam acceden. illa coniectura, quòd si isti de Fabiis soluissent 5500. ducat. quod erat reliquum pretij haberent dilationem. 7. annorum certè accepissent illi de Fabiis possessionem Casalis mas cum Bernardus factor Paulae, qui dicebatur cōsignasse segetes, erat constitutus procurator in instrumento venditionis ad tradendum possessionem dicti Casalis ipsis de Fabiis tamen Dd. dixerunt, quòd viderentur alia puncta, videlicet an alia bona viderentur esse consignata, & forsan tunc mutarent votū: & ideò erit deueniendum, an probetur alia bona fuisse consignata.

EPITOME.

1 Consensus in resignationibus debet præstari coram notario Cameræ aut cancellariæ non alibi nec aliter.

DECISIO CXI.

ALphonsus Martinetz porrexit supplicationem suæ resignationis Parochialium, de quibus agebatur in fauorem Constantini de Castillo de Mense Augusti 1542. quæ supplicatio per Papam recepta, & signata fuit. Deinde de anno 1543. de mense Maij D. Alphonsus constituit Antonium de Accar. procuratorem ad consentiendum resignationi. Et quia idem procurator adhuc non consenserat successiuè, idem Alphonsus de anno 45. de mense Octobris narrãdo supplicationem porrectam, & vt præfertur, signatam illam ratificauit, & ipse iuxta illius formam & tenorẽ consensit & resignauit. Dubitauit D. Antn. Aug. in vna Astoricen. Parochialis & beneficij die 5. Martij 1548. an eo dicto consensu sic præstito per D. Alphonsum, resignatio esset valida: & fuit resolutum, ꝙ resignatio non teneret, quia consensus in resignationibus ad euitandas fraudes debet præstari in manibus Notarij, Cancellariæ vel Cameræ, secundum Sarnen. in regu. de public. q. 7. nu. 4. aliàs infinitæ fraudes fieri possent, vt dicit Corn. cons. 137. vol. 3.

EPITOME.

In generali hypotheca bonorum non venit vsusfructus, intelligitur tamen de commoditate.

DECISIO CXII.

IN vna Perus. seu ceſſ. bonorũ pro Hectore de Mutinis contra Honoratũ Lancellotum, dubitaui ego die 4. Martij 1548. an in generali hypotheca omnium bonorum per Aurelium facta veniat vsusfructus bonorum ad eum spectantium: & fuit resolutum, quòd, veniret: quia intelligebatur quòd censeretur hypothecata communiter, vt per Bart. in l. si is. § an vsusfructus. ff. de pignorib. glo. in l. 1. C. si pignoris conu. Negus. in tract. de pignorib. 3. mẽbr. 2. parte col. 2. vers. item dubitabatur.

EPITOME.

Pro laudo præsumitur, licèt fuerit ab eo reclamatũ post decẽ dies.

SVMMARIA.

1 *Laudi iniquitatem obiiciens de læsione docere debet.*
2 *Laudum si non ex probationibus factis in Curia vel extra eam per remissoriam iustificetur, poterit ex aliis probationibus in scriptis non reductis iustificari.*

DECISIO CXIII.

IN vna Panormitan. pensionis fuit resolutum corã me 11. Martij 48. quòd pro laudo, à quo fuerat reclamatum post decem dies, præsumeretur, ita vt di-
1 cens † de iniquitate eius deberet docere de læsione, per ea quæ dicit Alciat. in tracta. præsumptionum in 3. reg 22. præsump. post Moder. videlicet Felin. & Dec. in c. qui contra. de probat. Item fuit dictum, ꝙ
2 licèt arbitri † vel arbitratores retulerint se ad probationes factas in Curia, & extra per remissoriam: quòd licèt ex illis probationibus laudum non iustificaretur, quòd poterat iustificari ex aliis probationibus non reductis in scriptis, prout dicit Ioannes Bapt. de Perus. in tract. de arbitr. Cap. in 8. col.

EPITOME.

Variatio in resignatione quo casu permissa non fuit

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio an vna via electa alteram postea eligere liceat quæ in regressu est admissa.*

DECISIO CXIIII.

IN vna Cordoben. dimidiæ portionis verba reseruationis talia erant: Tibi omnes & singulos fructus & redditus & prouentus dictę portionis per te quóad vixeris, vel alium etiam propria auctoritate percipiẽ. ac in tuam vtilitatem conuerten. loco pensionis annuæ, aut si malueris loco eorum pensionem annuam centum ducatorum super fructibus huiusmodi. Qui reseruatarius per 7. vel 8. annos perceperat pensionẽ annuam centum ducat. & posteà voluit variare, & percipere omnes fructus, Dubitauit D. Fabius 9. Martij
1 1548. an † reseruatario licuerit variare post electam viam pensionis: & fuit resolutum, quod eum liceret variare, per text. in l. apud Aufredum. ff. de optio. leg. Non obstat text. in l. si sterilis. §. qui domũ. ff. de acti. empt. qui loquitur in debitore, quia à lege tacitè habet electionem, vbi sentit gloss. in l. eum qui cætera. §. 1. ff. de verbor. oblig. Idem fuit resolutum ad l. pater Seuerianam. §. ff de condi. & demonstrat.

EPITOME.

Exempti à Papa, non tenentur ad ius reuerentiale Episcopo, secus si solùm ab ordinario.

DECISIO CXV

DEcima Martij 1548. fuit dictum in vna Mileoitan. coram D. Prospero, quòd licèt exempti teneantur ad ius reuerentiale Episcopo, per l. fi. & ibi Bal. C. de bon. liber. Istud procedit, vbi sunt exempti solùm ab ordinario, secùs si à Papa, & exemptio est plena, vt per Felin. in c. cùm inter. col. 2. de re iud.

EPITOME.

Priuatio beneficij parte non citata facta à Papa ex certa scientia est valida.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio facta ex certa scientia Papæ est in beneficialibus valida etiam parte non citata,*

DECISIO CXVI.

FVit resolutum coram me 11. Aprilis 1548. in vna Cæsar augustana fruct. pro Reuerendissimo Capite de Ferro contra Matthæum Pasqual, quòd prouisio Archidiaconatus de Pare per Papam facta Episcopo Matthæo non citato, cùm esset facta ex certa scientia
1 Papæ, esset valida, quia eramus in beneficialibus, † in quibus priuatio facta ex certa scientia etiam parte nõ citata est valida, per ea quæ ponit Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. col. 22. vers. limita 6. de const. Curt. Iun. consil. 1. post tract. feud. 11. Felin. in c. cùm olim. col. 10. de re iud. Non obstat, quòd delicta narrata non probarentur: quia fuit responsum, ꝙ priuatio motu proprio erat facta, & Papa volebat, quòd probatio in contrarium non admitteretur, & sic per quoscunque iudices iudicari.

EPITO-

EPITOME.

Collatio vbi pertinet ad Episcopum & Capitulum non dicitur fieri per eos collegialiter.

DECISIO CXVII.

COllatio vbi spectat ad Episcopum & capitulum, vt in preben. Ecclesię Cathedralis, secundum Cassad. decis. 22. de preb. Episcopus cõsideraretur vt singularis, ita vt in collatione, quæ fit per capitulum ipse interuenire non debeat: quia consideratur vt duo corpora, quæ ad inuicem non confunduntur. Ita fuit per maiorem partem resolutum in vna Toletan. Canonic. & præbendæ coram me 27. Aprilis 48. per ea quæ dicit Ioan. de Sylua in tract. de benef. in 2. parte in 17. q. vbi latissimè loquitur, quando duo corpora cõfunduntur, vel considerantur vt duo corpora, vel vt vnum.

EPITOME.

Restitutio plenaria restituit ad bona in alium translata.

DECISIO CXVIII.

REsolutum fuit in vna Cæsaraugustana pro Matthæo Pasqual cõtra Cardinalem S. Georgij alias de Capite Ferro coram me ponen. quòd restitutio plenaria facta de isto Matthęo restitueret ad bona per Papam in alium translata, & possessa, per ea quę dicit Card. & Imol. in c. quia diligentia. de elect. Feli. in c. inter quatuor. nu. 6. vers. 2. limita de maior. & obed. in l. Gallus. §. & quid sit tantum. & ibi Ias. n. 77 ff. de lib. & posth. & ibi Cald. col. 6. ver. quòd tamẽ singulariter limita. Sozi. col. 5. num. 17. Galig. nu. 64. Ruin. 119. Crot. nu. 56. Felin. in c. vigilanti. col. 2. de hæret. latissimè Paris. cons. 1. col. 5. nu. 46. cum pluribus seq. vol. 1. Non obstat, quòd Dec. voluit contrarium in d. c. quia diligentia per Card. & Io. de Anan. per eum relatos: quia si benè videatur Deci. remanet tantùm cum opinione Card. in d. c. quia diligentia. & idem etiam sentit Dec. in c. fin. de constit. Et ita resolutio fuit facta corã me 5. Aprilis 48. Sed quia in casu per me proposito tractabatur de fructibus donatis Reuerendissimo Cardinali, quos tamen idem Cardinalis nunquam perceperat, sed contra Matthęum restitutum ad dictos fructus agebatur, fuit dictum, quòd daretur dubium, an illa restitutio plenaria restitueret ad fructus Cardinali donatos.

EPITOME.

Curator sicut procurator ante litem contestatam potest reuocari.

DECISIO CXIX.

IN vna Romana hæreditatis de Vallo fuit resolutũ 30. Aprilis 48. quod sicut procurator potest reuocari ante litem contestatam, ita & Curator, per ea quæ dicit Bart. per gloss. in l. si quis cùm procurator. §. ti. ff. de procurator. Non obstat. quòd curator dari nõ possit curatorem habenti, per text. in l. curatorem. C. de tutel. quia verũ est in curatore ad negotia: secùs est quãdo curator datur ad lites, per Bart. in loco superius allegato.

EPITOME.

Inductio in possessionem per capitulum an habeat vim collationis.

SVMMARIA.

1 *Possessio petita à Capitulo ex collatione Archiepiscopi, sub pœnis & censuris in literis contentis, & post deliberationem an iusta esset collatio, superioris mandato obediendo tradita, an dicatur data ob metum censurarum an quia sic iustum esse Capitulo videretur.*

2 *Decis. 441. in nouis quomodo intelligenda sit.*

3 *Claus. cum plenitudine iuris canonici ad quæ referatur.*

DECISIO CXX.

IN vna Toletan. Canonicatus & præbendæ pro Petro Nauarro contra Franciscum Pesquera penden. in qua pręsupponebatur, quòd collatio Canonicatus & prębendę spectabat ad Archiepiscopum & capitulũ & Archiepiscopus † contulerat, & vigore illius collationis fuit petita possessio à capitulo, etiam sub pœnis & censuris, de quibus in literis. Qua petitione facta capitulum respondit, quòd faceret id, quod iustitia esset. Et posteà die seq. capitulum respondendo dixit, quòd obediendo mandato superioris, qui mandauit duobus canonicis, vt possessionem traderent cum omnibus fieri consuetis, & ita illi canonico tradiderunt possessionem. Dubitaui ego die 4. Maij 47. an traditio possessionis per capitulum sit tantùm in executionem prouisionis Archiepiscopi, ita vt non dicatur habere vim collationis. Pro affirmatiua allegabatur decis. 441. in nou. quę secundum quosdam ex Dominis procedit, si nulla sit collatio, siue aliqua, non tamẽ perfecta, vt erat in casu isto. Nam ex quo illi haberent potestatem conferendi, ne daretur vitiosus ingressus, videbatur in necessariũ antecedens velle cõferre. Nã illa decis. tantùm dubitauit, an traditio possessionis haberet vim collationis & determinat, quòd sic, si nulla interuenit collatio. Intelligebant isti etiam, quòd pręcederet aliqua, licèt inualida: & tantò magis dicebant ipsi in isto casu, in quo etiam canonici petierant tempus ad deliberandum, vt facerent, quod iustũ esset. Nõ ergo obediendo posteà faciebant metu censurarum, sed obediebant, quia sic iustitiæ conueniebat. Item quia in casu isto duo Canonici, deputati ad eandẽ possessionem, dederunt illam in pręsentia aliorum cum plenitudine potestatis iuris canonici: quo casu tradendo possessionem cum plenitudine iuris canonici vidẽtur voluisse conferre. Alij verò tres dixerunt oppositum, quòd illa traditio possessionis non haberet vim collationis, sed metu venirent prouisionis Episcopi,
2 intelligentes illam † decis. 441. quando nulla penitus pręcessit collatio. & secùs esset in casu nostro, in quo aliqua interueniebat, licèt esset imperfecta: & illud cõfirmabatur: quia licèt diceretur, quòd maturè respondisset capitulum: tamen dicebatur, quòd obediendo mandatis Archiepiscopi, & sic in executionem collationis præcedentis. Et licèt diceretur, quòd isti cano-
3 nici tradiderunt † possessionem cum plenitudine iuris canonici, dicebatur, quòd illa verba referebantur ad executionem factam, per Staphi. in tract. de lit. grat. & iust. fol. 16. col. 2. vers. attentis. D. Verallus qui erat vltimus in votando, pro illa audientia votum nõ dedit, promisitque in sequenti se daturum. Et 7. Martij 48. D. Verallus dedit suum votum, & sic fuerunt quatuor pro Petro Nauarro, & quatuor pro Pesquera: & sic fuerunt vota diuisa & paria.

EPITOME.

Sequitur quædã decisio, directa probationi certę ligęæ Cibij,

bij, quæ tota in probationibus consistit, & in facto.

SVMMARIA.

1 *Commissio semiplenè probata quomodo sufficienter doceatur.*
2 *Debitores cambij nihil aut tardè soluentes conductori cambij, non poterunt locatores cambij aliquod interesse prætendere: sed transacto cambij tempore contra conductorem ad rationem reddendam agere.*
3 *Litera cambij vnde probentur esse facta.*
4 *Litera cambij si doceatur esse facta, præsumitur in tempore esse confecta.*

DECISIO CXXI.

DIe 7. Maij 1548. in causa Bon. locat. dubitaui, an† cõmissio Comitis Francisci, quòad literã Petri de Minor. probetur adimpleta concurrente litera Illustriss. D. Iacobæ Rolaten. in illã & fide eiusdem, ac Matthæi Amorini. Et fuit resolutum, quòd probaretur adimplementum dictæ literæ, & quòd Peregrini faciendo literã cambij, effecti fuerũt debitores ipsius Petri, & creditores Bentiuolorũ: vnde dato, quòd nunquam† soluissent Petro, vel tardè soluissent. Bentiuoli nullum interesse prætendere poterunt. Nam ipsi Bentiuoli statim transacto tempore, de quo in literis cambij, poterant agere contra Petrum, dicentes, quòd ipse Petrus habuit literam cambi de commissione eorum, & sic quòd deberet reddere rationem de dicta litera.
3 Quòd autem litera† esset facta, probatur ex cõfessione ipsius personę approbatę pro Bentiuolis. Item probatur per exhibitionem ipsius literæ in actis. & dum dicebatur, quòd licèt probaretur, quòd litera esset facta, nõ tamen probatur, quòd in tempore, quod erat necessarium probare: ex quo agebatur de caducitate:
4 quia fuit responsum, quòd ex quo † litera reperiebatur facta, præsumebatur in tempore facta, aliàs enim esset pręiudicialis ipsis Bentiuolis: quia per eã euitabatur caducitas Peregrini, & incidisset in crimen falsi, & delictum non erat pręsumendum. Item probatur ex literis D. Iacobæ scriptis, quòd 10. Iunij 1545. in quibus scribens dictus Pereg. facit eis bonos ducatos 400. datos Petro del Maao.

SVMMARIA.

1 *Stabilimentum, quod debitoribus non soluentibus pœnam priuationis infligit, quomodo intelligatur. & nu. 5.*
2 *Debitori condemnato datur ad soluendum tempus quadrimestre, si confessus fuerit, & dilationem petierit. & nu. 4.*
Debitori quantum debeat assignari ad soluendum tempus licèt sit arbitrarium: debet tamen iudex si magna summa debeatur, maius tempus arbitrari.

DECISIO CXXII.

IN causa Cæsaraugustana Pręceptoriæ del Villel, dubitaui die 14. Maij 1548. an attento† iure & stabilimentis, incip. circa illud maximè de quo in registro, fol. 184. & alio stabilimento, incip. Consuetudo certè laudabilis. fol. 876. D. Hieronymus non soluens ante processum priuationis Castelani fuerit inobediens & rebellis: & fuit resolutum pro parte negatiua, quòd
2 non esset. quia de iure† si condemnato datur tempus quadrimestre, iuxta l. si debitori. ff. de iud. multo fortius erat hinc id Hieronymo dandum, qui non erat condemnatus, sed per breue, Pauli esset declaratus debitor. Et licèt quantum† tempus debeat dari debitor ad soluendum sit arbitrarium iudici, iuxta not. in l. dicimus. ff. de solut. tamen iudex propter magnam summam debitam maius tẽpus arbitrari debet, iuxta glo. communiter approbatam in l. Emilius. ff. de minor.
4 Non obstat, quòd quatuor menses non dantur † nisi confessis, & dilationẽ petentibus, & offerentibus cautionem, vt dicit Bart. in d. l. si debitori ff. de iud. & videtur text. in §. 1. Instit. de off. iud. quis fuit dictum, quòd illud procederet, si cautio fuisset pręstita, iuxta not. per Ias. in l. vniuersa. C. de precib. Imper. offer. Ita quòd lex dat illud tempus quadrimestre condemnatis, & si petatur, cautio est præstanda, aliter à iure dilatio conceditur Non obstant stabilimenta, quæ dicunt illico eorum dilatione remota & contradictione cessante.
5 Item illud stabilimentum, † quod dicit eo ipso pœnã priuationis incurrat, quod intelligitur, quando quis effectualiter est debitor, vt putà decurso dicto tempore, quod condemnatis conceditur.

SVMMARIVM.

1 *L. si quis maior. C. de transact. quando habeat locum.*

DECISIO CXXIII.

IN vna Romana hæreditatis de Castellanis, coram
1 D. Rossanen. fuit resolutum 14. Maij 1548. quòd† l. si quis maior. C. de transact. locum haberet in maiore, non autem minore iurante, vt dicit Barto. in d. l. si quis maior. in princip. quem sequuntur Doctores cõmuniter, vt dicit Imol. Iun. in col. 1. in 1. requisito.

EPITOME.

Literæ cambij inducunt delegationem & liberationem.

SVMMARIA.

1 *Litera cambij si commissio & partita adsit, statim à debito liberant, & delegationem inducunt.*
2 *Delegatio etiam sine stipulatione inter mercatores fieri potest.*
3 *Promissio facta in diem non liberat, nisi litera acceptata & debitores alij eodem die suffecti fuerint.*
4 *Libri mercatorum in præiudicium scribentis & non tertij probant.*

DECISIO CXXIIII.

DIe 8. Maij in vna causa Bon. locationis proposui
1 dubium, an Dd. de Peregr. stãte† litera cambij, & commissione, & partita Petri Bonfilij cẽsentur statim liberati eadem die 12. Decembris. Et fuit resolutum, quòd sic, ex quo litera cambij erat facta à mercatore, videlicèt à Peregrinis, Petro Bonfilio. Ratio, quia dictæ literæ fiant à mercatoribus, inter quos proceditur ex bono & æquo & non seruantur apices iuris: & Peregrini erãt debitores Bentiuolorum committentium Fuit dictũ, quòd esset delegatio: & ideò non obstat, quòd
2 †non interuenit stipulatio: & delegatio nõ fit nisi per stipulationem: quia fuit responsum, quòd sufficit in casu isto, quòd agatur inter mercatores. Nec obstat,
3 quòd esset promissio† facta in diem, quo casu nõ inducitur liberatio, vt per Soz. in l. singularia. col. penul. in 2. limit. ff. si cert. pet. quia fuit responsum, quòd procedit nisi Petrus Bonfilius literas acceptasset, & eadem die peregrinos loco eorum debitores facere
4 voluisset. Non Obstat, quòd libri † Petri Bon filij

non

non probêt in præiudicium tertij, & sic Bentiuolorũ: quia fuit responsum, quòd hic probant in præiudiciũ ipsius scribentis, ex quo creauerat ipsos creditores.

EPITOME.

Proposui dubium, an collatio Canonicatus & prębẽdæ per Archiepiscopum facta, possessione per capitulũ tradita, sit valida taliter, quòd impetratio Francisci de Pesquera obtenta à Papa cum clausula, dummodò non sit alteri ius quæsitum, in termino sex mensium, in quo capitulum poterat contradicere, & non contradixit, sit valida.

DECISIO CXXV.

IN causa Toletan. Canonicatus & Præbendæ, pro D. Petro Nauarro contra Franciscum de Pesquera, die 18. Maij 1548. fuit resolutum pro validitate: cùm propter patientiam capituli post traditam possessionem per capitulum, & si capitulum alteri voluisset conferre, contradixisset infra sex menses: & non contradicẽdo videbatur illi collationi acquiescere, & acquiescẽdo ius sibi competens pro illa vice voluisse donare: tũ quia in collatione nõ requiritur aliqua forma verborum. Itaque capitulum non contradicendo videbatur conferre. Non obstat, dum dicebatur, quòd per clausulas, non obstan. &c. videbatur in noua prouisione derogatum iuri ad rem: quia fuit dictum, quòd dictæ clausulæ respiciebant tantùm gratiam de vacaturo.

EPITOME.

An commissio Comitis facta Peregrinis debitoribus in diẽ vt faciant literam cambij ad soluendum, adueniente die inducat delegationem, dato, quòd Petrus Bonfilius, cui facienda est solutio, scribat in libris suis dominos peregrinos debitores quibus est facta commissio de faciendo talem literam, & scribat dominos de Bentiuolis creditores, quorum Bentiuolorum debitum cum Petro Bonfilio non appâret, nisi ex præsumptione inducta ex mandato de illis soluendo, & ipsis partitis librorum.

SVMMARIA.

1 *Verbum, promitto, est generale, & quamcunque promissionem seu fideiussionem importat.*

2 *Debitores deleganti aut mandãti & mandataria simul obligati esse non debent.*

3 *Litera cambij per debitores facta & à mandatario accepta, cùm res integra non sit, reuocari non potest.*

4 *Debitor delegatus ante diem solutionis non liberatur in mandato de soluendo, non autem in literis cambij, quæ sunt irreuocabiles.*

5 *Mandatarius plenè credens debitoribus, liberantur debitores à mandantibus seu delegantibus, & efficiuntur ipsius mandatarij debitores.*

6 *Delegans cùm non est debitor non inducitur propria delegatio, nec nouatio, si mandantes non sunt creditores mandatarij: etsi verò mandatarij, quibus debitores delegabantur, non sint creditores mandantium seu delegantium, ex hoc tamen non cessat delegatio.*

DECISIO CXXVI.

DIe 4. Iunij 1548. in causa Bononien. locationis, proposui dubium, an stantib. literis D. Iacobæ, sub die 29. Nouembris, & literis sub die 7. Septembris 1544. & responsione positionum literarum cambij per peregrinos facta, censeantur causæ fideiussio-
1 nis. Et fuit resolutum, quòd † verbum, promitto, de quo tam in literis D. Iacobæ, quàm in literis peregrinorum erat generale, & comportabat quamcunque promissionem, siue fideiussionem: & verbum, cautos facere, de quo in positionib. etiam capiebatur generaliter de quacunque cautione, vt latius in informatione in causa pro parte peregrinorũ data. Fuit reso-
2 lutum, quòd ex quo † peregrini impleuerant formam commissionis: nam eis mandatum fuerat per Comitem, vt facerent vnam literam cambij, & litera cambij per istos peregrinos erat facta, & per Petrum Bonfilium acceptata, vt in puncto apparet, quòd non erat honestum, quòd Peregrini essent duobus obligati Bentiuolis delegantibus & mandantibus, & Petro Bonfi-
3 lio mandatario. Nam ex quo † litera cambij per Peregrinos erat facta, & per Bonfilium acceptata, ista litera cambij reuocari non poterat, ex quo res non erat integra, prout in simili decidit Dec. in l. singularia. col. 10. vers. 5. conclusio. ff. si cert. pet. Non obstat, quòd istæ literæ sint in diem factæ: quo casu debitor dele-
4 gatus † ante diem solutionis nõ videtur liberatus, per ea quæ dicit Socin. in d. l. singularia. col. fin. in 2. limitat. quia fuit responsum quòd dictum Sozin. loquitur in mandato de soluendo, non autem in literis cambij; inter quę est magna differentia. cùm mãdatum possit reuocari, literæ verò cambij sint irreuocabiles, prout ita declarat seipsum idem Socin. in consil. 60. in princi. in 3. volu. col. 2. vers. sequitur ex præmissis. vbi loquitur de literis in diem: quia loquitur de termino conuento, & tamen dicit, quòd facta acceptatione promittentes sunt liberari. & Salic. qui allegabatur per Soci. in d. l. singularia. & in l. pro debito. C. de bon. auct. iud. poss. vers. ego autem inter primum capitulũ. Hoc de directo facit contra Bentiuolos, & probato, quòd
5 † quia Petrus Bõfilius credidit plenè peregrinis, quòd Peregrini sint effecti debitores ipsius Petri, & liberati à Bentiuolis. & ad idem Salic. in l. si filius. in princ. ff. de minoribus. Non obstat, quòd Bentiuoli nõ essent creditores Petri Bonfilij, & ideò hic nõ sumus in propria delegatione, quo casu non videtur inducta nouatio: cùm l. fin. C. de nouat. reperiatur limitata in propria delegatione, prout ita vult Dec. in d. l. singularia. col. 11. Concludendo dici potest, quia fuit dictum quod
6 opinio Deci. procedit, quando † ille, qui delegat, non est debitor: & tunc dubitatur, an sit delegatio vel non & procedunt quæ dicit Dec. sed in casu nostro Peregrini erant debitores Bentiuolorum delegantium, & licèt Bonfilij, quibus Peregrini delegabantur, non essent creditores Bentiuolorum, per hoc tamen non cessabat, quòd esset delegatio. per tex. in l. delegare. & ibi Castr. ff. de nouat. Non obstat, quòd ibi non interuenit stipulatio, ergò nõ est delegatio: quia inter mercatores non consideratur, secundum Deci. in cons. 207. Socin. in dicta l. singularia. num. 17. vers. 3. conclusio. ff. si cert. petatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens fœminas propter masculos in linea descendenti à successione patris vel matris, an excludat quoque sororem à successione fratris per transuersalem.*

DECISIO CXXVII.

STatutum Fulginaten. sic sa habet: Item statuimus, & prouidemus, quòd nulla mulier, si dotata fuerit à patre vel matre, auo vel proauo, auia vel proauia, seu per verba de præsenti despõsata, legitimè possit venire ad successionem ab intestato patris vel matris, aui vel

vel proauia eiæ vel proauię, donec superest aliquis masculus, natus ex legitimo matrimonio de linea, & stirpe masculina descendēte, omniū prefatorū vel alicuius eorū, à quocunq; dotata esset: nec etiā posset venire ad successionē descendentiū, seu descendentis ex aliquo prædictorum, donec superest aliquis masculus prædictorum descendentium de prædictis: nec mater succedat filio suo nec filio superstiti. Antonius transuersalis volebat excludere Innocētium à successione sui fratris Cardinalis: fuit dubitatū per me die 4. Iunij 1548.
3 an †eadem ratio exclusionis fœminæ propter masculum militet in secunda parte statuti, quę militat in prima. Et licèt pro parte sororis, quòd non excludatur à successione sui fratris per Marcum Anto. transuersalem sit cons. Corn. 134. vol. 2. quem sequitur Brun. in tracta. de stat. exclud. fœm. propt. masc. artic. 12. q. 12. in fin. tamen ex septem votātibus sex fuerunt pro masculo, quòd ex dicto statuto Marcus Anto. à successione fratris excluderet sororem fœminā: quia negari non potest, quin dictum statutum esset factum ad conseruandam masculinitatem, & d. statutum in prima parte excludebat fœminas à successione parentum propter masculos, & sic ab hęreditate, quæ magis erat debita: à fortiori dicendum erat, quòd in secunda parte statuti voluerunt excludere fœminas propter masculos ab hæreditate fratris, quę est minus debita. Confirmabatur hæc pars per illa verba. Nec etiam possit venire &c. quę sunt continuatiua & repetitiua omnium pręcedentium.

EPITOME.

Excommunicatus licèt possit rescriptum impetrare, non tamen prosequi, si opponatur, absolutio ab excommunicatione non intelligitur, quando insorduit.

DECISIO CXXVIII.

IN vna Floren. S. Felicitatis coram D. Alfonso die 4. Iunij 1548. fuit dictum, quòd licèt in Curia excōmunicatus possit rescriptum impetrare, tamen si opponatur excommunicatio, non potest in causa procedere, & processus est nullus. Prima pars probatur per text. in c. pia de except. in 6. & Rot. decis. 194. in antiq. Secunda pars, quòd absolutio à censuris ad effectum sententię siue simul si non suffragabatur: quia per triēnium & vltra in censuras insorduerat, & quòd generalis absolutio ab huiusmodi excommunicatione se nō extendebat, per decis. Boer. 290. & quòd excommunicatio opposita annullet processum est decis. Rot. 518. in antiq.

EPITOME.

Verba, sub pœna priuationis, etiam à lege posita dicunt canonem ferendæ sententiæ, & non latæ.

DECISIO CXXIX.

DIe septima Iunij 1548. in causa Cęsaraugustan. Præceptorię de Villel, proposui dubium, dato, quòd de iure D. Hieronymus habuit post intimationem breue per quatuor menses ad soluendum, an illis lapsis inciderit in priuationis pœnam ipso iure, vt absque aliqua sententia priuationis valeret acceptatio & prouisio D. Ludouici vigore literarū suæ antiquitatis. Et fuit resolutum, quòd cùm suum beneficiū vacasset per resignationem, & ex causa resignationis Hieronymus teneretur soluere duas annatas beneficij vacantis per resignationem, quòd incipit circa illud maximè attendendum est &c. vbi resignatarij tenētur soluere sub pœna priuationis, quòd dicta verba non dicant canonem latæ sententię, sed ferendę. Non obstat, quod dicit Felin. c. sicut tuis in 2. limita. de simon. dum dicit, quòd verba, sub pœna priuationis, à lege prolata important canonem latæ sententiæ, non autē ferendæ: quia contrarium est verius, quòd talia verba siue ab homine siue à lege prolata semper dicunt canonem ferendæ & non latæ sententiæ, vt tenet gloss. in cap. voic. de fugit. & omnes Doct. in d. c. sicut tuis. videlicet glo. Goffre. Hostien. Ioan. Andr. Abb. Ant. de But. Card Petrus de Anchar. Ana. in 3. col. in glo. a & istam dicunt communem propositionem in cap. solitariè. 63. distinct. col. 1. Non obstat, quòd secundo loco dicebatur, quòd stabilimentum de annatis soluēdis per resignationem dicat ad duas annatas soluendas nostro Thesaurario per supplicationē iuriū mortuarij, & vacantium, non aliter quàm si resignans mortē obijsset. Ergò sicut quando quis tenetur soluere per obitum duas annatas, non soluendo eo ipso priuatur vt in stabilimento, quòd incipit, consuetudo certè laudabilis. ita & per resignationē: cùm stabilimētum per illa verba ista pacificet: quia fuit responsum, quòd pacificatio sit quò ad solutionem, videlicet quòd resignatarij teneantur soluere, sicut si sucredant per obitum. sed quò ad pœnam differunt: quia in dicto stabilimento de annatis soluendis per obitum imponitur pœna priuationis per sententiā, ex quo dicit sub pœna na priuationis, quæ dicit Canonem ferendę sentētiæ, non autem latæ.

EPITOME.

Præstatio cautionis in datione curatoris ad litem est de præparatoriis iudicij.

SVMMARIA.

1 *Præstatio cautionis cum non decisoriam, sed tantum ordinatoriam processus partē respiciat, habetur inter præparatoria iudicij, sicut & curatoris datio.*
2 *Curator ad litem non tenetur satisdare.*
3 *Curator ad lites ad inuentarij confectionem non est astrictus in causis beneficialibus, vbi summariè proceditur, & in causis prophanis ordinariis, si summariè non sint commissa.*
4 *Stilus vbi in causis ordinariis non apparet contrarius ab illo qui in summariis est receptus, extenditur consuetudo ob rationis identitatem de summariis ad causas ordinarias.*
5 *Summaria causa differt tantum ab ordinaria circa iudicij abbreuiationem, non autem circa solennitates.*
6 *Curatorem qui approbat in præparatoriis, non potest eum in principali negotio reprobare.*

DECISIO CXXX.

IN causa Rom. hæreditatis de Valle 8. Iunij 1548. proposui dubium, an &c. & si sic, an stilus in summariis suff. agetur: & fuit resolutum, quòd talis pręstatio cautionis, sicut & datio curatoris esset de præparatoriis iudicij: quia talis præstatio †cautionis non respicit decisoriam, sed tantùm respicit ordinem processus, ergo est de ordinatoriis, vt per Socin. consil. 271. col. 2. versi. 4. facit text cum not. per Dd. in §. fin. Insti. de satisd. vbi satisdationes, quæ præstantur à procuratoribus, dicuntur de ordinatoriis. Et ad hoc propositum, quòd sint de ordinatoriis ea, quæ habentur in d. §. fin.

§ fin. ad luxit per Ias. in l. 1. co. 2. nu. 2. C. de sacrosanct eccl. & ideò cùm sumus in ordinatoris, attenditur locus iudicij, in quo causa agitur, glo. & communiter Dd. in c. quod clericus. de for. comp. Roch. in c. fi. col. 2. nu. 23. ver. 2. limitatur. & col. 72. vers. prima igitur erit reg. de consuet. secundum paruam impress. &
2 hoc præsupposito, fuit etiam resolutum, quòd licèt† de iure curator ad lites debeat satisdare, vt per gloss. & Bart. in l. & si ad species. ff. de pupil Ang. Areti. Inst. de curat. in fi. pract. Papien. in forma libelli, quo agitur ad reddendum rationem tutelæ, & in suo vlt. testamento, in 2. col. ver. vlterius ibi. 3. 4. & 5. quamen quia Rota accepit opinionem Specul. in titu. de curat. §. vt autem. circa prin. quòd curator ad litem non satisdet quę opinio Specu. in omnibus curiis & Parlamentis de consuetudine est recepta, vt dicit Stepha. Bertrand. cõsil. 181. quamuis Bernard. volum. 3. & ratio est, quia
3 † curator ad litem non administrat, & ideò inuentarium non facit, vt ibi dicit Specul. & ista ratio, quatenus fuit recepta opinio Specu. in Rota, militat in omnibus iudiciis siue summariis siue ordinariis. Nam cùm omnes causæ in Rota committantur summariè, Rota in illis causis recepit opinionem Speculatoris: ex identitate rationis idem seruasset in causis profanis ordinariis, si summariè non essent commissæ: cùm in eis militet eadem ratio. Et ideò non obstat fundamentum, quod ex aduerso fiebat, dum dicebatur, quòd de iure curator debet satisdare. Et quia à iure in Rota in causis summariis fuit recessum, ideò tantùm præscriptum quantum possessum. Stilus ergò in summariis non debet ad ordinarios extendi: Quia fuit respon-
4 sum, quòd ex quo† in ordinariis causis in Rota non apparebat de stilo cõtrario ab illo stilo, qui est receptus in summariis, quòd isto casu consuetudo propter identitatem rationis extendebatur de summariis ad causas ordinarias, ad gloss. in c. 1. in vers. Italiæ. de temp. ordi. in 6. Abb. in c. at si clerici. in antepenul. col. §. de adulteriis col. 3. de iudic. ponit latè Roch. in c. fin. col. 103. versic. vlti. creden. de consuet. secundum paruam impress. si in Rota fuissent causę ordinariæ commissę, idem stilus. qui fuit receptus in summariis, fuisset etiã in ordinariis receptus propter identitatem rationis:
5 quia causa† summaria tantùm differt ab ordinaria circa abbreuiationem telæ iudicariæ, non autem circa istas solennitates. Item & alia ratione fuit dictum, ꝙ Curator iste deputatus non colluserat, sed obtinuerat istos de Tuscanella aduersarios illorum de Valle condemnari, & in eo iudicio obtinuerat expensas taxari in notabili summa, quas Brutus de Valle receperat: si
6 ergo† curatorem approbauerat, non poterat modo, quoad negotium principale reprobare.

EPITOME.

Gratia, in qua dicitur nullum seu modicum fructum reportasse ex priori gratia, quomodo intelligatur.

SVMMARIA.

1 *Clausula se nullum seu modicum fructum ex priori gratia retulisse, gratiam non reddit subreptitiam, si beneficia sint litigiosa etiam tempore reualidationis.*

2 *Beneficium obtinens litigiosum potest in forma pauperum impetrare propter dubium litis euentum.*

DECISIO CXXXI.

Die 8. Iunij 1548. in vna Portugal. D. Anto. Aug. dubitauit: D. Alphonsus Valasct vigore prioris gratiæ reseruationis ad 300. ducat. Parochialem & simplex beneficium valoris 80. ducat. acceptauerat: in quibus tamen beneficiis alius erat intrusus, & super il
1 lis pendebat lis, an† ex quo in gratia reualidatiua motu proprio prioris reuocata, Papa asseruit se accepisse dictum Alphonsum nullum seu modicum fructum ex gratia priori reportasse, gratia reualidata dicatur subreptitia, vel nulla quòad dictam summam 80. ducat. vel in totum fuit resolutum, quòd ex quo tempore reualidationis beneficia valoris 80. erant litigiosa, quòd talia beneficia non poterant de ei in consideratione, vt gratia reualidata diceretur subreptitia per regulam cancellariæ, qui possunt acceptare in forma pauperũ,
2 in qua dicitur, quòd† obtinens beneficium litigiosum possit impetrare in forma pauperum propter dubium litis euentum. Et ita in casu illo esset dicendum, vt stante dubio litis euentu, quod D. Alphonsus, qui acceptauerat beneficia valoris 300. potuerit sine vitio subreptionis dicere, se nullum aut modicũ fructũ ex priori gratia 300. reportasse: cùm mens Papæ esset, ꝙ ipse ad 300 ducat. beneficia haberet. Benè verum est, quod Domini dixerunt per eandem regulam, quòd attento, quòd ipse posteà consequutus fuerat dicta beneficia valoris 80. ducat. quòd debebat illum valorem defalcare ex gratia reualidata per dictam gratiam.

EPITOME.

Fama publica de obitu quo casu non constituerit ordinariũ in negligentia.

SVMMARIA.

1 *Fama de obitu per ordinarij negligentiã deuoluit post sex menses collationem ad superiorem ex concordia, si illa non sit ex auditu.*

2 *Ordinarius non tenetur credere famæ ex auditu quò ad obitum alterius peregrè mortui.*

DECISIO CXXXII.

In Eugubina Præpositurę, coram me pendente, fuit
1 resolutum, de mense Maij 48. quòd licèt† fama de obitu per negligentiã ordinarij post sex menses deuoluerat collationem ad Episcopum, tamen in illo casu publica vox & fama de obitu Iulij oriens à Comite Ant. de Bentiuolis & aliis sociis, qui publicè dixerunt in ciuitate Eugubina, quòd Venetiis dicebatur, quòd Iulius decesserat in loco Pontene, nõ esset talis, quòd constitueret ordinarium in negligentia: ex quo ordi-
2 narius videns, quòd fama† oriebatur ab illis anterioribus deponentibus de auditu, iustè tali famæ poterit ordinarius non credere: cùm potius dicatur quidam rumor incertus, quàm fama, & tantò magis cùmillo tempore, quo dicta fama per Comitem Antonium & alios fuit diuulgata, nullus luctus nec signum aliquod obitus inter consanguineos probatur, sed pòst benè, putà post obitum, præsens tunc soror luxit fratrem Iulium. Item quia erant productæ literę D. Iulij, in quibus Cardinali narrabatur, quòd Iulius non erat mortuus. Sed non est curandũ multùm de istis literis: quia sunt factæ per annum post famã allegatam de obitu. Item fuit dictum, quòd alij deponentes de publica voce & fama intelligerentur deponere de illa fama orta à Comite & sociis.

SVMMARIVM.

1 *Quæ fama obitus longinqui constituat ordinarium in mora seu negligentia.*

DECISIO CXXXIII.

IN eadem Eugubina Præpositure die 13. Iunij. 1548. proposui dubium, præsupposito, quòd ex relatione Antonij de Bentiuolis & aliorum insimul à Venetiis redeuntium non fuit inducta fama obitus, an deinde ea aliis probetur fama, quæ constituit ordinarium in negligentia: & fuit resolutũ & eadem die iterum posita causa fuit dictum, quod dicèt fama orta ea dicto Comitis & sociorum non constitueret ordinarium io mora siue negligentia: cùm ortum habuerit ea auditu in ciuitate Venetiarum,† vt diai in prosima decis. quę tantò magis confirmata fuit in audientia: cùm hic appareat, quòd Iacobus frater Iulij noluerit ipsi famę credere, sed deposuerit in animo. & ita postea fecerit, vt iuerit Venetias, & ad locum Ponteni ad perquirendum de obitu ipsius Iulij: & ideò si frater noo crediderit illi famæ, tantò fortiua potuit non eredere ideò ordioarius. Tamen Domini diaetunt, quòd ex quo testes depónebant, quòd Iacobus fuit ad perquirendum, & post eius reditum ad ciuitatem Eugubinam fama diuulgata per Comitem fuit eonfirmata, & quòd tunc soror Iulij portauit velum, & luctum fecit
1 quòd talis† fama erat potens ad constituendum ordinarium in negligentia. Sed quia de reditu ipsius Iacobi ad Ciuitatem Eugubinam non eonstabat, quòd hæc fama principium negligentiæ ordinarij dici non poterat, eo maximè, quia presbyter Cęsar erat missus à Galatia & testis eaaminatus dixit, quòd ipse in Dominica prima quadragesimæ 1534. fuit ad locum Pōtene, & rediit in fine eiusdem Quadragesimæ, & quòd portauit fidem à presbytero loci Ponteni de obitu Iulij: & tamen illa fides est signata sub mēse Martij 1545 ita quòd istud dictum videbatur in se pugnantiam cōtinere. Item Iacobus dicebat, quòd iuerat ad locum Ponteni, & quòd presbyter Georgius sibi diaerat, ꝙ alius die besterna interrogauerat illum de obitu Iulij & fidem ab eo habuerat: si ergo Iacobus fuit post Cæsarem, qui fidem reportauerat de anno 1545. diceodum est, quòd reditus Iacobi fuerit post illam fidem: quo casu vsque ad diem priuationis ordinarius nō fuit in negligentia. Et tantò magis cùm Iacobus dieat io sua depositione, quòd cundo Venetias per Bonooiam transiuit, & ibi per 40. dies mansit, ita quòd magna negligentia Iacobi argui potest. Item in fama aliorum puta, Capitanei Angeli & eius socij, item Capitanei Philippi, ex quo istæ famæ probantur per testes surrogatos: de illis fuit dictum, quòd non probarentur famæ per duos testes.

EPITOME.

Familiaritas ad effectum probationis ex quibus probetur.

DECISIO CXXXIIII.

EAdem die 13. Iunij 1548. qoòd in causa Cordu ben. portioois & beneficij inter Petrum de Villareal ex vna ac Matthæum Pinello ea alia, & Ferdinandum Marcheso, proposui dubium, an ex testibus examinatis iunctis eollationibus tā Cardinalis Arboren. quàm Iulij Secundi, ac literis in forma breuis, nec nō motu proprio concesso tribus Parafrenatiis cuiuslibet Cardinalis in Rotulo subscripto per omnes Cardinales constet, Didacum de Vacanda fuisse Parafrenarium, & continuum Commensalem Cardinalis, & familiarem eiusdem Iulij, non obstante examine agentis de eo facto in partibus, lite pendente. Et fuit resolutum, quòd postquàm erat in actu vnus testis, videlicet Orphinus clericus Fulgioaten. qui testis semiplenè probabat de familiaritate per multos annos, & etiã etiam testes de auditu, maximè Petrus de Medina, qui dicebat, quod audiuerat, dici, quod publicè reputabatur familiaris Cardinalis, & testes de auditu tam ab eo quàm ab aliis erant tres Item erant collationes Cardinalis Arboren. & Iulij, & omnia supradicta, quòd ex istis probaretur familiaritas.

EPITOME.

Quæritur an quoddam instrumentum sit in forma probanti, quam omitto.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum non signatum à Notario, si probetur ab archiuo esse extractum an per posterius confirmetur.*

DECISIO CXXXV.

IN causa bonorum S. Thomæ de Mercato inter D. Carolum de Grassis ex vna & Vincentium Garteco
1 ex alia, die 13. Iunij 1548. dubitaui, an† primum instrumentum de anno 1545. sit in forma probanti: & quia eundem punctum proposuerat die 18. Iaouarij 1545. & tunc fuisset resolutum, quòd nō esset in forma probanti: qoia deficiebat approbatio consilij octingentorum, Bononiæ, & qoia in illo instrumento nō erat signum Alberti notarij: & ideò diecbatur, quòd esset exemplum eaemplii: ideò pro parte D. Caroli fuerunt habitæ compulsoriales, quarũ vigore extractum fuit dictum instrumentũ Ab Archiuo. Bonon. cùm signo eiusdem notarij. Item probatum fuit in cioitate Bonon. fuisse consilium 800. & ideò dictum fuit, quòd instrumentum esset in forma probanti. Item fuit probatum consilium 800. extitisse, & facultas eoncedendi authoritatem propter antiquitatem pręsumpta.

EPITOME.

Ius patronatus ex quibus non probatur.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus an probetur ex actis non obstante productione literarum perinde valere.*
2 *Confessio facta in literis perinde valere, non tollitur per gratiam perinde valere, & reuocari potest, si de contrario non constet ex instrumentis per gratiam, perinde valere ac si expressum esset.*
3 *Instrumentum si est in forma probanti, & non constet an sit sortitum effectum, non probat quasi possessionem præsentandi.*

DECISIO CXXXVI.

DIe 15. Iunij 1548. in causa Bononien. S. Thomæ de Brauia inter Nicolaum Vergilium ex vna & Fratrem Hieronymum ea altera proposui dubium, an
1 †ea actis probetur ius patronatus, non obstante productione literarum, perinde valere: Et fuit dictũ, quòd in quaotom pro parte fratris Hieronymi fiebat fundamentum io confessione, quam Nicolaus fecerat de
2 iure patronatus, quòd illa† confessio non erat in supplicatione, sed erat in literis, quòd coofessio in dictis literis facta tollebatur per gratiam, perinde valere: in qua dicebatur, quòd literæ cum inde secutis perinde valeant, ac si expressum esset quòd ooo esset de iure patronatus, & ideò illa confessio in primis literis poterat

terat reuocari, ex quo non constabat de contrario per gratiam, perinde valere ex instrumentis. Et fuit dictum, quòd ius patronatus non probatur: quia instrumentum de anno 1280. non erat in forma probāti: quia exemplum exempli ex quo in eo non erat signum notarij, vt erat dictum in illo instrumento cōtra Carolum de Grassis, in causa Bononien. S. Thomæ instrumentum de anno 1309 licèt esset † in forma probanti, tamen quia nō constabat, quòd esset sortitum effectum: putà quòd habuisset possessionem, ideò non probatur quasi possessio præsentandi, sed tantùm probatur illud, quòd in eo erat, videlicèt electionem factam à vicinis, & institutionem factam & ex qoo non probatur, quòd esset sortita effectum, illa præsentatio non fiebat statim: alia instrumenta non erant antiqua, & ideò non poterat dici, quòd esset probata immemorabilis.

SVMMARIVM.

1 *Delegatione facta an possint adueniente solutionis termino debitores à mandantibus liberati dici eiusdem summæ debitores ratione affectus, non interueniente mandātium seu delegantium consensu.*

DECISIO CXXXVII.

1 IN causa Bononien. locationis die 16. Iunij 1548. proposui dubium, an † per delegationem summæ 300. doceat factam per aduentum termini solutionis resultet, quòd ad ueniente termino Peregrini potuerint dici esse debitores eiusdem summæ ratione affectus. Et fuit resolutum, quòd postquàm per delegationem, vt aliàs fuit resolutum, Peregrini à Bentiuolis erant liberati, quòd posteà permittendo, licèt ex causa affectus permiserint, cùm ad id consensus ipsorum Bentiuolorum non interuenisset, non dicebantur debitores cum eisdem pœnis, vt prius erant.

SVMMARIA.

1 *Deputatio curatoris cum clausula citra reuocationem, an valeat.*

2 *Clausula citra reuocationem, quomodo sit intelligenda, si minor curatorem nulliter à iudice deputatum esse dixerit.*

DECISIO CXXXVIII.

1 DIe 18. Iunij 1548. in causa Romana hæreditatis de Vale, proposui dubium, an † deputatio Curatoris cum clausula, citra reuocationem sit valida, etiā quòd instrumento curatoris non sit expressa clausula promisit vtilia facere. Et fuit conclusum, quòd valeret: quia illa clausula, citra reuocationem, poterat intelligi de illo Curatore, quem in commissione impugnauerat, in qua dixerat, quòd sibi nulliter Curator
2 per gubernatorē fuerat deputatus: ergo illa † clausula, citra reuocationem, intelligi debebat de alio Curatore validè deputato, non autem de illo, quem nulliter sibi deputatum esse dicebat. Circa secundam partem dubij fuit dictum, quòd notarius in extēsione dixerat, quòd Curator iurauit vtilia facere, & damnosa vitare: & ita illud iuramentum erat quædam iurata promissio. Item etiam in extensione dicebatur, curatoriam iuxta informationem sibi allatam defendere. Item iura ipsorum minorum defendere. Ita quòd non solùm promiserat vtilia facere, sed etiam pupilloa indefensos non relinquere, iuxta not. per Bartol. l. legitimos, ff. de leg. tut.

EPITOME.

Edicta iuxta formam c. fin. de cland. despons. in quo loco proponi debeant.

SVMMARIA.

1 *Edicta proponenda iux c. fi. de clan. desp. non in remoto locis sed in iis, in quibus maiores morari solent, pr poni debent.*

2 *Matrimonium si contrahatur cum tali, quæ monialibus robabitur, etiamsi professionem emisisse nō probetur, inquirēdum tamen est an sit profissa, aut in eo loco proponenda edicta, nisi aliud obseruet consuetudo, inuenirum in facie Ecclesiæ præsentibus amicis & testibus contraxisse sufficerit.*

3 *Dispensatio in insolitis etiam tempore 40. annorum non præsumitur.*

4 *Dispensatio cum professa est insolita, & non nisi ex causa, quæ Rempublicam concernat, datur.*

DECISIO CXXXIX.

1 IN vna Coloniēs. legitimitatis, coram me fuit die 18. Iunij, 1548. resolutum, quòd edicta, † quæ proponi debent iuxta formam c. fi de cland. despon. erāt proponenda in locis, vbi maiores erant, non autem in loco remoto, per dictū Alex. in c. fin. col. 3. de cland. despons. & ideò cùm in casu nostro Sophia esset nata in loco de Hoestar, & matrimonium posteà erat contractum inter ipsam, & Ioannem in loco de Anserot quòd posteà detecto impedimento ipsius Sophiæ, quæ erat professa, matrimonium esset nullum, per text. in c. fin. §. 1. de cland. despon. & tantò magis cùm dictus Ioannes cognouit ipsam Sophiam in loco iam dicto, habitantem inter ipsas Beguias, quòd † etiamsi non
2 probaretur, quòd professionem emiserat, tamē ab eis sciscitari debebat, an Sophia esset professa, vel saltem in dicto loco edicta proponere. Non obstat, quòd Parisi. dicat consil. 13. & 15. in 2. vol. quòd sufficit, vt matrimonium non dicatur clandestinum, quòd contrahatur in facie Ecclesiæ præsentibus testibus, & amicis quia Paris. loquitur in loco, vbi non est consuetudo proponendi edicta: & in casu isto est in partibus Germaniæ consuetudo vt proponantur edicta Deinde 12. Octobris, 1548 fuit casus, de quo hic, iterum propositus in Rota sub isto dubio, data præsuppositā professione Sophiæ, & contractu matrimonij in loco de Anserot, propositis solitis edictis, qui est locus maiorum Ioannis, vt præsupposui pro tunc, & post contractum matrimonij per 40. annos pro coniugib. reputati fuerunt, an soboles nata censeatur legitima. Et fuit resolutum idem, quòd hic, propter edicta non proposita in loco maiorum vtriusque & alia de quibus in decis.
3 hic facta, 18. Iunij. Non obstat quòd † ex diuturnitate temporis 40. annorum debeat præsumi dispensatio, nam ex causa Papa poterat dispensare, per not. per Innoc. in c. cū ad monasteriū. de stat. monac. erg. ex diuturnitate temporis, quo coniuges fuerūt in matrimonio, præsumendum est pro dispensatione, ad cōsi. Decij 409. in 3. vol. quia fuit respōsum, quòd Dec. loquitur in his, quæ sunt solita conceedi, vt licentia alienādi,
4 & alia, de quibus ibi per eum. Sed ista † dispensatio cum professa est insolita, & non cōceditur nisi ex causa quæ respiciat Rempublicam, quæ causa in istis priuatis cadere non potest, Et quòd in insolitis non præsumatur dispensatio ex diuturnitate temporis facit quod dicit Fel. in c. cùm ex officio. column. 6. versi. si modo diceretur. de rescript. Item Decij, in dicto cons. 409. nu. 13. loquitur data tolerantia superioris. Et in nostro Papa qui nesciuit defectum, potest dici, quòd

tolerauit,consil.Grammat.168.loquitur in terminis, quando in loco non est consuetudo q edicta proponantur: & hic fuit probatum, q hic esset cōsuetudo.

EPITOME.

Regula moderatoria indultorum quò ad præsentationem callatorum,quomodo intel ecta.

DECISIO CXL.

REgula Cancellariæ de mensibus ordinariorum,de qua in regula cancellariæ fol. 88. moderatoria indultorum Cardinalium,in vna Paduana canonicatus & præbendæ,die 18.Iunij 1548.fuit intellecta coram D.Reomano strictè.vt tantùm haberet locum in beneficiis,quorum præsentatio pertinet ad inferiorem. Et noluerunt Dd.quòd dicta regula haberet locum in illo canonicatu, cuius electio pertinebat ad capitulum collegiatæ Ecclesiæ, & confirmatio ad Cardinalem Pisanum,eo quia verba constitut. debēt strictè intelligi,& tātò magis illa regula sit contra fauorem ordinariorum,Nam indulta eos reducunt ad pristinū ius,& per ea conseruatur autoritas ordinarij, & per illam regulam Papa ab eis recedit.

EPITOME

Mensis, qui datur ad petendum surrogationem quando incipiat.

DECISIO CXLI.

EAdem die dubitauit Do.Reomanus in vna Palē. mensis,qui datur collitiganti ad petendum surrogationem, quo tempore debeat incipere. Et tres ex Dominis,videlicèt Honoratus, Piehinus, & Fabius tenebant,quòd à die obitus,vt dicit gl.super dicta regula peritos curiales,ita tenere:& quia talis videtur mēs Papæ. Tres autem alij,videlicèt Achilles,Ant.Aug. & Puteus dicebant,quòd dummodò surrogatio veniret infra mensem à die impetrationis, quòd impetratio esset nulla: quia verba ita expressè cauebant,& à verbis non erat recedendum.Item quia surrogatio habebat fomentum iuris, vt in c. 2.vt lit.pen in 7. & ideò Papa voluit, quòd quicunque veniret infrà mensem à die surrogationis,quòd surrogatio valeret, & non impetratio.

EPITOME.

Attentata dicuntur facta post inhibitionem obtentam ab asserto procuratore.

SVMMARIVM.

1 *Procurator si sit admissus cum cautione de rato,etiamsi ille,cui facta est inhibitio in partibus,scire non posset,an esset mandatum vel non,ex qua tamen videt procuratorem assertum cum cautione sibi admissum,priari liti supersedere,& admissioni cōtradicere tenetur,alias contra inhibitionem venire non poterit.*

DECISIO CXLII.

IN vna Perusin.pensionis coram Domino Peregrino fuit dubitatum, an ea quo assertus procurator fuit admissus cum cautione de rato facta post inhibitionem ab eo obtentam ante ratificationem principalis,dicantur attentata.Et duo ex Dominis dicebāt, quòd non essent attentata:quia cautio ad ratificandū habet locum,quando sumus in dubio:sed hic eramus in casu claro,q nullū erat iuramentum. Item inhibitio non trahitur retro in præiudicium tertij. His non obstantibus reliqui tres tenuere contrarium,ex quo
1 procurator †fuerat admissus cum cautione de rato, nec ille,cui facta est inhibitio in partibus,scire poterat,an esset mandatum vel non.Sed ex quo videbat procuratorem assertum cum cautione sibi admissum debebat supersedere,& contradicere ibi admissioni. Ex quo ergo non contraxit,non poterat inhibitioni contrauenire.Item pro ista parte fuit attentata decisi. Egid.192.videatur si faciat ad propositum.

EPITOME.

Fama quomodo non fuerit potens ad probandum obitum.

SVMMARIVM.

1 *Fama obitus qua nec fratrem nec cōiunctos ad luctū afficit, non constituit ordinarium in negligentia.*

DECISIO CXLIII.

IN causa Eugubin.Præposituræ 22.Iunij 48.proposui,an fama, quæ oritur à Comite Antonio & aliis, licèt non sit potens ad constituendum ordinarium in negligentia,an saltem ea ea probetur obitus Iulij: etsi non probetur,an priuatio facta sit valida.Et fuit
1 dictum pròut resolutum fuerat quòd talis fama † nō esset potens ad probandum obitum:quia si ea illa fama probaretur obitus,probaretur etiam negligentia ex illa.Itaque cùm nec ipse frater nec cōiuncti propter talem famam fecerunt luctum de Iulio,ita & merito ordinarius potuit credere non esse mortuum. & ideò potuit ad priuationem procedere.Super secūda parte dubij,an priuatio esset valida,quia pro parte Galeatij dicebatur,quòd erat facta lite pendente,fuit dictum,quòd videretur an esset verum.

EPITOME.

Mensis,qui datur in regula de surrogandis,quo tempore incipit,vide supra decisi. 141.

SVMMARIA.

1 *Mensis in regula de surrogand. datus computatur tantùm a die impetrationis.*

2 *Collitigans sciens beneficium posse impetrari, diligens esse tenetur,vt se petat surrogari, qua diligentia & surrogatio infra mensem post impetrationem factam ante collitigantum fiet.*

3 *Mensis si à die impetrationis ad datam surrogationis lapsus non fuerit, impetratio est nulla.*

DECISIO CXLIIII.

IN vna Palentin.Canonicatus dubitauit Dominus
1 Reomanus 22.Iunij,48.an † mensis positus in regula de surrogan.debeat computari à die vacationis, siue à die notitiæ,siue à die datæ impetrationis tertij: quia verba regulæ id volunt,& aliter intelligi non possunt:quæ intelligentia habet fomentum iuris cōmunis, iuxta not.in c.2.vt lit.penden.in 6.nimirum si Papa voluerit ipsum surrogan.in hoc præferre,vt eius surrogatio quandocunque valeat, dum tamen veniat infra mensem à die impetrationis non collitigan.Non obstat,quòd esset absurdum,vt quis quandocunque posset surrogari ad impediendum impe-
2 trantem.quia istud absurdum cessat:quia† collitigās sciens quòd beneficium potest impetrari,erit diligēs ad petendum se surrogari,& sufficit sibi,quòd ista diligētia & surrogatio sit infra mēsem post impetrationē factā ante collitig. Nō obstat,q dicit Sarnēs.in regula de surrogan.q.20.quia illa opinio Sarnēs.loquitur limi-

limitatē, dummodò non ſit iuſta cauſa, puta abſentia, vt erat in caſu iſto: & verba regulæ ſunt, quòd impetrationes fiant infra menſem ante conceſſionem. Itaque
3 ſi à die † impetrationis ad datam ſurrogationis non eſt lapſus menſis, impetratio eſt nulla. Itaque mēs regulæ eſt irritare omnes infra menſem ſurrogationes factas. & ita fuit dictum iterum cauſa poſita 8. Octobr. 48. & cum iſta deciſi. tenet commentator regul. ſuper reg. 27.

SVMMARIVM.

1 *Cedula aut litera computorum nouiter producta an obſtet debitoribus per delegationem liberatis, ſic vt mandantes ea vti non poſſint.*

DECISIO CXLV.

1 DIe 27. Iunij 48. in vna Bononiēſ. locat. dubitaui, an † litera ſub. 9 Decembr. & cedula computorum nouiter producta obſtet peregrinis quòad partē 300. ſcutor & an Domini Bentiuoli poſſint illa vti in parte tantùm, & non in totum: & fuit reſolutum, ꝙ non obſtaret.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vrbis de pactis non valituris an comprehendat quoque pactum reſtitutionis dotis in inſtrumento poſitum.*

DECISIO CXLVI.

1 DVbitaui 27. Iunij, 1548. in cauſa Romana Pintigliana dotis, & propoſui, an pactum † in inſtrumento poſitum, quòd quandocunq; Illuſtris Comes reſtituerit dotem, teneatur Domina Lucia & Comes Nicolaus liberare Comitem, ſit locus ſtatuto vrbis de pactis non valituris. In primis eſt aduertendum, quòd punctus non videtur benè formatus: quia ſi videatur punctus, de quo ſupra, nō dicit, quòd teneatur liberare, ſed potius liberant, quòd videtur maximæ importantiæ: quia ſi diceret, teneantur liberare, poſſet dicere dicta Liuia tempore liberationis, ego adhibui ſolemnitatem ſtatutariam. Ideò videtur intrare dubiū. & Dd. inclinabant, quòd propter tale pactum eſſet locus ſtatuto: quia ſoluendo dotem marito, cui ſoluenda erat, ex quo ipſe portabat onera matrimonij. ex iſta ſolutione inducebatur liberatio bonorum propter pactum in iure non appoſitum tollebatur, ex hoc certè Domina Lucia lædebatur, dum Comes Nicolaus dictam dotem conſumere poterat: & ideò quia interueniebat læſio, dicebatur locus eſſe ſtatuto. Item quia inſtrumentum dotale in talem euentum caſſabatur, in quo erat hypotheca pro acceſſorio æſtimata ad ſummam 1000. ducatorū, etiam in hoc videbatur Domina Lucia lædi. Item & propter donationem propter nuptias. Et ideò ex iſtis Dd. potius inclinabant, quòd tale pactum ſubiiceretur ſtatuto: ſed propter grauitatem perſonarum cauſa fuit delata ad Calēdas Octob. & ideò melius corrigendo punctum poterit dubitari, an propter pactum in contractu poſitum, quòd quandocunque D. Comes reſtituerit dotem, Domina Liuia & Comes Nicolaus liberarent Comitem, ſit locus ſtatuto vrbis de pactis non valituris.

EPITOME.

Gratia expectatiua ad ſecundas collationes an vigore illius poſſit ſub eodem tecto duos Canonicatus & præbendas acceptare, ordinario non contradicente.

SVMMARIA.

1 *Expectatiuam habens ad duas collationes ſi primò vacans beneficium acceptatum reſignet, non poteſt ſecundò vacans iſtius expectatiuæ vigore in eadem Eccleſia acceptare, etiam ordinario non contradicente.*
2 *Mens Papæ ex futuro euentu in conceſſione gratiæ non eſt interpretanda.*

DECISIO CXLVII.

1 PEtrus de Medina habebat gratiam † expectatiuam ad largam ad duas collationes, videlicèt ad Legionen. & ad alias, & in Legionen. acceptauerat primo loco canonicatum & præbendā, quos aſſequutus fuit, & illos in fauorem tertij reſignauit. Facta reſignatione huiuſmodi, iterum & ſecundo in eadem Legionē. vacarunt canonicatus & præben. quos ſecundo loco idem Petrus acceptauit, & dicebatur eos acceptare loco alterius collationis, ex quo ordinarius Legionen. non contradicebat, per deciſ. Caſſa. 2. de conceſ. præbend. Hoc non obſtan. in vna legionen. Canonicatus, & præb. coram D. Peregrino, in qua 2. Iulij 1548. ſed prius cauſam duabus vicibus poſuerat, in quibus ipſe dubitauit, an Do. Petrus de Medina, qui habuit gratiā expectatiuam ad largam, potuerit duos Canonicatus & præben. in eadem Eccleſia ex collatione acceptare, fuit reſolutum per maiorem partem Dominorum, ꝙ non potuit acceptare attēdendo initium datæ & tempus gratiæ. Nam tempore gratiæ non eſt veriſimile, ꝙ Papa voluerit eodem tecto de duobus canonicatibus prouidere, Nec obſtat, quòd hic non eſſet prouiſum eodem tempore eidem de duobus canonicatibus: cùm primos canonicatus dimiſiſſet: quia fuit dictum, quòd
2 † mens Papæ non erat interpretanda ex futuro euentu, id eſt, ex eo quòd Petrus de Medina facturus erat latius videbitur in informationibus.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio facta lite pendente eſt attētata & reuocanda, ni-*
2 *ſi moderatio indultorum doceatur.*

DECISIO CXLVIII.

1 DIe 4. Iulij 1548. in cauſa Eugubina Præpoſituræ propoſui dubiū, an priuatio † ſit facta lite pendente, ita vt attentata ſint reuocanda, & an affectio & confirmatio ſint bona. Et fuit reſolutum, quòd eſſet facta lite pendente, & per conſequens attentata, niſi doceatur de moderatione inhibitionis.

SVMMARIA.

1 *Narratiua antiquarum præſentationum ad parochianos ſpectantium dotationem & fundationem probat, ſi ius inſtituendi ab aduerſariis non negetur, & aliæ parochianorum præſentationes ſuerint ſortitæ effectum. & nu 3.*
2 *Narratiua in antiquis probat cùm plura ſunt inſtrumenta ſi ſententia ab vno & eo maximè ſuſpecto originem ducat.*

DECISIO CXLIX.

1 IN cauſa Bonon. Sancti Thomæ de Mercato, 4. Iulij, 1548. propoſui, an ex narratiua † antiquarū præſentationum parochianorum, iunctis vltimis, conſtet de donatione vel fundatione: & an præſentatione ſpectent priuatè ad eoſdem parochianos ſtantibus inde ſecutis. Et circa primum caput dicebatur, quòd licèt
2 Fel. in c. cauſam. de probation. dicat, ꝙ † narratiua

in antiquis,quando sunt plura instrumenta, probet,
tamen idem Felin dicit esse verum,quando sententia
habet originem ab vno,& maximè suspecto:vt erat
in casu isto,in quo emanabat ista narratiua à patro-
nis & canonicis,de quorum interesse tractabatur.Sed
replicabatur,quod licèt tractaretur de interesse canoni-
eorum,tamen etiã illi Comites de Paguino, de Prelis
3 & Giliis † non negabant canonicos habere ius insti-
tuendi.vnde videbatur illi narratiuæ in totum standũ
esse,maximè quod tanto tempore præceden.subsequen-
tes pręsentationes parochianorum sortitæ erant ef-
fectum.Quòad secundum dubium etiam Domini in-
clinabant,quòd præsentationes essent cumulatiuè
factæ,ex quo ibi particulares de Paguino,& alij præ-
sentabant nomine aliorum adhærere volentium Ta-
meo causa fuit dilata ad Calẽdas Octobris vt melius
intelligeretur.

EPITOME.

Citatio per edictum,habens terminum breuem ad compa-
rendum,est nulla.

SVMMARIA.

1 *Citatio per edictum cum termino breui nulla est, si citatus nec antea nec post citationis exequutionẽ eius notitiam habuisset, sic vt à breuitate præfixi termini appellare non posset,& nu.4.*

2 *Citatio habens terminum breuem est nulla,& ad comparendum etiam post terminum non vrget.*

3 *A citatione breuem habente terminũ est appellandum,si vel personalis sit,vel constet citatum de citatione per edictũ habuisse notitiam,& ab illa breuitate termini præfixi non appellasse.*

DECISIO CL.

COnclusum fuit in vna Albricen.pension.13.Aug.
48.D.Pichiuo proponẽte in vna S.Augustini, in
qua procedebatur feriis nõ obstantibus, inuitis votis
trium auditorũ,videlicèt Rossanen. Fabij, & Putei
1 quòd Cardinalis Hannibault,qui fuerat citatus † per
edictum,vt erat in partibus Normandiæ,ex quo mo-
nasterium in periculo maris, super quo erat imposita
pensio in partibus Normandiæ,& Cardinalis de Han-
nibault erat citatus ad instantiam Cardinalis Carpẽ.
per edictum in ciuitate Mediolanen. & tamen cum
termino 40.dierum,quòd talis citatio erat nulla,per
decisi.Cassad.6.de dolo,& contumac.& per ea quæ
dicit Matth.de Afflict.in const.incipien.si quẽ vestrũ
in 7.colom.in 1.lib.constitution.reg.fol.182.in qui-
2 bus locis habetur, quòd † citatio habens terminum
breuem est nulla, nec arctat ad comparendum, etiam
post terminum.Non obstat, quòd dicit Achill. supra
q.a.in summa & ibi Dominic. in reperit.& Anton.de
Butrio in c.1.de dilat. Bonifac. in Clem.1. col.2. in 6.
not. d. iudic.dum dicunt, quòd à citatione haben-
te terminum breuem est appellandum, & quod talis
citatio præbet iustam causam appellandi:& ita si dicit
in iustitiam,non dicit nullitatem quia fuit responsum
quòd dictum Anton.Arcbid.& aliorum intelligendũ
3 erat, vel † in citatione personali habente breuem ter
minum:vel quando cõstaret,quòd de citatione per
edictum eum breui termino citatos habuisset notitiã
& ab illo breui termino non appellasset.Sed suadetur,
dum dicunt prædicti Doct.quòd probet iustam cau-
sam appellandi ergo oportet,quòd deueniat ad no-
4 ticiam,si vult appellare.Sed in casu nostro non † cõ-
stabat,quòd ante exequutionẽ citationis nec post cita
tus habuisset notitiã dictæ citationis ergo à breuitate
termini præfixi appellare non poterat.In eadem fuit
dictum, quòd licèt Cassa. dicat in d. decisi.6. quòd
quando citatio non est facta in locis vicinioribus, quod
tunc esset nulla,quòd ideò istud erat,quia in commis-
sione istud expressè dicebatur. Et licèt idem ipse Cas-
sad.in fin.dictæ decisi.dicat, quòd illud etiam proce-
deret,dato,quòd in commissione non diceretur,quòd
ex quo iudex arbitratus fuerat,quòd in illo casu cita-
tiones fierent in ciuitate Mediolani & Genuens. quæ
erant ciuitates insignes,& ad quas de omni natione
confluitur,quòd satis est in isto capite præfixio bre-
uis termini,fuit tamen dictum quòd esset nulla.

EPITOME.

Pensionarius qui est in possessione exigendi à predecessore titulari, si eius successor non vult soluere pensionem, dicitur spoliari,& competit remedium c.reintegrandæ.

DECISIO CLI.

DVbitaui in vna Alborẽ.pensionis de mense Aug. in qua Do.Peregrinus procedebat,non obstantibus feriis cum votis quorundam Auditorum,videlicèt Rossanens.Putei,Fabij,& Reomani,idem D.Peregrinus posito,quòd prælatus antecessor soluerit pensionem, & sic per talem solutionem pensionarius fuerit constitutus in quasi possessione exigẽdi.si posteà successor illius prælati recusat,dici possit spoliari pẽsionarium sua possessione prædicta & ipsi pensionario competat remedium c.reintegran.Et fuit per omnes resolutũ,quòd sic,per decisi.quid Papam.629.incip.supra q. cui casus decidit terminum.

EPITOME.

Instrumenta malè extracta fidem non faciunt.

SVMMARIA.

1 *Instrumenta legitimè non extracta non probant.*

2 *Extractio iarium ex citationis defectu annihilatur.*

3 *Iura ex processu transcripta fidem non faciunt,cùm sint exemplum exempli.*

4 *Clausul.se extraxisse à propriis originalibus,intelligitur de originalibus registratis in processu,si prius notarius fassus fuerit se extraxisse à processu.*

DECISIO CLII.

DIe 5. Oct. 1548.dubitaui in vna Placẽt.parochia
lis de Figuerees,an instrumẽta Ludouici Fiutez
& sententia instituens institutionem ab Episcopo Lu
douico factam fuerint legitimè extracta ita vt fidem
faciant. Et fuit resolutum,quòd instrumenta nõ essent
legitimè extracta: quia procuratore Antonij Lopez
registri fol.148. processus de partibus comparuit corã
Domino Prospero Auditore nuotij,& petiit remisso
riam pro pluribus locis: & posteà ab eodem Auditore
petiit compulsoriam primò contra Episcopum Dan-
2 guiæ,& secundo loco contra vicarium Vicen. vt fol.
149.& sequẽ.Citauit procuratorem Feliciani ad inter-
essendum ad videndum iurare testes & videndum cõ
pulsare iura & sic ista citatio in generali & identitatè
facta,est intelligenda secundum petitionem factam,
videlicet ad videndum iurare in locis petitis ad faciẽ-
dum probationes,& videndum compulsari contra E-
piscopum Danguiæ & vicarium Vicen. contra quos
petita fuerat remissoria.Vnde cùm post fol.151.pro-
cessus decreuerit compulsoriam:& remissoriam,dire-
ctam Roderico Vasi,& ille Rodericus,seu potius ius
notarius

notarius, compulsauerit iura in ciuitate Vicen. non cõ
tra Vicarium, sed contra Felicianum, Feliciano nec
procuratore eius citato, nec in decreto compulsoria-
2 lium nec in ipsa extractione, sequitur, ꝙ † ista iura fue-
rint extracta parte nõ citata, & ita ex defectu citationis
extractio est nulliter facta. Itẽ & a. cùm notarius dicat
in extractione iuriũ, ꝙ extraxit illa à ꝓcessu, vt patet f.
3 216. & 250. & sic cùm † sicut transumpta ex processu
sint exemplũ exempli, & sic quãtum cunque legitimè
extracta, non faciunt fidem, per not. per Purpur. in
auth. si quis in aliquo. C. de eden. Non obstat, quòd
4 notarius in eodem fol. 250. † dicat se extraxisse à pro-
priis originalibus: quia illa verba vt concordent cum
aliis, quæ bis dixit, quòd extraxit à processu, sunt in-
telligenda ab originalibus registratis in processu. Et
sic vocat iura registrata originalia, & tamen reuera
sunt exempla. Et negari non potest, quin ista verba
sint ambigua, & possint intelligi de originalibus pro-
priis, vel de iurib registratis, & ideò nõ faciunt fidem.

EPITOME.

Statutum de pactis non valituris in quo casu locum habueat.

SVMMARIA.

1 *Pactum de restitutione dotis, quo fœmina læditur, quo casu comprehendatur sub statuto vrbis de pactis non valituris.*
2 *Dotis solutio potest consentiente filia seu nuru, & eius patre ex causa necessaria fieri ei qui adhuc est in potestate.*
3 *Filio de dilapidatione suspecto non nisi data cautione tenetur pater dotem ex iusta etiam causa restituere.*

DECISIO CLIII.

IN causa Romana Pintigliana dotis prætensi residui
1 dubitaui 8. Octobr. 1548. an per pactum † in con-
tractu appositum, quòd quandocunque illustris Co-
mes restituerit dotem teneantur Domina Liuia &
Comes Nicolaus liberare Comitem, sit locus statuto
vrbis de pact. non valit. Et fuit resolutum quòd cùm
in pacto diceretur, ꝙ in euentum, ꝙ dos esset restituta,
& sic intel. vt cui restitutio fieri debeat etiã sit onerata
ad sustinendũ onera matrimonij, ꝙ in talem euentum
liberatur Comes Nicolaus: quia etiam Io. Antonius
pater Comitis sic disposuerat, perindè ac si instrumẽ-
tum dotale factum non foret, ex quo instrumento do
tali tam pro dote, quàm pro donatione propter nu-
ptias, vt patet ibi, dum Comes in euentum restitutio-
nis dotis promisit restituere secundum consuetudinẽ
locorum, secundum quam donatio propter nuptias
debetur: & sic pro istis omnibus Comes obligauerat
bona sua, quòd in euentum restitutionis & dos & do-
natio propter nuptias reperiebantur sine hypothecis:
& ideò Domina Liuia in hoc lædebatur per illam re-
futationem, quietationem, & pactum de non petẽdo,
& ideò erat casus comprehensus in statuto. Nõ obstat,
2 quòd † solutio ea causa & consentiente filia siue nu-
ru, & eius patre, possit fieri etiam existenti in pote-
state, ad text. in l. nurus. § manente. ff. de iur. dot. &
not. per Ias. in l. 2. col. 5. vers. & isto fundato. ff. sol.
matr. & ideò si solutio fieri poterat, sequitur, quòd
Domina Liuia quietaretur, & pactum de non peten-
do facere poterat: quia dicebatur fieri ex causa neces-
saria, videlicèt ex causa solutionis, & sic non est casus
comprehensus in statuto, per ea quæ dicit Rom. cons.
280. & 394. per Ias. in l. si vnus. §. pactum ne peteret.
col. 8. cum seq. ff. de pact. quia fuit responsum, quòd
pater ex iusta causa de voluntate nurus potest filio
existenti in potestate soluere dotem ex iusta causa, vt
erat in casu isto, quando aliter commodè non potuis-
set assignare fructus dotis ipsi filię, prout ita dicit Rip
in l. a. col. 5. in fi. vers. fallit in socero. cum sequen ff. so
lut. matrim. & per Alex. in l. si cùm dotem. §. transgre-
diamor. col. 2. versic sed dubium est. ff. solut. matr. vt
3 quando † filius est suspectus de dilapidatione, pater
etiam quòd sit iusta causa, non tenetur restituere, nisi
saltem data dicta cautione: & si hoc non fecerit, certè
in hoc nurus læditur, & ideò cadit sub statuto.

EPITOME.

Successor in beneficio quis dicatur.

DECISIO CLIIII.

IN vna Chartaginen. fructuũ, fuit resolutum 8. Oct.
1548. quòd successor in beneficio diceretur ille, qui
erat in possessione beneficij, ita vt agere possit contra
eum, qui mouerat sibi litem super beneficio, & sic in
petitorio prętendendo beneficium esse suum ad resti-
tutionem eorũ, quæ successor in beneficio debebat,
per not. per Innocen. in c. transmissum. versic. si verò
habent contradictores, & versic. sed secùs intelligi-
mus. de election. & per Innoc. in c. constitutus. col 3.
versic. illud autem non sufficeret. de appel. Et vtrobi-
que rationem reddit inter possessorem & non posses-
sorem, vt est decisi. Rotæ. 542. in antiquis.

EPITOME.

Portionarius ex statuto potest antiquitatem ascendere, etiã quòd relinquat portionem grauata portione.

SVMMARIA.

1 *Portionarius grauans portionem suam ante opinionem non ut inhabilis ad obtinendum beneficium, si nulla fraudis subsit coniectura.*
2 *Expectans opinionem si grauet beneficium certa pensione in fraudem alterius nihil agit, dùmmodo aliqua coniectura subsit.*

DECISIO CLV

DIe 8. Octobris, 1548. in causa Salaman. Canon.
1 & præbendæ dubitatum est, an ex eo, quòd † por
tio Domini Antonij de Zoarde reperiebatur grauata
100. ducat. annuæ pensionis, idẽ Antonius fiat inhabi-
lis ad canonicatũ obtinendũ. Fuit resolutum per maio
rem partem, quòd non: quia statutum tantùm respicit
vt quis sit antiquior portionarius, & propter antiqui-
tatem dimittendo suam portionem dat sibi optionem:
& Anto. dimisit portionem. Et si imposuit pẽsionem,
illud iure permittente fecit: cùm portio esset sua, & in
re sua quilibet est moderator & arbiter: & quilibet po
test vti re sua ad sua commoda. Non obstat, quòd hoc
2 modo posset parari via fraudibus: quia quis † expectãs
optionem posset grauare beneficium suum, & sic a-
lius parum vel nihil haberet: quia fuit dictum, quòd si
aliqua coniectura fraudis esset, vt quia Canonicus es-
set infirmus, vel aliqua, de qua in c. constitutus. de re-
rum. in 6. tunc stante tali coniectura ea illo capite an-
nullari poterat. At in casu nostro nulla erat coniectu-
ra: quia Ant. per 3. annos anteà consenserat reseruatio
ni pensionis: & tempore vacationis ipse non erat an-
tiquior, sed remansit antiquior, quia antiquiores no-
luerunt optare. Non obstat quòd statutum esset factũ
 in re-

in remuneratione laborum & aliorum Antiquiorum & ideò si portio esset grauata, labores sequentium non remunerabantur: quia fuit dictum, quòd ex quo omnes fructus non sint absorpti in pensione, cùm remanerent adhuc 90. ducati, quos lucrifaciebat, quòd erat satis pro remuneratione: nec quia titulum assequebatur: Nam ex dimidio portionario habebat nomen portionarij. Item quia sequens, si talis portio grauata non sibi placebat, non cogebatur optare: Fuit tamen dictũ quòd erat dubitandum, an saltem Antonius teneretur illam pensionem cedere, & ex supplicatis satis colligitur, quòd non.

SVMMARIA.

1 *Inhibitio quando sufficienter probetur esse moderata, sic vt sententia priuationis sit valida.*
2 *Doctorum dubia resolutio excusat ab attentatis.*

DECISIO CLVI.

IN causa Eugubin. Præpositurę, die 12. Oct. 1548.
1 proposui dubium, an probetur † per literas productas, quòd inhibitio fuerit moderata: & sententia priuationis sit valida. Et fuit resolutum, quòd probaret, quod iudex potest testificari de actu facto per eum, licèt nõ scripto, Rot. in nou. decisi. 89. Miles in verb. testificari potest iudex. & maximè cùm ageretur de attentatis, & sic de dolo: & quælibet causa etiam iniusta excusat a dolo & pœna. Non obstat, quòd Do. Prosper diceret, quòd inter eos fuit resolutum, quòd censeretur inhibitio moderata. Et Dominus Aquen. dixit, quòd fuit conclusum inter eos, quòd deberet moderari inhibitio, prout per Dominum Thomam fuit moderata: quia omnia ista tendunt ad concludẽdum, quòd inter eos fuit conclusum, quòd fuit mo-
2 derata inhibitio. Et istud † decretum, & resolutio inter Auditores erat sufficiens ad excusandum partes ab attentatis. Circa secundam partẽ dubij nil fuit resolutum, quia pro parte Galesij nulli defectus circa priuationem fuerunt allegati. Vide infra decisi. 162.

EPITOME.

Ius patronatus mixtum iudicatum laicale, & ideò non venit in reseruatione.

SVMMARIA.

1 *Reseruatoriæ regula an capiat beneficia mixti iurispatronatus, clericorum scilicet & laicorum.*
2 *Legatus à latere potest conferre beneficia quæ sunt iurispatronatus, sed non quæ sunt mixta.*
3 *Maius dignum trahit ad se minus dignum, cùm ad fauorẽ ipsius magis digni spectat minus dignum ad se trahere.*
4 *Iurispatronatus merè laico semper pro medietate derogat Papa: in mixto verò non admittit, nec pro parte clerici derogatio est necessaria.*
5 *Iuspatronatus mixtum si iudicatur laicale requirit derogationem.*

DECISIO CLVII.

DVbitauit in vna Palentin, parochialis sancti Seuerini, die 12. Octob. 1548. Dom. Achilles de Gras-
1 sis, an † regula reseruatoria octo mensium capiat beneficia iurispatronatus mixti, videlicèt clericorum & laicorum. & pro parte affirmatiua, quòd caperet allegabatur decisi. Rot. 206. in antiqu. Aenæ de Falconib. in tractat. de reseruat. in 9. quæst. princ. in 14. articul. Staphil. in tract. de lit. iustit. & gra. fol. 54. pag. 2. versicul. quod autem si fundamentum Rotæ in dicta decisi. & quia magis dignum trahit ad se minus dignum. Istud fundamentum est falsum in iure in isto casu: quia prout Abb. dicit in c. fin. de iurepatron. & in c. dilectus. de offi. io delegat. & istud dictum est com-
2 mune, quòd † legatus de latere potest conferre beneficia, quæ sunt de iurepatronatus, & tamen non potest conferre beneficium iurispatronatus mixtum, vt concludunt Doctores in dictis locis. ergò in ista materia magis dignum non trahit ad se minus dignum. Ergò vna est conclusio, quam ponit Felin. in tractatu, quando literæ Apostol. in 6. ampliat. vt ma-
3 gis dignum † trahat ad se minus dignum, quando est fauore ipsius magis digni trahere ad se minus dignũ. Secũda ratio est Aenæ de Falconib. in loco superius allegato, argumen. sumpto ab vsu patris famil. & à stilo Curiæ. Nam videmus, quòd Papa passim & indistinctè derogat patronatui mixto in totũ, quòd si tale ius patronatus iudicaretur laicum, non derogaret nisi pro medietate, ergò stilus Curiæ videtur interpretare tale iuspatronatus magis pro clericali quàm laicali, ex quo in totum Papa illi derogat. Sed huic fundamento, quod satis celebratum est, ego respondi, quòd Pa-
4 pa, † quando est iuspatronatus merè laicum, semper derogat pro medietate: quando est mixtum, non vult admittere, & pro parte clerici non est necessaria derogatio: ideò cùm remaneat pars laici, nuę indiget derogatione, derogat in totum: & ideò resolui istam ra-
5 tionem contra Staphill. quia † si iuspatronatus mixtũ iudicaretur laicale, tunc esset derogatio necessaria. Et quia derogatur in Curia, fuit interpretatum tale iuspatronatus esse laicale. & hoc dixi tenere Cassad. decisi. fin. numer. 1. de probationib. Et ideò sublatis istis rationibus tanquàm non concludentib. Doct. sex votantes nemine discrepante tenuerunt cum Felin. tenẽtes Rot. quã allegat Fel. dec. 476. licèt non reperiatur, Ioannes de Silua. in tractatu de beneficio. in secunda parte. quæst. 3. col. 18. & 14. Roch. de Curt. in tractatu iurispatronatus, in verb. ius. q. 4. Lambert. in tracta. iurispatron. fol. 8. & Fel. consil. 370. & fuit etiam allegatus Paulus de Castr. in tractatu suo de iurepat. Idem tenet Rebuff. in tracta. nomination. in 15. quæst. 4. column. 3. versicul. 3. non comprehenduntur.

EPITOME.

Renuntians beneficio si à tertio spolietur, habet remedium possessorium contra tertium, non autem contra resignatarium, & intellige vt supra.

SVMMARIA.

1 *Possessione post resignationem ad sufficiens tempus continuata an detur renuntianti contra tertium spoliantẽ restitutorium remedium.*
2 *Resignans in fauorem certæ personæ videtur conditionaliter resignare: vt scilicèt beneficium ipsi quæratur resignatario, sin minus vt nec ius a resignante abdicetur.*
3 *Resignans etiam ante acquisitionem possidere & titulum coloratum habere dicitur, nec a tertio in cuius fauorem non est resignatum sine titulo ac possessione spoliari potest, si resignatio in fauorem certæ personæ fiat.*
4 *Renunciatio simpliciter & non certæ personæ facta non relinquit renuntianti titulum coloratum.*

5 *Renunciaris habet contra tertium primum suum titulum & possessionem.*

DECISIO CLVIII.

DVbitauit Dominus Fabius die 15. Octobris 1548.
in vna Burgen. præstimoniorum pro Francisco
Pesquera contra Gasparem Anellanada, præsupposito
quòd D. Franciscus de Pesquera † continuauerit pos
1 sessionem post resignationem per 63. dies, prout ipse
deduxit in articulis eum sit sufficiens continuatio, an
veniat restituendus. Et ex sex votantibus quatuor fue-
runt pro restitutione reluctantibus duobus: quia illi
quatuor dixerunt, quòd erat vera opinio antiquorum
auditorum, dicentium, quòd si renuncians beneficium
est persistens in retentione seu possessione habet reme
dium restitutorium contra tertium spoliatorem, licet
non contra resignatarium, per decisi. 4. de renuncia. in
nou. aliàs 158. Cassad. decisi. 4. de restitution. spoliat.
licet ipse ibi teneat contrarium: tamen pars maior
Dominorum voluit, quòd daretur restitutio Sarnens.
in regula de triennali. quæst. 24. circa fi. vers. sed circa
2 præmissa. Ratio istius decisionis: quia † resignans in fa
uorem certæ personæ videtur conditionaliter resigna-
re, videlicet dum tamen beneficium illi quæratur. &
ius quod alteri non quæritur à me non abdicatur, l. nec
vtile. ff. ex quibus cau. maior. l. qui absenti. ff. de acq.
poss. donec ergo & possessio & titulus non sit resigna-
tario quæsitus, non est à resignante ablatus. Et ideo
3 cum sit facta † resignatio in fauorem certæ personæ,
ante acquisitionem resignans dicitur etiam possidere,
& titulum coloratum habere: non licet ergo tertio, in
cuius fauorem non est resignatum resignantem suo
titulo ac possessione spoliare. Non obstat, quod resi-
gnatarius in casu isto resignationem ratam habuisset.
quia & hoc concesso potest esse, quòd beneficium
propter incapacitatem resignatarij non foret illi quæ-
situm & ius & possessio, quæ erant cessa in fauorem
certæ personæ: quia si illi non quæsita fuerunt, reman
serunt penes resignantem: ideo non licuerit tertio spo
liare resignantem: quia nihil in fauorem tertij resigna
uerat: Non obstat text. in c. sollicitè. & in cap. accepta
ta. de restit. spol. & quod dicit ibi Abb. & Car. Alexan.
in c. quod restit. colum. 14. ver. quid autem si post re-
nunciationem. in 3. quæst. 1. part. quia fuit responsum,
4 quòd dicta iura & doctri. loquũtur † in renunciatio
ne simpliciter facta: quia in illa benè renuntians nul-
lum titulum coloratum dicitur habere, ex quo sim-
pliciter renunciauit. Secus est quando resignatio sim-
plex est facta in fauorem certæ personæ. Et hoc modo
soluatur illud quod semper dixerunt antiqui Audito-
res, quicquid dixerit Cardin. in d. decisi. 4. ad cuius di-
cta patet responsio. Nam † contra tertium etiam renũ
5 tians dicitur habere titulum, videlicet suum primum
titulum & possessionem: quia tantum est amissa in fa
uorem tertij.

EPITOME.

Surrogatus etiam quoad litem, vbi fructus sunt deducti in iudicio, censetur surrogatus etiam quoad fructus.

DECISIO CLIX.

QVando lis est super spolio beneficij, & sic fructus veniunt in lite saltem officio iudicis, per l. ædiles. §. item veniunt. ff. de ædil. edic. si quis surrogatur ad beneficium & ad litem, in tali surrogatione veniũt etiam fructus, per decisi. Egid. 366. Ita fuit decisum in vna Carthagmens. liquidationis fructuum, coram Domino Antonio Augustino die 15. Octobris 1548. vide in 5. libro mearum annotationum in decisi. incipien. surrogatus in omni iure.

EPITOME.

Statutum vrbis de pactis & donat. non valituris isto casu non comprehendit causam dotis Et die 22. Martij 1548. in eadem causa coram eodem fuit resolutum, quod etiam dictum statutum non comprehenderet causam dotis, etiam quod vxor intercessisset pro viro pro dote promissa cõmuni familiæ: & etiam isto casu mulier promittens non iuuatur Velleiano vt dicit Bald. l. 1. colum 2. in vers. specialis. solut. matrimonio. & ibi Roman. colum 6. numer 3. speciali. Socin q. o nome. 27. Bald. in nouell. in tracta. de dote promissa. 6. special. 3. fin. & speciali 112.

SVMMARIA.

1 *Statutum de donationibus & pactis non valituris sine certa forma aut solennitate non comprehendit obligationem dotis sine solennitate istius statuti factam. & num. 3.*

2 *Statutũ generaliter loquẽs de pact. & donation. cõprehendit etiam causam dotis nisi specialiter sit priuilegiata in aliquo statu, tunc enim se mulier obligare potest.*

DECISIO CLX.

ALoysius de Gadez tanquam pater & legitimus
administrator tradidit nuptui filiam suam Constan
tiam Domino Antonio Carretario & ei constituit
certam dotem, pro qua soluenda idem Aloysius obli
gauit bona sua: & domina Claudia eiusdem Aloysij
vxor, & mater dictæ Constantiæ ibidem præsens cum
præsentia & consensu mariti sui pro satisfactione di-
ctæ dotis expressè obligauit & hypothecauit omnia
& singula iura sibi competentia super castro Monto
rij, & obligauit se vt principalis in forma Cameræ.
Posteà dum mortuo Aloysio Antonius ageret contra
Claudiam ad satisfactionem dotis, & forsan actione
hypothecaria ad castrum Montorij, Claudia allega-
uit se non teneri, ex quo non interuenerat solennitas
statuti vrbis, sub titulo de donationibus & pactis non
valituris, quasi dicta obligatio saperet donationem:
& ideo cum esset facta sine solennitate statuti, non te
neret. Ideò die decimanona Octobris, 1548. in vna Ro
mana dotis, pro domina Claudia contra Antonium
1 dubitauit Dominus Romanus, an † statutum de do-
nationibus & pactis non valituris habeat locum in
casu, de quo agitur: & licet videren tur inclinare in il-
2 lam partem, quòd statutum † generaliter loquens cõ
prehendit etiam causam dotis; per ea quæ dicit Tira-
quell. in tractat. de Retract. fol. 133. pagin. 1. versicul.
sit nulla mentio. cum 3. seq. pag. & latè dixit in vna
Apostilla idem consi. 5. Dec. in 1. volum. tamen quia se
cundum dictum Salic. in l. fin. C. de iure do. quod est
receptum communiter, quòd quando do. reperi-
ritur specialiter priuilegiata in aliquo statu, quòd
tunc statutum generale non comprehendit casum
dotis. Et isto casu dos reperitur specialiter priui-
legiata vt mulier possit pro dote se obligare, se-

cundum

cundum tex.in l.fi.& l si dotare.C.ad Velleia.& quòd
stante statuto,quòd mulier non possit contrahere sine
certa forma,possit tamen se obligare pro dote, vt ait
Neguf.in tractat de pignor.in 1.membro vltimæ par
tis, num. 16. versic. insuper si essemus. vbi allegat
Bald.& Socin.ita tenentes.& Marian. Socin. Iunior
cons.80.in præsenti cõsultatione.col.5.00.2 3. vol.2.
3 vnde † cũ dos isto casu reperiatur specialiter priuile-
giata,fuit decisum,quòd dictum statutũ vrbis non cõ-
prehenderet istam obligationem pro dote factam.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti effectuatio quoad certam summam confessam & quoad tutelam mulieris quando per scripturas recenter productas iustificetur.*

DECISIO CLXI.

IN causa Romana casalis della Botachia pro Fabiis
contra illos della Cytbara,dubitaui die 19.Octobr.
1 1548.an per † scripturas nouiter productas iustificetur
effectuatio instrumenti quoad summam 3800 duc.&
quoad tutelas mulierum hinc inde. Et fuit resolutũ,
quòd quoad tutelas,licèt in protestatione dicatur Ca
milla tutrix prætensa, posteà tamen in positionibus &
articulis in primo & secundo dicitur Camilla mater
& tutrix,& in illa protestatione potest dici prætensa:
quia ista non cõtrariantur.Item & secundò fuit dictũ,
quòd etiam in articulis & positionibus aderat confes
sio de summa 3800.ducat habit.in tot bonis mobili-
bus,& quòd erat clara possessio.Non obstat,quòd es-
semus in articulis,& non in positionibus:quia fuit di-
ctum,quod erant positiones etiã articuli:positiones,quia
ponebant, & si essent negatæ, tunc intendebant illas
probare,vt dicitur in princi. positionum : & ideò po-
nens dicebat fateri in positione contenta,ad not.in c.
fin. de iureiur. in 6. Non obstat,quòd confessio esset
relatiua ad instrumenta:quia in illa parte,in qua fate-
batur de summa 3800.ducat.nulla erat relatio ad in-
strumentum.Sed aduerte,quòd pro parte istorũ po-
test dici, quòd dicitur, quòd Petrus Paulus promisit
de rato pro Bernardino, non ratificauit,neque ista cõ
fessio Petri Pauli non possit ipsi Bernardino nocere,
nisi dicatur, quòd stantibus aliis probationibus de cõ
signatione animalium, & aliorum bonorum, quòd
ista confessio suppleat illas probationes, quæ ex se nõ
erant sufficientes.

SVMMARIA.

1 *Inhibitio non tractans de præiudicio alterius,sed facta vigore impetrationis facta per obitum, quando per literas productas censeatur moderata.*
2 *Sententia priuationis quando sit falsa.*
3 *Citatus ad videndum aliquid fieri certo tempore, quod alio tempore fieri non poterat, si non comparens statim de contumacia non accusetur,non poterit posteà cõtumax dici.*
4 *Contumacia semper & quocunque tempore potest accusari citatus,si datis 20.diebus pro termino & dilatione ad comparendum non veniat.*

DECISIO CLXII.

IN causa Eugubina Propositurræ, dubitaui decima-
nona Octobris, 1548.an per literas productas pro
betur,quòd fuerit moderata Inhibitio, & sentẽtia pri
uationis sit valida. Quoad primum caput fuit illud
idem resolutum,quod supra, videlicèt,decisi.56. quòd
1 per † tales literas probaretur moderata inhibitio:quia
hic non tractabatur de præiudicio alterius,cùm inhi-
bitio esset facta vigore impetrationis factæ per obi-
tum: & illi capitulares volebãt procedere ad priuatio
nem contra venientem, & iura Galesij remanebant il
læsa quoad possessionem,& ideò liberè poterat dispo
nere,per ea quæ dicit Felin. in c.cùm à nobis.in 6. fal
2 lent.de testibus.Quoad † secundum caput tria oppone
bantur,videlicèt quòd non reperiebatur tertium edi-
ctum,sed illud est falsum in facto secundo, cùm sit in
processu de partibus: Tertiò,quòd non adesset relatio
nuntij in dicto tertio edicto : tamen Dom. dixerunt,
quòd talis erat facta relatio nuntij per illa verba,vi-
delicet,prout Georgius publicus Baiulus retulit. Ad
tertium dicebatur, quòd terminus erat 20. dierum,
& tamen in fine termini non erat accusata contuma-
cia,sed longè post:vnde videbatur facere illud, quod
dicit Bartolus in l.antiqua § qui aliter. in principio.
ff.quod vi aut clam. Tamen fuit dictum, quòd non
3 eramus in doctrin. Barto.in qua quis † citatur ad vi-
dendum fieri aliquid certo tempore, quod alio tem-
pore non poterat fieri:sed in casu isti 20. dies daban-
tur pro termino & dilatione ad comparendum:vnde
4 quocunque tempore poterat accusari † contumacia
si idem infra 20.dies non venisset ad residendum. Vn-
de erit dũdum dubium,an præsupposita impetratione
pro parte Ludouici producta probetur obitus Iulij
ante procurationem,& maximè quia prætenditur pro
parte Galisij, quòd Ludouicus ratificauerat dictam
productionem.

EPITOME.

Beneficia patrimonialia cadunt sub indulto Cardinalis si nihil aliud præseruent,quam iurisdictionem ordinariam aduersus gratias præuentiuas.

DECISIO CLXIII.

DVbitauit Dominus Fabius 19.Octobris,1548.
in vna Burgen.dimidiæ portionis, an beneficia
patrimonialia Burgen.comprehendantur sub indulto
Cardinalis. Et fuit resolutum, quod licèt Episcopus
talia beneficia patrimonialia teneatur conferre
filiis patrimonialibus, cum indultum nihil faciat
aliud nisi præseruare iurisdictionem ordinariam ad-
uersus gratias præuentiuas,quod indultum compre-
hendit etiam ista beneficia:ita vt Cardinalis possit ea
conferre,non obstantibus dictis gratiis illis,quibus
tenetur conferre.

EPITOME.

Ordinarius collator quis dicatur & quomodo talia verba in præseruatione fuerunt intellecta.

SVMMARIA.

1 *Clausul exceptio quibus S.R.E. Cardinales fuerint ordinarij collatores.quorum ordinariæ collationi ac dispositioni & indulto, illis Apostol.auctoritate concessis per præsentes præiudicare non intendimus,respicit tantùm verè,propriè ac naturaliter, & non per accidens ordinarios collatores,si gratia reseruatoria sit fauorabilis.*
2 *Claus.quorum ordinariæ collationi, de vera,propria ac naturali collatione est intelligenda.*
3 *Claus. Apostolica auctoritate concessis, quomodo sit accipienda.*

DECI.

DECISIO CLXIIII.

IN vna Florentin. Sanctæ Felicitatis, in qua Reuerédissimus Rodulphus Archiepiscopus Floren. refer oauerat sibi collationem beneficiorum. Posteà Papa
1 concesserat bo. mem. Raynaldo † gratiam ad vacatura in toto dominio Floren excepto in quibus S. Rom. Eccles Cardinalis fuerunt ordinarij collatores, quorum ordinariæ collationi ac dispositioni & indulto illis Apostolica Auctoritate concessis per præsentes præiudicare non intendimus. Dubitauit Domino Nouarien. die 19. Oct. 1548. in dicta causa pendente inter Sunulphum Petrucium ex vna, & Marcum Brachinũ ex altera, an D. Cardinalis Rodulphus excludatur à reseruatione D. Raynaldi, consideratis tã verbis dictæ reseruationis, quàm collationis beneficiorum reseruatorũ D. Cardinali, in admissione resignationis Archiepiscopatus Florentin. Et per 4 ex sex votantibus, repugnãtibus duobus, videlicèt Rossãoẽ. & Antonio Augustino fuit dictum, quòd licèt Cardinalis vigore dictæ resignationis collationis beneficiorum videtur ordinarius, tamen non propriè, sed largè, vt dicit Dec. in c. post cessionem. in 1. notab. de concess. præbend. post Paul. de Cast. consi. 3. nouissim. im. etiam. & tenent. Doct. & Felin in d. c. post cessionem. Vnde cùm gratia Domini Raynaldi esset fauorabilis, illa ergo exceptio intelligenda erat de Cardinalibus ordinariis verè, & naturaliter, & propriè, non autem de illis per ac
2 cidens extraordinariis: & ideò illa † verba, quorum ordinariæ collationi, intelligenda erant de vera, naturali, & propria. Item & sequentia, ad dispositionem & indultum Apostolica auctoritate concess. vigore illius ordinariæ & propriæ iurisdictionis, non obstãte quòd essent intelligenda de ordinaria iurisdictione, & indulto concessis Apostolica auctoritate & de ordinaria illa Apostolica auctoritate reseruatis Quia fuit dictũ,
3 quòd illa † verba, Apostolica auctoritate concess. tantùm qualificabant immediatè præcedentia dispositionem & indultum, non autem præcedentia ordinariam iurisdictionem, per ea quæ dicit Decius in c. 3. requiris de appellat. quod qualitas vni Capitulo addita illud determinat.

EPITOME.

Possessor, qui dolosè desiit possidere, potest condemnari in fructibus perce, tu, ita vt eos soluere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Alienans possessionem lite pendente, dolo desinit possidere, habetur que pro possessore, & ad fructus perceptos & qui percipi potuissent, tenetur vt possessor.*

DECISIO CLXV.

IN vna Perusin. Bonorum, coram me pendente, in qua Alphonsus Bertolinio in negotio attentorũ fuit condemnatus in fructibus perceptis: Et quia ipse alienauerat bona lite pendente, & sic opponebat, quòd pro certis annis post alienationem factam fructus nõ perceperat, & ideò petebat, quòd ex fructibus liquidatis de anno 1532. vsque ad annum 1540. deducerentur fructus in dictis annis percepti propter alienationem supradictam. Nam etsi potuisset condemnari in fructibus, qui percipi potuissent propter dolum, tamẽ quia erat condemnatus in fructibus perceptis, & nullos perceperat, ergo illi liquidari nó poterant. Tamẽ hoc non obstante, maior pars Dominorum voluit cõ
1 trarium: quia † cùm alienasset lite pendente erat dolosus, & sic habebatur pro possessore. c. pro possessore. vbi glo. de reg. iur. in 6. sicut ergo quando est possessor, tenetur ad fructus perceptos ita etiam quando habetur possessor, & per hoc videtur tex. in l. fructus. ff. de rei vendic. Et ita fuit resolutum die 22. Octob. 1548.

EPITOME.

Tertius potest venire coram delegato pro interesse suo, licèt non sit expressum in commissione.

SVMMARIA.

1 *Iudex delegatus in causa appellationis potest habere iurisdictionem in tertium venientem pro interesse suo, etiamsi alter rorum, inter quos delegatio facta erat, pendente appellationis causa obierit.*
2 *Iudex appellationis repræsentat in omnibus iudicem primæ instantiæ, & idem ius seruare dicitur quod & iudex primæ instantiæ.*
3 *Interesse suũ per processum gratiæ suæ potest docere tertius.*

DECISIO CLXVI.

IN vna Toletan. Canonicatus & præbendę coram me fuerat lata sentẽtia in prima instantia pro Petro Nauarro contra Franciscum Pesquera, à qua pro parte Francisci fuit appellatum. Causa appellationis fuit mihi commissa, & pendente appellatione decedit Petrus, cuius ius habuit D Didacus de Rosa, & venit ad causam. Et ad docendum de suo interesse produxit processum gratię suæ Franciscus opposuit, quòd eum non poteram admittere, & quòd nullam habebam iu
1 risdictionem, cùm † essem iudex delegatus in causa appellationis pendente inter Petrum & Franciscum, & commissio appellationis non haberet clausulam, omnésque alios, & allegabat text. in c. 1. & 6. de offic. deleg. Hoc non obstante fuit resolutũ contrarium per dictum Innocen in c. veniens el 2. de testib. colum 4. versi. sed nunquid & ibi Felin. in c post Abb. el tertio io tertia column. versicul 2. limit. de offic. delegat. & est decis. Rot. 103. in fin in nouis. Non obstat, quòd causa penderet in gradu appellationis, & in secunda instantia: quia etiam sic in causa appellationis idem firmat Felin. in c. cum super. col. 3. versicul. c., tiamsi principalis. de re iudic. quia † iudex appellatio
2 nis repræsentat in omnibus iudicem primę instantię & idem ius seruare dicitur, quod & iudex primę instãtię, prout dicitur per Alexan. consi. 264 colum. 2. vo
3 lum. 6 Fuit etiam dictum, quòd ad docendum de † interesse suo sufficiebat docere de processu gratię suę: quia sufficit apparenter apparere de aliquo interesse secundum Felin. in c. cũ super colu. 6. versic. & ad hoc vt tertius. de re iud.

EPITOME.

Procurator specialis non reuocatur per dationem procuratoris generalis.

DECISIO CLXVII.

IN vna Conchen. Cappellaniæ, coram Domino Reomano die 22. Octobris, 1548. fuit resolutum, quòd si præcedit mandatũ speciale, vt erat in casu, illo, in quo erat procurator constitutus ad omnes causas, ius quibuscunque

buſcunque partibus motas & mouend s,noo cenſeretur procurator ſpecialiter.iu primo mandato conſtitutus reuocatus,per deciſi Rotæ 1 96.iu oou . & ꝙ dixit ibi io Apoſtill.

EPITOME.

Menſes ſex de quibus in Concilio Lateranenſ ſunt conti nui à die commendæ:& ſi Papa voluit,quòd currerent à die habitæ poſſeſsionis & non derogatur Concilio, commend, eſt nulla.

DECISIO CLXVIII.

IN vna Sabin. Archipresbyteratus,iu qua per obitũ familiaris Cardinalis Tranen.fuerat commẽdatum eidem Cardinali beneficiũ valoris 24 . ad ſex mẽſes à die habitæ poſſeſsionis,& noo fuerat derogatum Concilio Lateranen.fuit cõcluſum,die 10.Octobris,1548. coram Domino Antonio Auguſtino, quòd ſex menſes, de quibus in Coucilio Lateranenſ. curruot à die gratiæ & commendæ factæ : quia in dubio tempus eſt cootinuum : & cùm in dubium nullum initium adſit appoſitum,iutelligeodum erit à die factæ commendæ, & ſit ita Conciliũ Lateranẽſ. Et cùm Couſilio Lateranen. non fuiſſet derogatum , ſuit dictum quòd talis prouiſio & commenda eſſet nulla,& ita accepi per maiores noſtros iudicatum fuiſſe contra bou.mem Cardinalem Cæſarinum.

EPITOME.

Primitiæ debentur Eccleſiæ prædiali , ſicut & decimæ , non autem Eccleſiæ, in qua domini prædiorum percipiunt ſacramenta.

SVMMARIA.

1 *Primitiæ (ſecluſa conſuetudine contraria) ſunt ſoluendæ Eccleſia parochiali prædiali ſicut decima.*

2 *Primitiæ quid ſint.*

3 *Primitiæ quóad ſui ſubſtantiam debentur ex præcepto,ſicut & decima,quóad quantitatem verò ex voluntate pendent,*

DECISIO CLXIX.

DVbitauit Dominos Achilles iu vna Cæſaraugu
ſtana primitiarum de Pcuna Flori,26.Octobris,
1548.an pimitiæ debeant ſolui in Eccleſia , vbi ſita
ſunt prædia , an in qua percipiuntur ſacramenta per
dominos prædiorum. Et ſuit reſolutum, quòd ſicut
1 † decimæ prædiales de iure commuoi ſunt ſecluſa cõ
ſuetudine ſoluendæ Eccleſiæ parochiali prædiali , ad
gloſſ.in c. cùm ſint homines. vbi Inuoc. Hoſtien. &
Abb.& Dec.& tex.in c.fi.de paroch.& c.cùm cõtingat.
& c. cùm in tua diœceſi.de decim.& c.decimas. de reſtit.ſpoliat.lib 6.gloſſ.in c.1. 14.q.de decim.Abb.conſ.
88.ad contrariam partem lib. 1.ita dicũt de primitiis:
cùm eodem modo ſoluantur de prædiis , ſicut & deci
2 mæ,& † ſunt obligationes de primis frugibus, iuxta
not.per Dec. in cap.1.de decim.Non obſtat,quòd pri
mitiæ noo ex neceſsitate,ſed ex voluntate præſtantur,
ſecundum Diuum Thomam 1.& 2.q.art.28. quia fuit
3 dictum. quòd primitiæ † quóad ſui ſubſtantiam ita
ſunt de præcepto, ſicut & decimæ:licèt quantitas earũ
ex volũtate pẽderet, ſecundũ glo. & Turrecremat. 16
q.7.verſ. ad 2.& ſentiũt Doct. io dicto c.1.de decimis.

EPITOME.

Regula contra impetrãtes certo modo quomodo intellecta.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas per maioris superuenientiam vacans an poſſit à Papa nulla interueniente fraude aut dolo certo modo ſupplicanti commendari , non obſtante regula , contra impetrantes certo modo.*

DECISIO CLXX.

POſtquàm Ioan. Marchio Brandeburgen. cuſtodiã
Eccleſiæ per 6. annos pacificè poſſederat , Epiſ
copus Iſteldeſinenſ. expoſuit Papę, Io. Albertum ob-
tiuentem dictam cuſtodiam fuiſſe deputatum coadiu
torem in regimine & adminiſtratione Magdeburg. &
Halberſtaden. Eccleſiarum : quòd Alberto Cardinali
cum futura ſucceſsione etiam huiuſmodi ceſsioni fue
rat locus , pròut in ſupplicatione ipſius Epiſcopi: &
Papa ad huiuſmodi expreſsionẽ decreuit vacare cuſto
diam , & eam Epiſcopo commendauit. Dubitauit D.
1 Fabius die 28.Octob. 1548.an † Epiſcopo Iſteldeſinẽ.
obſtet regula Pauli cootra impetrantes certo modo. Et maior pars inclinauit , quòd ſic , per verba reg. in verſ.& cum fide dignorum relatione innotuit.in verbis,quos valetudinarios ſeu ſenio cõfectos conſpiciũt, aut aliàs certo modo inuitos defecturos ſperant improbè & per media illicita aſpirantes ad iſta beneficia tanquàm certo modo vacantia & abſque aliquo titulo ſeu nullo obtenta à Sede Apoſtolica impetrabant. Et in alio verſ.atteudẽdum, malitiis hominum non eſſe indulgendum,ſed potiùs vt in illis verbis ,& ad impetrantes beneficia illorum , qui aliquo impedimento euidenti detinerentur,quamuis ſenio confecti aut infirmitatibus detenti non fuerint,extendere voluit &c. Et dicit vacaotia & vacatura, & iſtud beoeficium poterat dici vacaturum per amotionẽ:& ita ſtatuit Papa, ne aliquis moueatur ad impetrandum beneficium viuentis tanquàm vacans vel vacaturũ: quod ſi faceret, voluit,quòd teneretur ad obſeruationem regulæ. vide fol. ſeq. Dubium iſtud fuit iterum poſitum die 19. Nouemb.1548.& fuit quaſi per omnes tentum contrarium eius,quod prima vice votatum fuerat.& ſic Rota variauit, & à prima opinione ſua receſsit , dicendo,ꝙ licèt iſto caſu ſub verbis regulę comprehenderentur in iſtis verbis,per amotionem: tamen quòd menti regulę nõ cõueniebat,ex quo nullus dolus ſeu fraus pro parte Epiſcopi impetrantis conſiderari poterat. Et atteuta iſta varietate opiuionum , ſuit dictum , quòd cauſa iterũ proponeretur: Et ideò nihil affirmo.Cauſa iterum poſita 14.Decembr. 48. fuit per omnes Dominos reſolutum , quòd nec verbis oec ex verbis regulæ iu hoc caſu locum habere poſsit:ex verbis , quia illa verba,per priuationem & amotionem vel aliàs, id eſt, alio modo,reſtriogebantur ab illis verbis,propter exceſſus & crimina: & cùm hic nullus eſſet exceſſus,ergò ceſſabant verba,& ceſſabat etiam mens.

EPITOME.

Obitus probatur per ſupplicationem & teſtes duos.

SVMMARIA.

1 *Supplicatio agens impetrantis fauorem præſumitur aut per eum aut per ipſius procuratorem producta.*

2 *Confeſſio procuratoris ſecuta omnium actuum ratificatione reuocari non poteſt etiamſi ratificauerit tantùm ea quorum ſcientiam habeat,dummodò adſit clauſul.quæcunque in cauſa huiuſmodi gerenda ſunt per procuratorem cum inde ſequutiis.*

3 *Ratificatio*

3 *Ratificatio quò ad gerenda licèt vim habeat mandati, si tamen semel datum sit mandatum, & confessin de mandato ipsius facta, non potest tanquam erronea reuocari, nisi error doceatur.*
4 *Obitus de longinquo probatur per publicam vocem.*
5 *Testium singularitas in deponendo quomodo ad faciendam fidem non obstet.*

DECISIO CLXXI.

IN caosa Eugubin.præpositurę, die 5. Nouẽb. 1548.
proposui, an per supplicationem impetrationis pro
parte D. Ludouici productam, & per duos testes, quo
rum vnus deponit, quòd Iacobus rediit ante mensem
Maij, 1545. & alter ante mensem Septembris eiusdem
anni, probetur obitus Iulij ante priuationem. Et fuit
resolutum: ex quo agebatur contra Ludouicum ex cõ
fessione eius in supplicatione impetrata de mẽse Iulij
1 1545. cõstabat de obitu Iulij: quę† supplicatio aut prę
sumitur pereũ impetrata, iuxta glo. & Doct. in c.nõ-
nulli. de rescrip. aut ad instãtiã eius, ex quo eius fauorẽ
eoneeroebat & expensas, iuxta notat per Oldrad. cons.
fil. 136. Sarnens. in regul. de impetratis beneficiis. q. 5.
2 & in regul. de triennal. q. 28. & quando† fuisset per
procuratorem impetrata, confessionem prædictam
non poterat reuocare, ex quo omnia gesta & acta per
Carolum procuratorem ratificauerat. Non obstat, ꝙ
ratificauerit ea, quorum scientiam non habebat, & sup
plicatio post ratificationem erat producta: quia fuit
dictũ, quòd in ratificatione vltra prædicta ratificabat
etiam quæcunque in causa huiusmodi gerenda per
procuratorem eum inde secutis, quòd procurator
cùm produxisset supplicationem, loquebatur ratifica
3 tio illius. Et licèt† diceretur, quòd talis ratificatio
quòad gerenda habuerit vim mandati, & ideò Domi-
nus potuerit reuocare confessionem factam per pro-
curatorem erroneam: fuit ad hoc responsum, quòd
ex quo semel dederat mandatum, & illa confessio fa-
cta erat de mandato eius, quòd illam tanquam erro-
neam reuocare non poterit nisi docto. de errore. Ad
secundum fuit dictum, quòd & obitus probaretur per
testes, ex quo duo testes probant reditũ Iacobi ante
mẽsem Septem. & per alios testes probatur, quòd post
reditum fuit tunc publica vox & fama de obitu Iulij.
4 &† obitus de longinquo probatur per publicam vo-
cem, vt per Bartol. in extrauagan. ad reprimen. inver.
in alium. Non obstat, quod isti testes essent singulares
ex quo vnus dicebat ante mensem Septembris. quia
5 fuit dictum, quòd illa † singularitas non erat obstati-
ua, & sufficiebat, quòd ambo testes in hoc concurrerẽt
quòd ante mensem Septembris Iacobus redierat. Et
ita cùm tam per supplicationem, quàm per testes obi-
tus Iulij probaretur, à fortiori probatur coniungendo
supplicationem cum testibus.

SVMMARIVM.

1 *Collatio si spectat ad Episcopum & Capitulũ de iure communi, eaque ex pactis à Papa confirmatis sit in alternatiuã reducta, nisi decretum habeat clausulam derogatoriam alternatiuæ, non constabit de notorio iure datarij Episcopi ius excludente.*
2 *Clausulæ quantumcunque generales non derogant pactis à Sede confirmatis.*

DECISIO CLXXII.

EAdem die in causa Salaman. Canonicatus & preb.
pro Anton. de Learez contra Anto. de Ve ga fuit
dubitatũ, an ex aduerso constet de iure datarij, exclu-
dente notoriè ius Episcopi. Fuit resolutum, quòd ex
1 †quo de iure commuoi collatio pertinebat ad Epis-
copum & Capitulum, & ex pactis confirmatis per Se-
dem Apost. dicta collatio erat in alternatiuã reducta,
quòd nisi decretum dicat de aliqua clausula deroga-
2 toria dictæ alternatiuę ex pact. confirm. cũ †per quas
cunque clausulas generales non censeretur pacto de-
rogatum confirmato, vt per gl. in Clem. dudum. de se-
pul. quod non constaret de notorio iure datarij exclu
dente ius Episcopi. Item fuit dictum, quod Ioannes
de Casso nemine cogente, & non discusso iure Episco
pi, non poterat bonam fidem agnoscere, per text. in l.
at qui natura. §. cùm me absente. ff. de neg gest.

EPITOME.

Regula declaratoria regulæ de publican. resignat, quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Declaratoria regula de publican resignat. successiones tantùm futuras & non præteritas respicit.*
2 *Clausula quantacunque & quacunque instantia, in constitutionibus aut statutis non ad præcedentia negotia sed ad sequentia refertur.*

DECISIO CLXXIII.

IN vna Segobien. de villa Castin. coram D. Antonio
August. fuit resolutum, die 15. Nouemb. 1548. quòd
regula Pauli publicata in Cancellaria 20. Martij 1541.
1 declaratoria† regulę, de publican. resignat. respiceret
resignationis successiones futuras, non præteritas.
Nam ea est natura constitutionum respicere futura.
ergo non prȩterita respiciebat. Non obstat, quòd re-
gula diceret, quòd in quacunque instantia de dicta re
gula dari posset, & ideò in causa appellationis dari po
terat de dicta regula, etiam quòd tractaretur de resi-
gnatione ante regulã facta: quia fuit dictũ, quòd cùm
2 illa †verba, in quantacunque & quacunque instantia,
intelligebantur quòad causas & negotia futura, quòd
de cętero posset dari de dicta regula in quauis instan
tia: sed non poterant referri ad causas & negotia præ-
terita.

EPITOME.

Allegatio Lapi habet locum etiam in beneficio in Curia vacante.

SVMMARIA.

1 *Tertio impetranti beneficium defuncti intrusi & triennalis pacifici possessoris suffragatur allegatio Lapi contra alterum, qui ad illud regressum habebat, etiamsi vacauerit in Curia.*
2 *Papa solus potest prouidẽre de beneficio, de cuius prouisione facta est quidem diligentia, sed finis reperiri non potest.*
3 *Prorogatio reg. de triennali, durante triennio impetrata impedit allegationem Lapi, quæ in negligentia fundatur.*
4 *Extraiudicialis declaratio non suffragatur impetranti ad excusationem à regula de triennali, nisi in prorogatione adsit claus. ab illa vacatione in triennio minimè à suo iure cadat.*
5 *Prorogatione reg. de triennali stante locus non est appellationi.*

DECI-

DECISIO CLXXIIII.

PEr obitum Cardinalis Brundosini vacauit in Curia Præpositura mensis Decemb. Ecclesię Valen. ad quam Præpositurã habebat regressum & accessum Episcopus Brundusinus : tamen eo non obstante intrusit se in partibus in dicta Præpositura quidam Mãfredus Senta & eam possedit pacifice vltra trieennium. Per obitum dicti Manfredi in partibus defuncti impetrauit eam Gulielmus Gammarra, contra quam dabatur de regressu Archiepiscopi. Et Gulielmus allegabat allegationem Lapi pro se. Et Dd. die 5. Nouemb. 1548. in vna Valen. præpositurae mensis Decemb. coram D. Antonio August. causa proposita, inclinarunt,
1 quòd allegatio Lapi † suffragaretur dicto Gulielmo Gammarra, & quòd beneficium vacasset in Curia, dicentes, quòd allegatio habebat locum etiam in beneficio vacãte in Curia, per decisi. Cassad. 4. de caus. poss
2 & propr. Nec obstat † diligentia facta ex adue ſo de repetienda prouisione Manfredi, & non finis est inuenta, & de tali beneficio solus Papa prouidere poterat: quia dato, quod aliquis titulus fuisset repertus etiam in datione, ius semper præsumitur validum, & talis diligentia non proderat. Et dicta allegatio procedit etiã contra regressum, vt per Cassad. decis. 4. de caus. poss & propr. tamen quia in casu isto Episcopus Brũ-
3 dusinus † durante triennio impetrauerat prorogationem reg. de triennali, & Manfredus decesserat. Domini inclinabant ex isto capite contra Gulielmum, dicentes, quòd allegatio Lapi non suffragaretur, ex quo dicta allegatio est fundata in negligentia illius, qui poterat petere, & isto casu apparebat, quòd iste non erat negligens petendo tẽpus triennij sibi prorogari: Nec
4 obstabat, quòd illa esset quædam declaratio † extraiudicialis, quæ suffragari non debebat sicut & quæcunque extraiudicialis: quia fuit responsum, quòd hic nõ solùm eramus in declaratione extraiudiciali, sed etiã Archiepiscopus procurauerat remouere illud impedimentum à regula proueniens, maximè cùm in dicta prorogatione diceretur, & ab illa vacatione in triennio minimè à suo iure cadat : si ergo non dicitur cadere, sequitur quòd allegatio Lapi ei non obstat, maximè ꝙ posset fieri dicta prorogatio. quia si postquàm quod triennio possedisset, resignauit, & resignatione iuuaretur regula de trienn. & fraudaretur ille, qui prorogationem obtinuisset. Prorogatio ergo regulæ de triennio operatur, vt allegatio Lapi locum nõ habuerit. Die 14. Nouembris 1548. in ista causa iterũ
5 dedit dubium D. Ant. Augustinus, † an stante prorogatione sit locus appellationi: & fuit idem decisum, vide licet quòd non esset locus: quia allegatio Lapi à negligentia procedit, quæ negligentia stante prorogatione dari non potest.

EPITOME.

Sicut resignatione reus potest spoliare resignantem, & non datur restitutio, ita & subrogatus in locum resignatarij.

SVMMARIA.

1 *Resignans si spolietur tertio potest à petere restitutionem: nisi spolietur à subrogato resignatarij.*
2 *Subrogatus resignatarij potest eodem, quo principalis suus iure vti.*
3 *Subrogatus resignatarij in ius & possessionem à resignante in resignatarium dimissam, non est dicendus tertius.*
4 *Resignans si vt contra resignatarium, ita nec contra subrogatum ipsius restitutionem spoliatus petere potest, idque ex successione, sed ex subrogatione procedit.*

DECISIO CLXXV.

FRanciscus Pesquera resignauerat præstimonium in manibus Papæ in fauorem Francisci de Vgonibus & in prouisione Franciscus obtinuit se subrogari in ius & possessionem Francisci de Pesquera: deinde Gaspar de Auellude post obitum Francisci de Vgonibus similiter gratiosè obtinuit se subrogari in ius & possessionem dicti Francisci. fuit resolutum die 5. Nouẽbris 1548. in vna præstimoniorum coram D. Fabio, quòd licèt suprà conclusum fuerit, quòd resignans
1 † si spolietur à tertio, possit petere se restitui: tamen isto casu aduersus Gasparem, qui eum spoliauerat, restitutionem petere non poterat: cùm Gaspar non possit dici simpliciter tertius. Nam sicut Franciscus de Vgonibus spoliando Franciscum de pesquera non tenebatur restituere, ita nec Gaspar in ius & possessio-
2 nem Francisci surrogatus: vt † eodem iure vtatur surrogatus, quo & principalis. Nam sicut Franciscus Pesquera resignando in fauorem Fran. de Vgonibus dicitur amittere & ius & possessionem, ita etiam videtur amittere fauore eius, qui in locum Francis. & ius & possessionem fuit subrogatus. Et satis est, quòd Pes
3 quera contra tertiũ spolio possit agere. Sed iste † subrogatus non est tertius, cum sit subrogatus in ius & possessionem per eum dimissam. Et etiã ratione subrogationis videtur Franciscum Pesquera in fauorem subrogati resignasse: nam à tertio ideò non potest spoliari: cùm nihil in eius fauorem sit actum. In isto casu igitur si resignatio est bona, ius erit quæsitum Frãcisco de Vgonibus, & per subrogationem Gaspari: sicut ergo propter talem euentum validitatis à Francisco Pesquera peti non potuisset, vt daretur contra eum restitutio: ita & contra Gasparem. Non obstat,
4 ꝙ † in beneficialibus non datur successio: quia istud non competit ratione successionis, sed ratione subrogationis.

EPITOME.

Consuetudo Archipresbyteratus & non Archiepiscopatus in modo dandi decimas isto casu fuit considerata.

SVMMARIA.

1 *Decima an debeantur, primum ius commune, & deinde consuetudo vicinorum locorum attendi debet.*
2 *Consuetudo Archiepiscopatus si sit particularis, præfertur generalis Archipresbyteratus consuetudo. & nu. 4.*
3 *Consuetudo ecclesiæ parochialis præiudicialis si sit, non est ad alium locum præter ius extendenda.*
5 *C. ad Apostolicam de renuntiat. in 6. quomodo intelligatur.*
6 *C. cùm sint homines. de decim. quomodo intelligatur.*
7 *Consuetudo loci vincit legem.*

DECISIO CLXXVI.

DVbitauit D. Rossanen. in vna Toletan. decimarũ de Gosquez & Olmade, die 7. Nouembris 1548. posito, quòd probatur consuetudo magis generalis io Archipresbyteratu de Madril, quòd decimæ soluuntur pro medietate, vt in aliquibus locis etiã de nouasibus

nouualibus,& in Gosquex & Olmade nulla sit consue-
tudo magis generalis de decimis fructuum, tene quā-
uis de agnis & aliis animalibus sit consuetudo, quòd
decimæ soluantur integraliter Ecclesiæ parochiali
vbi domini pecudum percipiunt sacramenta, & sic
soluebant d. Parochianis de Valdemora, quando de
dictis animalibus in Gosquea & Verde debeant solui
secundum consuetudinem in Archipresbyterum pro
rata, videlicet medietate, vel secundum ius commune
generalissimum consuetudinis totius diœcesis Tole-
tan. Casus erat, quod Parochiani parochialis de Val-
demora vt colligebant in Gosqnex & Olmade, quæ e-
rant annexa Parochiali S. Martini: & Rector de Val-
demora volebat pro medietate decimas fructuum pro
ueniri ex decimis terræ pro dictis existentibus in
Gosquez & Olmade. Pro parte negatiua, quod de-
cimæ deberentur pro medietate, primo dicebatur
1 quod ex † quo in Gosquex & Olmade deerat con-
suetudo, quod primo debebat ius commune attendi,
deinde consuetudo aliorum locorum, secūdum dictā
regulam, quam refert, & sequitur Abb. in c. cum olim
col. 3 de consuet. Secundò, quod cum consuetudo Ar
2 chiepiscopatus † de Madril esset consuetudo mēbri
particularis, non illa, sed Archipresbyteratus tanquā
loci dominantis esset attendenda, per not. in l. conue-
nit. §. si nuda & Alexan. in add ad Bart. ff. de pign. act.
Tertiò, quod ista consuetudo erat præiudicialis Ec-
clesiæ parochiali: nam vt dicit gloss. quam ibi sequun
tur communiter Doct in c. cum sint homines. de deci-
mis. nulla cōsuetudo debetur ecclesiæ parochiali. Vn-
3 de cum ista ratione † consuetudo diceretur esse præiu
dicialis, etiam quod sic præter ius non est extendēda
ad alium locum, per Felin. in c. auditis. de rescript. &
per Roch. in c. fi. de consuetud. Tamen istis non obstā
tibus per omnes fuit conclusum quod attenderetur
4 consuetudo † Archipresbiteratus de Madril: & est pre
supponendum, quòd in isto casu non habemus legem
casum determinantem: nam licet glo. & Dd. in d. c. cū
sint homines. istud determinarent, tamen non dicitur
de iure communi cautum. Et Abb. in d. c. cùm sint ho-
mines. & c. ad apostolicam. de renunt. in 6. dicit, quòd
consuetudo non est contra sed præter ius. Item est
præsupponendum, quod sumus in materia consuetu-
dinaria: & cum in loco de Gosquez non haberent cō-
suetudinem, & sic non habeamus consuetudinem, nēc
legem, in isto casu deueniendum est ad simile legis &
consuetudinis & simile consuetudinis venit à simili
legis, secundum Ias. in l. de quibus col. 7. in princ ver.
aggredior secundum eod. titu. & cum Archiepiscopa
tus diuisus sit in plures Archipresbyteratus, & quòad
denunciationem Archipresbyterorum habebat con-
trariam consuetudinem Archiepiscopatus, vt patet
in puncto. dato, si simile consuetudinis est attenden-
dum, attendi etiam id debet: de quo in Archipresby-
5 teratu, per † tex. in c. ad apostolicam de renunt. in 6.
vbi Papa scribens ad Archiepiscopum Stridonens.
vult, quòd attendatur simile consuetudinis existentis
vel in prouincia Hungariæ vel in diœcesi, in quibus
sita sunt prædia vel hæreditates: quia illa verba seu
dictio ibidem in fine text. posita non potest referri
nisi ad Hungariam, vel diœcesim Item hic non potest
referri ad consuetudinem generalem Archiepiscopa-
tus ex quo dicebatur, quod Archiepiscopatus & Ar-
chipresbyteratus habent consuetudines contrarias
6 & ideò † tex. in d. c. cum sint homines dum dicitur,
quod recurritur ad consuetudinem ille tex. intelligē-
dus est secundum d. c. ad apostolicam vt attendatur
consuetudo prouinciæ seu diœcesis, nam si intellige-
retur de consuetudine speciali ipsius loci, tunc nullū
7 haberet tex. dubium: Cum semper † consuetudo in
loco vincat legem. Et tanto magis ista opinio placuit
Dominis: cum inter istas duas parochiales videlicet
de Valdemora & S. Martini, inter quas agebatur, esset
talis consuetudo, vt pro medietate fieret denunciatio
Non obstant contraria, dum primo dicebatur, quòd
ius commune esset attendendum quando in loco non
est consuetudo: quia in isto casu in loco idest Archi-
presbyteratu erat consuetudo & istud sufficiebat, vt
suprà. Est verum, quod ista consuetudo in d. c. cum
sint homines, est præiudicialis.

EPITOME.

Priuilegium seu Bulla Innocen. Quod Magister possit con
ferre beneficia vacantia in Curia per cessum vel decessum non
comprehendit beneficia vacantia per resignationem in fauo-
rem certæ personæ.

SVMMARIA.

1 *Prouidendi potestas de vacanti in curia per cessum vel de-
cessum non comprehendit resignationem in fauorem
certæ personæ.*
2 *Prouisio non facta illi, in cuius fauorem resignabatur, non
induxit vacationem beneficij.*
3 *Papa non potest prouidere in fauorem alterius quam eius
in cuius gratiam resignatur.*

DECISIO CLXXVII.

DIe 14. Nouembris 1548. in causa Augustana Præ-
ceptoriæ de Villel, in qua dedi dubium, an pri-
uilegium Innocent. comprehendat vacationem per
resignationem in manibus Papæ: & Domini attendē-
tes mentem dubij, & quia informantes informabant
super resignatione facta in manibus Papæ in fauorē
certæ personæ, ex quo ibidem tractabatur de resigna-
tione facta per Ioannem de Aragonia in fauorem
Hieronymi della Caualeria, dixerunt, quod licet pri-
1 uilegium Innoc. habeat † illa verba, vt magister pos-
sit prouidere de vacanti in curia per cessum vel deces
sum, tamen non comprehendebat resignationem
factam in curia in fauorem certæ personæ: quia vt
magister volebat prouidere in fauorem Hieronymi,
in fauorem cuius resignabat Io. & istud Hieronymus
admittebat. Sed quia magister non Hieronymo, sed
Ludouico prouidebat dicebatur quod talis prouisio
2 non valebat: quia † ex quo non prouidebat in fauorē
illius, in cuius fauorem resignabatur, non dabatur va-
3 catio beneficij, & Papa † etiam in fauorem alterius
quam eius, in cuius fauorem resignatur, prouidere
non potest. Et ideo ista ratione fuit dictum, quod pri-
uilegium Innocentij nō comprehenderet resignatio-
nem factam in fauorem certæ personæ.

EPITOME.

Bonam fidem agnoscere quomodo & quando quis possit
dato quod sit tractus in iudicium.

DECISIO CLXXVIII.

EPiscopus Salamantin. & eius Capitulum conue-
nerat, & apostolica auctoritate conuentio fuerat
confirmata, vt de canonicatibus alternatiuis vicibus
prouideretur. Modo de anno 1538. Episcopus in
suo Turno existens contulit canonicatum & præben-
dam cuidam Ioanni Classo: qui prouisus per Francis-
cum de Arla, à capitulo de eodem canonicatu proui-
sum: fuerat spoliatus. Quare Ioannes de Classo com-
misit causam cōtra Franciscum, & pendēte causa super
spolio interdictū Ioannem de Classo habens notitiā

quod Datarins haberet gratism reſeruationis cum de-
creto & aliis clauſulis fortiſſimis, quæ gratia ius ip-
ſius, videlicet prouiſionis Epiſcopi abſorbebat, con-
cordauit ſe cum datario & datarius ius ſuum in fauo-
rem Ioannis ceſſit reſeruata ſibi penſione 100. duca-
torum. Ex dicta ceſſione Ioannes ius datarij contra
Franciſcum in ius deduxit, & obtinuit canonicatum
per tres ſententias, & literas exequutoriales habuit,
& tandem conſequutus fuit poſſeſſionem. Dubitaui
ego 14. Nouembris 1548. in vna Salamantin. canoni
catus & prębendę inter Antonium de Clarte ex vna
contra Antonium de Vegs ex alia, an Ioannes de
Claſſo non tractus in iudicium per datarium, potuit
ſponte bonam fidem agnoſcere. Pro parte negatiua.
quod non, allegabat Bart. in l. emptorē in prin. ff de
act. emp. vbi vult, quòd requiratur libellus & ſenten-
tia. ad idem text. in l. at qui natura. § cum me abſente.
& quod dicit ibi Paul. de Caſtr. ff. de neg. geſt. dum
textus dicit, quòd quis debet ſubmittere aliquem &c.
Iſtis tamen & aliis, de quibus in informatione, non
obſtant. fuit contrarium, conclusum quod quis poſſit
bonā fidē agnoſcere, vt fecerat hic Ioannes de Claſſo
videns quod gratia datarij abſorbebat collationem
Epiſcopi ſibi factam: ſed quod grauabatur oſtendere
quod gratia datarij per decretum, & alias clauſulas,
inficiebat Epiſcopi collationem & ad hoc fuit allega
tus Ioannes de Imol. in c. fin. col. fin. de emptio. & ven
ditio. & ibi Anton. de Butr. col. 3. Alexan. in l. non
ſolum. §. morte. col. pen. num. 46. ff. de nou. ope. nunt.
Nam & ad dicta per Bartol. in dicta l. emptorem. &
text. in l. atqui natura. §. cum me abſente. & ibi Paul.
fuit dictum, quod procedant illa, quando quis vult a
gere de emptione, vel non vult grauari onere docēdi
de notorio iure. Et quod potuerit agnoſcere bonam
fidem, fuit allegatus text. in l. ſi rem quam. in prin. ff.
de euict. & ibi gloſſ.

EPITOME.

Turnus Epiſcopi an fuerit conſumptus, ſi acceptans potuerit datarij bonam fidem agnoſcere & in poſſeſſione remanere.

DECISIO CLXXIX.

IN eadem Salamantin. dubitaui 19. Nouembris
1548. præſuppoſita prouiſione Epiſcopi in fauorem
Ioannis in ſuo menſe & Turno, quòd Ioannes ſe con
cordauit cum datario, & remanſit in poſſeſſione Ca-
nonicatus, an Epiſcopi turnus ſit conſumptus. Et
omnes Domini dixerunt, quòd præſumpta reſolutio-
ne, de qua in deciſione præcedenti, quod Ioannes po
tuerit agnoſcere bonam fidem, & quod ius datarij
foret notorium, quòd non inducebatur conſumptio
turni, per deciſ. 190. in antiq. Nam non præſtat impe-
dimentum, quòd de iure non ſortitur effectum: ergo
electio nulla & acceptatio nulla, non conſumit, vt in
informationibus. Et iſta prouiſio non obſtat, quòd
Ioannes remanſerit in poſſeſſione: quia remanſit de
iure datarij, & licet datarius ceſſerit ius ſibi pertinens
illud fecit, quia volebat litem fugere & de ſuo facere
quod volebat.

EPITOME.

An Ludouicus habuerit titulum coloratū pro reſtitutionis.

SVMMARIA.

1 *Beneficia regularia nō cadunt ſub reſeruatione c. 2. de præb.*
2 *Regulæ reſeruatoriæ habent decretū irritans, quod ſi ſolum
ponatur in reſeruatione clauſulæ in corpore iuris vel ſu-
per certo beneficio, inficit titulum & poſſeſſionem.*
3 *Papa ſi manus apponat beneficio inducitur affectio ſic vt
de eo nullus prouidere poſſit.*

DECISIO CLXXX

IN cauſa Cęſarauguſtana Præceptoriæ de Villel, du
dubitaui die 19. Nouembris 1548. præſuppoſita re
ſolutione, quod in Bulla Innocentij non comprehen
datur vacatio per reſignationem in fauorem certæ
perſonæ, an Ludouicus ex prouiſionibus de quibus
in actis, habeat titulū coloratum pro reſtitutione. Do
mini in illa audientia inclinarunt pro titulo colora
1 to dicentes, quod beneficia † regularia nō cadunt ſub
reſeruatione illius de qua in c. 2. de præb. cum ſecundū
Archidiaconum ibi illa beneficia veniant in reſerua-
tione illius c. quæ adducuntur ad ſuperiorem, & regu-
laria non deuoluuntur: & licet beneficia regularia
ſint reſeruata per extrauag. ad regimen, tamen d. ex-
trauagans eſt temporalis & licet ſit innouata & quę-
2 libet regulæ † reſeruatoriæ habeant decretum irritās
ſecundum Caſſadu. deciſ. 1. de reſtit. ſpol. tamen Dom.
dixerunt quod ſolum decretum irritans poſitum in re
ſeruatione clauſulæ, in corpore iuris vel ſuper certo
beneficio, eſt illud quod inficit titulum & poſſeſſionē
cum autem in caſu noſtro nō ſit ſuper certo corpore
nec ſit reſeruatio in corpore iuris clauſula ergo non
poterat impedire reſtitutionem, & non diſcolorabat
titulum, ex quo titulus erat habitus ab illo, qui erat
ordinarius, vt per Caſſad. deciſ. 7. ſuper regu. Cancel.
3 Ad illud, quod Papa † manus appoſuiſſet & ſic in-
ducebatur affectio, ita vt nullus potuiſſet prouidere,
dicebatur, quod iſtud non reſpiciebat petitorium
ex quo inferior erat ordinarius, quod illa affectio ti-
tulum illius non diſcolorabat per dictam deciſ. & di-
xerunt Domini, quod ſi D. Franciſcus volebat punctum
ſuper iſta affectione, ei daretur.

EPITOME.

In cauſa Eugubina confirmatio Epiſcopi, in qua contulit, ſiue præmiſſo ſiue alio quouis modo vacaret valida eſt.

SVMMARIA.

1 *Electio per priuationem contra mortuum facta & ſententia
contra eum lata non valet niſi ſuperueniente electionis
per Vicarium confirmatione patientia & nō contradictio
Canonicorum inducat conſenſum.*
2 *Collatio facta ſpreto patrono, ſi ipſe infra certum tempus
non contradicat eſt valida.*
3 *Præſētatio facta à patrono eccleſiaſtico habet vim electionis.*

DECISIO CLXXXI.

DIe 26. Nouembris 1548. in cauſa Eugubina Præ
poſiturę propoſui dubium, videlicet an etiam
prouiſio vicarij ſit canonizanda: Et fuit dictum, & re-
1 ſolutum: quod licet electio † facta per priuationē, &
ſententia contra Iulium cum eſſet lata contra mortuū
& mortuus non poterat priuari: per conſequens non
valeret: tamen quia confirmatio dictæ electionis facta
per vicarium confirmabatur, & vicarius vltra proui-
debat Ludouico de dicta Prępoſitura, ſiue pręmiſſo
ſiue alio quouis modo vacaret: quod ſiue beneficium
eſſet electiuum, in quo canonici infra ſex menſes nō
elegerunt ſi electio ad eos pertinebat, ſiue infra dictos
ſex menſes ſi electio erat communis Capituli & E-
piſcopi, iuxta deciſ. 22. de præb. per Caſſado. quod tali
caſu

casu patientia & non contradictio Canonicorum ha-
beretur pro consensu. De primò videlicet, quòd si nō
eligunt infra tempus, quod tom videantur cōsentire
prout Abb in c. quod sicut. in 7. not. versic. tacentes
alias. de elect. De secundo tamen de collatione not. in
2 c. continebatur. eod. tit. Et sicut dicitur † in collatio-
ne facta spreto patrono, quòd valida est, patrono infra
certum tempus non contradicente, ad not. per Fel. in
3 c. cum Bertoldus. col. 4. de re iud & tamē † presenta-
tio facta à patrono ecclesiastico habet vim electionis.

EPITOME.

Possessio Canonicatus quo casu litigiosa.

SVMMARIA.

1 *Commissio cum claus. si executoriales in sui auctoris fauo rem exequendo veniant tacitam in se conditionem habet, qua etiam non verificata executio fieri potest.*

2 *Executoriales an sint exequendæ vel non, conditionem in commissione non faciunt licet facta conditione si illæ non sint exequendæ executio quoque fieri non debeat.*

3 *Iuris pretensio facit litem.*

DECISIO CLXXXII.

DVbitaui in vna Legionen. Cano. & præbendæ
die 26. Nouembris 1548. stante commissione
videlicet placet de legitima executione, an possessio
1 Canonicatus fuerit litigiosa: & quia in corpore † com-
missionis dicebatur, si executoriales in sui auctoria
fauorem exequendæ veniant in possessione, Canoni-
catus videbatur, quod talis commissio esset conditio-
nalis, & ideò non verificata: quę tamen exequi non
poterat super possessione, cum essent executoriales
decretæ super sententiis absolutoriis ideo commissio
conditionalis ante verificationem conditionis non
tribuebat iurisdictionem. Sed ad istud fuit respon-
sum quod ista conditio tacitè inerat, & ideo non fa-
ciebat conditionem, l. & licet. de condi. & demonst.
Item ista conditio respiciebat executionem, non
2 autem cognitionem: nam si † executoriales debebant
exequi, vel non, in hoc non erat posita conditio licet
facta conditione, si non erant exequendæ, executio
3 fieri non debebat. Et dixerunt Dd. quod cum † prę-
tensio iuris faciat litem, iuxta not. per Franciscum in
c. 1. circa fin. vt lit. pend. in 6. & licet re vera executio
super possessione vigore executorialium fieri non pos
set, sufficit, quod Hieronymus intenderet vigore illa-
rum fieri posse vt interim possessio Canonicatus esset
litigiosa.

EPITOME.

Canonici de nouo creati quod habeant stallum in choro & vocem in capitulo an sit præiudicium considerabile.

DECISIO CLCXXXIII.

IN causa Placentinorum Canonicatus noniter creati die 26. Nouembris 1548. proposui dubium, an præiudicium considerabile sit, antequam sit locus appellationi fructuum quod creati per notarium & nouam Adriani creationem habeant stallum in choro ro, quia istud respiciebat diuinum cultum, quòd indistinctè stallum choro poterat dari: sed quoad vocem in capitulo non daretur in concernentibus administrationem bonorum vel aliquod commodum vniuersale, nec etiam in electionibus, sed quod daretur in concernentibus statum Ecclesiæ super cultu diuino; & quod non esset præiudicium in istis considerabile, fuit allegat. Innocen. in cap. fin. 2. versic. & ex ratione. de cleric. non residen. & ibi Ioann. Andr. Curt. & Petrus de Anchar. Ant. de Butr. & Innocen. ibidem in 6. col. nu. 16. Et ideo illa verba, sine præiudio, in fine supplicationis non possunt referri ad supra dicta: cum secundum Innoc. nullum sit præiudicium. Nam illa verba, sine præiudicio presentium, debent intelligi preterquam in expressis: & cum in supplicatione fuerit positū, stallum in choro & vocē in capitulo. & in fine reformationis dicatur, & sine præiudicio illa verba possunt intelligi præterquàm in expressis. Sed melior est illa responsio ex mente Innoc. vt suprà, quòd non dicatur prẹiudicium considerabile, intelligendo vt supra, Non obstat, quòd canonici creati ex consuetudine non habeant vocem & locum in choro: quia fuit responsum quod isti canonici habeant firmum ius, cum essent creati numerarij & perpetui, & ex tunc omnia haberent & solam fructuum perceptionem expectabant vt ex supplicatione apparebat. Alij verò Canonici erant supernumerarij & adueniente præbenda eorum Canonicatus expirabat & alius querebatur de nouo.

EPITOME.

Vacatio Canonicatus quo casu non computatur Episcopo morienti quoad turnum suum idem dubium fuit propositum 3. Decembris 1548. & idem fuit resolutum.

DECISIO CLXXXIIII.

IN causa Salamantin. Canonicatus die 20. Nouembris 1548. proposui dubium, an prouisio facta per Capitulum sede Episcopali vacante de anno 1529. computetur Episcopo & an consumpserit turnum, vt pariter prouisio de anno 1538. spectet ad capitulum. Et fuit resolutum quod istud dubium resoluebatur per 7. Capitulum in concordia appositum: ex quibus verbis apparebat quod neutri eorum computaretur, videlicet nec Episcopo nec Capitulo: sed quod Capitulum sede vacante, per text. in c. 1. ne sede vac. in 6. per mortē Episcopi cōferret impropriè. Et ideo cum Capitulum de anno 1526. in suo turno contulisset, & posteà de anno 1529. in re propria sede vacan. contulisset, quod secundos turnus de anno 1538. cum Episcopo: quia per 6. & 7. capitulum per mortem Episcopo modus alternatiuæ non altecabatur.

EPITOME.

Acta facta per notarium consignantem bona defunctorum quo casu præiudicauerint ei, contra quem producuntur.

DECISIO CXXXV.

IN causa Romana medietatis Casalis della Bottachia die 28. Nouembris 1548. proposui dubium, an acta vltimo loco pro parte Dd. de Fabiis producta prẹiudicent D. Bernardinu della Citbara fuit resolutum quod ex quo Rota quasi fuerat resoluta, quod testes probarent consignationem animalium & seminum, tamen quia dicebant, quod consignatio erat facta agenti D. Camillæ in genere, ideo Rota desiderabat maiorem probationem: & cum esset producta confessio Petri Pauli de dicta consignatione animalium & seminum fuit dictum quòd ista omnia erant sufficientia pro plena probatione: quia non est verisimile, quod ille confessus fuisset nisi dicta animalia habuissent.

EPITOME.

Instrumentum ex archiuo Monasterij extractum quo casu iudicatum non esse in forma probanti.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum ex archiuo monasterij extractum, cum sit priuatum & non publicum earúmque archiuum qui interesse pratendebant non facit fidem nisi alia adfuerint testiũ & notariatus adminicula.*

2 *Data antiqua quamuis recognitionem non requirat sit tamẽ aut per testes aut per instrumentum de scribẽtis notariatu non constiterit sola auctoritatẽ instrumento non confert.*

DECISIO CLXXXVI.

Die 3. Decembris 1548. in causa Terraconen. parochialis, proposui dubium an † instrumentum probationis ex archiuo Monasterij de Petris albis sit in forma probanti. Et Dd. dixerunt, quòd non: quia Archiuum erat priuatum & non publicum, cum esset archiuum ipsius monasterij, & eorum, qui prætendebant habere interesse in causa. & ideo iura in eo recõdita ex solo archiuo auctoritatem habere non debent.

2 Non obstat, quod † notarius, qui extraxit, dicat se extraxisse ab originali, & propter antiquitatem cum esset data instrumenti de anno 1530. non erat necessaria recognitio: quia quod instrumentum esset antiquum non probatur ex sola data: & ex quo nec per testes, nec per instrumenta constabat de notariatu illius qui dicebatur rogatus, nec aliud instrumentum erat repertum in archiuo publico, ita vt propter auctoritatem archiui possit dari tali instrumento fides non erat credendum isti simplici instrumento. Dd. voluerunt, vt aliquo modo darentur alia adminicula instrumento ad hoc vt faceret fidem, nec testes in partibus super recognitione adhibiti aliquam fidem faciebant: quia potius iudicabant, quam deponerent.

EPITOME.

Cursori referenti, quod tale sequestrum intimatum acceptauit, creditur.

SVMMARIVM.

1 *Cursori referenti se aliquem citasse, eúmque dixisse, se nolle venire, vt creditur, sic etiam et referenti intimationem sequestri esse acceptatam, credetur.*

DECISIO CLXXXVII.

IN vna Rom sequestri, coram D. Rossanen. die 3. Decembris 1548. fuit resolutum, quod esset credendum relationi Cursoris dicentis quod tali intimauit sequestrum, & quod ille responderat, quod illud acceptabat: nam sicut creditur † Cursori dicenti, quod aliquem citauit, & quod ille respondit, & dixit se nolle venire: ex quo sumus in dependen. & connexis, prout ita attestatur esse communem D. Rebuff. in c. cum pariter. col. pen. & ibi apposui vnam apostillam in e. ad eum. de appellationib. & ibi Dec. col. fin. vbi dicit esse veriorem de iure per rationes, quas ibi allegat: ita dicendum est in casu nostro, vt credatur Cursori, quod ille, cui intimauerat, dixerat quod acceptabat.

EPITOME.

Filio non nato ex damnato coitu sed meretricio pater potest legare etiam de iure ciuili quamuis filij existent legitimi.

SVMMARIVM.

1 *Auth. ex cõplexu. C. de incest. nupt. qua liberis ex damnato coitu natis legari prohibet non loquitur de natis ex meretricio.*

DECISIO CLXXXVIII.

IN vna Roman. legati coram D. Aut. Aug. die 3. Decembr. 1548. fuit resolutum, quod filio nato ex coitu meretricio, quem pater pro filio cognouerat, ex quo non erat natus ex coitu damnato, vt dicit Caccialup. in l. si qua Illustris. C. ad senatusconsf. Orfictan. & de æquitate canonica potest appellari filius naturalis, secundum Aym. consil. 166. col. 43. quod tali filio pater poterat legare 2000. scur. non obstante sobole legitima. Et istud procedit etiam de iure ciuili: nam licèt Aym. in d. consi. dicat, quod tales secundum æquitatẽ canonicam vocentur naturales, tamen quia lex ciuilis

1 vult, quod tantum natis † ex damnato coitu relinqui non possit, per Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. ideò cùm ille non esset talis ergo de iure ciuili ipsi relinqui poterat.

EPITOME.

De iure canonicatus & dignitates in eadem Ecclesia sunt incompatibiles at Papali dispensatione aut consuetudine teneri possunt.

DECISIO CLXXXIX.

IN vna Calciaten. coram D. Fabio, die 3. Decembris 1548. fuit resolutum, quòd canonicatus & dignitates in ea iem ecclesia essent incompatibiles, per not. in c. t. de consuetud. in 6. vbi dicit glo. & sequuntur Dd. quod ex dispensatione Papæ, vel ex consuetudine retineri possunt,

EPITOME.

Indulto Cardinalis S. Crucis Episcopi Eugubini per quæ verba censeatur derogatum.

SVMMARIA.

2 *Indulto Cardinalis ordinarij collatoris an per claus. nõ obstant. constitutionib. & priuilegiis atque indultis. & literis Apostolicis ecclesia illiúsque Præsuli etiam Cardinali, atque Capitulo & canonicis & quibusuis aliis personis sub quibusuis tenoribus &c. etiam latissime extensis derogare placeat derogatum quoque censeatur.*

2 *Indultum si habeat claus. ad collationem prouisionem &c. & quemlibet aliam similem vel dissimilem dispositionem tuam &c. comprehendit etiam beneficia electiua.*

3 *Indulta non impedient sed præseruant tantum iurisdictionem si agatur de præiudicio eorum ad quos spectat electio.*

4 *Canonici habentes electionem cum Episcopo communem si non eligant videntur non eligendo collationi a Vicario facta consentire.*

5 *Reseruatoria regula requirens quidem aliquam discussionem qua tamen de facili sciri patest vel verisimiliter scitur si habet decretum irritans istud titulum & possessionem inficit.*

6 *Beneficia regularia in Curia vacantia sunt per extrauag. ad regimen. reseruata.*

DECISIO CXC.

IN causa Eugubina Præpositura, dubitaui die 14. Decembris 1548. nunquid per supplicationem vltimo loco productam pro parte Galeatij fuerit derogatum indulto Cardinalis collatoris: & an dictum indultum capiat beneficia electiua. Quoad primam

1 partem fuit resolutum quod † derogarent verba supplicationis derogãtis indulta, & posita in corpore gratiæ, si neutri in corpore ꝑ gratia habebat & per vim simplicis prouisionis, in ecclesiis & in corpore

non

non obstantibus vacantiis. Dicebant ita verba: non obstantibus constitutionibus & priuilegiis, atque indultis, & literis apostolicis ecclesię præfatæ, illiusque præsuli etiam Cardinali atque Capitulo, & Canonicis, & quibusuis aliis personis sub quibusuis tenoribus &c. etiam latissimè extensis derogare placeat. Ex quo ergo verba direbant, indultis Præsuli etiam Cardinali: & vnus sit præsul Eugubinus Cardinalis, dicebatur, quod ex quo erant posita illa verba, quòd indultum non posset reuocari, nisi eius consensu, dubitarunt aliqui ex Dominis, an propter talia verba, de quibus in supplicatione non fiebat mentio, censeretur indulto derogatum, quod penes me est. Etiam a liquibus dominis non erat dubium ex quo dicebatur sub quibusuis tenoribus &c. latissimè extẽsis: propter quam clausulam dicebant quod omnia poterant ex-
2 tendi: Ad secundam partem fuit resolutum, quod † indultum caperet beneficia electiua propter verba ad collationem, prouisionem &c. & quamlibet aliam similem vel dissimilem dispositionem tuam: Nam cum in beneficiis electiuis Episcopus habet confirmationem: ergo per illa verba indulti capiebat beneficia electiua. Item erant alia verba, & qui ad illa consue-
3 uerint per electionem assumi: Non obstat, quod † indulta non implicant, sed tantum præferunt iurisdictionem ordinarij, vt in terminis est decis. 1. Cassad. de priuileg. quia fuit responsum, qood decis. Cassad. loquitur præiudicium habentium eligere. Nam in eorum præiudicium non capit: sed bene capit in præiudicium capituli: vt erat in casu isto, in quo non tractabatur de præiudicio eligere habentium, ex quo non elegerāt
4 & ideò † non eligendo videbantur consentire collationi factæ per vicarium, vt per Abb. in c. quod sicut in 7 not. de elect. Et ita Dd. respondebant ad id, ꝗ dicit Rip. in 2. lib. responsor. responso. 34. videtur, ꝗ indultum est. eod. tit. responsor. 23. nu. 1. & ante finem de quibus meminit & sequitur Rebuff. in forma. mandat. apost. pag. 159. in glo. in verb. sing.

Eadem die 14. Decembris Dd. inclinarunt pro
5 maiori parte, quod dicta † regula haberet tale decretum, qood inficeret titulum & possessionem per fundamenta adducta hic pro parte Hieronymi: & quia volui videre istam materiam in istis vacantiis. Natiuitatis: ideo visa materia mihi placet etiam ista opinio: sed non ita simpliciter in omni regula reseruatoria, nec in omni reseruatione. Sed tantum in ea, quæ licet requirat aliquam discussionem, tamen de facili potest sciri, vel verisimiliter scitur. Et istud, est quod dicit decis. in nou. col. 2. vers. quam quidem distinctè, & ideo dico, quòd decis. Cassad. 1. de restit. spol. est vera. Nam licet in illo casu requiratur probatio temporalis: tamen quia tempus & locus sunt de concomitantibus ipsam vacationem, statim quòd quis scit vacationem verisimiliter, vel de facili scit & tempus & locum, vt est in reseruatione beneficij resultante per obitum personę notæ, vt auditoris Rotę & Clericis Camerę, qui non solum vrbi sed etiam orbi sunt noti, quòd talis reseruatio habeat decretum irritans inficiens titulum & possessionem alias propo
6 sitam applicando. cum beneficia † regularia quæ vacant in Curia sint per extrauagant. ad regimen, reseruata: quæ extrauagans per regulam est innouata & sic continet principalem reseruationem. Dixi in Rota 14. Ianuarij 1549. & placuit Dominis vide quæ dixi infrà decis. 197.

SVMMARIA.

1 *Regula innouatoria extrauagantis ad regimen an habeat tale decretum, quod titulum inficiat & possessionem.*

2 *Gratia spoliantis post spolium pro parte spoliati probatum verificari potest in possessorio sic, vt verificata gratia & consilio de bono spoliatoris iure spoliato denegetur restitutio.*

DECISIO CXCI

Die 17. Decembris 1548. in causa Cęsaraugustana
1 Præceptoriæ de Villel, dubitatum, an † regula Pauli innouatoria extrauagan. ad regimen, habeat tale decretum, quod inficiat titulum & possessionem. Pro parte Hieronymi ponderabatur quod hic erat reseruatio & decretum & ideo istis duobus concurrentibus decretum regulæ inficiebat titulum & possessionem, Secundò, quia casus erat decis. per Cassad. decis. 1. de restit. spol. Tertio, fuit allegata decis. 489. in nou. vbi reseruatio c. 2. de præbend. in 6. extenditur ad alias, & ibi Rota extendit ad reseruationem, de qua in extrauagant. execrabilis. Contra Hieronymũ replicabatur primum fundamentum: quia eo attento, regula reseruatoria beneficiorum collectorũ & subcollectorum deberet inficere titulum & possessionẽ ad omnes, ad quas regula reseruatoria habebat decretum irritans: immo decretum in fine istarum regularum uatoriarum refertur ad omnia præcedentia, & tamen istud est contra deci. 16. circa fin. in nou. Secundò dicebatur qood regula ante productionem non diceretur esse notoria, & ideo non debet ligare. Fuit dictum quod daretur dubium, an regula reseruatoria hodie posset produci post spolium pro parte Ludouici probatum: & an Hieronymus posset verificare gratiam
2 suam. Et aliqui Domini dicebant, quod † possit verificare: quia concernebat possessionem. Nam si beneficium vacabat ex causa resignationis quæ valida esset ex quo erat facta in manibus Papæ, intrabat tunc reseruatio per reg. inducta & ex quo ista exceptio concernebat possessionem, ideo admittenda erat: & ideo dicebant Dd. quod si Hieronymus verificaret gratiam suam & constaret de bono iure Hieronymi ita vt præceptoria non diceretur vacare per obitum Ioannis resignantis, quod ex quo tunc constaret de non iure Ludouici quod non esset dãda ei restitutio.

SVMMARIA.

1 *Iudices in compulsorialibus dati non debent in dignitate ecclesiastica esse constituti sed clericis & tabellionibus tantum compulsio committitur.*

2 *C. statutum de rescr. in 6. non comprehendit executores ad compellendum dati.*

DECISIO CXCII.

1 Iudices † in compulsorialibus literis dati non debẽt esse in dignitate Ecclesiastica constituti, nec in ipsis seruandum est c. statutum de rescrip. in 6. quia non sunt dati iudices, sed executores ad compellen-
2 dum & † tales non includuntur sub dispositione d. c. statutum. ita colliges ex his, quæ dicit Staphil. in tract. de lit. grat. & iustit. fol. 41. hinc videmus, quod in literis compulsorialib. talis compulsio committitur clericis & tabellionibus ita dixi in Rota die 19. Decẽbris 1548. & placuit Dominis.

EPITOME.

Vacare in isto casu non licuit reseruatario.

SVMMARIA.

1 *Variatio in alternatiua electione non admittitur sed vna electa via altera præcluditur.*

2 *Pensio reseruata motu proprio sine consensu partium æquiparatur vltimæ voluntati secus quādo cum consensu partium.*

DECISIO CXCIII.

IN vna Corduben. dimidiæ portionis,in qua verba reseruationis sic se habebant: Tibi omnes & singulos fructus per te vel alios propria auctoritate,quoad vixeris,percipiendos loco esse pensionis,seu si malueris,loco illorum annuam pensionem ab omni decima liberam 100. ducat. Reseruatarius & ab illo, qui consenserat,& ab aliis duobus successoribus semper exegerat pensionem 100. ducat. Posteà mutata voluntate,elegit percipere fructus propria auctoritate. Dubitauit D Fabius, die 11. Ianuarij 1549.an † licuerit variare. Et eadem die, sicut & aliàs iam bis fuit resolutū quòd non liceret: quia essent plures pensiones siue vna ex quo dabatur electio accipiendi alteram partem alternatiuè,siue fructus,quoad vixerit propria auctoritate, siue pensionem annuam ducat. 100. quod ex quo semel elegerat, non poterat amplius variare, l. apud Aufidium ff. de option. legat. Et in eadem fuit
2 dictum,quod quando † pensio reseruatur motu proprio sine consensu partium, quod tunc pensio æquiparatur vltimæ voluntati,secundum Rom. 348. secùs quando de consensu partium, idem Rom. consi. 369. nu. 1. Gig. in tract. de pension. q. 58. nu. 1. & 99. nu. 16 Sarnen. in regu. de infor. resig. q. 16. nu. 4. & de non tollen. ius quæsitum. q. 4. nu. 12.

EPITOME.

Ao venditio iuramento puberum confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Puberum iuramenta firmant contractum, quamuis venditio ex solennitatū defectu annulletur & possent emptores si venditio alias teneret, ad soluendum realiter compelli.*

DECISIO CXCIIII.

IN vna Romana medietatis Casalis, dubitaui die 11. Ianuarij 1549. an Domini de Cithara possunt impugnare contractum venditionis, de quo agitur stante præsertim eorum tunc puberum iuramento, & tacitur nitate 45. annorum subsequuta, & Actis factis in Capitolio vltimo productis. Et non discussis vltimis
1 duobus,fuit ex primo videlicet † ex iuramento resolutum, quòd dato, quòd venditio esset nulla ex defectu solennitatum nō seruatarum, tamen quòd iuramenta puberum confirmabant contractum, per text. in autb. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. non erat hactenus dictum quod ipsa venditio aliquā contineret læsionem. Nam licet in solutione quòad illos bis mille ducat. confessata esset læsio istud respiciebat solutionem: & si venditio tenebat, poterant Fabij compelli ad illos realiter soluendum.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Innocentij quādo & quomodo verificata esse cēsetur.*

DECISIO CXCV.

1 ITerum 13. Ianuarij 1549. dubitaui an † bulla Innocen. sit verificata ex instrumento donationis Roderici Episcopi, & ex testibus vna cū donatione Regis, quoad oppidum de Archidona. Et fuit resolutum quòd quia concessio Roderici dicit exercitio suo cō sanguineorum & amicorum propriis, expensis, non tamen dicit, quod omnibus, quod sit attendendum quæ copiæ & impensę minores essent illæ, an vero aliorum, qui postea superuenerunt, vt actus potentiori attribuatur. Et ita si Episcopus probaret, quod copiæ & impensę aliorū, quę perit, maiores essent, quod tūc gratia esset subreptitia: secus si istud non probaret, ex quo pro parte Petri erat probatum de certo numero militum: numerus vero aliorum erat incertus.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Innocentij quando non cēseatur subreptitia.*

DECISIO CXCVI.

DVbitaui die 13. Ianuarij 1549. in causa Malacitā.
1 decimarum an † bulla Innocen. sit subreptitia, in qua de recuperatione oppidi de Arcbidona propriis sumptibus Petri Giron dicitur. Et Dd. tenuerunt, quod non esset subreptitia, ex quo Episcopus Rodericus, qui in partibus erat qui veritatem rei sciebat, non considerauit, quòd ipse solus suis sumptib. recuperauit: sed quod ipse actor & principalis fuit, & tunc interabant fundamēta, quæ pro parte Comitis fiebant.

EPITOME.

Reseruationis exceptio obstat agenti spolio.

SVMMARIA.

1 *Reseruatoria regula an possit post spolium probatum à spoliato produci a spoliante.*
2 *Exceptia reseruationis si spolio agenti obiiciatur, etsi de ea nil constet, est tamen eius probatio admittenda.*
3 *Reseruatio nedum titulum sed & possessionem inficit.*
4 *Exceptio omnis possessionem respiciens, est etiam in interdicto recuperandi admittenda, dum tamen incontinenti probatio sit parata. & nu6.*
5 *Resignatio facta in curia in fauorem certæ personæ requirit probationem extrinsecam, & gratia verificationem.*
7 *Reseruatio resultans ex obitu si incontinenti verificari nō potest eius exceptio non admittitur.*

DECISIO CXCVII.

1 DIe 13. Ianuarij 1549. dubitaui, an † regula reseruatoria hodie possit produci post spolium pro parte Ludouici probatum & Hieronymus possit gratiam suam videlicet resignationis verificare. Et fuit tentum, per sex ex septem votantibus, & septimus du-
2 bitauit, quòd sic. Ratio decisionis fuit, quia † agenti spolio potest opponi exceptio reseruationis: & licèt tunc non constet, ex actis potest probare, & admittendus est opponens ad probandum, Rot. decis. 7. & 475. in illis verbis vel quando peractum est incontinenti. quæ declarat materiam, in antiq. Roeb. in l. rem quæ nobis. q. 9. ff. de acquir. possess. Rip. in. l. naturaliter. §. nihil. commune. col. 13. ff. de acq. poss. nu. 87.
3 11. fall. Ratio est, quia † obseruatio nedum inficit titulum, sed & possessionem, vt dicitur decis. 16. in nou.
4 & omnis † exceptio respiciens possessionem est admittenda etiam in interdicto recuperandi, secundum Soc. & Rip. vbi supra. Non obstat, quòd istud est verū
5 nisi ista reseruatio puta istā † resignatio facta in curia in fauorem Hieronymi requireret extrinsecam probationem, puta quòd Hieronymus esset in ætate 12. annorum, & sic gratiam verificare eum resignatio esset facta non aliàs, aliter, nec alio modo: & sic conditionaliter, quo casu resignatione non existente valida ius

iuspenes resignantem remanebit: & magis per obitũ
potuerat prouidere. & quãdo reseruatio requirit ex-
trinsecam probationem, tunc decretum & reseruatio
non obstat, vt per dictam decis. 16. in fin. in nou. dum
loquitur, de collectore & subcollectore. Nam Domi-
ni responderunt recedentes à dicto collect. ibi dicen
6 tes non esse verum: quia si † reseruatio respicit non so
lùm titulum, sed etiam possessionem, debet admitti
talis exceptio, & verificatio venit accessoriè & admi-
niculatiuè ad probandum ipsam reseruationem, dum
tamen incontinenti probetur, iuxta d. decis. 275. in
antiq. & aduertes, quod licet Soci & Rip. loquuntur
in speciali reseruatione, tamen responsiones eorum
concludunt in omni reseruatione etiam quæ requirũt
extrinsecam probationem. Et stante ista deci. vera est
consideratio mea, quam feci suprà deci. 190. nu. 5. sic
vt procederet etiam in omnibus reseruationibus insur
gentibus ex vacatione, per obitum omnium officialiũ
de quibus in extrauagant. ad regimen. & sic an sit spe
cialis vel generalis reseruatio non referat. Et aduerte,
quòd dictum Collectoris potest saluari secundum di-
7 stinctionem. deci. 275. in antiq. quia † si incontinenti
illa reseruatio resultans ex obitu collectoris vel Capel
lani potest probari, tunc dictum collectoris non erit
verum: secus quando non incontinenti, & tunc erit
verum dictum Collectoris.

EPITOME.

Condemnatus in fructibus perceptis non tenetur de fructi
bus per alium perceptis.

SVMMARIVM.

1 *Possessor, qui dolo desiit possidere, etsi ad fructus per alium*
perceptos possit condemnari, si tamen in sententia simplici-
ter ad fructus perceptos condemnatur, tenebitur tantùm ad
verè per seipsum perceptos fructus, & non per alium, in
quem possessionem transtulit, nomine ipsius perceptos.

DECISIO CXCVIII.

IN causa Perusina pro Alphonso contra Martham,
1 dubitaui die 14. Ianuarij 1549. an † dictus Alphõ-
sus condemnatus in fructibus perceptis teneatur de
fructibus perceptis per alium ex bonis per eũ in aliũ
translatis post inhibitionem Rotalem, & sic lite pen-
dente. Et fuit resolutum, quòd non: quia verba sentẽ-
tiæ sunt strictè intelligenda, ad not. per Dd. in l. Iu-
lianus. §. vtrum. ff. de condi. indeb. & ideò Alphonsus
condemnatus in fructibus perceptis debet intelligi,
quod sit condemnatus in fructibus verè per eum per-
ceptis, non autem per alium: quia tunc dicitur fictè
percepisse, & ideò text. in c. per possess. de reg. iur. in
6. dicit, quòd pro possessore habetur, & sic fictè: Item
ille, qui desiit dolo possidere non dicitur verè possi-
dere, sed fictè: & ideò non venit in dispositione lo-
quente de possessione, Aret. post Bald. in Rub. de acqu.
possess. in fin. & licèt Alphonsus per Capitulum
pro possessore potuisset condemnari in fructibus per
alium perceptis, tamen fuit dictum, quòd non fuerat
condemnatus: Et ideò non tenebatur ad fructus per
alium perceptos.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, sub qua facta est resignatio, si non docetur imple-*
ta, censetur resignatarius intrusus, & gratia, si neutri,
in qua conditionis non est facta mentio, subreptitia.

DECISIO CXCIX.

DIe 18. Ianuarij 1549. in causa Fundan. præcep-
toriæ S. Antonij dubitaui, an ex nouiter produ-
ctis cõstet de noua prouisione Episcopi: & nouiter
producta erat quædã noua prouisio, etiam gratia, si
neutri, cum derogatione priuilegiorum concessorum
ordini S. Antonij, cum clausula quorũ tenores latissi-
1 mè exten. Et fuit † dictũ, quòd nec noua prouisio,
nec gratia, si neutri, essent bonæ gratiæ: quia Episco-
pus in resignatione sibi facta per patruum suum fuit
ei commẽdata dicta præceptoria ad sex menses, ita vt
intra dictos sex menses teneretur habitum suscipere,
& professionem emittere: & si infra sex menses ista nõ
fecerit, lapsis sex mensibus præceptoria vacare, & eã
dimittere teneretur. Et cùm non constaret de istis,
nec in gratia, si neutri, & nouæ prouisionis, Episco-
pus fateatur post Commendam sibi factam possedisse
perdecem & nouem annos, sequitur, quòd post sex
menses, non constito de professione & habitus
susceptione, Episcopus dicatur intrusus: & cũ in gra-
tia, si neutri, & nouæ prouisionis, non sit facta mentio
nec de intrusione, nec de mala fructuũ perceptione,
sequitur vltra, quòd gratia sit subreptitia, Calder. cõ-
sil. 19. an possidens. de rescript. & cons. 11. an valeat
impetratio. de preb. per Fel in c. in nostra, col. 6. nu.
51. de rescript. & latè per eundem in c postulasti, col.
penult. in fin. de rescript. Cassad. decis. 6. de prob.

EPITOME.

Præfertur miles S. Petri pauperi & graduato in parochiali
ecclesia. & quare.

SVMMARIA.

1 *Graduati licèt post nobiles ex illustri genere regulariter ra-*
tione prærogatiuarum sequantur, non præferuntur tamẽ
familiaribus antiquis Papæ.

2 *Pauperes præferuntur quibussuis quantascunque prærogatiuas habentibus in beneficio simplici & non curato. & nu. 5.*

3 *Doctores præferuntur in ecclesiis reliquis omnibus non priuilegiatis.*

4 *Miles S. Petri positus inter descriptos in Rotulo præfertur Doctori etiam pauperi.*

DECISIO CC.

DIe 18. Ianuarij 1549. dubitaui in vna Sequina. de
Nouiales quis sit præferendus pauper & gradua-
tus, an miles S. Petri. Et fuit resolutum, quòd miles:
1 quia † si graduatus volebat inniti regulæ prærogati-
uarum, in qua in prima celata graduantur nobiles de
illustri genere. in secundo graduati: & illa regula ha-
bet exceptionem, saluis prærogatiuis familiaribus an-
tiquis præcedentibus, quibus per præsentem consti-
tutionem derogare non intendimus: & cùm milites
sint descripti in Rotulo descriptorum inter primum
& vltimũ, sequitur, quòd ista regula graduato non
2 possit suffragari. Si iste volebat inniti † regulæ, in qua
pauperes præferuntur quibussuis quantumcunque
prærogatiuas &c. dicendo gratiam suam esse expeditã
in forma pauperum per regulam quòd pauperes præ-
ferantur omnibus. Et fuit dictũ, quòd ex quo hic age-
batur de parochiali Ecclesia, qui erat casus exceptus à
regula, & ita à beneficio simplici, & non curato, vt lo-
quitur Staph. in tracta. de lit. grat. & iust. fol. 117. & 118.
3 Si iste † graduatus volebat fundari in regula, quæ ha-
bet, quòd Doctores in parochialibus ecclesiis præ-
ferantur omnibus reliquis, regula fuit intellecta re-

liquis non priuilegiatis. Ná illa regula nó erat quemadmodum alia de pauperibus, dum vult, quòd pauperes præferantur quibusuis quacunque prærogatiua
4 suffultis:& ea istis iuribus iste† pauper & Doctor per priuilegium,& primò Baccalaureus factus in Hispania,per militem fuit exclusus.ex quo milites sunt positi inter descriptos. Benè fuit dictũ, quòd si fuisset
5 †actum de simplici beneficio,quòd ipse tanquam pauper,& ratione suæ gratiæ in forma pauperum fuisset præferendus,per ea quæ dicit Staphi. in dicto folio 117.cui ego addo,quòd principalis causa cedendi expectatiuas,& istas gratias expectatiuas,fuit, vt prouideretur pauperibus clericis, vt dicit reg.reseruatoria octo mensium,in prin. cùm ergò pauperi dederit in concessione huiusmodi gratiarum, nó est verisimile quòd Papa per alium excludi voluerit.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio an competat aduersus tres conformes sententias etiamsi interuenerit iuramenti & læsionis ad futuram parentum successionem absolutio.*

DECISIO CCI.

IN causa Romana legati & restitutionis in integrũ, die 23.Ianuarij 1549.dubitaui,an peregrino † có-
1 petat restitutio aduersus tres conformes stante absolutione à iuramento,& læsione ad futuram successionem eius parentum. Fuit resolutum, quòd nulla cõpeteret restitutio:quia ex quo ex legato ex mille ducẽtis Peregrinus habuerat 600. scuta, & de bonis patris habuerat quadraginta ante obitũ patris & matris nulla poterat cõsiderari læsio: quia adhuc incertum erat,quòd pater & mater in bonis relictis tam locupletes erant, pròut ista 400.ducat.plusquàm hæreditas eorum,relinquendo valere posset

EPITOME.

Fructus non intelliguntur deducta pensione, quia agitur de valore in impetrationibus exprimendo.

SVMMARIA.

1 *Pensio non deducitur de fructibus, vt excusetur mala valoris expressio.*
2 *Fructus intelliguntur qui deductis oneribus non temporalibus sed perpetuis supersunt.*
3 *Pensio est onus temporale.*

DECISIO CCII.

IN vna Panormitan. beneficiorum coram D.Peregrino, die 23. Ianuarij 1549. fuit resolutum, quod
1 † pensio nó deduceretur de fructibus,vt quis veniret excusandus à mala expressione valoris,ita vt si beneficium valeret 200. non esset excusandus ille,qui expressit centum viginti: licet probaret, quod super fructus illorum beneficiorum esset reseruata pensio 500.secundum ea quæ dicit Beleuz. post Io. And. in tract.de char.subsid.q.37.in fi. quicquid dixerit.Gig. in tract.de pension. q.80. nam illa sunt intelligenda secundum Beleuz. Et auctoritates quas allegat Gig.
2 quòd† fructus intelligũtur deductis oneribus omnea intelliguntur de oneribus perpetuis & non tempora-
3 libus & † pensio est onus temporale.

EPITOME.

Iuramentum impuberis proximi pubertati confirmat contractum venditionis:& in materia indiuidua,in qua iurant pubes & impubes non proximi pubertati,non confirmat contractum iuramentum puberis.

DECISIO CCIII.

DIe lunæ 28. Ianuarij in causa Romana Casalis della Bottachia dubitaoi, an iuramentum confirmet contractum venditionis,de quo agitur:& quia venditio erat facta per Petrũ Paulum & Bernardinũ della Cithara,maiores 14.annorum,& Iulium etiam fratrem minorem 14.annorum,dicebam,quòd contractus venditionis respectu Iulij minoris 14.annorũ non confirmabatur iuramento·quia auth.iuramenta puberum.C.si aduers.vendit.loquitur in iuramento puberis:& cùm hic essemus in iuramento impuberis, cótractus venditionis non cõfirmatur illo iuraměto. Tamen hoc non obstante fuit decisum,quòd secundum communem opinionem Cannonistarum,iuramétum impuberis proximi pubertati cõfirmaret talem cõtractum, pròut istam attestatur communé Ias.in dicta Auth.sacramenta puber.C.si adner.vendi.col.5. & ibi Iacob.de Butr.col.4.& idem Corn.cons.240. vol.1.& hoc stante,nó obstat illud,quod dicit Curt. Iun.cós.53.col.2.dum vult,quòd personæ minoris alij etiam puberes non teneantur stare iuramento:quia Curt.Iun.loquitur in materia iurisdictionis,& sic indiuidua.quo casu loquitur l.si cómunem. ff. quemad. seruit.amitt.pròut etiam declarat Felin.in cap.1.col. 5.de rescript.& in terminis format: Corn.cons.36. colum.2,vol.2.

EPITOME.

Comes Palatinus an possit legitimare infantes ex generali potestate legitimandi ei tradita.

SVMMARIA.

1 *Comes Palatinus non potest etiam ex generali legitimandi facultate infantes legitimare,vt in patriam potestatem restituantur,secùs quoad ablationem maculæ spuriæ.*
2 *Infans in eo quòd non nisi vtile sibi esse potest, consentire videtur.*
3 *Comes Palatinus ex generali facultate non potest legitimare infantes, nisi in commissione adsit claus.quòd possit quoscunque.*

DECISIO CCIIII.

IN vna Bononien. fideicommissi corã D.Reoma-
1 no fuit conclusum,die,28.Ianuarij 1549.q † in generali facultate data Comiti Palatino legitimandi nõ censeretur data facultas legitimãdi infantes,per text. & ibi Angel.in l.fin.ff de his qui sunt sui vel alie.iur. Præpos.in c.per venerabilem.§.quod autem col.39. vers.non inconuenienter quæritur,qui filij sint legitimi. Curt.sen.cons.15.col.5.volum.2. Ias.in l.eam quam.col.5.C. de.fideicom.Curt.Iun.cós.35.col.5.& seq.istud tamen fuit intellectum procedere quoad restitutioné infantis in patriam potestatem: quia istud nó potest facere: Secùs autem est quoad absterfionem maculæ,pròut ita distinguit Alex.cons.10.col.4.vol. 7.Soc.in l.Gallus. §.forsitan no.6.ff.de lib.& posth. Decius cons.167.nu.6.col.fi.vers.2. allegatur.& cós. 316.col.2.ver.2.non obstat.& cons.55.col.4.in prin. Ias.cõs.156.col.4.nu.·.& cons.125.col.5.vers.sed præmissis.vol.4. Maria.iunior cons.92.nu.54.& seq.& cós.154.nu.7.& seq.vol.2.& ista declaratio fundatur
3 optima ratione: quia † absterfio maculæ non potest esse,nisi vtilis infanti:& ideò videtur cõsentire,& pro consentiente habetur. In eo auté,quòd ex ista legitimatione reducatur in patriam potestatem,quia posset esse onerosum,voluerunt leges illum habere pro cósentiente,nisi sequeretur eius ratificatio,pròut erat in

casu isto, in quo infans factus maior, legitimationem ratam habuerat: & ideò fuit dictum, quòd esset bona, per §. & generaliter, in auth. quibus modis natur. eff. legitim. Item & secundò fuit dictum, quòd Comes
3 † nõ potest legitimare infantes ex generali facultate, nisi in ea dictum fuisset, quod posset quoscunque: quo casu propter dictam distinctionem, quoscunque, poterit etiam infantes legitimare, secundum Dec. d. cõs. 55. & cons. 367. col. penul. in fin. & cons. 16. Paris. cons. 15. nu. 35. vol. 2. Gozad. q. 6. nu. 45. & Maria. Iun. d. cons. 97.

EPITOME.

In causa Romana Casalis della Bottachia fuit resolutum, quòd non constaret de falsa caus. venditionis.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum puberum aut proximorum pubertati ex falsa causa interpositum: an vitiet contractum venditionis, si de falsitate constet & nu. 3.*

2 *Decreto causa cognita de vendendis bonis infantium ob aes alienum mobilibus interposito standum est.*

4 *Iuramentum quamuis solennitatis, non tamen causae & consensus defectum supplet.*

DECISIO CCV.

IN causa Romana Casalis della Bottachia, die 1. Febiuarij 1549. dubitaui, an constet de falsa causa vé-
1 ditionis: & posito, quòd sic, an † iuramentum ex falsa causa interpositum vitiet contractum véditionis, de quo agitur, factum sic se habet. Venditio erat facta per minores de medietate Casalis: & in venditione asserebatur, quòd vẽditio fiebat ex causa aeris alieni, & quia creditores vrgebant: & non erant alia bona, deficeret solutio, & ideò fuit vendita dimidia dictae Casalis pro pretio 8. millium scutorum. In his solutionibus videlicèt quòd fuerunt soluta scuta 270. in pecunia numerata, & reliquum vsque ad summam mille in tot argenteis, duo millia scuta fuerant cõfessata: 2500. scuta soluta in 101 segetibus & animalibus, & ad 2300. scuta fuit data dilatio 7. annorum. Ex istis solutionibus arguebatur pro parte illorum della Cithara, quòd talis venditio non esset facta pro soluendo aere alieno: quia nõ essent consignata animalia, & segetes, nec cõfessio de receptione facta, nec dilatio 7. annorũ data. His non obstantibus fuit pro parte conclusum con-
2 trarium, ex quo † per iudices decretum causa cognita interpositum fuerat, ei decreto standum erat, iuxt. Paul. Cast. in l. cùm si. §. si praetor. ff. de transact. Item non solùm erat decretum, interpositum, sed contractus erat factus per matrem tutricem illorum della Cithara, & per Ludouicum de Pichis eorum auunculum, qui etiam promiserat, quòd dicti minores facti maiores contractum ratum haberẽt. vnde ea de creto & internentu istorum proximiorum praesumẽdum est, ꝙ venditio ex causa fuisset facta: cùm mille ducati in pecunia & argenteis soluta fuissent, ea illis potuit creditoribus satisfieri. Item non est nouum, quòd venditio fiat partim pecunia, partim in solutionẽ aliae res dẽtur. Item confessio de duobus millibus potuit esse vera: licèt Rota iudicauerit illã confessionem minoribus non nocere. Dilatio etiã potuit fieri sub spe, quòd creditoribus in fine dilationis soluceretur. Et sic fuit resolutum, quòd nõ constaret de falsa causa: Tamen posito, quòd de falsa causa constaret
3 fuit resolutum ad secũdam partem dubij, quòd † iuramentum non confirmasset contractum vẽditionis ex falsa causa, per not. per Dec. cons. 403. colum. pen. vers. 2. ad iuramentũ. vbi loquitur in propriis termi-
4 nis. Et licèt iuramentum † suppleat solennitatis defectum, non tamẽ supplet defectus causae, vt per Dec. in d. cõs. & ratio in promptu est: quia minor videtur ex illa causa motus: & si causa est falsa, non adest consensus, & iuramentum non supplet consensum, vt per Aym. cons. 144. nu. 16. & 17. Paul. de Castro cons. 122.

PEITOME.

Commendatarius non agit spolio contra Commendantem.

DECISIO CCVI.

EPiscopus Tirretanus commendauerat canonicatum ad sex mẽses, & deinde ad beneplacitum, elapsis sex mensibus Episcopus ingressus est possessionem: Commendatarius agebat spolio contra eum. In vna Placentin. Canonicatus & Commendae coram D. Peregr. 1549. fuit resolutum, quòd non contra Commẽdantem non posset agere, decis. 1. in antiq. & per ea quae dicit Sozi. in l. rem quae nobis. ff. de acquir. possess. dum vult, quòd depositarius contra deponentem non possit agere spolio licèt contra tertiũ possit, & Commenda non sit nisi depositum tantùm: quia in casu nostro Commendatarius habuerat prouisionem nouam infra sex menses, & sic ex titulo apostolico dicebatur possidere: fuit dictum, quòd ea isto capite posset agere spolio: nam superueniente titulo apostolico statim sibi foret mutata causa possessionis, vt non diceretur amplius vt Commendatarius possidere.

EPITOME.

Prouiso per Episcopum incumbit onus probandi de mẽse obitus ordinario, vel apostolico, si agat cõtra reum possessorẽ.

DECISIO CCVII.

DIe 4. Februarij 1549. in causa Salamantin. Canonicatus & praebẽdae dubitaui, cui incumbat onus probandi beneficiũ vacare de mense ordinario vel apostolico: & fuit resolutum, quòd ea quo prouisus per ordinariũ, videlicet Antonius de Vega, erat actor & Michael del Farro erat reus & possessor, & non petebat nisi absolutionem, incumberet onus probandi ipsi Antonio. Item & secũdò, quia ipse Antonius probabat vacationem de anno 1537. & probata vacatione ordinarius debebat conferre, & rursum suum confirmare: si autem ordinarius dixit se impeditum, sit fundamentum intentionis suae illud probare.

EPITOME.

Episcopus non censetur ignoranter renunciasse iuri quaesito ex sententia arbitramentali in praeiudicium ecclesiae, infrà decis. 213.

DECISIO CCVIII.

IN causa Augusten. iurisdictionis dubitaui, die 4. Februarij 1549 an stante sententia arbitramentali de anno 1524. lata quae dat facultatem Episcopo Augustan. visitandi duntaxat beneficia cuncta de membris praepositurae montis Iouis in sua dioecesi existentia. Visitauit modernus Episcopus, qui non habuit notitiam de dicta sententia, passim omnia beneficia tam curata quàm simplicia, an dicatur contrauenisse dictae sententiae, adeò quòd ecclesiae suae praeiudicasse censeretur, & non possit se dicta sententia iuuare. Et fuit resolutum

resolutum, quòd sibi nõ præiudicasset, & quòd dicta sententia sibi suffragaretur, tum quia iuri, quòd quis ignorat, nõ censetur renunciare: & ignorantia præsumitur, ex quo eramus in antiquo facto, quòd ex quo ipse sententiam produxerat, præsumebatur, ꝙ scientiam de ea habuisset: quia fuit responsum, quòd Episcopus, qui habebat intentionem fundatam de iure communi, passim omnia beneficia visitauit: sed postquam causa fuit contra eum commissa, & priuilegia exceptionis fuerunt producta, tunc fecit diligentiam de perquirendo, & dictam sententiam inuenit. Tamẽ & secũdo posito, quòd Episcopus notitiam habuisset de dicta sententia, tamen quia per eam ius fuerat acquisitum, & Ecclesiæ iuri in fauorem ecclesiæ acquisito renunciare non potuit.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua bullæ Innocentianæ verificatur per testes de communi auditu, & per tres de visu, qui tamen discordant inter se in numero, nisi ex aduerso aliud doceatur.*

DECISIO CCIX.

IN causa Malacitan. decimarum 8. Febaruarij 1549. proposui dubium, an stantibus † tribus testibus de visu, & aliis de cõmuni auditu sit receptata narratiua dictæ bullæ Innocẽtij: & quia in narratiua dictæ bullæ Innocẽtius referebat se ad instrumentum & confessionẽ Roderici, in qua dicebatur, ꝙ Petrus Giron. cũ exercitu suo suorum propinquorum, & consanguineorum suorum oppidũ Archidona propriis expensis recuperauerat: & hic tractabatur nedũ de surreptione, sed etiam de obreptione dictarũ literarum, voluerunt Dd. quòd satis narratiua prædicta verificaretur ex dictis testibus: cùm vnus diceret de 300. equitibus, & alij duo de certo numero equitum, tamen in hoc erant concordes, quot illi equites fuissent. Item probãt dicti testes, ꝙ magnus magister misisset posteà gentes de Ossuoa: & postremò quòd ipse magister venisset cum gente, & quòd alios certiores fecisset, vt venirẽt ad auxilium expugnationis: & sic cũ constaret de multitudine trãsmissa per magnum magistrum, & ipse principalis fuisset, cùm alij testes de communi voce & fama deponerent, quòd magnus magister expugnasset, & quòd in auxilium venerunt Domini & ciuitates Regales, quòd nisi ex aduerso diceretur de maiori numero militum, quàm esset numerus magni magistri, quòd gratia esset verificata.

EPITOME.

Decanus Capituli potuit agere possessori recuperandæ pro rebus spectantibus ad Capitulũ, quibus per Episcopum erat spoliatum.

SVMMARIA.

1 *Sententia in fauorem Capituli lata contra Episcopum spoliantem quasi possessione & obtenta per procuratorem constitutum à Decano, qui mandatum in causa non habebat, est valida respectu collegij, cui praeest.*

2 *Decanus tanquam Capituli Caput non est persona priuata, nisi quò ad extraneos.*

3 *Decanus Capituli potest vt prælatus sine Capitulo in rebus communibus agere, nisi sint ardua.*

4 *Decanus generalem habet rerum Capitulo communium administrationem, vt & Episcopus generalis est bonorum ecclesiæ administrator.*

5 *Prælatus solus potest in possessorio quantumcunque re ardua agere sine capitulo.*

DECISIO CCX.

CApitulũ Lucan. cùm aliàs esset in quasi possessio-
ne exercendi iurisdictionem in certis rebus, fuit
spoliatum ab Episcopo de dicta quasi possessione Et
cùm Decanus ipsius Ecclesiæ egisset spolio, & procu-
ratorem cõstituisset, & ipse sententiam nomine suo &
Capituli restitutoriã obtinuisset, pro parte Episcopi
fuit oppositum, quòd sententia esset nulla ex defectu
mandati ipsius Capituli, ex quo Capitulum in causa
non constituisset. Ideò dubitauit Dominus Fabius,
1 die 8. Februarij 1549. an † sententia Martini de Spi-
nosa in fauorem capituli contra Petrum Ribera E-
piscopum Lucan. data obtenta per procuratorem
constitutum à Decano Ecclesiæ Lucan. fuerit valida:
& fuit resolutum, quòd sententia esset valida: quia
2 † Decanus tanquam Capituli caput non erat perso-
na priuata, prout dicit Felin. in cap. ex parte Decani.
colum. 2. de rescript. & istud est verum respectu col-
legij, cui præest, vt notat. per Abbas in cap. ab eccle-
siarum. colum. 2. de off. ord. Ita quòd licèt Decanus
respectu extraneorum à capitulo dicatur persona
priuata, pròut intelligunt Doctores, in dicto cap ex
parte Decani. vt colligitur ex dictis Felin. ibi in 2.
colum. tamen respectu ipsius collegij, cui præest,
dicitur habere iurisdictionem, & ita procedit id quòd
dicit Bald. in lege 1. C. allegat. per Felin. in dicto
3 cap. ex parte &c. Et † cùm in isto casu lis esset in-
ter Capitulum & Episcopum, cuius Capituli caput
erat Decanus, vt prælatus, in rebus communibus sine
Capitulo agere poterat, vt dicit Fel. in cap. edoceri.
colum. 2. vers. solus prælatus. de rescript. & licèt lo-
quatur tantùm in prælato, hoc tamen habet locum in
quocunque prælato inferiori ab Episcopo, vt per
Innoc. in dicto cap. edoceri. colum. fin. Et ratio est,
4 quia † sicut Episcopus dicitur esse generalis admini-
strator bonorum ecclesię suæ, ita & Decanus vt caput
Capituli dicitur generalem administrationem in istis
bonis communibus habere. Secundò, quando verum
esset, quòd prælatus in bonis communibus absque
Capitulo non possit agere in arduis, pròut declarat
Felin. in dicto cap. edoceri. colum. 3. in 1. declarat. ta-
men istud restringitur secundum Felin. ibidem vers.
5 restringe tamen notabiliter, vbi † sumus in possesso-
rio cuiuscunque rei quantumcunque arduæ: quia
tum etiam solus prælatus sine Capitulo agere potest,
& cum hic essemus in possessorio, ideò potuit Deca-
nus & caput Capituli agere possessoriũ recuperandæ.

EPITOME.

Valor expressus in literis quomodo intellectus.

SVMMARIVM.

1 *Fructus pro expediendis literis non computantur, quid dempto Cambio in vrbe importet, sed quantum valeant in absentia ab Ecclesia, ne valor reddatur incertus.*

DECISIO CCXI.

DVbitauit Dominus Anton. Aug. 8. Februarij 1549. an fructus † pro expediendis literis debe-
rent

rent considerari, quid importent dempto Cambio, allegabatur glo. super reg. 60. prop. fin. conuent. & in reg. 23. in fin. Belan decisio 2. prope medium. Staphil. fol. 29. in 1. facie, in fin. Sernen. in regul. de expri men. vero valore, quæst. 8. Istis tamen non obstan. fuit resolutum, quòd fructus deberent intelligi, quã-tum valent in absentia ab ecclesia, etiam si sit in loco beneficij: quia non debemus considerare, quòd tantùm valeant importata in vrbe deducto Cambio: quia istud nullibi cauetur, licèt glossa & Sarnen. ibi inaduertentee affirmauerit. Quia re vera fructus dicuntur illi, qui debentur in absentia ab ecclesia vbicunque ille sit: & illud Cambium, quod soluitur in pecuniis transmittendis, in consuetudine non est: aliàs vno modo valeret beneficium, quando quis esset in vrbe, alio modo quando esset Venetiis, alio modo quando in ciuitate Constantinopolitan. ita vt certus valor haberi non possit.

EPITOME.

Filius bona relicta possidendo declarat ex iuris dispositione possidere se illa pro legitima.

SVMMARIA.

1 *Legitima imputetur quicquid à patre quouis titulo consequitur filius.*

2 *Possidere censetur quilibet ex titulo, quem iure habet.*

3 *Possidens pro hærede dicitur etiam possidere pro legitima, cùm titulus pro hærede & pro legitima non sit incompatibilis.*

DECISIO CCXII.

IN vna Romana seu Venetiarum, die 18. Februarij, 1549. proposui dubium, an Dd. de Alidosiis litigantes vt hæredes, pròut in actis, possidendo bona, de quibus agitur, spolio 30. annorum & vltra, declarauerint se velle possidere pro legitima, ita vt nulla præscriptio cucurrerit. Et fuit resolutum, quòd ex tali possessione & relectione bonorũ diceretur declarasse
1 voluntatem possidendi pro legitima: quia † quicquid consequitur à patre quouis titulo, in legitima computatur, lege quoniam nouella. C. de inoffic. testamen. lege illud C. de collat. ponit Bartol. in l. qui quartam. vers. venio ad quartam partem. ff. ad leg. Falcid. & cùm inprimis possederit relictum à testatore, & illud imputetur ex iuris dispositione in legitima, ergo dicatur declarasse se possidere pro legi-
2 tima Quia † quilibet censetur possidere ex titulo quẽ habet iure, gloss. in l. quædam mulier. ff. de rei vend. Alexand. cõsil. 8. colum. 5. volum. 3. Non obstat, quòd Dd. de Alidosiis conuenti à Comite, reconueniendo ipsum Comitem in commissione dixerunt, se hæredes esse Nicolai testatoris, & ideò petierunt successionem aliorum bonorum, & sic declarauerit se possidere pro hærede & pro legitima non sunt incompatibiles, ita
3 quòd † possidendo pro hærede dicitur etiam possidere pro legitima: quia quicquid quocunque titulo relinquitur computantur illis in legitima. Ergo dato, quòd sit relictum titulo hæreditario, debet etiam cõputari in legitima, & ita possidebit iste talis pro legitima.

EPITOME.

Concilij Tridentini capitula duo quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Episcopus an possit stante arbitramentali sententia, cuius est nescius visitare beneficia simplicia sua diœcesios, quæ ad certã præpositurã spectant ex Cõcilij Tridentini decretis.*

2 *Ordinarius tanquam delegatus potest tam regulares extra monasterium degentes quàm seculares authoritate Apostolica visitare & corrigere.*

3 *Ordinarij locorum tenentur quascunque authoritate Apostolica inuisere Ecclesias.*

4 *Concilij dispositio generalis non tollit facultatem inferiori tributam, nec ad casus sententia vel transactione decisos extenditur.*

5 *Papa nil obstat certa sententia vel transactio, ita nec eius delegato.*

DECISIO CCXIII.

IN causa Augustana iurisdictionis dubitaui die 15.
1 Februar. 1549 an stante † Concilio Tridentino liceat Episcopo Augustan. visitare beneficia simplicia de mẽbris Præpositurę mõtis Iouis in sua in diœcesi eaiten. & canonicos, & alios regulares extra monasterium degentes visitare, delinquentes corrigere, & punire, non obstante sententia arbitramentali. Et fuit responsum per 3. capitulum 6. sess. dũ dicit, quòd
2 quilibet † secularis seu regularis extra monasterium degens possit auctoritate Apostolica ab ordinario, tanquàm delegato visitari, & corrigi, quòd posset. Itẽ
3 per 8. cap. 7. sess. in quo dicitur, quòd † ordinarij locorum tenentur Ecclesias quascunque auctoritate Apostolica visitare: & si quascunque ergo & Ecclesias simplices, maximè cùm dicit, si qui animarum cura, &c. Non obstat, quòd generalis dispositio Concilij
4 † non tollit facultatem inferiori tributam, iuxta ea quæ habentur in gloss. in l. sciendum in princ. ff. qui satisd. cogan. & ibi Ias. colum. 3 sicut & generalis dispositio non extenditur ad casus decisos sententia vel transactione, ad textum in l. causa C. de transact. cum aliis de quibus ibi per Ias. quia fuit responsum, quòd cum in istis capitulis dicatur, quòd ordinarius visitet auctoritate Apostolica, & tanquàm delegatus Apo-
5 stolicus, quòd † sicut contra Papam sententia nec aliquid obstat, ita nec contra eius delegationem: & sic si ordinarius vellet iure ordinario visitare, forsan posset, & forsan sententia arbitramentalis non obstaret: Sed quia vt delegato à Papa id sibi conceditur certa sententia arbitramentali non obstante: Fuit tamẽ dictum quòd dubitaretur de appellatione prælati, vt in cap. 3. dicitur: & de appellatione ordinarij an intelligeretur de Episcopis tantùm, an etiam de aliis prælatis inferioribus.

EPITOME.

Capitula plura vbi sunt in eadem obligatione posita an sint correspectiua, vt de vno ad aliud inferri possit.

SVMMARIA.

1 *Negotia si sint plura & diuersam responsionem habentia, non sunt connexa.*

2 *Contractus capitula connexa esse dicuntur, si responsionis communitas & scriptura ad alterius rei determinationem conueniat. & nu. 4.*

3 *Rescriptum vnum etsi plura contineat capitula, non infertur tamen ex determinatione vnius ad alia, quæ sunt separata.*

4 *Contractus duo coram iisdem testibus, eodémque notario, loco & tempore facti præsumuntur correspectiui, si ex se inuicem dependeant, & ex eadem causa fiant: secùs si causa penitus fuerint diuersa.*

DECISIO CCXIIII.

IN causa Romana Zucharor. dubitauit D. Reomanus, quoniam in vno contractu sunt plura capitula
per ipsos contrahentes apposita, vtrum omnia dicatur inter se esse connexa, & correspectiua, & de vno
ad omnia alia referatur. Et fuit resolutum, quòd non
statim quando plura Capitula ponuntur in eadem
obligatione, ideò dicantur connexa & correspectiua.
1 Nam † si sunt plura negoria, & diuersam responsionem non habentia, tunc non statim dicuntur cõnexa
esse, l. scire debemus. ff. de verbnrum obligat. l. cùm
eiusdem. ff. de ædil. edict. l. etiam. §. 1. & ibi gloss. ff. de
minor. Bartol. in l. Aurelius, §. idem quærit. ff. de lib.
2 leg. vbi dicit, quòd illa † capitula dicuntur connexa,
quia venit ad determinationem alterius: & communitas responsionis & scriptura facit capitula esse connexa, vt etiam sentit Abb. in c. dilectus, colum. 2. versic. in gloss. 3 de præbend. per Deci in c. si duobus. nu-
3 me. 17. de appellat. sicut etiam dicimus. quòd licèt † sit
vnum rescriptum continens plura capitula, non tamẽ
ex determinatione vnius nõ infertur ad alia, quæ sunt
separata, c. 2. requiris. & c. inquisitioni. de appella. Ias.
in l. 3. §. filius. colum. 5. versi. sed caue. de lib. & posth.
Non obstat, quod dicit Cardin. in c. pœnituit. 2. in fi.
de iureiur. & ibi Felin. quod quæ sunt in vna obligatione dicuntur esse cõiuncta & connexa Sed Cardin.
intelligendus est secundùm iura quę allegat, videlicèt
c. constitutus. de pœn. & c. 2. requiris. de appell. quæ
loquuntur in eadem obligatione positis, cõnexis tantùm, & sibi adhærentibus. Et non valet argumentum,
4 † plura capitula sunt posita in eadem obligatione,
ergo oportet, quòd talia capitula respiciant eundem
finem, & negotium, & depẽdentiam inter se habeant,
prout in talibus capitulis correspectiuis & habẽtibus
interesse & dependentiam, loquitur Gra. decisi 103.
nume. 157. & idem Card. clarius loquens in c. constiturus. vers. & intellige. de pœn. & Cor per Gram. allegat. in dict. decis. 103. & consi. 119. nu. 10. versic.
nec obst. in 3. vol & Brun. cons. 48. vbi loquitur in capitulis dependentibus & connexis, positis in eadem
obligatione. Et ita etiam respondetur ad illud, quod
5 dicitur, quòd quando sunt duo † contractus eodem
tempore coram eisdem notario & testibus facti, presumuntur correspectiui, secundum Bald. in l. petens.
C. de pact. quia intelligendus est Bal. etiam vbi sumus
in dependentibus, & quando fiunt ex eadem causa, secùs si esset causa penitus diuersa. & ita ibi sequitur
Paul. de Cast. & Ias. ibid. colum. 5. versi. circa istũ text.
post Alex. in l. in bona fide. nu. 4. eodem tit.

EPITOME.

Filij positi in conditione, & grauati, quo casu censeantur vocati, vt fideicommissum locum haberet.

SVMMARIA.

1 *Coniecturæ docent voluntatem defuncti pro fideicommisso.*
2 *Clausula sine filiis, intelligitur tam de masculis quàm fœminis.*
3 *Fœminæ earúmque filij exclusi per statutum quando censeantur vocati ex testamento.*

DECISIO CCXV.

NIcolaus de Pasiis senior, filiabus fœminis, quas habebat, exclusis, instituit quatuor eius filios,
& ipsos & eorum liberos instituit, vt infra. Verba institutionis & substitutionis sunt ista. In omnibus
autem aliis suis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus, & actionibus, tam præsentibus quam futuri
Petrum Aloysium, Virgilium, & Herculem, eius testatoris filios legitimos & naturales, æquis portionibus sibi hæredes vniuersales instituit: & si cõtigerit
aliquem, seu aliquos, ex dictis eius seu dictorum eius
filiorum liberis quandocunque decedere absque filiis
legitimis & naturalibus, tunc & eo in casu per superstites eiusdem testatoris filiorũ liberos in stirpes
& non in capita eidem succederetur: & aliis morientibus substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum, & omni alio meliori modo, iure, via, & forma,
quibus magis & melius possit, &c. Mortui sunt omnes
filij, duob. tamen in effectu superstitib. nepotibus, videlicèt Nicolao Iuniore, & Hercule Iuniore. Et postea Nicolaus Iunior decessit sine filiis instituto Frãcisco Maria sibi hærede extraneo: contra quem Hercules, alter nepos & solus superstes, agebat vt in testamento prædicto Nicolai, antiqui eius, aui, ex fideicõmisso & substitutione vocati. Dubitauit die decimaquinta Februarij, 1549. D. Antonius Augustin. in vna
Bononien. Bonorũ de Pasiis, præsupposito sine præiu-
1 dicio, quòd singulæ † coniecturæ doceant voluntatem
defuncti pro fideicommisso: & fuit resolutum pro affirmatiua, quòd coniecturę doceant voluntatem defuncti pro fideicommisso. Prima ergo coniecturis fuit
quòd filij positi in cõditione erant grauati, & licèt ista
nõ sufficerent de se, iuxta communẽ opinionem, quæ
est contra Bartol. in l. centurio. ff. de vulga. & pupil.
substitur. tamen dicunt Doctores, quòd quęlibet leuis
coniectura, facit, quòd opinio Bartol. sit vera: & ideò
addebatur hic alia coniectura, quòd hic eramus in
descendentibus à testatore, & nõ in transuersalibus,
in quo casu loquitur gloss. in l. Iulianus. ff. de hær.
instituend. Tertia coniectura quæ addebatur, erat
illa, quòd in substitutione, quòd filij quocunque casu
2 decederent sine filiis: & non erat dubiũ, q † illa dictio,
sine filiis, intelligebatur tã de fœminis, quã masculis
sic ergo patet, q testator voluit preferre patruis eorũ,
& sic aliis filiis ipsius testatori. Sed istud nõ poterat esse ab intestato, cùm per statutum Bononiens. fœminę
stantibus masculis excludantur, ergo de necessitate e-
3 rat dicendum. quòd † illæ fœminæ, & sic filij positi
in illa dictione. absque filiis, essent vocati ex testamẽto: & isto modo arguit, & dicit esse magnum fundamentum Marian Sozin. Iunior consil. 118. abundè
column. penultim. versicul. coniectura autem. volum.
2. Quarta coniectura fuit illa clausula, omni meliori
modo, quia si sustinebat omni meliori modo de necessitate erat dicendum, quòd eos vocaret ad hoc, vt
substitutio teneret. Auctores poterũt videri in informationibus.

EPITOME.

Possessio ciuilis quo casu in donatariam translata nõ fuerit.

SVMMARIA.

1 *Ciuilis possessio actu vero aut ficto non interueniente non transit.*
2 *Possessio ciuilis animo & corpore est acquirenda, etsi acquisita animo tantùm retineatur.*
3 *Dominium si transferatur reseruato formali vsufructu, censentur quoque omnia translata quæ dominio adhærent secùs in vsufructu formali & nu. 9.*
4 *Translata censentur in generali translatione, omnia, quæ non sunt reseruata.*
5 *Donans prohibens donatario, ne vita sua durãte se in possessionem intromittat, reseruat sibi possessionem ciuilem.*

6. Vendens

6 *Vendens rem alienam si constituat se possidere nomine emptoris, manet dominium & ciuilis possessio penes emptorē.*
7 *Debitor qui rem suam pignori tradidit, licèt non insistat in re, habet tamen possessionem ciuilem, & ius præscribendi.*
8 *Clausul. dedit, transtulit, &c. si in vita donantis nihil operantur, post mortem eius sortiuntur effectum.*

DECISIO CCXVI.

IN causa Romana castri Feliciani proposui dubium,
18. Februarij, 1549. an per instrumentum donationis, de quo in actis cum reseruationibus, de quibus in
ea possessio ciuilis transeat in Comitem donatarium,
vel potius remanserit apud Archiepiscopum donantē. Et fuit resolutum, quòd ciuilis non transiuisset, sed
remansisset penes Archiepiscopum donantem. Funda
1 mentum resolutionis fuit: quia aut ista † ciuilis transiuit mediante actu vero vel ficto: sed nullus illorum
interuenerit, ergo ciuilis non trāsiuit. Quòd actus verus non interuenerit, patet, quia licèt mediante animo
2 ciuilis † retineatur, tamen non acquiritur nisi mediante animo & corpore: Sed hic non interuenit corpus,
non est ergo actus verus: & ideò non potuit transferri: actus fictus non interuenit: quia non constitutum,
& quando constitutum interuenisset, intelligeretur
post mortem eius: ex quo durante vita sua reseruauit
sibi donans dominium, vsum, iurisdictionem, & administrationem. Itaque constitutū referēdum esset post
mortem donantis: sed cessabat ista disputatio, ex quo
constitutum non erat appositum. Non obstat reseruatio vsusfructus, itaq; videremur esse in terminis. l. quisquis. C. de dona. vt per fictum illū actū diceretur possessio ciuilis translata: quia fuit dictum, quòd d. l. quisquis, loquebatur in vsufructu formal.: nam quando
3 quis † reseruat sibi vsumfructum, & transfert dominiū,
videtur tacitè transferre cuilibet, quæ illi dominio, adhærerent: & sic transferendo dominium videretur
possessionem ciuilem tradere, & ita loquitur gloss. &
Doctores ibi: sed in casu nostro eramus in vsufructu
casuali. Nam donator reseruauerat sibi dominium, vsumfructum, iurisdictionem, & administrationem: cū
non transtulisset dominium, non eramus in terminis
dictę l. quisquis. nec alius actus fictus interuenerat. Itē
quia donans in donatione dixerat, quòd donatarius in
dominio, vsufructu, iurisdictione, & administratione,
nec alio quouis modo se posset intromittere: & cùm
possessio ciuilis esset ius insistendi in re, & donans generaliter prohibuisset, & eius vita durante institerit in
ipsa re, sequitur, quòd ciuilis nullo modo translata foret, non obstantibus modo iis, quæ pro parte aduersa
4 dicebantur, quòd in † generali translatione omnia cēsentur translata, quæ non sunt reseruata: & hic cùm
non sit reseruata possessio ciuilis, ergo non est translata: quia duobus modis videntur: primò, quia ciuilis nō
fuit translata: quia modus transferendi nec verus nec
5 fictus interuenit: secundò, quòd † satis possessio ciuilis
esset reseruata, ex quo donans prohibuerat, quòd donatarius eius vita durante non posset se intromittere.
Non obstat, quòd possessio ciuilis possit stare sine dominio, Bartol. in l. 2. colum. 3. ff. de acquirend. possess.
6 & patet in vendente † rem alienam, & constituente
& possidere nomine emptoris: quia dominium &
ciuilis possessio manet penes emptorem: quia fuit dictum, quòd istud est ratione actus ficti, videlicèt contractus, non ob id quod dato, quòd quis non habeat
7 instantiam in re, nihilominus habet ciuilem: & in † debitorem, qui rem suam pignore creditori tradidit: nā
licèt ipse debitor non possit in se insistere, tamen habet ciuilem: hinc est, quòd ipse præscribit: quia fuit responsum, quòd istud est propter dominium, quod habet: & hic donatarius illud non habebat. Nō obstante, quòd si possessio ciuilis non est translata, ergo illa
8 † verba in donatione posita, dedit, transtulit, &c. essent sine effectu operandi: quia fuit responsum, quòd
talia verba satis operantur post mortem donantis. Itē
fuit dictum, quòd l. quisquis est exorbitans à dispositione iuris communis, & continet vnum de mirabilibus in mundo, vt dicunt Doctores ibi. & licèt, quan-
9 do † reseruatur vsusfructus fo. malis, transfertur possessio ciuilis & dominium, vt dicit gloss. final. quam sequuntur ibi Doctores, & Curr. Iun. consil. 127. non debemus extendere illam l. quando quis reseruet dominium, aut vsumfructum: & tantò magis stante prohibitione testatoris, vt nullo modo in re donata durante
eius vita se intromittat

SVMMARIVM.

1 *Portionario, qui retenta portione ascendit ad dignitatem, qua ad seruitia portionarij incumbentia non tenetur nec deputatur, sed sedem & vocem portionarij amittit, an tanquam antiquiori debeatur canonicatus.*

DECISIO CCXVII.

IN causa Salamantin. canonicatus dubitaui die 18. Fe
1 bruarij, 1549. posito, quòd portionarius † nomine
pensionis tenetur decantare missas, deseruire altari, &
assumere cappam, & cum illa ascendere ad chorum, &
cantare, & alia officia facere: & quòd si portionarius
retenta portione ascendit ad dignitatem in eadem Ecclesia, non tenetur vlterius ad dicta seruitia portionariis incumbentia, sed amittit sedem & vocem portionarij nec vlterius vt portionarius ad officia & seruitia
infra & extra Ecclesiam deputatur, an tali portionario tanquam antiquiori iuxta bullam. Nicolai debeatur canonicatus, de quo agitur. Pro negatiua fiebat
fundamētum, quòd cessante causa cessat et dispositio:
& causa ascensionis erat remuneratio seruitij: & cùm
iste portionarius propter dignitatem nō teneretur ad
seruitium, ergo ascendere non poterat. Adducebat illud, quod dicitur de illo, qui prom sit da. e se acuminatum cum pedina, &c. & multa alia similia, de quibus in informationibus. Quibus non obstantibus, fuit
resolutum contrarium, eò quia hic non cessabat causa: quia huic portionario etiā quòd esset dignitas, dabatur ascēsio propter antiqua seruitia: & quia licèt haberet dignitatem, habebat etiam portionem: & licèt
actu nō seruire poterat, tamē vt portionarius seruire.

EPITOME.

In causa Malacitan. decimarum.

SVMMARIA.

1 *Bulla Innocentij quo casu non censeatur subreptitia quoad assertionem Papæ in ea contentam.*
2 *Papa Ordinis mentionem faciens non præsumitur eius statum ignorare.*

DECISIO CCXVIII.

DIe 20. Februarij 1549. in vna Malacitan. decimarum, dubitaui præsupposito, quòd à primæua
institutione magistratus Ordinis de Calatraua, cuius Petrus Magister erat creatus in d. magistratu pro
defensione fidei Christianæ ad pugnandum contra infideles: & quòd reditus dicti magistratus fuerunt
deputati, vt opponerentur in bello cōtra infideles: &

quòd non constet dictum Petrum Magistrum habuis
1 se alios reditus, nisi reditos dicti magistratus, an † Bul-
la Innocētij tacitè de præmissis reddatur subreptitia,
vel saltem non verificata: & fuit resolutom, quòd Bul
la non esset obreptitia vel subreptitia : quia in Bulla
Innocentij fuit narratum, quòd Petrus esset Magistet
millitiæ Calantianæ: & in Bulla Roderici Episcopi,
ad quam Bulla Innocentij se referebat, fuit dictum,
qoòd d. Petrus erat Magister militiæ Ordinis de Calā
tiana. Et cùm Papa iotellexerit Petrum esse Magistrū
militiæ, per cōsequens quòd nihil proprium haberet:
& cùm isti milites teneantur ad tria vota, sicut & alij
religiusi, ideò faciendo mentionem, quòd ex quo e-
2 rat Magister Ordinis militiæ, Papa † intellexit, ꝙ erat
pauper, & nihil habebat, ex qoo de istis facit mentio-
nem, Card in c. sanè. colū. 3. io 4 notab. de regularib.
& cùm eius status, & ad quem finem sint reditus inuen
ti, non est dicendum, quòd Papa ignorauerat statum
eorum, dicendo, Petrū esse Magistrū, & per consequēs
non est subreptitia, immò verificata. Nō obstat, quòd
dictū fuerit Petrum reeuperasse, argu l. post mensem.
§. inter. iuncta gloss. & ibi Bart & alij notant. ff quom.
ex facto tutoris, &c. & suum dicitur, quoad vtilitatem
& administrationem.

SVMMARIA.

1 *Portionarius habens dignitatem an possit ratione antiquitatis etiam obtinere canonicatum.*
2 *Seruitia quomodo portionario non obstent in ascensione.*
3 *Portionarius potest non ratione dignitatis, sed vt portionarius deseruiendo distributiones quotidianas ratione portionis consequi.*
4 *Remissoria danda est ad probandum quòd habentes beneficia pensione grauata non possint ascendere.*

DECISIO CCXIX.

IN causa Salamantio. eanonicatus & præbendæ, die
1 25. Februarij, 1549. proposui dubium, an † Petrus ha
bēs portionem ad dignitatē, possit etiam ratione por
tionis ad canonicatum ascendere : & an sit danda re-
missoria super eo, ꝙ habentes beneficia grauata pen-
sione nō possent ascēdere. Et super prima parte du-
bij, quod cùm Anton. duplicem personam repræsen-
taret, & quòd ratione portionis poterat etiam portio
narius ascendere, prout etiam resolutum fuerat supra
2 decisi. 217. Non obstat, quòd † causa ascensus erāt ser
uitia, & ideò necessarium erat, quòd seruitia adessent
tempore, quo ascēdere volebant: & cùm isto casu te-
neretur deseruire, ergo non poterat ascendere : quia
fuit negatum, quòd esset necessarium, quòd tempore
ascensus deseruire teneretur, quia aliàs sequeretur,
quòd simplex portionarius impeditus, & actui non de
seruiens oon possit ascendere. Et ideò quia iste ascen
sus fiebat propter seruitia præterita, & propter anti-
quitatem, sufficiebat, quòd esset antiqoior, & in præte
ritū deseruisset nō obstat ꝙ iste si interesset in choro,
3 † non posset consequi distributiones quotidianas
duplicatas: quia fuit dictū, quod cùm distributiones
dentur ratione inter essentiæ, & cùm non possit pro
duobus interesse, nimirum sic non consequatur distri
butiones quotidianas duplicatas: sed iste nō erat ca-
sus noster, & maximè cùm Antonius licèt vt dignitas
in multis noo teneretur deseruire, vt portionarius de
4 seruiret. Quoad secundum caput † stante finito fuit di
ctum, quòd daretur remissoria. Et non obstat, quòd
Michael haberet portionem grauatam, quando ipse
ascendit: quia fuit dictum, quòd istud non constitit ca
pitulo, nec contra eum fuit oppositum, quando ipse
volebat ascendere. Et fuit dictum, quòd daretur pun-
ctus, an portio & dignitas essent incōpatibiles ex con-
stitutionibus Ecclesiæ Salamantin. propter 11. aut 14.
cap. ita vt Antonius tanquàm portionarius ascendere
non posit.

EPITOME

In causa Romana casalis decretum iudicis quo casu præsumptum fuerit erroneum.

SVMMARIVM.

1 *Decretum iudicis dicitur esse inconsideratè & per errorē interpositum super rerum minorum immobilium alienatione, si in instrumento venditionis dicatur, quod venditores (qui erant minores) tenerentur de euictione, etiamsi actoris culpa & negligentia res euinceretur, aut per imprudentiam iudicis.*

DECISIO CCXX.

IN causa Romana casalis die vigesimoquinto Fe-
bruarij, 1549. proposuit dubiū, an ad instrumentū,
de quo agitur, constet decretum interpositum à iudice
fuisse & esse erroneū, & de falsa causa saltē in tantū, vt
transferatur onus probandi contrarium in actores nō
1 obstante iuramento. Et fuit resolutum, quòd ex † quo
in instrumento erat positum, quòd venditores teneren
tur de euictione, etiam si culpa & negligentia actoris
res euincererur, etiam per imprudentiam iudicis, quòd
ex quo super ista regula iudex interposuerat decretū
quòd euidenter apparebat, quòd non consideratè, im
mò potiùs per errorem decretū suum interposuisset: &
sicut super eo consideratom fuerat, ita etiam super a-
liis, quòd non erat faciendum fundamentum super de
creto, sed quòd dubitaretor, an ex quo venditio fuit
facta ex causa æris alieni, & quia creditores vrgebant,
causa præsumatur vera, ex quo sumus in contractu mi
norum iurato.

EPITOME.

In causa Fundana Sancti Antonij.

SVMMARIVM.

1 *Titulus canonicus ad obtinendam absolutionem ex quibus præsumitur.*

DECISIO CCXXI.

IN causa Fūdan. Sancti Antonij vigesimoquinto Fe
bruarij, 1549. proposui dubium, an præsupposita
emissione trium votoriū, emissorum in manibus Epi-
scopi, de cuius facultate non constat, & possessione vi
ginti annorū vel circa, ac solutione annui census per
dictum tempus priori, de qoo agitur, stantibus literis
1 Apostolicis, dicatur † satis constare de canonico titu-
lo, ad effectum obtinendi absolutionem. Et fuit di-
ctom & resolutum, qoòd stante deperditione scriptu-
rarum confecta & possessio annorum viginti vel cir-
ca, & solutione censuum, quòd presumerentur omnia
solemnia: quia maximè agebatur de auferendo bene-
ficium possessum per Episcopū per viginti annos fuit
benè dictum, quòd daretur dubium, an cedula reten-
tionis sit surreptitia, ita vt præceptoria per promotio
nem ad Episcopatum dicatur vacasse.

EPITOME.

In causa Romana castri Feliciani vsusfructus appositio an intelligatur de casuali, & non de formali.

SVMMARIA.

1 *Vsusfructus à donante reseruantur non de formali, sed casuali intelligitur, qui cùm proprietate coniunctus est.*

2 *Fundo legato appellatione fundi venit vsusfructus & dominium, & postea legato vsufructu, necessariò intelligitur de formali.*

3 *Vsufructus & dominium sunt quidem incompatibilia: sed clausul. quòd donans reseruauit sibi vsumfructum dominij, indicat donantem durante vitu sua planam sibi proprietatem reseruasse.*

4 *Dominium alteri reseruato vsufructu casuali donatum est possessorium iurisdictionis, habetque causam proprietatis admixtum.*

DECISIO CCXXII.

IN causa Roman. castri Feliciani die 10. Martij, 1549.
proposui dubium, an reseruatio vsufructuũ, de qua
in instrumento donationis Archiepiscopi intelligitur
de casuali vel potiùs formali: Et posito, quòd de ca-
suali, an sit possessorium iurisdictionis, & habeat ad
mixtam causam proprietatis, ita quòd sit locus Egi-
dianæ. Et fuit determinatum circa primam partẽ du
1 bij, quòd † intelligeretur de casuali, & non de forma-
li, per l. vsufructu relicto. ff. de vsufruct. Nam ex quo
donans in casu isto reseruauerat sibi dominium non
poterat intelligi de vsufructu formali: nam res sua ne
mini seruire potest. Et ideò intelligẽdum erat de vsu
fructu casuali, qui coniunctus est cum proprietate, iu
xta uo. per Baldum in l. si ita stipulatus. § Titius. ff de
verborum obligationib. Nec inter ista erat aliqua in
compatibilitas, prout erat in l. si Titio fundus. ff. si vsu
2 fructu legat. quia † legando fundum appellatione fun
di venit vsusfructus, & dominium. Postaà legando
vsumfructum de necessitate erat intelligẽdum de for
mali, & cùm ista essent incompatibilia, copula pone-
batur pro disiũcta. Et licèt vsusfructus proprietarij,
3 & dominiũ sint incõpatibilia: tamẽ † verba notarij di-
cẽtis, quòd donãs reseruauit sibi vsumfructum Domi
nij, nec erant intelligenda impropriè pro illa commo
ditate vtendi fruendi: ita quòd sensus erat, quòd do-
nans durante eius vita plenam proprietatem sibi re-
seruare volebat. Ad secundam partem dubij fuit di-
4 ctum, quòd † istud esset possessorium iurisdictionis: &
quando agitur contra Principem, tunc habet iustam
causam proprietatis, & ita intelligenda erat decisi. Cas
sad. 1. de restitu. spoliat. Tamen hic non agebatur cõ
tra Principem, sed contra priuatum. Et in Saluiano
nuda possessio vocatur qualiscunque sit illa possessio,
quæ erat penes hypothecantem, hinc precaria fuit, &
alia danda erat actio cum sua qualitate.

EPITOME.

Cap. lator. qui filij sint legitimi, quomodo intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Termini duorum mensium præfixio ad expediendam illegitimitatis causam non accipitur indistinctè, sed quando de malitia constat.*

DECISIO CCXXIII.

IN vna Carthaginens. illegitimitatis coram me pen-
dente vndecima Martij, 1549. fuit resolutum, quòd
1 † Cap. lator. qui filij sint legit. loquitur de præfixione
termini duorum mẽsium ad expediendũ causam ille-
gitimitatis, intelligebatur non ita indistinctè, sed quã
do constat de malitia, vt erat in casu illo, in quo causa
pependerat coram Episcopo. Nonnino, qui causam
expediebat. Itaq; Papa mandauit Episcopo, vt causam
intra duos mẽses expediret aliàs quòd remitteret cau
sam bonorum determinãdam iudicibus secularibus.
Et ita illum textum intelligunt ibi Abb & Præposit.

EPITOME

In causa matrimoniali etiam inuitis coniugibus fratres vxoris admissi pro eorum interesse.

SVMMARIA.

1 *Fratres vxoris si petant se in causa matrimoniali admitti pro suo ipsorum interesse, audiendi sunt, non autem si veniant vt procuratores sororis, nisi speciale habeant mandatum. & nu. 4.*

2 *Coniunctus non potest in causa matrimoniali pro vxore interuenire, si ipsa constituerit procuratorem.*

3 *Pater non potest pro filio eo inuito procuratorem in causa matrimoniali constituere.*

DECISIO CCXXIIII.

IN vna Hispalen. matrimonij coram Domino Pere
1 grino 11. Martij, 1549. fuit resolutũ, quòd † in causa ma
trimoniali pendente inter Marchionem & Marchio-
nissam de Tariffa super fẹdere matrimonij dato, quòd
ipsi inter se agerent, quia Marchionissa petebat disso-
lutionem, & Marchio stabat pro validitate. Tamen
non obstan. fratres Marchionissæ, qui petebant se ad
mitti ad causam per eorũ interesse, quòd erãt ad cau-
sam admittendi per dictum Specul. in titul. qui matri.
de cons. part. §. debet. versicul. si verò hi quos. dum di-
cit etiam inuitis coniugibus. Et quia si ipsi fratres pro
reintegratione matrimonij essent admittendi, vt dicit
Abb. post Hostiens. in c. tenor. nu. 7. de re iudic. faci-
lius admitti debeant ad petendum eius conseruatio-
2 nem. Non obstat, quòd † Marchionissa constituisset
procuratorem, & ideò coniunctus non potuisset isto
casu ipsa interuenire, vt dicit Ias. in l. exigendi, colum.
2. in 3. limit. C. de procu. cùm videatur eum prohibuis
se constituẽdo alium. Item quia in causa matrimonia
li requiritur speciale mandatum, prout dicit Ias. in di
cta l. exigendi. colum. 3. in 5. limit. Item quia videtur
3 gloss. in c. accedens. de procur. quòd † pater pro filio
inuito in causa matrimoniali procuratorem cõstitue
re non potest: ita ergo dicendum in casu isto, quòd
fratres inuitis coniugibus agere non possent: quia ad
ista omnia fuit dictum, quòd si isti fratres vellent ve-
4 nire † tanquã procuratores ipsius Marchionissæ, quòd
istud nõ possent: & ita procedũt allegata. Sed si isti fra
tres volunt agere, & venire ad causam pro eorum in-
teresse, quòd erant admittendi, per superius dicta.

EPITOME.

Clemen. quòd filij presbyterorum non possunt tenere beneficia parentum, quomodo intellecta.

DECISIO CCXXV.

IN vna Calciaten. canonicatus coram Domino Fa-
1 bio 11. Martij, 1549. fuit resolutum, quòd ex quo
in illo casu Petrus pater Hieronymi per 20. annos an
te Clem. dimiserat beneficium, de quo agebatur, &
quòd in beneficio patris ipse succedebat post 20. an-
nos à die factæ resignationis per dictũ ipsius resigna-
tarij, quòd verba Clemen. quæ dicunt tenore præsen
tium statuimus & ordinamus, quòd filij presbyterorũ
de cẹtero obtinere non possint beneficia eorum pa-
rentũ, quẹ aliquãdo obtinuerũt post Clem. quasi illa

diſtio de cætero in principio poſita omnia ſequentia
determinarer: Et quia cramus in cõſtitutione corre-
ctoria iuris communis, vr minus ccuſeceiur lædere ius
cõmune, & tantò magis in caſu iſto, in quo nulla ſcaus
excogitari poterat, & Clemen. crat inuenta ad obuian
dum ſrandibus.

EPITOME.

Coadiutorias Papa concedendo in omnibus menſibus cum futura ſucceſſione dicitur concordatis contrauenire.

SVMMARIA.

1 Coadiutoria cum futura, ſucceſſione in omnibus menſibus per Papam concedi non poteſt ſi aliud ex concordia per Sedem Apoſtolicam confirmata obſeruetur. & num. 17.

2 Regula de menſibus ordinariorum remouet tantùm reſeruationes & expectatiuas aliorum ordinariorum diſpoſitionẽ impedientes.

3 Coadiutoria cùm non niſi durante coadiuti vita duret, ipſius morte beneficium vacare dicitur.

4 Legatis dulcibus, veniunt potabilia & comeſtibilia: ſed legata vini amphora & omnibus dulcibus relatione ad vinum facta veniunt tantùm potabilia.

5 Vniuerſalis clauſula debet referri tãtùm ad ea, quæ ſunt eiuſdem non autem diſſimilis ſpeciei.

6 L. in teſtamento. ff. de regul. iur locum non habet in legatis.

7 Reſeruatio non de incerto tantum corpore ſed de certo quoque fieri poteſt & de poſſidentis conſenſu, quæ ſpecialis nuncupatur reſeruatio.

8 Clauſ. quamuis aliam diſpoſitionem, refertur ſemper ad ſimilis expreſſa.

9 Coadiutoria cum conſenſu de futura ſucceſſione non eſt reſeruatio ſimplex, nec ſimplex reſeruatiua diſpoſitio, ſed mixtum quiddam propter conſenſum.

10 Coadiutoria de futura ſucceſſione, cuius reſpectu defuncti conſenſus nihil operatur, ſimplex eſt diſpoſitio.

11 Regreſſus cùm fit ex voluntate reſignantis non niſi ſeruato regreſſu reſignare volentis, non inducitur noua vacatio ſed eſt quadam primæui iuris continuatio propter eius voluntatem, quæ cum locus eſt regreſſui, adhuc durat, qui legem rei ſuæ præſcribit.

12 Coadiutoria fictionem non vacationem aut primæui iuris, quod coadiutor habebat, in coadiutum continuationem recipit, cùm ius ſit titulare.

13 Coadiutoria non ob benemerita ſed Eccleſiæ neceſſitatem datur, & in laborum recompenſam fructuum portio coadiutori conceditur.

14 Coadiutor ſi ordinariis ceſſantibus detur per appoſitionem manus Papæ, an ordinarius de coadiutoria ceſſante diſponere non poſſit.

15 Ordinario quando non obſtet affectio per manus appoſitionem à Papa factam in diſpoſitione de coadiutoria.

16 Regreſſus cùm habeat cauſam à iure de præterito, ſemper præſumitur: at non coadiutoria.

DECISIO CCXXVI.

IN vna Germana concordatorum, quam propoſui
1 11. Martij, 1549. dubitaui, an ſtantibus † verbis con
cordatorum, maximè in illis verbis: Placet etiã quòd
per quamcunq; aliam reſeruationem, Papa conceden-
do coadiutorias cum ſutura ſucceſsione in omnibus
menſibus, dicatuc concordatis contrauenire. Et pro
reſolutione fuit præſuppoſitum, quòd in concordatis
fiebat mentio de duplici reſeruatione, ſcripta in iu-
re, & de qua Papa loquitur vſque ad verba, placet
etiam nobis in ſecunda reſecuatione, quæ non eſt,
ſccipta in iuce: & de cauſa habetur ſermo in dicto ver
ſicul. placet etiam nobis. Secundò fuit præſuppoſitum
quòd concordata crant facta cauſa vnionis, pacis, &
trãquillitatis inter Eccleſiam Romanam & Principes
tã eccleſiaſticos, quàm ſeculares nationis Germaniæ,
quòd per regulam cancellariæ concedebat aliis ordi
nariis: & gratia vberior in duobus conſiſtit. Primò reſ
pectu temporis: quia vbi Papa aliis ordinariis conce
dit quatuor menſes, iſtis ordinariis Germaniæ conceſ
ſit ſex menſes. Secundò vbertas gratiæ ex alio conſtat,
2 videlicèt circa remotionẽ obſtaculorum: quia † quo
ad alios ordinarios Papa in regula de menſibus ordi
nariorum tantùm remouit reſeruationes, & gratias ex
pectatiuas, impedientes diſpoſitionem aliorum ordina
riorum. Et hic Papa, vltra reſeruationes & gratias ex
pectatiuas, voluit remouere quæcunque impedimenta
impedientia ordinarios Germaniæ in diſpoſitione ſua
quòad illos ſex menſes. Iſtis ſic præſuppoſitis, quòd
Papa videretur contrauenire, fuit per omnes conclu
ſum: Et quod deciſi. Caſſad. vnica, pact. eſſet vera. Et
pro cõcluſione dicebatur pro parte affirmatiua, quòd cùm
conuenirent verba legis, cõuenit ipſa lex coadiutoriæ
cum futura ſucceſsione, & eius diſpoſitio, ad not. per
3 Doct. in c. cùm in illis. §. 1. de præb. in 6. Item † per
mortem coadiuti beneficium dicitur vacare: cùm co
adiutoria non ducet niſi durantẽ vita coadiuti, Car-
din. in cap. fin. de materia coadiutoriæ, in tractatu de
clericis ægrotan. & ſic cum coadiutoria fit diſpoſitio
de beneficio vacanti: & Papa promittit in illis verbis,
quòd in ſex menſibus non vult impedire ordinarios
per ſuas reſeruatorias, gratias expectatiuas, & quaſcun
que alias diſpoſitiones, & per conſequens coadiuto-
rias. Non obſtant modo adducta in contrarium, ex
quorum reſponſione iſta materia clara redditur. Et
in primis dum opponebatur, de textu in l. fin. §. cui
dulcia. Et fuit motiuum Dom. Anto. Galeſij. Nam ibi
4 dicitur, † quòd cui dulcia legata ſunt vina, dulcia po-
tabilia & comeſtibilia veniunt. Sed ſi dictum fuerit:
lego vini amphoram, & omnia dulcia, collatione vini
tantùm veniunt potabilia: ita eſſet in caſu noſtro dicẽ
dum, vt illa verba, vel quamuis aliam diſpoſitionẽ, ex
collatione prima præcedentis verborũ eſſent reſtrin-
genda ad diſpoſitionem ſimilem præcedentem, vide-
licèt reſeruationibus & expectatiuis, quæ fiunt ſine
conſenſu, & ad certum corpus: ergo ſub illis verbis ge
5 neralibus nõ venit coadiutoria: quia tantùm illa † vni
uerſalis debet referri ad illa, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei,
non autem diſſimilis ſpeciei, per dictum §. cui dulcia.
Sed ad illum textum fuit reſponſum quatuor modis.
& primò, quòd illud dicitur ĩ materia reſtringibili: quod
patet, quia concordia erat facta ex cauſa, & Papa pro-
pterea intendebat vberiorem iſtis ordinariis gratiam,
quã aliis facere. Et ſi dicatur, quòd text. in d. l. fin. §.
cui dulcia. loquitur in materia reſtringibili, quia in le
gatis, in quibus voluntas teſtatoris plenius interpreta
tur. l. in teſtamento. ff. de regul. iuris. fuit reſponſum,
6 quòd † text. d. l. in teſtamento non habet locum in le-
gatis, ſecundum Dec. ibid. vel ſaltem dictus. §. cui dul
cia. ſtrictè eſt interpretandus, ex quo tractatur de præ-
iudicio hæredis: quo caſu etiam in legatis etiam fit
ſtrictè, ſecundum Cagn. in d. l. in teſtamento. Secundò
fuit reſponſum, quòd licet in principio illius §. placet
etiã nobis: vbi iuriſcõſultus incipit ab enunciatione
ſpecierum enumeratarum: Tamen in alia parte poſteà
ſubſequenti ponitur genus abſque enumeratione ſpe
ciecũ, vt patet in illis verbis, præſeruationibus aliis præ
miſſis & diſpoſitionibus nõ obſtãtibus quibuſcũque:

& sic cum generaliter loquitur, generaliter debet intelligi. Item & tertiò fuit dictum, quòd falsum erat,
7 quòd † reseruatio fieret tantum ad incerta corpora cùm etiam possit fieri de certo corpore & de consen su possidentis, & illa appellatur specialis reseruatio, vt Aeneas de Falco.in tractat reseruat. a.q. in princip. dum tractat de triplici reseruatione. Et ideò cum reseruatio possit fieri de cõsensu,& siue ad certũ corpus, vel incertum:& Papa excludebat quamcunque reseruationem, ita & excludit quamcunque dispositionem de consensu, vel siue ad certum corpus vel incertum.
8 Itaque verum erat dicere, quòd † verbum, quamuis aliam dispositionem, semper referatur ad similia expressa:& nisi dicamus, quòd verbum, reseruatio præcedens, excludat reseruationem etiam de consensu, certè parata esset via,qua concordata eluderentur,videlicèt, quia quilibet consentiret,vt Papa beneficium pro suo nepote vel consanguineo post vitam suam reseruaret. Quartò fuit dictũ,quòd illa verba,quamuis aliam dispositionem impedientem ordinarium in sua dispositione in illis sex mensibus, non obstant quatuor fundamentis Domini Antonij Gabrielis: dum
9 dicebat, quòd † coadiutoria de consensu cum futura successione non est simplex reseruatio, nec simplex reseruatiua dispositio : ergo excludendo expectatiuas & reseruationes non excludit coadiutorias, tanquam sint dispositiones mixtæ:quia fuit responsum, quòd si coadiutoria dicitur quid mixtum per consensum, dico, quòd esset reseruatio cum consensu, quæ est exclusa quòd esset quid mixtum : ergo meritò ab vno ad aliud licitum erit arguere. Iteo, licèt coadiutoria respectu consensus sit quid mixtum, tamen quia isto casu non tractabatur de ista coadiuto-
10 ria, † sed de illa successione, respectu cuius consensus defuncti nihil operatur, sequitur, quòd sumus in dispositione simplici. Et istud est, quod dicit Alciat. in l.a.ff.de verborum obligat. quòd quando duæ dispositiones æquè principaliter conglutinantur, iudicantur pro separatis & simplicibus, post Doctores quos ibi allegat. Non obstat,quòd regressus in concordatis non comprehenditur:Ergo nec coadiutoriæ: cùm æquiparentur:& sic videmus,quòd ex stilo referendariorum in suspensione quarumcunque gratiarum sem per præsupponitur regressus, & accessus de consensu coadiutoriæ: quia fuit responsum tenendo cum deci. Cassad.in hoc casu contr. Transmontanos, quòd
11 diuersa erat ratio. Nã† regressus ideò non cõprehenduntur sub concordatis, quia ea voluntate resignantis non aliter volentis resignare, nisi reseruato sibi regressu: Et Papa ita admittens præscriptionem iuris, non videtur inducta vacatio, sed potiùs est quædam continuatio primæui iuris, propter voluntatem eius, qui legem in re sua apponit:& illa voluntas tempore, quo locus est regressui, adhuc durat : & sic fingitur, quod nulla interuenit vacatio. Et quia fit dispositio in eadem persona,& non diuersa & concordata,videmus loqui in dispositione,quæ tempore vacationis fit
12 in diuersam personam.Sed in† coadiutoria ista fictio non vacationis fieri non potest, nec coadiutor potest continuare:cùm ius esset titulare,& ideò dispositio dicitur fieri in diuersam personam,& non in eandem,ergo dicitur contrauenire. Non obstat,quòd coadiutoria datur propter benemerita, & ideò dispositio simpliciter loquens non habet locum in dispositione remunerationis,l.Aquil.reg ff de donat. quia istud non
13 est verum,sed datur† propter necessitatem Ecclesiæ, cui coadiutus non potest inseruire,c.1.de cleric.ægrotan.in 6.& toto tit.extra.& in recompensam suorum laborum coadiutori datur portio fructuum,d.c. 1.de rectoribus.de cleric.ægrotan & ideò si aliunde remunerationem haberet, non deberet sibi dari accessus, nec quòd solutor compensatio quicquam facit.propter compensationem non dicitur Papa à sua remuneratione vel promissione recedere: Non obstat secundò,quòd per appositionem manus Papæ dando coadiutorem,ordinariis cessantibus, coadiutor de illa disponere non potest. Et ista coadiutoria de iure licèt sit futura successio,nihil de nouo inducit:quia absque ea etiam ordinarius disponere non potest: quia fuit
14 responsum,& primò dubitatum,an per† dationem coadiutoris induceretur talis effectus, vt ordinarius disponere non possit: quia simile quid adducebatur de commenda,vbi non habet locum: quia in commenda beneficium vacabat,& Papa per manus appositionem declarabat, quòd de eo disponere intendebat: sed in isto casu quando datur coadiutor, beneficium non vacat,sed facit illud,quod est de iure Et ratio non videtur per talẽ appositionem beneficium afficere, ita vt ordinarius cessante coadiutoria non posset de beneficio disponere.Sed positio,quòd per dationem co
15 adiutoriæ beneficium esset affectum,tamen† cum Papa dicat in concordatis in d.versic.reseruationibus aliis ac præmissis dispositionibus non obstantibus quibuscunque,& ista reseruatio seu affectio inter præmissa non sit enumerata,sequitur,quòd talis affectio ordinario nõ obstat. Etiam fundamẽtum Domini Mar
16 ci Antonij quòd sicut† regressus præsumitur,quia habet causam à iure de præterito,ita & coadiutoria : cũ videatur dependere ab illo iure de præterito : quia ex præmissis colligitur responsio,quòd successio nullam dependentiam habeat à iure de præterito. Immò cùm contineat duo,quę ęquè principaliter reputantur pro separatis,iuxta Alciat.in l.a.ff de verb.oblig. Non obstat motiuum Domini Martini Roman. dum dicitur,
17 quòd Papa† de iure potest coadiutorem cum futura successione deputare, vt patet in c. sicut.§. ex his auctoritatibus.14.quæst.5.& in c.sequent.§. non autem. vbi Angelus successit in Ecclesia Hipponen. de consensu possessoris: quia non negatur, quin Papa istud possit,sed stantibus concordatis dicitur, quòd passim Papa deputando coadiutores cum futura successione dicitur concordatis contrauenire:ex quo verba concordatorum conueniunt isto casu,vt in principio diximus. Et quando Papa in simili casu illorum iurium ex causa,de qua ibi,& similes personas, de quibus ibi fit mentio,deputaret, credo, quòd natio Germanica nõ contradiceret:& ideò sublatis fundamentis fuit conclusum,quòd deci.Cassad.esset vera.

EPITOME

Familiaris primi Cardinalis defuncti,qui ante familiaritatem primi beneficia obtinebat,si transit ad familiaritatem secũdi Cardinalis,& ea durante decebat,an Papa debeat conferre de consensu istius Cardinalis.

SVMMARIA.

1 *Papa an possit liberè cõferre beneficia familiaris Cardinalis, sine consensu secundi Cardinalis,in cuius familiaritatem transiens obierat.& nu.4.*

2 *Beneficia familiaris moriente primo Cardinale transeuntis ad aliam familiaritatem non potest lucrari Papa, sed ex priori familiaritate affecta maneat,& secundi Cardinalis consensus non requiritur.*

3 *Collatio si ad aliquem de consilio alterius, qui mortuus est, spectet,nec cum consimili haberi possit,pertinebit liberè*

ad primum.
5 *Reseruatio maior offuscat minorem si sit personalis:secùs si realis.*

DECISIO CCXXVII.

BErnardinus de Grassis obtinens quædã beneficia,
& inter alia canonicatũ & preb.Ecclesiæ Fulgin.
primò fuit familiaris Rreuerendiss Cardinalis Nea-
pol.& post eius obitum transiuit ad familiaritatẽ Re-
uererẽdissi.Sabelli:& durãte dicta familiaritate obiit,
post cuius obitum fuit dubitatum,an Papa posset cõ-
ferre beneficia vacantia per obitum dicti Bernardini
sine cõsensu Cardinalis Sabelli. Et ad instantiam Da-
tarij 15.Martij,1549.proposui huiusmodi dubium,an
1 † Papa possit liberè sine cõsensu Reuerẽdissimi Car-
dinalis Sabelli prouidere de beneficiis vacãtibus per
obitũ Domini Bernardini de Grassis.qui in familia-
ritate continua & commensalitate dicti Reuerendis-
simi Cardinalis Sabelli decessit, attento,quòd Domi-
nus Bernardinus,quòd anteà fuerat familiaris conti-
nuus commensalis bo.mem. Cardinalis Neapol.dicta
beneficia obtinebat.Causa erat intitulata Fulginat.
canonicatus.istam quæstionem ponit Sarnen in reg.
de impetrãdis beneficiis vacantibus per obitũ fami-
liaris Cardin.q.80.& arguit ad partes,& eam non re-
soluit.Ego eum casum seu articulum bis posui in
Rota,& post binam positionem etiam fuimus diuisi.
Nã ego,ea quo causa erat extra Rotã,cũ tribus aliis,
& sic quatuor,tenebamus quod Papa posset solus cõ-
ferre absq; consensu Cardinalis Fundamentũ vnum in
duobus consistit.Primò,quia in reg.3.reseruat bene-
ficia familiarium Cardinalium:& quia ex ista reserua-
tione commodũ Papa sentit,& Cardinalis,propter
quem vel cuius causa inducitur reseruatio,præstat a-
limenta ipsi familiari,ideò Papa in totum non vult
excludere Cardinalẽ à collatione,sed vult facere col-
2 lationem cum cõsensu Cardinalis:& † cum ille Car-
dinalis moritur, & ille familiaris transit ad aliam fa-
miliaritatem,quòd beneficia prius obtenta,Papa nõ
potest lucrari,cùm iam beneficia ea prima familiari-
tate remaneant affecta. Et ideò non est mirum,si cõ-
sensus secundi Cardinalis non requiratur: quia ea eius
familiaritate nihil quæritur.Inde inferebatur,quòd
per obitum primi Cardinalis beneficia remanebãt af-
fecta,& reseruata: & ista tanquàm maior reseruatio
debebat offuscare aliam ex familiaritate dicti Cardi-
nalis,si quę considerari poterat, tanquàm minorem:
& istud videbatur considerare Commentator in reg.
de impetrand.benefic.famil.Cardi.Secundum funda-
mentum fuit:quia licèt ad impetran. beneficia si fa-
miliaritas ei præiudicat,generaliter loquendo, quòd
requiritur consensus Cardinalis. Tamen posteà sub-
dit, quòd familiaris fuit duorum Cardinalium,quòd
requiritur consensus primi Cardinalis,si est mortuus.
Casus est omissus à regula:& ideò dicitur determinari
secundum dispositionem iuris communis: & de iure
3 est,† vbi collatio pertinet ad aliquem de cõsilio alte-
rius,& ille est mortuus,cum consimili haberi nõ pos-
sit,collatio liberè ad primum pertinebit,& ideò dicit.
text.in c.1.§.fin.ne sede vacan.in 6. Ergo erit dicẽdũ
in isto casu,quòd Papa qui debet conferre de consen-
su primi,nam ille primus mortuus non posset consen-
tire,quòd collatio liberè spectat ad Papam. Alij verò
4 quatuor tenuerunt contrarium,videlicèt quòd † Pa-
pa teneretur conferre cum consensu Cardinalis,
moti amico fundamento,videlicèt propter gene-
ralitatem regulæ de impetratione beneficij vacan.
per obitum familiariũ Cardinalium. Nam regula in
principio vult, quòd debeat interuenire consensus
Cardinalis:& licèt regula dicat, quòd quando est fa-
miliaris duorum Cardinalium, quòd requiratur consen-
sus primi tantum.quãdo primus moritur remanemus
in terminis regulæ:vt illius consensus requiratur. Itẽ
propter expẽsas,quas secũdus Cardinalis illi familiari
sua ministrat,propter quod Papa vult,quòd consen-
5 sus debeat præstari. Non obstat, quòd † dicebatur de
minori familiaritate,vt illa secunda familiaritas Car-
dinalis debeat ad primam reseruationem Papæ obser-
uari: quia dicebat vnus ex istis quatuor, quòd illa re-
seruatio esset realis,& non personalis: quo casu istud
non procedit, vt declarat Sarnen.in reg. de impetran.
beneficiis familiarium.q. 15.

EPITOME.

Portio & dignitas in Ecclesia Salamantina non sunt benefi-
cia incompatibilia nec ex iure,nec ex constitutione Nicolai V.

DECISIO CCXXVIII.

IN causa Salamãtina canonicatus,23.Martij,1549.
proposui dubium,an portio & dignitas sint benefi-
cia incomptabilia in Ecclesia Salamantin.de iure,vel
ex forma constitutionis Nicolai Papæ V. Et fuit reso
lutum, quòd de iure non essent incompatibilia, per
consil.Cardin.3. Ex constitutione Nicolai non erat e-
tiam beneficium incompatibile: quia licèt beneficiũ
dicat in 10.cap.& idem dicit in 14. & 15.cap. quòd
vacante dignitate prouideatur de ea antiquiori cano-
nico, & canonicatu antiquiori portionario, &
de portione antiquiori capellano, & sic in capi-
tulo debet prouidere, & non potest prouidere, nisi
beneficium vacet, sequitur, quòd inducitur vacatio:
Et per consequens ex ista constitutione incompatibi-
litas:quia fuit responsum primò, quòd ista ratio non
erat bona,Capitulum debet prouidere,seu prouideat,
ergo beneficium vacat:quia debet intelligi,quòd de-
bet prouidere,videlicèt eo dimittente:& si nollet di-
mittere, vel non ascendere,per sententiam erat cogẽ-
dus,ita quòd non erat verum dicere, quòd induceretur
tur vacatio ipso iure:quia non est dandam nisi in casi-
bus à iure expressis.Item & 2.fuit dictum, quòd illa
capitula 10.14.15.loquebãtur,in quibus prouisio spe-
ctat ad capitulum vel Episcopum,& sic vt mensibus
ordinariis:non autem eramus in prouisione Aposto-
lica,de qua constitutio non loquitur, Et Antonius
Loarte per Papam fuerat prouisus, & ideò non era-
mus in terminis constitutionis.

EPITOME.

Verba priuilegij scriptorum quomodo interpretata.

DECISIO CCXXIX.

DVbitauit Dominus Antonius Augustinus 15.Fe-
bruarij 1549.in vna Conchen.parochialis Sancti
Iacobi Huerta,an priuilegia scriptorum iuuent eos
ad expectatiuas sub quacunque data futuras: & fuit
resolutum,quòd sic,ex istis priuilegij verbis:vbi ita di
cebatur: Ipsisque familiaribus concessum,quòd in as-
sequutione canonicatus & aliorum beneficiorũ, quæ
vigore gratiarum expectatiuarum eis sub data Calẽd.
Septembris,Pontificatus anno secundo per nos con-
cessa,aut sub alia data concedenda,erant referenda ad
verba gratiarum expectatiuarum,non autem ad ver-
bum executionum.

EPITO-

EPITOME.

In causa Fundan.Præceptoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium si per promotionem Episcopi in Curia factam vacauerit apud Sedem,potest Praceptor generalis contra Episcopum agere vt ordinarius,vt remoueatur,& postea de beneficio alteri prouideatur.*

DECISIO CCXXX.

IN causa Fundan.Sancti Antonij,proposui dubium
1 die Veneris 22.Martij,1549.posito, quòd † benefi-
cium,de quo agitur, per promotionem Episcopi in Curia factam vacauerit apud Sedem, an Præceptor generalis Neapolitan.possit agere eo modo,quo agit contra Episcopum possessorē.Et fuit resolutum,ꝙ at tēto.Aluarus dela Guardia erat Præceptor generalis, & Vicarius Abbatię S.Antonij,licèt de isto beneficio tanquàm vacante in Curia disponere non possit,quód vt Vicarius & ordinarius agere poterat contra Episcopum,vt remoueretur,& prouideatur posteà de beneficio & Præceptoria per illum qui de ea,disponere poterat.

EPITOME.

Supplicationibus extractis ex registro Legati de Latere adhibenda est fides, si non ad canonizationem,sed ad probandum prouisionem esse certis personis factam producantur:& si liber pro legali habeatur.

DECISIO CCXXXI.

PRoposuerat Dominus Peregrin. 22.Martij 1549. in vna Terracon. Canonicatus & præbendæ dubium,videlicèt vtrum supplicationi extractæ ex registro legati de Latere standum sit. Et licèt pro parte negatiua allegaretur decisi.221.& 681.in antiq.de quibus meminit Staph. in tracta.de lit.grat. & iusti. fol. 140.q.2.in quibus dicitur,quòd supplicationibus iudicatur:& in casu isto istæ supplicationes non erant productæ, vt canonizarentur,sed vt eis probaretur,ꝙ de certis beneficiis erat prouisum per legatum certis personis,quòd posteà cessarēt, & ista cessatio petebatur canonizari.Et ideò fuit conclusum,quòd si ille liber,ex quo erant extractę istę supplicationes erat tentus per personam legalem & quòd esset ordinatè tentus,& quòd per Cardinales & alios erat tentus pro libro legali,quòd istæ supplicationes facerent fidem ad finem,de quo agebatur.Non obstat,quòd extractis ex registris supplicationum Papæ nō statur:Ergo à fortiori supplicationibus extractis ex registro legati:quia fuit dictum,quòd illæ decisi.pendebant ad effectum, vt ex illis supplicationibus canonizatio peteretur.

EPITOME.

Regulæ de mutationibus collationum requirenti consensum debere præstari intra triduum, præsumitur satisfactum, ex quo sunt expeditæ literæ.

DECISIO CCXXXII.

IN vna Paduan.parochialis Sancti Antonij,corā Do. Ant.Augustino 22.Martij,1549.fuit resolutum,quòd dicens formam regulæ de mutationibus collationum non esse seruatum, videlicèt consensum non fore extensum post triduum, ex quo ille, contra quem opponebatur, habebat literas expeditas: & præsumptio erat pro exequutorialibus, maximè cùm regula dicat,quòd aliter expediri non possint: Et cùm actus reperiretur factus,præsumebatur in tempore factus, per ea quæ dicit Abbas in c.biduum. de reg. iur. Deci.in c.in præsentia.in 10.notab.de probat.

EPITOME.

Exceptio vel replicatio quando dicatur requirere altiorem indaginem.

SVMMARIA.

1 *Saluianum interdictum admittit de iure exceptionem dominij incontinenter probandi.*

2 *Exceptio de statutis vrbis contra donationem factam an requirat altiorem indaginem,sic vt exceptio dominij opposita pro donatario non dicatur incontinenti probari.*

3 *Quastio dubia in iure,qua varias habet opiniones Doctorū, & in qua non reperitur communis opinio,altiorem requirit indaginem.*

4 *Quastio in iure dubia,licèt varia de ea Doctorum sint opiniones,si tamen pro vna parte communem habeat opinionem,ius clarum continere dicitur,& altiorem non requirere indaginem.*

5 *Statutum laicorum de donationibus non comprehendit donationem clericorum,qua de bonis suis etiam in laicorum fauorem disponunt.*

DECISIO CCXXXIII.

DIe 29.Martij,1549.dubitaui in causa Roman.castri
1 Felician.præsupposito, quòd iudicium † Saluiani
īterdicti de iure admittat exceptionem dominij, quæ
incontinenti probetur, & sine veri præiudicio, quòd
Archiepiscopus testatus esset de castro Feliciani, &
donauit, asserens se dominum, & vterque videlicèt
Henricus & Comes ex iure Archiepiscopi veniant,an
2 † exceptio de statutis vrbis contra donationem ipsi
Comiti factam,per Illustrem Dominam Helenam op
posita,ita dicatur requirere altiorem indaginem, vt
exceptio dominij opposita pro parte Comitis facta,
nō dicatur incontinenti probari, Fuit resolutum, ꝙ
licèt exceptio,de statutis,pro parte Dominæ Helenæ
opposita,videretur requirere altiorem indaginem,ta-
men exceptio dominij, opposita pro parte Comitis
nō requirebat altiorem indaginem nisi ex replicatio-
ne Dominæ Helenæ: & ideò non esse reseruandam ad
merita causæ:sed esse excutiendum, an dicta statuta
obstarent donationi,per decision.Matt.Afflict. 63.in-
cipien.fuit dubitatum.Item & secundo fuit dictum,ꝙ
3 licèt † quæstio sit dubia in iure,quæ habeat varias o-
piniones Doctorum,& in qua non reperitur commu-
nis opinio,sed est intricata propter opiniones,dicatur
requirere altiorem indaginem,& ita intelligit Capu-
taquen.decisi.Neap.10.colum. fin. Tamen quando
4 † quæstio,licèt in ea sint variæ opiniones Doctorum
habet communem opinionem pro vna parte,tunc di-
citur continere ius clarum, & non requirere altiorem
indaginem.Et isto casu communis opinio erat, quòd
5 statutum † laicorum non caperet donationem cleri-
corum,in qua disponebant de bonis propriis etiam in
fauorē laici, per ea quæ dicit Dec.in c.ecclesia sanctę
Mariæ.col.23.vers.i.occurrit illa quęstio. de constit.

EPITOME.

Simoniaca illa est electio,de qua hic.

SVMMARIA.

1 *Electio cum pacto,quòd aliter quid exprimit,quàm de iure iussit,est simoniaca.*

2 *Parochialis Ecclesiæ rector duos secum clericos de iure habere tenetur.*

DECISIO CCXXXIIII.

DVbitsui die 23. Martij, 1549. in causa Bouo-
1 nien. sancti Thomæ de Brauia, an † electio facta
de fratre Hieronymo fuit simoniaca: & fuit resolotũ,
quòd esset simoniaca: quia continebat pactum, quòd
haberet secum duos clericos Bononien & inter alios
vnum filium ex vno de electoribus: & licèt Rector
2 † parochialis Ecclesiæ debeat habere secum duos cle-
ricos de iure: Tamen quando exprimitur aliter, quàm
iussit de iure etiam quòd simus in spiritualibus indu-
cit simoniam, ita Deci. in c. significasti. col. 5. nu. 17.
de election. & exprimere, quòd iste teneatur habere
clericos Bonon. & vnum ex filiis electoris, est expri-
mere aliter, quàm iussit de iure: & ideò pactum erat
simoniacum. Nunc erit videndum an frater Hierony
mus habuerit notitiã de dicto pacto, & an per præsen-
tationem fuerat recessum à dicto pacto: & casu, quo
electio esset simoniaca, an simus in terminis c. nubis.
de simon.

EPITOME.

Regula de infirmis resignantibus habet etiam locum in resignatione ex caosa permutationis & data æqualitate.

DECISIO CCXXXV.

DIe 27. Maij, 1549 fuit resolutum in vna Maioricen. sancti Nicolai, coram D. Antonio Augustino, pro Matthæo filio contra Franciscum Thomam Iasiquet, quòd regula de infirmis resignantibus habet etiam locum, quando resignatio fieret ex causa permutationis, & quòd permutatio esset æqualis: & fuit præsuppositum fore in illo casu propter verba regulæ, quę dicunt etiam ex caosa permutationis, quicquid diaerit Sarnẽ. in cõmento reg. de infirmis resigã. q. 19.

EPITOME.

Lis quaoro tempore habita pro extincta etiam quòad partem, vide commentatorem regularum cancellariæ super reg. 23. pag. 5. in princip.

DECISIO CCXXXVI.

IN vna Zamoren parochialis de Villsbar. coram D. Achille, 27. Martij, 1549. fuit tentum, quòd lis mota ab eo, de cuius aliquo iure non constabat in actis, sed tantùm de solutione, & quòd esset elapsum decenniũ à die motæ litis, & posteà superuenerat dominus mouens litem, qui triennio possederat, possit gaudere beneficio regulæ de triennal. Sed illud fuit determinatum per decisi. 2. Bisignet. de rerum permutat. vbi ꝙ litis motio iniusta nõ habet vitium litigiosum, & ista dicebatur satis iniusta, ex quo non constabat de aliquo iure mouentis: & in isto casu, fuit dictum, quòd dato, quòd deficerent viginti dies ad complendum decennium, tamen ex quo erat modicum tempus, quòd perinde erat, ac si decennium completum fuisset.

EPITOME.

Non fuit causa rationabilis, ex qua in concessione decimarum facta laico venirent decimæ noualium.

SVMMARIA.

1 *Noualiorum decimæ etiam propter recuperationem terræ à manibus infidelium non debentur.*

2 *Episcopus non potest in præiudicium successorum donare: sed ipsius donatio sic interpretatur, vt minus ius commune lædatur.*

DECISIO CCXXXVII.

IN causa Malacitanens. decimarum 16. Martij, 1549.
proposui, an sit aliqua rationabilis causa, propter
quam in concessione decimarum veniant decimæ no-
1 ualię: & fuit resolutum, quòd causa † recuperationis
à manibus infidelium, nec quod concessio erat remu-
neratiua, non erat causa rationabilis. Nam tex. in c.
tua §. nec occasione. de decim. vult, quòd in conces-
sione decimarum facta laico non veniãt decimæ, quę
ex causa antiqua prius concedebatur: quia auxilio eo-
rum fiebat recuperatio à manibus infidelium, & defen
debatur Ecclesia, vt declarat gloss. in cap. quamuis de
decimis, & Abb. in c. cum Apostolica. de his quæ
fiunt à prelatis. & tamen non fit extensio ad noualia,
vt dicit text. in d. c. tua. & gloss. in dicto c. quamuis. in
fin. Nec verba concessionis Roderici, in quibus di-
citur, quòd donat decimas, quæ debentur, & debeban-
tur, pertinent & pertinebant, fuerunt habita in consi-
2 deratione: cùm Episcopus † non potuisset in pręiu-
dicium successorum donare. Tum quia illa verba in-
telliguntur de decimis, quæ fiunt de pręsenti, quæ
debentur & debebuntur in futurum, vt minus lędere-
tur ius commune, ex quo eramus in concessione de-
cimarum, quę fiebat laico quę erat strictè interpretã-
da: & ideò fuit dictum, quòd rationabilis causa esset,
si primo loco, antequàm terrę essent reductę ad cul-
turam, essent pascua, ex quibus soluerentur decimę,
vel si à principio tempore concessionis nullæ decimę
ex illis terris percipiebantur.

EPITOME.

Portio de qua hic non litigiosa.

SVMMARIVM.

1 *Portio obtenta tempore, quo antiquior noluit ascendere non est litigiosa.*

DECISIO CCXXXVIII.

IN vna causa Salaman. Canonicatus, pro Antonio
Losrte, contra Michaelem Aluaro, 1. April. 1549.
1 dubitaui, an portio † obtenta per Antonium tempo-
re, quo Antonius voluit ascendere ad canunicatum,
esset litigiosa. Fuit resolutum, quòd non quia ea quo
Antonius Palenzuela vigore commissionis per eum
pręsentatę dicit in commissione, quòd tantùm erat
seruatum, quòd Antonius Palenzuela non debebat de
nouo seruare, per decisi 406. in nou. & Felin. in c. cùm
super. column. penultim. versicul. & dixit. Rota de re
iudic. item dicit, quando aliquis venit ad causam,
quòd processus non est reuocandus.

EPITOME.

Iurisdictio non censetor data Episcopo Augustano cumulatiuè cum prælato inferiori.

SVMMARIA.

1 *Dictio Prælatus, an comprehendat saltem Episcopos, an verò etiam inferiores ab eo, sic vt iurisdictio omnibus accumulatiuè concessa dicatur.*

1 *Iurisdi-*

2 *Iurisdictio prælatorum regularium in monachos suos priua tiua est ad Episcopum.*
3 *Iurisdictio cumulatiuè data censetur, si de ea danda tractetur, non autem si de conseruanda prælatis in monachos suos.*
4 *Episcopus non potest concurrere cum Prælato in correctione Monachorum, qui parochiales administrant.*

DECISIO CCXXXIX.

1 DIe prima Aprilis, 1549. pubitaui in causa Augustan. iurisdictionis, an † verbum, prælati, de quo in c. 3. 6. sess. intelligatur de Episcopis saltem accumulatiuè eum in inferioribus prælatis. Et pro parte affirmatiua videtur, quòd saltem cumulatiuè comprehenderet Episcopos, adducebatur fundamentum: quia iurisdictio censetur cumulatiuè cóc essa: & ideò prædicta visitatio concessa censetur accumulatiuè at tributa, Ias. ibi ponit commuoem in l. quòd io rerum. §. si quis columnn. penult. versic. breuiter. ff. de legat. 1. io c. pastoralis. in princip. de offic. ordinar. Sed oon obstan. Fuit resolutum, quòd nec etiam censeretur cumulatiuè tributa. Nam licèt verbum, prælati comprehendat ndum Episcopos, & alios superiores, sed etiam alios Prælatos ioferiores, vt est text. in c. Romano. §. ab Archidiacooo. de appellat. in 6. & io c. 1. §. nec etiam suffraganeum. de for. compet. in 6. tamen
2 quia † hic agitur de iurisdictione prælaturum regula riorũ super monachos suos. quæ iurisdictio est priuatiua ad Episcopum, vt per Abb. in c. pastoralis. & ibi Felin. col. 4. versicul. limita 7. de offic. ordin. ideò cùm prælatus inferior habeat inrisdictionem priuatiuè ad Episcopum, non est dicendum, quòd constitutio Concilij fuit prouidere contra exemptos, & à prælatis suis corrigi debeant, ooo autem Prælato iurisdictionem habenti aliquam tribuere velle. Non
3 obstat, quòd quando † dicitur iurisdictio, censetur data cumulatiuè, allegando Iason. in d. l. quòd io rerũ. §. si qois post. quia verum est vbi tractatur de danda iurisdictione: constitutio autem coociliaris noo tractat de danda iurisdictione, sed tantùm de conseruanda prælatis suis: & ideò in casu isto conclusum fuit, quòd
4 † Episcopus Augustanus non potest coocurrere: cũ Preposito mootis Iouis in correctione suorum Monachorum.

EPITOME.

Retentio in promotione nec solutio censuum longo tempore isto casu non profuit.

SVMMARIA.

1 *Retentio in promotione ad Episcopatum concessa cùm sit subrepcitia, non suffragatur Episcopo.*
2 *Commenda, quæ possessa est per 10. annos, narrata vera esse præsumitur, nisi ex ipsius Prælati productione tituli cõstet, prælaturam non fuisse datam in titulum sed in commendam.*
3 *Censuum receptio nõ suffragatur Episcopo: nec potest ab ordinario ad exhibendum dignitatis titulum possessor cogi, nisi illa possessio sit contra ius.*

DECISIO CCXL.

IN causa Fundamenti Sancti Aotooij prima Aprilis, 1549. proposui, an reteotio io promotione adeptum concessa, vel quia longo tempore, soluit census
1 Aloaro tanquàm Præceptori, suffragatur Domino Episcopo Firmano: & fuit resolutum, quòd † retentio in promotione tanquàm surreptitia non suffragaretur, quia erat fictitia: cùm in ea diceretur: quòd præceptoriam retiochaot in commendam: quia si dixisset Papæ, quòd eam in titulum & non in commendam retinebant, prout per eum articulatũ fuerat, & probatũ, Papa difficilius cousensisset: vel etiam quod eodem modo concessisset, quia erat obreptitia, reddebat gratiam nullam, vt per Inno. in c. super literis. col. 1. de rescript. Non obstat, quòd ex quo possederat prius ante promotionem per 10. annos, quia erat præsumendum,
2 quòd † commenda narrata esset vera: quia fuit respõsum, quòd illud esset verum, quando ipsemet Episcopus Firmanus non produxisset titulum suum: ex quo constabat quòd præceptoria ei in titulum & non com mendam fuerat concessa: quia melius fuisset, quòd nõ produxisset titulum infectum. Non obstat, quia quòd post 10. annos Abb. seu Aluarus vicarius receperat
3 † census ab Episcopo Firmano, quòd talis receptio Episcopo suffragaretur, & ideò oon posset amplius cogi ab ordinario ad exhibendum titulum præceptoriæ ea quo tacitè fuerat approbatus, vt per Bart. in c. ordinarij. in prin de offic. ordin. in 6. quia fuit responsum, quòd Prob. ibi declarat istud, nisi illa possessio esset cootra ius, prout est in casu isto, in quo Episcopus Firm. post promotionem de iure præceptoriam retinere non poterat, & sic poterat cogi ad exhibendum titulum suæ dispensationis. Non obstat solutio pluriũ aonorum,

EPITOME.

Consuetudo, vt delegatus non inserat in citationibus facultatem suam præter ius est, & non contra.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo non inserendi facultatem à generali vicario in citationibus non contra sed præter ius est & quare.*
2 *Executio si dirigatur alicui, & magnum agatur præiudiciũ requiritur facultatis suæ à delegato insertia in citatione decernenda.*
4 *Iurisdictionis iudicis certum esse, est contra rationem legis, si res sit grauis & magnum præiuditium, requiriturque 40. annorum præscriptio.*
5 *Consuetudo licèt contra communem sit opinionem, non est tamen contra ius.*

DECISIO CCXLI.

IN voa Cæsaraugustao. Præceptoriæ de Algenibria
1 1. Aprilis 1549. dubitauit D. Fabius, an † consuetudo vt locum tenens generalis Magni Magistri oon inserat suam facultatem io citationibus, esset contra iua vel præter ius, ita vt sufficerent decem aooi: & aduerte, quia fuit præsuppositum, quòd locum tenens esset delegatus. Et fuit resolutum, quòd coosuetudo esset præter ius, & oon contra: quia nullibi cauetur in iure, & est non dare legem vel canonem expressè requirentem istam insertionem. Nam in c. 2. de dilation. ibi fuit contingẽtia facti, tex. in c. iurisperitus. de offic. de
2 leg. procedit, quando † executio dirigitur alicui, & si fuimus in facto graui, & sic dicitur in terminis prohibitis de iure fisci, lib. 1. l. 1. de mandat. Princip. & loquitur etiam in graui præiudicio: & creditur illi, qui diait se missum à Principe, vt faciat quicquid fecit: & in isto casu tractabamus de primo iudicio, quod per
3 comparitionem tollitor. Non obstat, quòd † saltem est conta rationem legis, vt quis certus sit de iurisdictione iudicis: quo casu consuetudo annorũ 40. requiritor

ritnr, vt per Fclin.in c. statuimus. nu.4. de maiori.& obed.quia fuit responsum, quòd illa ratio,vt quis sit certus de iurisdictione iudicis,procedit in grauibus,& iuribus,de quibus suprà: Secus autem est in his, quæ modici sunt præiudicij,& tantò magis in casu isto, in quo incitatione aderat sigillũ Conuentus & Vice can
4 cellarij Religionis. Non obstat,quòd † esset contra o-
pinionem communem volendo, quòd facultas debet inseri:quia licèt sit cõtra communem opinionem,non tamen est contra ius.

EPITOME.

Stilus, quòd non fiat citatio ad sententiam, isto casu non probatur:& an intersit, quòd sententia reuocetur.

SVMMARIA.

1 *Stilus,qui citationem ad sententiam non exigit,cùm sit iuri contrarius per testes non deponentes de obseruantia non probatur.*

2 *Sententiæ ex stilo non probato lata sine citatione,si intersit, reuocari debeat.*

DECISIO CCXLII.

IN causa Calaguritan. subsidiorum, 5. Aprilis 1549. dubitaui, an per testes examinatos probetur stilus, quòd ad sententiam in oppido Valissoleti non fiat citatio:& si non,an intersit pro parte Episcopatus sententias latas reuocari. Quòad primam partem fuit di-
1 ctum,quòd † stilus non probaretur: quia stilus erat
contrarius,& testes non deponebant de obseruantia in oppido Valissoleti coram iudicibus ecclesiasticis
2 delegatis. Quòad secundam partem † fuit dictum, ꝙ
ex quo in Rota pendebat causa super eo,quòd parochiæ de Hero & Hurones prætendebant se grauatos, quòd non tenerentur contribuere pro tertia parte, quòd viderentur testes examinati pro parte Episcopatus de Rozas,an ipsi probarent, quòd etiam quòd subsidium imponetur exigendo per veros valores, & etiam tali casu quòd tertia pars spectet ad parochias de Haro & Hurones,etsi isti probarnnt,ex eo per sententias Archiepiscopatus reuocarent sententias:si autem istud non probaretur, quòd illi delegati etiam Cardinalis tenerentur exigere secundum veros valores,stante concordia facta inter Clerũ & Imperatorẽ.

EPITOME.

Oppositio de decimis statutis per Dominam Helenam recipiebat replicationem ipsius D. Helenæ, & non exceptionem Comitis.

SVMMARIA.

1 *Insinuationis defectus ex statuto proueniens inducit nullitatem donationis,nec potest iuramento suppleri.*

2 *Statuta producens si à sua parte habeat difficultatem,discutiendum est an casus controuersus contineatur sub statuto, & non est reseruandum ad merita causæ.*

DECISIO CCXLIII.

DIe octaua Aprilis 1549.in causa castri Felicieiani,
1 proposui, præsupposito,quòd D. Helena † pos-
sit dicere de nullitate donationis ex defectu insinuationis ex statuto proueniente,sicut & eius Auctor posuisset,an oppositio de decimis statutis recipiat exceptionem Comitis ad Replicationem ipsius Dominæ Helenæ,ita vt non sit reseruandũ ad merita causæ,sed discutiendũ in hoc iudicio, iuxta decisiõ. Afflict. 63. Quia Comes, qui poterat excipere in hoc iudicio, vt suprà dictum est,de dominio incontinenti producebat donationem de iure validam, ex quo erat iurata. Et dato, quòd haberet defectum insinuationis,non poterat iuramento suppleri,debebat verificare,quòd statuta comprehenderent Clericum donantem. Nam non sufficiebat producere statuta, sed quòd comprehenderent casum, de quo agebatur &
2 ideò † cùm difficultas orietur ex parte Dominæ He-
lenæ producentis statuta, erat discutiendum,an comprehenderent casum vel non, & non erat reseruandum ad merita causæ.

EPITOME.

In causa Colonen. legitimitatis.

SVMMARIA.

1 *Ignorantiam probabilem non potest causare contrahẽs cum professa,in inclusorio inter Moniales habitante, quæ ita vt in habitu est indicari debet.*

2 *Statum eius, cum quo contrahitur,debet indagare contrahens,si contrahat cum alienigena,& non ex eodem loco ortũda,præsertim si sit religiosa,aut habitu religioso incedat.*

3 *Edicta congruenti loco & tempore non proposita bonam fidem non faciunt,nec contrahentem matrimonium cum alienigena habitu religioso vtente purgant.*

4 *Fama & vox publica quando non excusent,nec in bona fide matrimonium contrahentem cum religiosa constituant.*

DECISIO CCXLIIII.

IN causa Colonensium legitimitatis,10. Maij 1549. proposui præsupposita professione Sophię in loco de Nuerstat,& quòd ab eo loco discessit, & venit ad locum Distarum,in quo inter Biguttas Inclusorij ad 4.annos permansit: non tamen probatur,quòd dictæ Biguttæ emittant professionem, saluo, quòd domus vocaretur Inclusorium,& haberet transitum liberum ad ecclesiam,seu illi contiguum locum,in quo per fenestras cancellatas diuina audirent, & orarent personæ illæ:nec non quòd portarent habitum religionis, & nominarentur sorores,& reputarentur personæ religiosæ,in vulgari Germanico Itegabent personæ, & se pro talibus reputarent:& quòd Ioannes eodem tẽpore,ac dudum anteà,in domo sua habitauerit, & de tali cohabitatione,nominatione,reputatione,habitu, ac perseuerantia ipsius Sophiæ in dicto inclusorio, & inter dictas Biguttas notitiam habuerit:& orta fama impregnationis Sophiæ, ab ipso Ioanne in eandem libidinem ipsa secum extra Monasterium cõspiraret, se absentando à loco,cum eodem recesserat Colomũ: & tandem in Villagio Ancherot, patre mortuo, vna cum duabus prolibus aduersariis dudum anteà natis, & Sophia illorum matre,ibidem incognita,& habitũ secularem gestante comparuerit, & matrimonium contrahendo edictum ibidem publicauerit:& post aliquot annos Ancherot recedẽdo:& vna cum Sophia reuersus ad Distarum locum cũ ipsa in domo sua habitare ceperit:& testes plures in loco Distarũ ipsos pro coniugatis & cõiugibus reputarunt:& ꝙ ab aliis reputarẽtur vidisse seu audiuisse dixerũt: & duo testes de communi fama matrimonij in oppido de Niuerstat, an detecto posteà impedimento professionis ex reputatione huiusmodi defectus suppleatur dictorum, & Ioannes dicatur esse in bona fide, vt proles prædicta quòad eum dicatur legitima, seu legitimata, seu legitimanda, etiam quòad successionem,& in terris Imperij: Et fuit facta resolutio pro parte negatiua, quòd
1 † quòad Ioannem non posset bona fides causari ex a-
liqua probabili ignorantia facti dicti impedimẽti: Et talis bona fides debet adesse tẽpore conceptionis vt p

Abb.

Abb.in c.referente. qui filij sint legitimi. At hic nulla
est bona fides, cùm Ioannes nouerit Sophiam cohabi
tantem tanquam religiosam & in inclusorio. Et licèt
non probetur, quòd tales ibi habitantes professionem
emitrant: Tamen talis Sophia erat iudicanda, qualis in
habitu reperiebatur: & indagandum erat, quod esse po
2 terat, ex quo † quis tenetur indagare statum eius
cum quo contrahere debebat, l qui cum aliquo contra
hit. ff. de reg. iuris. Ista ergo diligentia indagandi statú
eius, cum qua contrahit: ex quo contrahebat alienige
na, & non oriunda ex loco Distarum: & quia erat in ha
bitu religioso, debebat diligentius inquirere de statu
3 Sophiæ. Et cùm † edictú nó proposuisset, nec in dicto
loco Niuerstat, nec dicto loco inclusorij: Sed post im
prægnationem factá inde recesserat, & in loco Anche
rot edictum proposuisset, & sic non fuissent proposita
iń loco debito, iuxta doctrinam Præpos. in c.fin. qui
filij sint legitimi: & aliàs resolutú fuit, vt suprà anno-
taui, sequitur, quòd illa mala fides Ioannis contrahen
tis cum alienigena, & existente in habitu religioso, nó
fuit purgata per propositionem edictorum in loco.
4 Et non obstat † publica vox & fama orta ex quo pro
talibus ipsi ad inuicem se habebant, & vidétes tractatú
eorum poterat credere, vel quòd Sophia non esset pro
fessa, vel quòd si sciebant professionem, matrimoniú
esset ex dispensatione apostolica, videlicet cùm ista pu
blica vox & fama esset expulsio ab animo, & factum ip
sius Ioannis nullatenus poterat purgare mala in fidé
Ioannis. Et idem fuit dictum de testibus deponenti-
bus de publica voce & fama in loco de Niuerstat. vi-
de infra decis. 251. 262. 257.

EPITOME.

Causa venditionis in contractu iurato præsumitur vera.

SVMMARIA.

1 *Contractus venditionis à minore factus cum iuramento etiam absque causa, validus est.*

2 *Instrumento causam aliquam asserenti & exprimenti in contractu venditionis inter personas non prohibitas statur.*

3 *Minores non possunt bona immobilia absque causa & decreto iudicis alienare, nisi iuramentum interueniat, quòd minorem maiorem facit, & omnes solennitates requisitas supplet.*

4 *Decretum iudicis quamuis assertionem causæ non iustificet, minoris tamen iuramentum contractum, omniaque in eo contenta confirmat.*

5 *Iuramméntum minoris in bonorum alienatione ex falsa causa interpositum contractum venditionis confirmat, si de falsitate nihil constiterit: secùs si causæ falsitatem non ignorauerit minor.*

DECISIO CCXLV.

IN causa Romana medietatis fructuum, & Casalis del
la Bottachia, 10. Maij 1549. proposui, an ex quo ven
ditio facta fuit ex causa æris alieni, & quia creditores
vrgebát, præsumitur valida, ex quo sumus in cótractu
1 minorum iurato: & fuit resolutum, quòd ex quo † con
tractus venditionis, factus à minore cum iuramento
absque causa, est validus, per authent. sacramenta pu
ber. idem erit dicendum, quando contractus vendi-
tionis erat factus ex causa, quæ asserebatur in instru
mento. Nam tali assertioni inter personas non prohi
bitis standum est. Nam si minor vendens cum iuramé
to sine causa assertionis nó esset prohibitus contrahere,
& talis contractus tenet, ergo idem erit dicendum,
quando cum iuramento cótrahit, & causam exprimit
2 quia † isto casu eidé assertioni standum est: vt in simili
dicit Ripa lib. 1. suarú respós. respons. 3. col. fin. vbi di
cit, quòd quando sumus inter personas nó prohibitas,
statur assertioni: vt in caso isto minor cum iuramento
non prohibeatur, immò teneatur seruare contractum.
Non obstat tex. in l. magis puto. ff. de reb. eorum vbi
3 minores † non possint vendere bona immobilia abs
que causa, & decreto iudicis: quia ille tex. nó procedit,
vbi interuenit iuramentum. quod facit minorem ma
iorem, & supplet omnes solénitates requisitas. Et tan-
to magis erit dicendum in casu isto, vbi erat obligatio
in forma Cameræ, vbi erant clausulæ in parte renon
ciatiua, in quibus renunciatur rei non sic gestæ, aut
aliter factę doli, vissimulationis, exceptionis, & genera
liter omnibus aliis exceptionibus: & promittit contra
præmissa omnia, & singula non dicere, venire, aut fa
re: & sic iurat, & promittit, ita quòd non solùm sumus
in iuraméto assertionis, sed etiam promissione. Quare
si illi della Cithara possent dicere causam non esse ve-
ram, nihil dictum esset, quàm aperire viam periurio:
cùm ex clausulis positis in dicta parte renunciatiua,
appareat quòd ipsi non possint dicere assertionem
non esse veram, & sic admittendo eos ad dicendum
non manifestè procurarent. Non obstat, quòd esset
4 resolutum, quòd † decretum iudicis non iustificaret
assertinnem causæ, vt aliàs erat resolutum: quia
licèt decretum non iustificaret, tamen iuramentum
contractum, & omnia in eo contenta, confirmabat:
5 ex eo quòd ita erat iuratum. Non obstat, † quòd iura-
mentum ex causa falsa interpositum contractum vé
ditionis non confirmabat, prout aliàs in ista causa re
solutum fuerat: quia istud erat verum, si constaret de
falsitate causæ & si non constaret, standum erat asser-
tioni, de qua in contractu venditionis.

EPITOME.

Pensio legitimè dicitur traslata, dato, quòd bulla fuerit inserta in processu coram transferente producta, fuit iterum posita 24 Maij 1549 idem firmatum.

SVMMARIA.

1 *Pensio literis nonnisi in processu fulminato insertis & non præsentatis, translata sortitur effectum.*

2 *Pensionis translatio literis nó præsentatis, cùm iudex potestatem suam & formam ignóret, non tenet.*

3 *Insertum quamuis non probet, potest iudex ei pro parte non opponente fidem dare.*

4 *Citatio in actu translationis non requiritur: et si parte nihilominus cóparente opponatur, literæ originales si produceátur, satis in tempore productæ esse censentur.*

5 *Iudex transferens inserto seu exemplo credet, si iudex processus apposito sigillo suo attestatus fuerit se originales vidisse literas.*

6 *Citationi sine insertione facultatis originalis credendú est, si à Papa Cursore fiat.*

DECISIO CCXLVI.

IN vna Zamoren. pensionis 11. Aprilis 1540. propo-
1 suit D. Achilles, an pésio † fuerit benè translata, atten
to, quòd literæ non fuerunt, nec sunt præsentatæ, nisi
insertæ, in processu fulminato. Et prima facie videba
tur dicendum, quòd translatio non teneret, per decis.
2 in nou. 459. quia † quando literæ non præsentantur,
translatio non tenet, vt dicit ista decisio: & quia iudex
ignorat potestatem suam, & formam: & istud & potest
dici

dici in casu nostro, quòd quandocunq; insertum non facit fidem, Authen. si quis in aliquo. C. de edend. iudex videtur ignorare facultatem & formam. Sed non obstante hoc fundamento fuit contrarium resolutū: quia per productionē inserti iudex erat certus de iurisdictione & forma eius, & ita cessabat ratio nostræ
3 decis. Non obstat. quòd † insertum non probat: quia fuit responsum, quòd imò iudex potest dare fidem inserto, & exemplo parte non opponente, vt per Dec. in Authen si quis in aliquo. iuxta fall. n. C. de eden. sic etiam iudex potuit credere huic inserto. Non obstat, quòd pars non potuit opponere: quia non fuit citata,
4 quia respondetur, quòd in † actu translationis citatio non requirebatur, & nihilominus quando pars postea opposuit, statim fuerunt productæ literæ originales, & sic videbā.ur in tempore productæ, per Dec. in dicta authēt. si quis in aliquo. in 1. not. & in c. 1. not. 1. de fid instrumen. Et tantò magis cùm non essemus
5 in casu isto in nudo exemplo, attēto quòd iudex † processus attestabatur vidisse literas originales, & eas inseruat, & sigillum suum apposuerat, vt meritò iudex transferens adhiberet fidem ipsis, iuxta notata in c. cùm interpretatus. de offic. delega. vbi Felin. in 2. col.
6 dicit, quòd sicut quando citatio † mittitur in longinquas partes, debet inseri saenhasillud tamen fallit, quando habet adminiculum, vt putà si est facta per cursorem Papæ: quia tunc sine insertione facultatis citationi creditur.

EPITOME.

Literæ isto casu quoad valorem & possessionem non sunt verificandæ.

SVMMARIA.

1 *Beneficium impuberi commendatum si sit, & possessio durante commenda capta, non sunt verificanda valoris aut pensionis te a, nec professionis emissio, & numer. 3.*

2 *Beneficia commendata non comprehendun ur sub reg. de exprimendo valore.*

DECISIO CCXLVII.

IN causa Cæsaraugustana Præceptoriæ del Villel, dubitaui 13. Maij 1549. an D. Hieronymus teneatur iustificare literas suæ commendæ quòad valorem Præcepto iæ, & ipsum emisisse professionem. Ex vno fundamento Domini inclinabant, quòd non tenere-
1 tur verificare valorem nec pensionem, ex † quo beneficium huic Præceptoriæ erat cōmendatum ipsi Hieronymo, existenti tunc in 11. suæ ætatis anno vsq; ad ætatem legitimam, & possessio capta per Hieronymū fuerat capta durante Commenda, & sic antequam legitimam ætatem attigisset, & sic 14. annum: quo tempore in titulo sibi concederetur emissa prius per eum
1 professione. Ratio fuit, quia † in beneficiis commendatis nō habet locum regula de valore, per Sarn. in reg.
2 de non exprimen. q. 7. & ita etiā † non tenebatur professionem verificare, ex quo omnia erant facta durante Commenda.

EPITOME.

Contrauentum testamento an isto casu fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Legatariy prætendentes appellatione vineæ venire alia, quæ in legato non veniunt. si probabiliter dubitauerint, non priuantur legato ex testamento iis competente.*

DECISIO CCXLVIII.

IN vna Romana bonorum pro Belagusis contra Rochum Blancalana, dubitaui 13. Maij 1549. an per Belagusos vltimo testamento fit contrauentum, sint priuati legato. Et fuit resolutum, quòd cum Belagusi
1 venirent † ex testamento, prætendendo, quòd in appellatione vineæ veniret conuentum, vt per multas auctoritates per eos allegatas & quòad montem etiam prætenderent, quòd in testamento locus nun esset institutus, vt latius in informationibus eorundem, non diceretur contrauentum: quia quælibet causa excusat à pœna, & non erat dubium, quòd probabiliter in præmissis dubitari poterat, ex quo etiam Rota dubitauerat.

EPITOME.

Sequestrū de muliere propter potentiam, quo casu negatum.

SVMMARIA.

1 *Sequestratio mulieris in matrimonio plenè non probato admittenda non est propter potentiam alterius. & nu. 3.*

2 *Mulier sequestranda est, si maritus propter potentiam vera ur ne executio fieri possit, dummodo alter eam possideat, & matrimonium plenè sit probatum.*

DECISIO CCXLIX.

IN vna Neapolitan. & Teatin. matrimonij, 17. Maij 1549. dubitaui, an D. Anna sit sequestrāda iuxta formam commissionis: & quia commissio dicebat, quòd timor erat propter potentiam aduersarij & fauoris habita sententia executio eius fieri non posset, quòd si de iur: sequestratio fieri debebat, quòd fieret. Ideò
1 dubitaui, vt supra, & fuit resolutum, † quòd matrimonium inter Ioannem & Annam erat contractum, & consummatum, quòd à sequestro incipiendum non esset: cùm sequestra sint odiosa, l. vnica. C. de prohibit. sequestr. Item & secundò, quia quisquis non erat lite pendente sua possessione priuadus, c. 1. vt lite penden. & quia matrimonium Antonij, petentis Annam sequestrari, erat probatum per vnū testem, & alios duos, vel tres de publica voce: ideò non erat Plenè probatum in præiudicium matrimonij, secundum Dec. cō-fi. 132. cum aliis in informatione allegatis. Et licèt Dd.
2 in c. locum dicant, quòd † quando timens, quòd executio propter potentiā fieri nō potest, mulier sit sequestrāda, vt ibi Io. Andr. & Præpos. gl. super gl. fin. fuit dictum, quòd loquuntur, quando mulier est virgo vel corrupta, extar ipsa mulier contra matrimonium, sed secundus maritus eam possidet, matrimonium plenè est probatum, & consummatum quòad instantiam petendi sequestrum, Doctores ibi hoc non dicunt.
3 Sed tantò magis dicebā, quòd † in casu isto propter potestatem Viceregis mulier non est sequestranda: quia si petens sequestrum de Anna fieri in regno sperabat, quòd Vicerex esset pariturus literis executorialibus post sententiam, & tantò magis cùm non Vicerex sed Imperator esset Dominus Regni: & quòd ad Imperatorem poterat haberet refugium in euētum, in quem Vicerex executionem facere differret, maximè cùm Antonius impetrasset literas à Vicerege, vt ipse obediret sententiis Rotalibus. Fuit tamē dictum, quod daretur dubiū, an Anna esset sequestranda propter timorem ferri, vel veueni in euentum, quòd pronūciaretur pro Antonio.

EPITOME.

In causa Romana Pintigliana dotis, onus faciendi tenuaciare Liorum ex verbis instrumenti non spectat ad Comitem Io Franciscum.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Renunciationem matrimonij filiæ alterius promittens non assumit in se onus vt faciat filiam alterius renunciare sine consensu mariti.*

2 *Pater non promittens dotem certæ quantitatis, nisi filia renunciet, non transfert in se onus cogendi ad renunciationem suam filiam.*

DECISIO CCL.

DIe 13. Maij 1549. in causa Romana Pintigliana dotis, dubitaui, an onus faciendi renunciare D. Liuiam ea verbis instrumenti, spectet ad Illustrem D.
Io. Antonium, vel ad Comitem Io. Franciscum: quia
1 licèt † Ioan. Franciscus promisisset, quòd Liuia renũciaret, & ista renunciatio Liuiæ esset in fauorem Io.
Antonij, tamen ex hoc non sequebatur, quòd Comes
Io. Franciscus promisisset, quòd ipse faceret Liuiam renunciare. Nõ obstat, quòd debebat ea esse inter promittentem & stipulantem. Et non erat verisimile, quòd Io. Antonius voluisset teneri ad faciendum eius filiam renunciare: quia ex quo renunciatio fieri debebat cum consensu Nicolai mariti, quoad illum cõsensum Comes Io. Franciscus tenebatur, & Ioannes quoad illud erat inter stipulantem & promittentem. Et li-
2 cèt Ioan. Antonius † non promisisset dotem 12. mill. ducat. nisi etiam Liuia renunciasset, tamen per hoc nõ sequebatur, quòd ex verbis instrumenti Comes Ioan. Franciscus illam faceret renunciare. Et ideò fuit resolutum, quòd ipse talem renunciationem non promisisset. Similiter fuit dictum, quòd nec D. Ioan. Antonius cogebatur facere Liuiam renunciare, nec etiam istud Ioannes promiserat. Sed quia super hoc comes Io. Franciscus voluit melius audiri, ideò dedi dubiũ, præsupposito, quòd onus faciendi renunciari D. Liuiam non spectet ad Comitem, an spectet ad D. Ioan. Antonium. Item fuit dictum, quòd quando onus non spectat ad Comitem Ioan. Franciscum, nec ad Ioan. Antonium, tunc daretur dubiũ, an Comes Ioan. Franciscus possit agere ad dotem absque eo, quòd Liuia renunciaret: vide infrà decis. 255-258. cũ seq. & 261.

EPITOME.

Scientia præsumpta, seu mala fides præsumpta, quo casu nõ fuerit purgata spatio 30. vel 40. annorum.

SVMMARIA.

1 *Fides mala præsumpta spatio 30. annorum non purgatur, vbi titulus est à iure reprobatus.*

2 *Filij ex matrimonio etiam ignoranter cum religiosa contracto nati sunt illegitimi, si in loco debito & consueto edicta non fuerint proposita.*

DECISIO CCLI.

IN causa Colonien. legitimitatis, dubitaui 20. Maij 1549. an præsumpta prætensa mala fides Francisci, quæ colligi videtur ab eius discessu à loco Distarum, & ex contractu matrimonij posteà in alio loco cum Sophia, si non purgetur per eius reditum factum ad dictum locũ Distarum, vbi habitauit vsque ad eius obitum subsequuta communi reputatione & fama de matrimonio contracto inter eosdem, saltem post lapsum 30. vel 40. annorũ, prout in casu nostro videtur purgata vel sublata. Et pro parte affirmatiua, ꝙ præsumpta mala fides per lapsum 30. vel 40. annorum censeretur esse sublata & purgata, allegabatur in terminis Bart. in l. fin. circa finem. C. vnde vi. in vers. item ista allegatio malæ fidei. quod dictum Bar. sequitur Alex. cons. 6. viso themate. col. penul. lib. Roman. cons. 107. num. 7. vol. 7. Decius cons. 266. col. fi. nu. 5. & cons. sequent. col. 4. ad finem. & cons. 375. ad finem. Socin. cõs. 141. nu. 3. volu. 2. Istis tamen non obstantibus fuit contra-
1 riũ decisum in casu isto, quia † præsumpta mala fides, vbi est titul' à iure reprobatus, nõ purgatur spatio 30. annorũ: q a licèt error iuris & titul' à iure reprobat', secundũ Paulum Cast. in l. Celsus. col. 1. & ibi Bal. in 4. not. de vsucap. & certum est, quòd in matrimonio requiritur titulus, & cùm iste titulus non propositis edictis in loco, vbi est cõsuetudo proponendi, immò recedendo à loco, vbi erant edicta proponenda, & ibi ea proponendo erat, & error iuris ex quouis reprobat isto casu titulum, certè iste talis titulus non erat sufficiens ad purgandum illam malam fidem etiam spatio
2 40. annorum, vt per Bald. in dicto 4 nota. Item † & secundò fuit dictum, quòd dato, quòd non esset præsupposita mala fides, sed ignorantia, tamen ea quo non apposuit edicta in loco, vbi erat cõsuetudo, detecto post eà impedimẽto, quòd filij non erant legitimi, per text. in c. fi. §. 1. incip. si quis verò. de clādestin. desponsa.

EPITOME.

Præscriptio & non consuetudo quando dicatur: & præscriptioni quo casu non fuit locus.

SVMMARIA.

1 *Vsus & consuetudo interpretatiua, aut præscriptio an possit ab possessionem præeminentiarum à capitulo maiore post erectionem collegiatæ habitam allegari contra capitulum ecclesiæ collegiatæ.*

2 *Bona fides in præscriptione non requiritur, si de iure vni collegio quæsito per aliud præscribendo agatur, secus si de iure quærendo.*

3 *Præscriptio vnius ecclesiæ ad alteram regulariter 40. annorum spatium exigit.*

4 *Priuilegio vt per non vsum renunciatum censeatur, necessarius est 40. annorum cursus.*

DECISIO CCLII.

EAdẽ die 20. Maij 1549. in causa Salamã. præeminẽ-
1 tiarum, dubitaui, an per † possessionem præeminẽtiarum per Capitulum maius post erectionem collegiatæ habitam, vel intimatam, idem Capitulũ maius possit allegare vsum & consuetudinem interpretatiuam, aut præscriptionem. Et fuit resolutum, quòd cõsuetudinem interpretatiuam allegare nõ poterat: quia hic nõ agebatur de consuetudine, sed de præscriptione: ex quo agebatur de præscriptione iuris quęsiti vni collegio ad alterum: & ideò dicebatur præscriptio, & non consuetudo, vt post Ioan. And. declarat Abb. in c. fin. col. antepenul. vers. & ideò notabiliter dicit. de cõsuetud. prout istud aliàs fuit resolutum, vt annotaui in
2 2. libro. Fuit tamen etiam dictum, quòd ex quo † eramus in iure quæsito collegiatę pręscribendo per capitulum maius, & non in iure quęrendo: non requiritur bona fides: vt in legatario nõ cognoscente legatum, & aliud ius delatum: quia hic eramus in iure quęsito: Et
3 ideò quia tractabatur † de pręscriptione Ecclesię ad ecclesiã, in qua requiritur regulariter spatiũ 40. annorũ, & hic nõ erant decursi tot anni propter deductionẽ faciẽdã de dicto tẽpore, illo tẽpore quo sedes Abbatialis vacauit, quod erat tẽpus sex vel septem annorũ: ꝙ propter defectũ dicti temporis non erat cõpleta

præſcriptio ante ſuperuenientiam litis. Nec etiam po
4 terat dici† renunciatum priuilegio per non vſum: cũ
etiam in priuilegio conceſſo Eccleſiæ vt non dicatur
per non vſum ei renunciatum, requiritur curſus 40.
annorum: cùm collegiales & alij non potuiſſent, ſi vo
luiſſent, expreſſè renunciare priuilegiis Eccleſiæ, ex
notat. per Innocen. & alios in c. acceden. de priuileg.
Abb. & communiter Dd. in c. cùm acceſſiſſent. de con
ſtit. col. pœnult.

EPITOME.

Ius conſiderabile quo caſu ex oppoſitione quæſitum,

SVMMARIA.

1 *Canonicatus Doctoralis cùm ex priuilegio Papæ non niſi ſub certa verborum forma qualitates debitas habente cõferri poſſit, an ex oppoſitione & appellatione Doctoris ipſi quæratur ius conſiderabile, ſic vt aduerſarius eius mentionem facere teneatur. & nu. 4.*
2 *Præſentare, aut eligere ſeipſum, aut ſibimet ius aliquod tribuere nemo poteſt.*
3 *Oppoſitione ius in re non acquiritur, niſi quando in conſtitutione dicitur.*

DECISIO CCLIII.

DVbitauit D. Reomanus 20. Maij 1549. in vna
Burgen. Canonicatus & præbendæ Doctoraliũ,
1 ſtante priuilegio Sixti, quòd† Canonicatus doctora-
lis non poteſt conferri niſi ſub certa forma, & haben-
te debitas qualitates, vtrum ex oppoſitione & appella-
tione doctoris Fuente fuerit quæſitum ius conſidera-
bile ad Canonicatum vacantem, cui nõ fuerat dero-
gatum per nouam aduerſarij prouiſionem. Et fuit re-
ſolutum, quòd ea oppoſitione iſta eſſet quæſitum ius
Doctori conſiderabile, de quo in prouiſione aduerſa-
rij erat facienda mentio. Verùm autem eſſet ſufficiẽs
de eo facta mentio, & ei ſufficienter derogatum, fuit
dictum, quod poſteà diſputaretur. Ratio dubitationis
fuit conſideratum, quòd hic non erat ſimplex & nu-
da oppoſitio, quo caſu militant rationes Caſſad. in de
2 ciſ. 18. de præbend. quia† nemo poteſt ſibi ipſi aliquod
ius attribuere: ſicut nec aliquis poteſt ſe ipſum præſen
tare vel eligere. Item fuit dictum, quòd per iſtam op-
poſitionem nõ erat quæſitum ius ſecundo: quia iſtud
priuilegium Sixti nõ dicebat: & etiam iſto caſu benè
3 loquitur dicta deciſio. 18. dum dicit, quòd† ex oppoſi
tione non acquiritur ius in re, niſi quando iſtud in cõ
ſtitutione dicitur. Sed fuit dictum, ex quo priuilegiũ
Sixti vult, quòd Capitulum canonicatum Doctora-
lem teneatur conferre magis idoneo, & qualificato
ſecundum qualitates determinatas in dicta prouiſio-
ne, & adueniente vacatione Capitulum iuxta earum
conſuetudinem vocauerit omnes, qui dictas qualita-
tes haberent, vt ſe opponerent: inter quos Doctor
Fuente ſe oppoſuerat, & vltra oppoſitionem qualita-
4 tes neceſſarias Doctor Fuente probauerat, quòd† ex
tali oppoſitione, vocatione facta per Capitulum, & ve
rificatione qualitatum, eſſet ipſi Doctori quæſitum
ius conſiderabile: & iſta oppoſitio in iſto caſu magis
aſſimilaretur præſentationi ſeu electioni potius quã
acceptationi. Nam illud, quòd ſe oppoſuerat, ex quo
qualitates neceſſarias per priuilegium iuſtificauerat,
cenſebatur ab ipſo priuilegio vocatus: & ſi aliàs præ-
ſentatus ſeu electus ſit, ita vt ſola prouiſio deficeret,
quòd non erat in caſu conſiderandus Caſſad. nimirũ,
ſi ipſe vult, & benè, quòd in illo caſu oppoſitio aſſimu
latur acceptationi potius quã præſentationi. Et cer-
tè etiam non eſt dubium, quòd ſi Papæ iſta per aduer-
ſarium fuiſſent narrata, vel nouam prouiſionem non
conceſſiſſet, vel difficilius conceſſiſſet.

EPITOME.

Beneficium vbi eſt commendatum ad tempus, vt prouiſio valeat in fauorem eiuſdem perſonæ, debet valor in ea expreſſus verificari.

SVMMARIA.

1 *Commendatarius tenetur verificare valorem, ſi faciat fructus Commendæ ſuos: ſecùs ſi non faciat. & nu. 3.*
2 *Reſignatarius vt commendatarium excludat, debet reſignationem in ſui fauorem factam verificare.*

DECISIO CCLIIII.

DIe 24. Maij 1549. in cauſa Cæſarauguſtan. Præce
ptoriæ del Villel, dubitaui, an D. Hyeronymus te
neatur verificare literas ſuæ commendæ quoad valo-
rem Præceptoriæ, & ipſum emiſiſſe profeſſionem, at-
tẽto, quòd poſſeſſio per Hieronymum capta fuit du-
rante commenda temporali: Et licèt ſuprà ſub die 13.
Maij Dominus dixiſſet, quòd attento, quòd poſſeſſio
capta fuerat durante commenda, Hieronymus non te
nebatur ad verificationẽ valoris per rationes. de qui-
bus ibi: Tamen re melius intellecta & diſcuſſa, omnes
nemine diſcrepante concluſerunt, quòd Hierony-
1 mus† tenebatur verificare valorẽ: quia ex quo Hiero-
nymus etiam durante commenda faciebat fructus
ſuos, & ideò cùm negari non poſſet, quin iſta conceſ-
ſio eſſet gratia, tenebatur gratiatus omnia per eũ nar-
rata verificare, iuxta nota. per Io. Andream, & alios in
c. 1. de litis conteſtat. in 6. & per Felin. in c. conſtitu-
tus. in princ. de reſcrip. aliàs gratia tanquam ſurrepti-
tia erat nulla. Et ita erat dicendum in caſu noſtro, in
quo Ludouicus verificauerat extrema ad ſpolia, &
2 docuerat de titulo. vnde ſi intentio Ludouici† ex reſi-
gnatione, in fauorem eius facta, Hieronymum exclu-
dere volebat, debebat reſignationem verificare: quia
ea non verificata ius remanſerat penes reſignantem,
& vacabat per eius obitum, & intrabat prouiſio ordi-
narij facta: ad effectum vt prouiſio valeret. Præcepto-
ria erat Hieronymo commendata, & ſic cùm prouiſio
eſſet principalis, erat de neceſſitate valor exprimen-
dus: quia aliàs ſub ſpecie Commendæ annata & alia in
ra ſpectantia ad officiales non ſoluerentur. Non ob-
ſtant ea, quæ dicit Sarnen. in reg. de exprimendo vero
3 valore. q. 7. quia† procedunt in Commenda merè tẽ-
porali, & ex quo quis non facit fructus ſuos: & talis
Cõmẽda eſt ordinata ad effectũ, vt prouiſio valeat in
perſonã eiuſdẽ, cui facta eſt Commẽda Præceptoriæ.

EPITOME.

Renunciandi onus, id eſt, facere & curare, quòd Liuia renũciet, hic ad D. Io. Antonium ſpectat.

SVMMARIA.

1 *Clauſ. omnia pro ea promiſſa obſeruare, obligat promittentem, vt curet ea exequi, quæ alter promiſit.*
2 *Promitto pro tali, aut nomine talis paria ſunt.*
3 *Aliud eſt, promitto nomine ipſius, & aliud, recipio promiſſionem alterius vel dationem talis.*
4 *Renunciationem procurabit filiæ pater, ſi promiſerit ſe omnia pro ea promiſſa obſeruaturum.*

DECISIO CCLV.

VLtima Maij 1549. propoſui in cauſa Ro-
1 man. Pintiglian. dotis, an† de verbis inſtru-
menti

menti,videlicet ac omnia pro ea promissa obseruabit
Illustris D.Antonius, au teneatur facere renunciare
D.Liuiam : & fuit resolutum, quòd illa verba,pro ea
promissa,aceiperentur,id est,nomine ipsius,per tex.&
quòd ibi not.Bario in l.fideicommiss.§. interdum . in
2 prin.ff.de legat.3.Paria enim† sont dicere promissum
pro tali,vel nomine talis,Bario.in l.1.§.renuncia.col.
3.vers.sed quod dicit.ff.de nou.oper. nunciatio.& a-
3 liud†est, quòd quis promittat nomine ipsius,vt decla
rat Bald.consi.44.num.9.lib.5.& aliud , quòd quis
recipiat promissionem alterius, vel dationem pro ta-
li:& tunc intelligitur,id est,ad vtilitatem, Corn.con-
silio 169.colum.3.vers.nec potest.lib.1. Sarnen. con-
si.228.col.1.vers.cùm ergo lib.2.& non possent intel
ligi illa verba,pro ea promissa,id est, ad vtilitatem Li
4 uiæ.Nam†cùm agatur de obseruãtia facienda per Li
uiam,non potest dici,quòd promiserit obseruantiam
illorũ,quæ sunt ad vtilitatem ipsius:& sic consideren-
tur omnia capitula,apparebit manifestè,quòd clausu-
la generalis,omnia pro ea promissa obseruare,non po
test ad aliud referri,quàm ad dictam renonciationem
per Liuiam faciendam. Nam quod contraheret matri
monium, & consummaret illud , specialiter promis-
sum est,l.hac edictali. ff de verbor.obligat. alia etiam
sequentia capitula respiciunt factum expressum Ioan.
Antonij,vt puta,quòd dotem solueret : sequitur ergo,
quòd Ioan.Antonius promittat, quòd Domina Liuia
obseruaret: & Comes Ioan.Franciscus tenebatur pro
ea promissa. Et cùm iam esset specificè dictum de ma
trimonio contrahendo & cõsummãdo,quòd illa clau
sula nou posset referri nisi ad illã renunciationem: cũ
omnia alia obseruanda essent per D.Ioannem Anto-
niũ,non per Liuiam:Et ideò fuit resolutũ,quòd cùm
Comes Ioan.Franciscus ageret ad dotem, & D.Ioan.
Antonius eaciperet de renunciatione Liuiæ , quòd
hic excipiendo non posset petere executionem obli-
gationis : cùm iste effectus onus faciendi renunciare
Liuiam spectaret ad D.Ioan.Antonium: & sic teneba
tur facere& curare,quòd Liuia renunciaret:& Comes
Ioan.Frãciscus facere tenebatur,quòd Nicolaus eius
filius consentiret : An verò sufficeret consensus per
Nicolaum præstitus,super hoc erat informandum.

EPITOME.

In causa Romana Castri Feliciani Franciscus hæres patris cum beneficio inuẽtarij,licèt de euictione per patrem promissa teneretur,tamen poterat dici Castrum Feliciani ad patrẽ non spectare.

SVMMARIVM.

1 *Hæres creditoris si aliquid in solutũ à debitore accipiat, idque ratum habeat,succedens alteri qui id quod in solutum acceperat,suum esse asserit , non confecto inuentario contra debitoris hæredem,qui inuentarium confecit,quamuis euictionẽ defunctus debitor promiserit, agere non potest.*

DECISIO CCLVI.

IN causa Roman.Castri Feliciani , die 3.Iulij 1549.
1 proposui,an†D.Comes Ioan.Franciscus cùm sit hæ
res Ludouici eius patris , possit negari D. Henricum
Comitem Nollæ esse hæredem D.Helenæ : cùm Co-
miti Henrico Castrum,de quo agitur,datum fuerit in
solutum per D.Comitem Ludouicum, asserẽtem etiã
illud ad se spectare.In positione proposui , quòd Co-
mes Io.Franciscus esset hæres patris sui , & eius hære-
ditatem adiisset cum beneficio legis & inuentarij. Itẽ
præsupponendum erat,quòd probaretur,quòd Hen-
ricus Comes Nollæ dictam dationem in solutum ra-
tam habuisset:quæ datio in solutum facta fuerat de an
no 1515.Et licèt verum esset , quòd Comes Ludoui-
cus de dicto tempore dominus esset, & dominium per
dationem in solutum in Comitem Henricum transtu
lisset.Item quia posteà de anno 1526. Comes Henri-
cus hæreditatem Archiepiscopi adiuit sine beneficio
legis & inuentarij. Et in testamento Archiepiscopus
asseruit castrum Feliciani ad se spectare. Ex aditione
per eum facta sine beneficio legis & inuentarij Co-
mes Henricus sibi præiudicauit, vt confessionem te-
statoris , videlicet Archiepiscopi , in testamento fa-
ctam,quòd Castrum ad se spectabat, impugnare non
posset,l.cùm à matre.C.de rei vendic. Bartol.in l.rem
alienam. in fin.ff. de pignorat. actio. & tantò magis,
cùm tantùm tempus interuenerit à datione in solu-
tum facta de anno 1515. vsque ad annum 1526. in quo
Henricus constitutus fuit hæres:quia isto tempore in-
termedio poterit dominium acquiri Archiepiscopo:
& cùm ipse asserat in testamento , castrum esse suum,
& Henricus eius hæreditatem adiuerit sine beneficio
inuentarij,tenetur confessioni auctoris sui stare , per
dictum Bart. in dicta l.rem alienam.in fin.ff de pigno
rat.action.Comes autem Ioannes Franciscus cùm hæ
reditatem paternam adiuisset cum beneficio inuenta-
rij,licèt ad euictionem promissam per Ludouicum pa
trem in datione in solutum factam teneretur , tamen
propter beneficium inuentarij poterit dicere castrum
ad patrem suum non spectare, per text. In l.fin . C.de
euictio.& per Corn. consil. 445.post nu.8. & sequen.
& tantò magis cùm diceret tempore hypothecæ factę
per Henricum ex quo ea confessione Archiepiscopi,
cuius hæres erat,castrum ad se spectare, & sic de erro
re eius patris constabat,

EPITOME.

In causa Colonien.illegitimitatis.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium spirituale vt per lapsum decennij præsumitur,sic etiam carnale,nisi aliquod detegatur impedimentum.*

2 *Matrimonij impedimentum cùm inter personas cohabitantes detegitur,non fiunt filij inde nati legitimi.*

3 *Dispensatio lapsu 30.annorum præsumitur in iis,quæ à Papa concedi solent.*

4 *Dispensatio cum professa non nisi de maxima causa, quæ inter priuatos interuenire non potest,conceditur.*

5 *C.fin.de cland desp. pœna an incurratur, si matrimonium in facie ecclesiæ contrahatur, etiamsi edicta proponi sint solita.*

DECISIO CCLVII.

IN causa Colonien.illegitimitatis, 7.Iunij 1549.pro
posui stantibus dictis testium in Ancherot , videli-
cet vnius de matrimonio contracto 30. annos & plu-
rium aliorum dicentium de tempore non recordari
propter longitudinem temporis · & quòd à tempore
solennizationis matrimonij Ioannes & Sophia fue-
runt semper reputati & habiti pro legitimis coniugi-
bus,& filij pro legitimis liberis, salua prætensa lite &
controuersia,& vnius testis in Distarum, quòd ex cõ-
muni fama audiuit Ioannem & Sophiam prædictos
fuisse legitimos cõiuges.& sese pro talibus reputasse,
& ab aliis reputari & haberi,& aliorũ testium in Dista
rum,quòd Ioannes & Sophia reuersi sunt in Distarũ:

de nouo fiendæ præstetur de nouo consensus. Nō ob stat textus in l. matrimonij. ff. qui & à quibus: vbi intel ligitur de primo matrimonio, quādo scienter aliquis illicitum fecit, secundum Bart. in d. l. hæc conditio filiæ. ff. de condit. & demonstrat. quia ad illam l. matrimonij, respondet p... Bar. & Iaf. in l. qui per salutem. ff. de iureiuran. procedit, quādo tractatur de iure quæsito, prout etiam est hic. Nam D. Ioanni Antonio erat ius quæsitum ex stipulatione, & ideò non verificatur
7 in primo actu. Non obstat, quòd semel † præstitus præ sumitur durare: quia verum esset, quando consensus esset simpliciter præstitus, vt putà, si Nicolaus consen sisset renunciationi faciendæ: secus quando consensus est ad certum actum limitatus, vt erat in casu isto, in quo renunciatio erat facta eim consensu & voluntate Nicolai. Nam talis consensus ad illum actum erat limitatus, l. in agris. ff. de acquir rer. domin. Cumulat multa Feli. in c. cùm ordinem. col. 5 de rescrip. stipulatio sua intelligeretur de consensu super actu valido, donec stipulatio sit adimpleta, nibil ei imputari potest, sed semper ad illum cōsensum agere potest: postquam stipulatio ad sui fauorem est interposita. & tantò magis, cùm consilium sapientis ipsi interposuerint, & non teneatur consilium sapientis requirere, vt ait Bar. in l. j. de pœu. & auth. illar. & etiam ibi dicit, quòd sufficit, vos, quoniam est deputatus de publico: & etiam quia Notarius est doctor, vt pars, si necesse erat, afferebat se probaturum. Ad secundam partem dubij non fuit informatum: quia dixeruut aduocati D. Ioānis Antonij, quòd prius debebat declarare Comes, quis esset iste rerum status præsens mutatus à primo.

SVMMARIA.

1 *Consensus semel præstitus cùm in renunciatione matrimonij reiterari debeat, an si pater filia renunciatura differat eũ vsque dum oriantur inimicitia, possit opponere de consensus defectu.*

2 *Patris promissio de procurando consensu filij rebus sic stan tibus integra & durante potestate suo in filium intelligitur, etiam si fuerit iurata.*

3 *Pater pro filij consensu quamuis re non integra ex contractu, quem promisit, cōuenirinō possit, adeò vt à mora quoque excusetur, si tamen ex eodem contractu promisso vellit agere, tenebitur simpliciter, nec status mutatus attendetur, nisi aliqua culpa ipsi imputari possit.*

DECISIO CCLIX.

IN causa Romana Pintigliana dotis die 21. Iunij 1549. dedi dubium, præsupposito, quòd consensus Nicolai semel præstitus ad effectum renunciationis D. Liuiæ veniret reiterandus super renunciatione Li
1 uiæ, an ex † quo D. Ioannes Antonius distulit vsque ad casum in actis allegatum, videlicet casum inimicitiarum ortarum inter patrem & filium, quòd Comes nō potest facere consentire filium, D. Ioan. Antonius posset ad impediendum executionem obligationis suę
2 excipere de defectu dicti consensus: quia † promissio sua de faciēdo cōsentire. Nicolaū filiū intelligebatur rebus sic stantibus. Idem est quādiu foret sub obediētia sua, vt expressum est in l. cum quis. ff. de solutio. & Doctor ibi not. & in l. filiusfamilias. §. procuratorem. ff. de procur. etiāsi promissio esset iurata, prout est ex pressum in l. quemadmodum. de iureiurand. Sed istud fundamentum fuit apud dominos dubitatum, & in eo variabaut: quia licèt talis prouisio habeat talem intel lectum quoad hoc, vt quis in contractu, in quo promisit, non potest conuenire ex illo, quia intelligitur rebus sic stantibus, vt etiam excusetur à mora: & ita pro cederet cōs. Decij 313. col. penult. lib. 2. Tamen quā-
3 do quis † vult agere ex contractu, ex quo aliquid promisit, debet simpliciter, & non attenditur, quòd status fuerit, mutatus, per ea quæ dicit Abba. in cap. licut. & in l. 3. col. a. ver. sed quero hic dicitur. de iureiurā. Sed alij Domini, quibus placebat fundamētū, factum pro parte Comitis, replicabant, quod dictū Abb. haberet locum, nisi D. Io. Antonio aliqua culpa imputari pos set, ex quo tempore renūciationis factę per Liuiā, & consensus pręstiti per Nicolaū, nihil ipsi Comiti fuerat significatum. Nam si aliquid fuisset ipsi Comiti dictum, tunc adhibēdo peritiores fecisset, quod Liuia adhiberet solennitatem debitas: & sic cōsensus Nicolai fuisset bonus. Et maximè cùm tantū se ad Io. Antonium arctasset, & non percunctando si renūciatio pri mo loco facta erat bona, & non curandò, quòd Nicolaus maneret sub obedientia patris, iterū super valida renunciatione cōsentiret: Vnde postea propter talē negligentiā superuenissent inimicitiæ, vt nō posset tūc facere cōsentire filium: & tantò magis cùm non interesset D. Io. Antonij, quòd consensus Nicolai adhibere tur. cū sine consensu Nicolai renunciatio per Liuiā faciēda esset valida, ex quo hæreditas patris ad filium pertinebat, & ideò filius de ea dispouere poterat, Et sic ex istis duobus, quòd Io. Antonius in renunciatione Liuiæ nō vocasset Comitem, & cùm postea D. Io. Antonius se arctasset, & quòd nō intererat eius, quòd consensus Nicolai interueniret in renunciatione, fuit resolutum contra D. Ioannem Antonium, & dictum, quòd Comes faceret literas requisitorias ad filium.

SVMMARIVM.

1 *Dominium & iurisdictio an & quomodo ex verbis sententia antiquæ probetur.*

DECISIO CCLX.

IN causa Parmensis status Castri Colurni, 26. Iunij 1549. dubitaui, an ex verbis sententię, de quibus in instrumento, de anno 1267. constet Reuerendiss. D. Episcopum Parmen. habere dominium directum & iuris
1 dictionem. Fuit resolutum, quòd † ex verbis sententiæ constaret Episcopum Parmensem habere dominium directū: cùm vsusfructus ideò in sententia fuerit adiudicatus ipsi Episcopo propter dominium directum, quod in eo erat, Sed fuit dictum, quòd ex isto instrumento probatur, quòd castrum Colurni nō haberet iurisdictionem, nec etiam quòd haberet dominiū. Nā licèt ex eo constaret, quòd Communitas Parmæ haberet iurisdictionē in Castrū, posset etiam esse, quòd haberet tanquā supernus Dominus, & episcopus tanquā dicti Castri haberet iurisd. Et ideò fuit dictum, quod daretur nouum dubium, presupposito quòd in corte de Cuna & pertioētibus probetur, quòd Castrum Coluni haberet territoriū, an ex instrumēto de anno 1267. in quo continetur sententia per communitatem Parmæ lata, & de iure communi, quòd illud territoriū sit sine iurisdictione.

SVMMARIA.

1 *Bona specialiter pro dote hypothecata si posse a alienentur, audiendus est petens residuum dotis vigore instrumenti primi, in quo nouum factum est capitulum.*

2 *Debitor si rem suam det pignori creditori, & illam postea alienet, valet alienatio, nisi promiserit se non alienaturum aut venditurum quod hypothecatum est.*

DECISIO CCLXI.

1 IN causa Romana Pintiglina dotis, 18. Iunij. proposui, cūm nouo † capitulo pro cōseruatione & refe

 ctione

ctione dotis & Aecóchij Comes obliganerit per spe-
cialem hypothecá la terra di Fiano libera: cum tenuta
suæ vitiatæ iurisdictionis & pertinentiæ: & nihilomi-
nus eandem terram prout in testamento in actis pro-
ducto pater alienauit, an sit audiendus petens residnũ
dotis vigore illius instrumenti primi, in quo dictum
est nouum capitulnm. Et fuit resolutum, quòd Co-
2 mes esset andiédus: quia † debitor, qui rem suam hypo
thecat vel pignorat creditori, si illam alienat, valet
alienatio: nec dicitur facere contra legem hypothecæ
nec pignoris: ex quo in contractu non promisit non
alienare vel vendere, per text. in l. districtus. C. de pi-
gnor. & ibi omnes, maximè Bald. Et ratio est, quæ col
ligitur ex dicta l. districtus. quia ex tali alienatione ius
creditoria non efficitur deterius. Nam contra debito
res alienantes habet actionem personalem. & contra
emptorem hypothecariam. Nó obstat, quòd Comes
hypothecando dixit, la tennta di Fiano libera: quia in-
telligitur tempore hypothecæ, licèt posteà facta fue-
rit. Sed fuit dictum, quòd daretur punctus, an Comes
propter alienationem per eum factam, & quia dixe
rat in articulis se ęre alieno grauatum, diceretur ver-
gere ad inopiam, ita vt esset locus repetitioni partis do
tis soluendæ.

SVMMARIA.

1 *Bona fides in matrimonio cum religiosa contracto, quan-*
do præsumatur, ad hoc vt filij ex iis nati fiant legitimi.
2 *Metus paternus in professione interueniens eam rescindit,*
nisi purgetur remansione diuturna in monasterio.
3 *Matrimonium in facie ecclesiæ contractum non dicitur clan*
destinum, nec proles est illegitima si edicta proponi non
consueuerint.
4 *Matrimonium in facie ecclesiæ contrahens, etiamsi edicta*
proponi soleant, an euadat pœnam c. fin. de clan. despons.

DECISIO CCLXII.

IN causa Colonien. illegitimitatis proposui 28. Iunij
1 1549. præsupposita † professione Sophię & Mariæ il
lius sororis in loco de Niuerstat, in quo parentes ha-
bitabant, quæ vna cum consanguineis professionem
emiserunt, & quòd Maria post professionem pauco
duntaxat tempore, sed vltra annum, & Sophia per sex
annos, & vltra, & vsque ad deuastationem conuentus
in eo permanserit, & quòd deinde ab eo loco recessit,
& venit ad locum Distarum, in quo inter Biguttas in
inclusorio, & pro Moniali in habitu religioso per
quatuor annos permanserit, in eodem loco habitaue-
rit, & tali habitatione Sophia inter dictas moniales
seu Biguttas notitiam habuerit, ac deinde cum So-
phia ad locum Distarum recessisset: & tandem cum ea
& duabus prolibus in villagio Ancherot apparuerit,
& ibidem factis in Ecclesia tribus edictis matrimo-
nium contraxit: & tandem ab eo loco recesserit Co-
lonia, seu in alio loco Distarũ, inde reuersus cum So-
phia habitauerit, & quòd testes de Niuerstat id nó no
uerint, sed Sophiam quadam vice cum duobus filiis
iuuenibus viderunt in loco Niuerstat, an stãtibus te-
stibus aliquibus in Niuerstat de metu paterno So-
phiæ & Mariæ, & quatuor de fama matrimonij, & tri-
bus de auditu & dispensatione, non probata aliàs cõ-
suetudine proclamandi in Niuerstat & Distarum, nisi
fortè testis in curia super obseruatione edicti in Ciui
tate & diœcesi Colonien. & Leodien. examinati ali-
qui dicant, quorum dicta publicata nó sunt, præsuma
tur ex istis bona fides inter Ioannem & Sophiam con
tracti matrimonij, vel saltem deprehendatur bona fi-
des Ioannis, ita vt proles dudum ante genita censea-
tur quoad eum legitimata, etiam quoad successio-
nem & in terris Imperij. Et quia quoad ea, quæ in pũ-
cto præsupponuntur, iam aliàs fuit resolutum, quòd
2 † metus paternus in professione potens sit rescin-
dẽdum professionem, non probatur per ea quæ dicit
Abb. in c. cum vnum. de reg. & testes super eo depo-
nentes non cõcludenter illud probant. Immò si ali-
quis metus esset probatus, esset purgatus eo, quia
Sophia permansit in monasterio, prout Maria eius
soror exiuit. Item quia vnus testis deponere de
metu, tamen alię moniales, quæ in professione inter-
erant, nihil de professione dicũt. Item testes de fama
& auditu nihil referunt ad bonam fidem Ioannis, cũ
ista non interuenerit tempore conceptionis prolium,
nec tempore contracti matrimonij, cùm sit quid in-
trinsecum ab eis, putà ista fama superueniens. Sola dif
ficultas erat, ex quo non probatur, quòd esset cõsuetu
do in loco de Niuerstat proponendi edicta, nec in Di
starum, per illud quod dicit Abb. in c. fi. de clandestin.
despons. nu. 9. Sed fuit dictum, quòd illud dictũ Abb.
nihil facit. Nam Abb. dicit, quòd quando non est con
3 suetudo, quòd proponãtur edicta, tunc † matrimoniũ
in facie Ecclesiæ contractum non dicitur clandesti-
num, & proles dicitur legitima. Iste casus primus no-
ster. Nam conclusum fuit, quòd edicta erant ponen-
da in loco maiorũ: & cùm iste haberet ius commune
pro se, secũdum dictum c. fi. & quod ibi dicit Alex. de
clandesti. despons. qui volebat dicere, quod non tene-
batur proponere edicta, debebat probare in casu isto,
quòd ista consuetudo non erat probata. Item dum in
4 2. casu Abb dicit, quòd † etiam data cõsuetudine quòd
quando matrimonium est in facie Ecclesiæ contra-
ctum, quòd tunc pœna illius c. locũ non habeat istud
dictum Abba. non est verum, & contrarium tenet idẽ
Abb. in c. quod nobis. qui filij sint legitimi. & quando
dictum Abb. etiam in dicto c. esset verum, illud proce
deret, quando quis in loco maiorum contrahit, & hic
in Ioanne negari non potest culpa. Quia cùm ipse co-
gnouerit, tamen loco Distarum inter Biguttas cogno
uit eam, & ad tertiũ locum introduxit, vbi mutato ha
bitu cum ea contraxit & ibi fraus & dolus ipsius de-
prehenditur.

SVMMARIA.

1 *Abbatis præscriptio contra collegiatæ capitulum an suffi-*
ciat ad excludendum collegiatam quoad commutandum
præeminentias cum prælato, quæ ipsi de iure competunt.
2 *Capitulum maius, si Abbas præscripserit præeminentias,*
potest se aduersus omissam allegationem restituere.

DECISIO CCLXIII.

IN causa Salamant. præeminẽtiarum 28. Iunij 1549.
1 proposui, an † præscriptio Abbatis cõtra Capitulum
collegiatæ sufficiat, ad exclusionem illius collegiatæ
quoad commutandũ cum prælato de præeminentiis,
quæ de iure ipsi prelato competunt. Et licèt pro par-
te collegiatę diceretur, quòd ipsa habebat tres senten
tias contra Capitulum maius, & modò Capitulum ma
ius veniebat per viam restitutionis in integrum, &
ideò in isto iudicio debebat docere de lęsione iuris
proprij, non autem debebat date de iure [illegible] ætij, & sic
de prçscriptione Abbatis. Et tamen Domini in hoc
valde dubitarunt, & potius in contrariam partem in-
2 clinarunt, quia † prçsupposito, quòd Abb. prçscripsis-
set, poterat Capitulum maius se restituere aduersus
omissam

omissam allegationem. Nam poterat dici, quòd si in
illis tribus instantiis opposuisset de præscriptione Ab
batis, cùm per præscriptionem omne ius collegiatæ
esset sublatum, l. sicut & l. omnes. C. de præscrip. 30. an
norum certè collegiata à iudicio erat exclusa: & non
obtinuisset tres sententias: & contra illam allegatio-
nem Capitulum maius erat restituendum: & sic colle-
giatam excluderet.

SVMMARIA.

1 *Filius an possit factum patris, cuius est hæres, improbare
eò quòd hæreditatem cum beneficio inuentarij adierit, si si-
mul doceat, se si defuncti factum approbet, vltra vires hæ-
reditarias obligatum iri.*
2 *Hæres conficiens inuentarium potest defuncti voluntati cō-
trauenire, cùm ex hæreditate nihil ipsi hæredi remanet.*
3 *Inuentario legitimè confecto si probetur hæredem non esse
solvendo, vlterior non requiritur ab hærede probatio: sed id
neganti onus probandi contrarium incumbet.*

DECISIO CCLXIIII.

IN causa Rom. Castri Feliciani, 3. Iulij, 1549. in qua
dedi punctū, de quo suprà: & posteà aliud videlicèt
1 an D. Comes † possit improbare factum patris, cuius
est hęres, sub prætextu, quòd adiuit hæreditatem cum
beneficio inuentarij, nisi pariter doceat, quòd si factū
defuncti approbaret, obligaretur vltra vires hæredita-
rias. Iste punctus non fuit positus in Rota: quia infor-
mantes pro vtraque parte conueniebant in iure: quia
próut dicit Dec. in l. qua persona. ff. de regu. iur. quòd
2 hæres, † qui facit inuentarium, potest contrauenire,
quando ex hæreditate nihil remanet ipsi hæredi: Et
ideò dicebat D. Michael aduocatus D. Io. Francisci, quòd
3 cùm Comes Io. Franciscus legitimè † inuentarium
confecisset, & quòd ex lectura illius appareret hære-
dem non esse soluendo, apparebit hæredem probasse.
Negatiuam itaq; asserenti, quòd essent plura bona, in-
cumbebat onus probandi, prout est expressum in l. fi.
§. si verò. & §. licentia. C. de iure delib. & ibi Bal. Salic.
Ang. & Ioan. Andreas in 1. not. Et ideò pro parte D.
Helenæ fuit articulatum, & probatum, quòd Comes
Io. Franciscus fuisset hæres, & hæreditatē patris adiis-
set, & Castrum Betiliani & Soriani cùm eorum feni-
mentis habuisset: & pro parte D. Ioan. Comitis fuit
productum inuētarium, & laborat nunc in probando
credita in inuentario narrata, vt doceat, quòd hæredi-
tas non est soluendo.

SVMMARIA.

1 *Marito vel socero malè sua vti substantia incipiente datur
repetitio dotis, etiamsi ambo pro ea sint obligati.*
2 *Dilapidatio vnde præsumatur.*
3 *Dotis solutæ & soluendæ etsi agatur præiudicium, potest ta-
men solui illa & de repetitione hæres opponere.*
4 *Dotis repetitio ex quibus causis fiat, & cesset.*
5 *Alimenta an debeant pro parte, vel pro tota dote, non etiā
soluta assignari: si autem hæres filius omnia bona patris oc-
cupet, dubiū non est, quin integra ex ipsius bonis percipiātur.*

DECISIO CCXLV.

IN causa Roman. Pinigliana dotis, proposui 2. Iulij
1549. an stantibus deductis contra D. Comitē pos-
sit D. Ioannes Antonius repetere partem dotis solu-
tę, & non solutæ retinere. Pro parte D. Io. Antonij
1 dicebatur, quòd statim quòd † maritus, vel socer in-
cipit malè vti substātia sua, datur repetitio dotis, vt
per Bart. in l. si constante. q. 7. quem communiter se-
quuntur Doctor. & Crot. ibi in 2. lectura testatur. nu.
54. vers. quæris Bart. & in fortioribus terminis tenet
Barto. in dicta l. si cōstante, quæst. 8. quòd quando ma
ritus & socer sunt obligati pro dote, quòd quādo vnus
incipit malè vti substantia sua, quòd contra abutentē
facultatibus suis datur actio constante matrimonio,
etiam quòd alter sit diues, vt Crot. d. lect. 1. nu. 35 vers.
2 & collige ex dictis Bar. Et quòd Comes † incepisset
malè vti substātia sua, intelligebatur ex venditio-
ne Castor. Feliciani, Morlupi, & Fabij: & quòd
articulasset: quòd erat oppressus ære alieno. Sed pro
parte Comitis dicebatur, quòd postquàm Comes ince
perat malè vti substantia sua, Dominus Ioānes Anto-
nius cum eo contraxerat emēdo iura Castri Feliciani,
& faciendo se surrogari in iuribus Illustris D. Horatij
Famesij: ergò videbatur D. Io. Anton. ibi præiudicas-
se. Sed aduerte, quòd ad istud fundamentum posset dici
3 quòd si † aliquod pręiudicium ex illo instrumēto orire
tur respectu dotis iam solutæ, & quòad dotē, seu par-
tem dotis soluendæ in instrumēto D. Horatij, in cuius
iuribus fuit surrogatus D. Io. Antonius, dicebatur, quòd si
tota dos soluerετur, possit D. Horatius illam soluere: &
antequàm dicta dos sit soluta, D. Io. Ant. opponat de
repetitione, vel melius de retentione: non videtur per
dictum instrumentum renunciatum, cùm sit euentua
le. Sed pro parte D. Comitis adducebatur illa ratio,
4 quæ placuit Dominis. Nam † repetitio fit ex duabus
causis: vna est, vt dos sit in tuto: Secunda, vt ex ea inte
rim marit' & vxor se alere possint. Sed ex instrumēto
cum D. Io. Anto. facto, qui surrogabatur in iurib. D.
Horat. dos dicitur esse secura. Nā ipse habebat Castrū
Feliciani: & nō tenebatur illud restituere nisi restituta
dote soluta, & sic dos videtur esse isto casu secura. Itē
& secundò quòad alimēta, licèt aliàs ex eo ꝑ dubitauc
5 rim in hoc ipso, an † alimenta possint pro tota dote, nō
etiā soluta, assignari: Tamē hodie ista dubitatio cessa-
bat, ex quo D. Nicol. occupabat omnia bona patris,
& sic soceri Liuię: & sic integra alimēta percipiebāt
in bonis ipsius Comitis: & per istam rationem, quę
Dominis placuit, nō est locum repetitioni dotis Sed
cùm pars D. Io. Antonij post egressum è Rota intelle
xisset fundamentū, quo Rota fundabat. dixit illud esse
falsum, quòd quòad alimenta esset promissum D. Liuię
pro tota summa dotis. Nam licèt fundamentum milita
ret quòad præsentem statum occupationis bonorum
per Nicolaum: Tamen quia Comes posset pro parte
illa omnia bona recuperare, vel per expulsionem ipsius
Nicolai, vel per obitū, vel alio modo, tunc dos repe-
riretur in totum soluta, & alimenta non reperiebātur
pro tota dote assignata. Vnde pro parte Comitis
fuit dictum, quòd ex registro volebat docere, quòd
assignata essent alimenta pro tota dote: & quādo istud
est verum, ex quo Liuia venit ad causam: & in instru-
mento D. Horatij, in iuribus cuius D. Antonius erat
surrogatus, dicitur, quòd si infra 20. annos D. Comes
Castrum non redimeret, vel si infra dictos duodecim
annos locus esset restitutioni dotis, quòd tali casu Castrū
esset venditum, & posset satisfacere D. Liuiæ de dicta
dote. Pone, quòd Comes infra duodecim annos Castrum
redimeret, & locus non esset restitutioni dotis, talis ca
sus non est, promissus in instrumento: & in isto casu
non esset prouisum D. Liuiæ. Quia Comes post
redemptionem posset de Castro disponere & sic Liuia
litibus inuolueretur.

EPITOME.

Expectans apoſtolicus quando concurrit cum prouiſo ab ordinario prouiſore debet plenè probare beneficium vacaſſe in menſe apoſtolico.

SVMMARIA.

1 *Acceptatio ſi præſumatur in tempore facta, an ex eo probetur beneficium vacaſſe in menſe apoſtolico.*
2 *Prouiſus ab ordinario ſi ſit poſſeſſor & expectans apoſtolicus actor, tenetur hic plenè probare beneficium in menſe Apoſtolico vacaſſe, ſic vt de neceſſitate concludat.*
3 *Probatio per publicam vocem & famam non ſufficit, cùm agitur de præiudicio tertij, & ſemiplena tantùm eſt.*
4 *Obitus probatur per publicam vocem & famam, ſed non tempus obitus.*

DECISIO CCLXVI.

IN vna Vrgillen. de Cauaruſa, dubitauit D. Achilles, 7. Octob. 1549. an ſtante prouiſione ordinarij expectans teneretur probare vacationem in menſe Pótificis: & in eo caſu an probatio de publica voce & fama ſufficiat. Et caſus erat: quia expectans acceptauerat beneficium vacans 7. Septembris 1549. Et quia
1 † acceptatio præſumitur in tempore facta, prætendebat ex eo probaſſe, quòd beneficium vacaſſet in menſe Auguſti, & ſic in menſe apoſtolico: cùm aliter præſumendo præſumatur delictum in ipſo acceptante. Et tantò magis cùm haberet probationem de publica voce & fama de vacatione vlt. Auguſti. Hoc non ob-
2 ſtante, quia prouiſus † per ordinarium erat poſſeſſor, & expectans erat actor, fuit reſolutum, quòd teneretur probare aliter beneficium vacaſſe de menſe Apoſtolico, & ſic de menſe Auguſti: cùm ita poſſibile erat, quòd vacaſſet de menſe Septembris, ſicut de menſe Auguſti. Vnde probatio illa non erat neceſſaria, prout debet de neceſſitate concludere. Et non ſequitur, acceptatio præſumitur in tempore facta, ergò obiit in méſe Apoſtolico. Quia iſta acceptatio erat in tempore facta, cùm prima vel ſecunda Septembris obiiſſet, ac ſi
3 penultima vel alia die Auguſti. Probatio † de publica voce & fama non ſufficit, vbi agitur de præiudicio tertij: cùm talis probatio non faciat niſi ſemiplenam probationem, ad not. in c. veniens. de reſtitution. ſpo-
4 liat. Non obſtat, quòd Rota concluſerit, quòd † obitus probetur per publicam vocem & famam: quia hic non agebatur de obitu, ſed de tempore: quod erat fundamentum intentionis expectantis: & ideò cùm ipſe eſſet actor, debebat priùs probare contra poſſeſſorem.

EPITOME.

In confectione inuentarij ſufficit vna citatio contra incertos abſque peremptorio.

SVMMARIA.

1 *Inuentarium, quod careat citationis peremptoria ſolennitate, an ſit nullum.*
2 *Inuentarium cùm eſt conficiendum, citandi ſunt tertij per proclamationem creditores, quod cum trium citationum ſolennitate fieri debet.*
3 *Creditoribus cùm ad agendum terminus præfigitur, peremptoriè aſſignari debet.*
4 *Citatio vnica etiam contra incertos creditores in conficiendo inuentario ſufficit, nec requiritur peremptorium.*
5 *L. ſi eo tempore. C. de diſtract. pign. an trinam requirat citationem, & quomodo.*
6 *Dilatio extraiudiciaria eſt perẽptoria, ſicut & iudiciaria quæ ad agendum vel accuſandum præſcribitur.*
7 *Inuentarij confectio modici eſt præiudicij.*

DECISIO CCLXVII.

IN cauſa caſtri Feliciani, 5. Octobris, 1549. propoſui,
1 an † inuentarium, de quo dictum eſt, pro parte Comitis ſit nullum: cùm inter alia careat ſolennitate citationis perẽptoriæ: Et D. Helena ſit ſub generalitate creditorum incertorum. Et quóad vltimam partẽ dubij vtraq; pars conuenit, quòd D. Helena eſſet inter creditores incertos: quia de eius credito nullam notitiam habuit. Quòad primam partem dubij pro parte affirmatiua, quòd requiretur peremptorium, diceba-
2 tur, quòd in † confectione inuentarij tertij creditores per proclamationem erant citandi, Bar. in l. fi. §. 1. col. 2. C. de iur. delib. Dec. conſ. 251. col. pen. & Marian. Sozin. in tract. de citat. artic. 12. col. 1. verſi. de conſanguin. igitur inde ſuccedit regula, quòd huiuſmodi citatio generalis fieri debeat cum ſolennitate trium citationum, & vna cum peremptorio non ſufficeret, vt tradit Soz. ſup. articul. 12. col. 2. q. 2. verſ & aduerte. quòd hæc citatio generalis. Et eſt aduertendum, quòd Marian. ibidem, q. 4. loquitur de inuentario: & poſteà in ſequenti q. quando ſit citatio de incerto, vult, quòd requiratur inuentarium, vt Bald in tracta. de aditione cum inuentario. colum. 1. Guid. etiam in tract. de forma inuentarij. col 3. verſ. & pro introitu. Et ratio: quia cum vigilantibus creditoribus, & primò veniẽtibus hæres cum inuentario ſatisfacere poteſt, videtur agi de magno præiudicio, quod quando agitur, perẽptoriè citandi ſunt, c. quoniam frequenter §. foro. vt lite non conteſt. Non obſtat l eo tempore. C. de remiſſ. pign. quia ille tex. dum loquitur de proclama, eſt intelligendus cum peremptorio, prout ita tenere videtur Bald. ibi & Ang poſt alios. Vltimò ratione confir-
3 matur: quia cùm † ibi in diſtrahẽdis pigno. aſſignetur quaſi terminus ad agendum creditoribus, debet aſſignari peremptoriè terminus. l. diffamari. C. de ingenu. & manumiſ. prout illum tex. ita ponderat Soz. vbi ſupra, art. 27. verſ. 10. exigitur. Sed iſtis non obſtantibus illud fuit decíſum, etiam pro iſta parte, quòd non re-
4 quiratur † peremptorium, ſed ſufficiat vna citatio etiam contra incertos, vt tenet Corn. in l. fin. in prin. col. 6. in fi. verſ. cùm agitur. col. 4. verſi. item adde. C. de iu. dom. impetran. quia cùm Bartol. in dicta l. fin. dicat, quòd incerti vocandi ſunt per proclama, per textum in leg. creditor. C. de diſtract. pignor. & tamen ille textus intelligitur de proclamatione perẽptoria, prout ita ſentit gloſ. in l. Papinianus. §. ſi poſt ſem. ff. de inoffic. teſtamen. & ibi Bald Angel. & Abb.
5 in † dict. l. ſi eo tempore. vbi agitur de magno præiudicio, vt pote de pignore diſtrahendo, in præiudicium habentis hypothecam: à fortiori dicendum eſt in cõfectione inuentarij, in qua vocantur creditores videlicèt, vnum proclama ſufficiat abſq; peremptorio. Nõ obſtat, quòd Angel. & Bald. in dicta l. ſi eo tempore. dicant, quòd requiratur peremptorium in terminis illius legis: quia iſtud non eſt verum, quòd debent: tutius ergò, non etiam neceſſarium. Et quod in terminis illius l. ſi eo tempore. non requiratur peremptorium, tenet Salicetus in l. ſi ea quæ crimen. colum. penult. verſicul. quæro quando dicatur. C. qui accuſ. non poſ. vbi facit duos caſus ad propoſitum: quia dicit, aut
6 † ſumus in actu extraiudiciali, & eius terminus eſt peremptorius: aut ſumus in actu iudiciali, & tunc ſi ſtatuerit terminos ad accuſandum vel agendum, eſt termi-

nus

nus peremptorius. Et vltra prædicta quòd in d.l.si eo
tempore. non requiratur trina citatio, facit idem tex-
tus, dum dicit de proclamate & cum proclamatibus.
& Marian. Sozin. in d. artic. 12. dum dicit, quòd requi-
ritur trina citatio, intelligendo quando sumus in dila-
tione extraiudiciaria, non autem in dilatione, vt quis
veniat ad agendũ, prout distinguũt Ang. Bal. & Albert.
in l. Papinianus. §. si post rem. ff. de inof. testam. & Sa-
licet. in dicta l. si ea quæ crimen. column. penultim. Et
pro ista parte facit. quia eramus in actu extraiudiciali,
vel quasi, prout ita dicit Angel. in dict. l. 1. §. hæc stipu
latio. & Bal. in d. l. fin. & ideò non requiritur perempto
rium, prout istud latius firmat Sozin. vbi suprà, artic.
27. col. 5. versicul. quædã verò requisitio. & col. 10. ver-
sic. item 23. Itẽ in his, quæ sunt parui præiudicij: vbi nõ
requiritur trina citatio seu peremptoriũ, vt per eundẽ
7 Sozin. articulo 27. col. 4. requisit. 2. Et † confectio in-
uentarij est modici præiudicij: quia vel in eo aliqui ex
creditoribus comparuerunt, & hæres aliquid occultat:
& tenetur ad duplum. Item pro decisione fuit conside
ratum, quòd nimis durum videbatur, vt qui cecidisset
à syllaba caderet à toto: cùm non maiorem notitiam
consequantur creditores incerti per illam dictionem
& peremptoriè.

EPITOME.

Resignatione non probata omnes clausulæ tanquam nullæ
nihil operantur.

SVMMARIA.

1 *Resignatio si facta sit & post biennium præstetur consensus,
an si alter ex obitu veniat, licèt sit posterior in data, priorẽ
resignatarij gratiam subreptitiam faciat.*
2 *Consensus resignationem præcedere potest & sequi, & quan
documq; superuenerit, retrotrahitur ad datã supplicationis.*
3 *Consensus quando ad diem data supplicationis nõ retrotra-
hatur.*
4 *Supplicatio quando de mandata resignantis etiam in Curia
cùm signatur præsentis, quando porrecta non præsumatur*
5 *Narratiua dolosè facta vitiat totam gratiam.*

DECISIO CCLXVIII.

IN causa Legionẽn. Canonicatus, pro Georgio de
Quignones contra Antonium de Mulgar, etsi repe
1 riebatur quædam † resignatio dicti canonicatus per
Gundisaluum Perez, in fauorem Petri de Brauia, sub
28. Octobris, 1540. aliàs Nouembris: tamen consensus
dictæ resignationis non erat præstitus per Gundissal-
uum, nisi post biennium à die datæ resignationis, & in
dicta resignatione, siue literis expeditis dictæ resigna-
tionis dicebatur, siue per obitum, siue aliàs quouis mo
do vacet. Vigore cuius clausulæ Petrus de Brauia, si-
uẽ Antonius Mulgar ex eius iure veniens dicebat,
quòd dato, quòd Petrus de Brauia ex resignatione
Gundissalui nihil fecisset: tamen per clausulam illam,
siue per obitum, capiebat beneficium & canonicatũ
vacantem per obitũ Ioannis Simonis de Capella, qui
obierat 9. Nouemb eiusdẽ anni. Sed pro parte Geor-
gij dicebatur, quòd illud esset verum, nisi Cardinalis
Farnesius esset prouisus sub 28. Nouẽbris, 1540. qui
licèt esset posterior in data, tamen quia nõ probabatur
resignatio facta per Gundissaluum, nisi post bien-
nium, quòd illa gratia esset subreptitia: & ideò illa non
suffragabatur Petro de Brauia. Ideò dubitaui 24.
Octobris 1549. an gratia Petri sit subreptitia, ex
eo quia in ea fit mentio de resignatione, in qua post
biennium, & ante triennium, post datam supplica
tionis superuenit consensus Gundissalui. Et pro parte
2 negatiua, quòd nõ esset subreptitia dicebatur, quòd † con
sensus poterat præcedere, & sequi, c. cura. & cap. sug-
gestũ. de iure patronat. Doctor. in l. si quis mihi bona.
§. missum. ff. de acq. hered. & quandocunq; consensus
superuenerit, retrotrahitur ad datam supplicationis,
gratia ergò non potest dici surreptitia: quia tempore
datæ non constabat de aliqua resignatione cùm con-
sensus superuenisset post biennium. Nec obstat, quòd
3 retrotrahitur ad diem datæ supplicationis, quia † di-
cebatur, quòd in casu isto in præiudicium iuriũ Car-
dinali Farnesio quæsiti retrotrahi non poterat: & ideò
cum tempore impetrationis factæ per Cardinalem
nulla esset resignatio, illa gratia præcedens, tanquam
surreptitia, erat nulla, & ideò operabatur. Nõ obstat,
4 quòd dicebatur, quòd ex quo † in actis constabat
quòd tempore, quo supplicatio fuit signata, Gũdissaluus
fuit præsens in Curia, & ideò præsumebatur de eius
mandato porrecta, vt per Fel. in c. nonnulli. §. sunt &
alij. nu. 15. col. 6. & c. 7. nu. 17. de rescrip. ex qua suppli-
catione dicebatur resignatio perfecta, licèt posteà con
sensus superuenisset: & ideò poterat fieri retrotractio,
seu verius erat declaratio resignationis anteà factæ, ad
Cassad. decis. 1. de renunciat. Sarnen. regul. de publi-
can. q. 7. num. 3. & ideò gratia nõ esset surreptitia: quia
fuit dictum, quòd ex tribus nõ præsumebatur de man-
dato Gũdissalui supplicationis porrectio. Primò quia
erat modica impensa: secũdò, quia de nullo lucro ipsius
Gundissalui tractaretur, sed tantùm de eius præiu-
dicio: cùm nihil in tali resignatione in fauorem Gun-
dissalui reseruaretur: tertiò, propter interuallum tem-
poris, quod fuit intèr supplicationem signatam &
consensum eius: quod denotabat, quòd à principio
fuit data absque consensu eius: & posteà fuit tractatũ,
vt Gundissaluus supplicationi consentiret. Nõ obstat
clausula, siue per obitum, quæ videbatur æquè princi-
paliter in supplicatione apposita: quia non facit quod
accessorium esset ad resignationem narratum: & ideò
5 illa † narratiua quòd erat dolosè facta vitiabat totam
gratiam, vt per Abb. in c. super literis. in princip. & ibi
Fel. col. 3. versi. limita 5. de rescript. & non erat dubiũ,
quòd si non fuisset facta mentio resignationis, quòd Papa
canonicatum Legionen. per obitum non concessisset.

EPITOME.

Gratia de consensu Cardinalis concessa tempore, quo Car
dinalis iam obierat, est nulla.

SVMMARIA.

1 *Prouisio absque consensu Cardinalis, qui mortuus erat tempo
re prouisionis, an sit valida. & nu 3.*
2 *Clausul de consensu Cardinalis, quomodo sit accipienda.*

DECISIO CCLXIX.

FErdinandus de Contreras post obitum Cardinalis
Hispalen. qui fuit 22. Aprilis 1546. ignorans obitũ
dicti Cardinalis, dubitaui in vna Astoricẽ. canonicat.
1 an † prouisio Ferdinandi sit valida absq; cõsensu Car
dinalis Hispalen. attento, quòd Cardinalis erat mor
tuus tẽpore prouisionis. Pro parte Ferdinandi diceba-
2 tur quòd esset valida: quia † verba illa in prouisione posi-
ta, de consensu Cardinalis, erant posita ad præser
uandum præiudicium, quod poterat fieri Cardinali,
si sine eius consensu poterat fieri prouisio: Sed
cùm

cùm in casu isto existente Cardinali mortuo nullum
præindicium Cardinali fiebat, ergò illa verba, de con-
sensu Cardinalis, habebantur non apposita. Istis non
obstantibus fuit decisum contrarium, videlicèt quòd
gratia esset nulla. Ratio, quia illa verba, de Cardinalis
consensu, faciebant gratiam conditionalem. ergò sub
contraria conditione videbatur non dedisse, l. pecuniã
quam. ff. si cert. peta. Aymo. consi. 93. nu. 2. & est tex. in
3 c. si pro te. de rescript. in 6. Item & secundò, quia † Papa
concedendo per obitum familiaris, de consensu Car-
dinalis, illud fecit, quia negare non potest stante re-
gula de impetran. benefi. vacan. per obitum Cardina-
lis: & si Papa sciuisset, quòd collatio Canonicatus per-
tinuisset ei liberè, certè non cõcessisset, seu difficilius.
Et ideò illa impetratio dicitur odiosa, & surreptitia:
quæ surreptio etiam nocet, dato, quòd procedat ex
simplicitate vel ignorantia, ad cons. Calder. 31. in 3.
col. vers. & hoc coniungo. Felin. in c. super literis. col.
4. nume. 13. versi. limita 2. de rescrip.

SVMMARIA.

1 *Reintegrandi in remedio agentem possedisse probare sufficit & alium hodie possidere.*
2 *Articuli siue positiones semper cum sua qualitate adiuncta interpretari debent.*

DECISIO CCLXX.

IN vna Hispalen. capellaniæ dubitaui decimasexta
Octobris 1549. an probetur, quòd Franc. de Horti-
giosa spoliauerit seu successerit in vitium spolij, ad
hoc vt Ioãnes Grassis ad possessionem Capellaniæ, de
qua agitur, sit restituendus: & fuit resolutum, quòd
1 constaret de spolio: quia † quòad remedium reinte-
grandi sufficit probare possedisse, & alium hodie pos-
sidere Ioannes Grassis probat se 4. Maij, 1546. acce-
pisse possessionem, prout constabat ex instrumento
in actis producto: & ex instrumento mandati Franc.
de Hortegiosa prima Augusti, 1547. constabat, quòd
ipse non possidebat. Nec obstabat, quòd in eodem in-
strumento idem Franciscus diceret, quòd Ludouicus
prius tenebat illud beneficium seu capellaniam, &
ideò poterat esse, quod possessio Ludouici esset anti-
quior, quàm Ioannis: & ideò Franciscus non succes-
sit in vitium spolij: quia fuit dictum quòd confessio-
ni Francisci non erat standum, quòd quatenus stare-
tur, debebat probare, quòd esset anterior: ex quo Ioan
nes Grassis docebat de claro initio suæ possessionis.
Non obstat, quòd pro parte Ioannis Grassis esset ar-
ticulatum, quòd Ludouicus, deinde Franciscus posse-
2 derat: quia † articulus dicebat spoliando: & ideò cõ-
fessio Ioannis Grassis erat capiẽda cum sua qualitate.

EPITOME.

Appellare licet isto casu à sententia declaratoria incursus censurarum, & effectum illarum suspendit.

SVMMARIA.

1 *An liceat à sententia declaratoria incursus censurarum literis Apostolicis contentarum, in qua simul eas canonizando pronunciatum est appellare.*
2 *Monitio iudicum in partibus, vt infra certum diem sub pœna excommunicationis appareant, in simplicem citationem resoluitur, si monitus contradicat & appellet.*
3 *Monitus ex decreto iudicis iniustã habet cõtradicendi causam.*
4 *Monitio vel citatio noua ad excommunicationem ferendam est necessaria, si prior per contradictionem in simplicem citationem fuerit resoluta.*
5 *Declaratoria vnicam per sententiam, à qua appellatum, est non præbet factum, quo quis excommunicatus esse declarari debeat.*
6 *Executor cùm non nisi contra rebelles & indebitè resistentes iurisdictionem habeat, non nisi etiam de facto contradicentes excommunicare potest.*
7 *Possessor, qui possessionem sine causæ cognitione dimittere non vult, monitorio iudicũ decreto indebito nõ contradicit.*

DECISIO CCLXXI.

PApa Episcopo Gerund. indultum dederat de per-
cipiendis fructibus duarum portionum, quas vt ca-
nonicus in Ecclesia habebat sub pœnis & censuris cũ
assistentia iudicum: Iudices in monitorio monuerãt
Capitulum, & non obedientes ferebant ex tunc, vt de
fructibus ipsi Episcopo responderent. Cui monitorio
vna pars capituli paruit: alij verò contradixerunt, & à
monitorio appellarunt. Et causa ad Curiam deuo-
luta commiserũt causam surreptionis, & obreptionis
dicti breuis Do. Fabio, qui causa pendente seruatis
terminis & præfixo termino pro prima Episcopo ad
dicendum de surreptione, & nihil docto, Dominus
Fabius canonizauit literas dicti indulti: & in eadem
sententia declarauit illos tres vel quatuor contradi-
centes incurrisse in censuras in literis Apostolicis cõ-
tentas. Ab ista sentẽtia fuerat appellatũ, & causa com-
missa D. Achilli, dubitauit D. Ach. 21. Oct. 1549. an li-
1 ceat † à declaratoria sentẽtia, in qua pronunciauit ca
nonizãdo literas Apostolicas appellare: nũ quid eodẽ
modo licet appellare stante intimatione & canoniza-
tione executionis in partib. & non possit aliter decla-
ratũ absolui ad beneplacitum. Et fuit resolutum, quod à
tali declaratoria licuisset appellare: & quòd per ap-
pellationem effectus illius fuisset suspensus, Quia fuit
2 dictum, quòd illa monitio † iudicum in partibus, vt
infra sex dies deberent comparere sub pœna excom-
municationis, quam ex tunc in eos ferebat, per con-
tradictionem & appellationem illa monitio iudicum
& præceptum videbatur resolui in vim simplicis ci-
3 tationis: quoniam † monitus habet iustam causam cõ
tradicendi, vt dicit Inn. in c. de eo habit. de cler. & mu
lier. Bart. leg. 1. c. de exces. rei public. Alexan. & Ias.
in d. l. de pupill. §. meminisse. de op. nou. nunc Ias.
in l. nequicquam §. vbi decretũ, nu. 6. ff. de off. procõ.
4 & leg. Et ideò cũ illud † præceptum propter contra-
dictionem esset resolutum ideò vel ad ex communi-
cationem requirebatur alia monitio vel citatio, iuxta
text. in capitulo. sacro. de senten. excommun. quòad
declaratoriam. vt iuxta Felinum, in capitulo Ro-
dulphus. column. penultim. versicul. citata etiam pars.
de rescript. & Dd. in c. reprehensibilis, Rota. decisi. 14.
in nouis, Abb. in cap. peruenit. de appall. & Aretin. in
consi. 163. nume. 7. post dictam monitionẽ iudex causa
cognita potest procedere ad declarationem eos scili-
cèt excõmunicationem à iure vel ab homine latam in
currisse, à qua quidẽ declaratoria potest appellari, Fel.
in d. c. Rodulphus. col. penul. vers. citata etiam pars. de
rescript. & Abb. in d. c. peruenit. Franc. in c. his qui. §.
fin. versic. limita 6. de senten. excõmun. in 6. quia cùm
5 à veritate in dultum dependeat, illa declaratoria † per
vnam sententiam, à qua est appellatum, non dicitur
constare de facto, propter quod quis debeat declarari
excommunicatus, Item fuit dictum, quòd illa conside
ratio excommunicationis, facta per iudicem, non erat in
aliqua consideratione: quia à præcepto executoris li-
cèt appellaretur, prout appellatum erat in isto casu, &
6 sentia excõmunicationis nõ valeret: quia † executor
non

non potest excommunicare nisi contradicentes de facto: cum non habeat iurisdictionem nisi contra rebel
les vel resistentes indebitè, prout declarat Franc. in d.
c. 1. in princip. colum. fin. versic. quod preterit de conss.
præbend. in 6. & in isto casu erant contradicentes de
7 iure, & causa pendabat in Rota: & possessor † nolendo
possessionem dimittere sine causæ cognitione, non di-
citur indebitè contradicere, c. fin. de præb. & in c. super
literis in fin. de rescript. & declarat Rebuff. in forma
literarũ executoriallũ, in verb. cõtradictores: pag. 214.

SVMMARIA.

1 *Cancellatia in supplicati ne à Papa facta priorem facultatem si à Papa voluntate dependeat, & ab ipso cãcellctar. adimit, nec diutius durat.*

2 *Voluntas ad beneplacitum alterius data sub contraria conditione denegata videtur.*

3 *Disponentis menti cùm non est satisfactum, sermo de prima vice nõ intelligitur, etsi aliud de ipsius consensu constiterit.*

DECISIO CCLXXII.

IN causa Toletan. pensionis 500. ducatur. inter Reuerendiss. Dom. Caurien & Ioãnem Quignones ex
alia, dubitauit Domin. Peregrinus 21. Octobris, 1549.
1 an † post cancellationem clausulæ in supplicatione ap-
parẽte durauerit volũtas Cardinalis Caurien. circa fa
cultatem cassandi & notandi faciendã per Cardina-
lem S. Crucis, maximè stante mandato nuper in actis
producto: Et fuit resolutum, quòd non durasset. Nam cũ
concordia esset facta, vt pensione 4600. ducator reser
uata posset cessare 600. & reseruare in personã nomi-
nandam per Cardinalem Sanctæ Crucis sub benepla
cito Sedis Apostolicæ: siue illa verba starent conditio
naliter, siue modaliter, siue ad certum corpus, certum
est, quòd voluntas Cardinalis Caurien. referebatur ad
2 beneplacitum Papæ: quæ † voluntas ad beneplacitum
Papæ data, cessante ea, videtur denegata, l. pecuniam
quã. ff. si cert. pet. a. si ergò Cardinalis Caurien. visa sup-
plicatione, in qua clausula nominationis erat cassa-
ta, ergò Papę non placebat: ergò illa voluntas ad bene-
placitum data videtur sub cõtraria conditione negata.
Et tantò magis cùm post supplicationem cũ illa clau-
sula signat iuxta illius formam, Cardinalis nõ consen-
sit & sic videtur declarasse suam voluntatem, quòd sub
illa cassatura gratiam acceptabat. Et per hoc fuit subla
3 tum, quòd † quãdo non est satisfactũ menti disponen
tis. tunc sermo non intelligitur de prima vice, iuxta
not. per Felin. in c. fin. colum. penult. §. fallen. de treug.
& pac. & cum illa secunda cõcordia esset facta timore,
ne noua lis inferretur: ne ergò pateret aditus ad dictã
litem post negationẽ illius clausulæ, videbatur quòd mẽs
Cardinalis esset, vt quandocunq; Papa cõcessisset, quòd
esset voluntas illius, videlicèt Cardinalis, vt in illius
concessione perduraret. Quia fuit responsum, quòd
per consensum post cassationem positum cessabat ista
interpretatio: quia apparebat, quòd illam supplicatio
nem sic cassatum Caurien. acceptauerit. Quoad man-
datum, cùm esset super diuersis fructibus, & super di-
uersa quantitate, fuit dictum, quòd ex diuersis non fit
illatio.

EPITOME.

In causa Toleten. decimarum pro Duce de Alua.

SVMMARIA.

1 *Dilationis decretum non transit in rem iudicatam, si infra annum vltra commissionem aliquid factum, sit.*

2 *Dilatio etiam si transiuerit in rem iudicatam, potest tamen eam ex causa iudex reuocare.*

DECISIO CCLXXIII.

IN causa Toletan. decimarum pro Duce de Alua cõ
tra Archiepiscopum Toletan. 21. Octobris, 1549.
1 proposui, an decretum † dilationis probaretur, si trã-
seat quòad iudicem in rem iudicatam, vel alterari
possit in partis præiudicium, an dilatio esset concessa:
Et fuit resolutum, quòd non esset res iudicata: quia in
fra annum vltra commissionem aliquid fecerat, quia
produxerat iura: item per longum tempus ante vaca-
tias præteritas fuerat disputatum, an Archiepiscopus
esset spoliator. Item fuit dictum, quòd dato, quòd trã-
2 siuisset † in rem iudicatam: tamen iudex ex causa re-
uocare poterat. & quòd causa erat, vt lites quando-
cunq; finirentur: tamen fuit dictum in remissoria sine
retardatione, vt interim disputaretur super causa, nõ
tamen ferretur sententia vsq; ad vacantias, expectan-
do, quòd remissoria repeteretur de partibus, & quòd
si non veniret, causa tunc expediretur.

SVMMARIA.

1 *Donatio facta vni eiusque descendentibus & successoribus, iis deficientibus est resoluta.*

2 *Donata res an possint per vltimos descendentes transmitti ad matrem, quæ ad secunda vota transiuit. & nu. 4.*

3 *Donatio facta à Rege Equiti vel militi eiusq; hæredibus ex ipsius corpore descendentibus, non defertur alteri quàm ab ea descendenti.*

5 *Donatio simplex est perpetua, nec res donata ad donantem reuertitur, si semel perfecta fuerit.*

6 *Donata res in certam casum ad donantis hæredes reuertuntur.*

7 *Donata res deficientibus descendentibus licèt non ratione donationis, tamen ratione transmissionis, ad matrem superstitem defertur.*

DECISIO CCLXXIIII.

ILlustris Ascanius Colon. donauit Dominico Portæ
suisq; hæredibus, & successoribus, ex suo corpore
legitimè natis & nascituris, tam maribus quàm fœmi
nis, certa bona. Ex Dominico & Constantia coniu-
gibus nati fuerunt Antonius & Iulia, & superstite ma
tre Constantia defuncti. Quę Constantia transit ad se-
cunda vota cum Hieronymo de Canciis: qui tanquàm
hæredes Constantiæ matris petunt se restitui ad bona
donata per Dominum Ascanium Dominico. Ex ad-
uerso fuit oppositum, dicta bona eis non deberi, quia
si donatio esset resoluta, & ideò bona illa viderentur
reuersa ad Dominum Ascanium donantem, & loco
ipsius ad fiscum: cùm bona Domini Ascanij essent fi-
1 scata. Et ratio est, quia † donatio erat facta Dominico
pro se suisque filiis ex suo corpore descendentibus: &
cùm ipsi non descenderent ex corpore Dominici, vi-
debatur donatio resoluta. Et ideò 25. Octob. 1549.
2 dubitauit Do. Fabius, an per † vltimam descenden-
tiam potuerint res donatæ transmitti ad matrem at-
tento donationis tenore, & eius clausulis. Pro parte
negatiua dicebatur, quòd ex quo donatio erat facta
pro se & descendentibus ex suo corpore hæredibus &
successoribus intelligebatur de descendentibus hære-
dibus, secũdum Salic. in auth. sed & si quis. col fi vers.
ego puto. C. de secund. nup. & isti non erant descentes
veri & hęredes Dom. Secũdò allegebatur decisi. Cyn.
in d.

in d.auth. frd & si quis.quam sequitur Alex.consi. 43.
3 lih.8.& consi. 83.lib.6.dum loqoitur † de donatione
facta à Rege Equiti vel militi pro se & descendenti-
bus ex suo corpore: & voluerit, quòd non deferatur
nisi hæredi de corpore suo. Vltimo loco pro ista parte
negatiua fuit adductus Soz. cons.53.lib.2.vbi consu-
luit in donatione facta masculo tantũ,& nõ fœminis,
& volnit, quòd mortuis masculis res donatæ reuerte-
4 rentur ad donatorem. Istis non obstantibus † contra-
rium fuit decisum. Et pro parte affirmatiua, quòd
transmitteretur ad matrem,& non reuerteretur ad do-
5 natorem est ingens ratio. Quia de donationis † sim-
plicis natura est, vt sit perpetua,& res donata non re-
uertatur,l. 1.in prin.ff.de donationibus.l.senatus.ff. de
donationibus causa mort.& postquàm semel donatio
perfecta est,res donata non est amplius donatoris,sed
eius,cui donata est,nimirum,si eum certis rebus illius
transiuit ad successorẽ donatarij,& ad donatarij,& ad
donantem reuerti non debet. Et in simili adduceba-
tur,arguendo,dominum donatorem ad donationem
non negasse agnationem facti,quo casu per vltimum
de agnatione ad quoscunque transmittitur:& si illud
factum sit,vt in familia maneat.l. cùm liberi.de leg.
2.l.pater.§.11.de legat.3.Item adducebatur clausula
& haben venden. &c.de cuius virtute ponit Gram-
mat.consil.7.numer.22.libr. 2. Non obstant adducta
in contrarium:quia authoritas Cyni debet intelligi se
cundum thema propositum,videlicèt quando dixit,quod
ad se reuerteretur. Et idem est in casu Alexand. in dicto
consil.45.& 53. quia præcipiendo thema consiliorũ.
6 Fuit dictum, quòd † in certum euentum res donata re
uerteretur ad hæredes donantis. Et ideò quia autho-
ritates istorum patrum non obstabant, fuit dictum,
quòd consilium Soxin. Iunioris non erat verum:quia
fundabatur tantùm in illa ratione, quòd donãdo mas-
culis,ergò non volebat dare fœminis: Et sic in casu
nostro, quòd donando descendentibus ex suo corpo-
re non volebat donare aliis,per l. dum Prætor.de iu-
dic.& l. cùm ita legatum.de condit.& demonstrat. Nã
etiam & nos fatebamur, quòd vigore donationis isti
non veniebant: Sed ex quo res erat donata redeat ad
7 donantem: quòd licèt † in casu isto mater non veni-
ret ex donatione, veniebat tamen ex iure transmissio-
nis. Et ita etiam erat dicendum in casu Soz. quòd licèt
donator in casu illo voluerit donare tantum mascu-
lis,id est,concurrentibus masculis & fœminis,mascu-
li habeant iure donationis, tamen deficientibus ma-
sculis licèt non iure donationis,fœminæ tamen iure
transmissionis succedere debebant, & non redire ad
hæredem donatarij,cùm iure non caueatur.

SVMMARIA.

1 *Oeconomia literis nõ expeditis an stante sola supplicationis signatura beneficia possint conferre.*
2 *Signatura sola quando perficiat gratiam.*
3 *Executor non nisi præsentatis literis iurisdictionem habet, qui in gratia est nominandus, nisi expressè in supplicatione fuerit deputatus.*

DECISIO CCLXXV.

DVbitauit Dom. Peregrinus, die 25. Octobris,
1 1549. Vtrùm † Oeconomi literis non expeditis
potuerint conferre beneficia stante sola signatura sup
plicationis:& fuit resolutum, quòd sic. quia in tali œ-
conomatu non erat extrauag. iniunctæ. cùm œcono-
mus non dicatur titularis, sed potiùs quidam com-
mendatarius:& in commendatario iam aliàs per Ro-
tam resolutum fuerat nona Decembris, 1542. quòd
non esset locus dictæ extrauagan. iniunctæ. Et ideò
2 † cùm esset necessaria expeditio literarum in suppli-
catione: expressè iste esset deputatus œconomus, sola
signatura gratiam perficiebat, secundum communẽ
opinionem, vt per Felin. in rubric. de constit. Et ad
3 illas decisiones, quæ dicunt, quòd † executor nisi præ-
sentatis literis non habet iurisdictionem, fuit dictum,
quòd loquitur in illis executoribus, qui non sunt in
gratia nominandi, sed eorum nominatio dependet à
cancellaria: quòd secùs erat hic: cùm œconomus ex-
pressè in supplicatione esset deputatus: Et fuit dictum
quòd cùm iste œconomus per duos annos pro œco-
nomo se gessisset, quòd præsumeretur quòd habuis-
set notitiam de supplicatione,& etiam habuisset, nec
præsumeretur in eo delictum, maximè cùm esset in
quasi possessione conferendi.

EPITOME.

Qui habet retentionem domus propter melioramenta, durante retentione tenetur compensare pensionem cum melioramẽtis, exceptis pensionibus perceptis propter melioramẽta.

DECISIO CCLXXVI.

IN vna Romana Dominorum Gallorum 25. Octo-
bris, 1549. fuit resolutum coram Dom. Achille, quod
ille, qui habebat retentionem domus ex sententia Au
ditoris Cameræ propter melioramenta, quòd durante
retentione tenebatur compensare pensiones domus
cum melioramentis, per l sumpsi. ff. de rei vend. c. ad
aures. de reb. Eccles. & Negusan. in tractat. de pignor.
memb. 5.5 part. principal. column. 4. num. 186. vers. 5.
conclusion. Corn. consil. 69. in fin. libr. 1. Alexan. cons.
104. artic. 2. lib. 3. fuit tamen dictum, quòd si per me-
lioramenta pensio esset aucta, quòd ad illud augmen-
tum non teneretur, quòd procederet ex re sua, donec
melioramenta essent soluta.

EPITOME.

Possessio transfertur ex contracto per minorem facto,& ex defectu consensus nullo: nec potest agere spolio minor, quasi non esset translata possessio.

SVMMARIA.

1 *Contractus à minore factus si est nullus, non transfertur possessio, nisi facto suo à possessione ceciderit. & nu.4. & 7.*
2 *Possessio per minorem vel Ecclesiasticum translata, solennitate non obseruata, condictione indebiti repeti potest.*
3 *Remedium can. reintegran. & condictio indebiti dantur pro re malè alienata, & possessione in alium ex contractu inualide translata & nu.6.*
5 *Possessorium remedium quibus detur minoribus.*

DECISIO CCLXXVII.

MInor alienauerat domum,& alienatio erat nulla,
tamen possessio domus erat tradita Petro: Cui
Petro posteà hospitale sancti Iacobi successerat, con-
tra quod hospitale ipse minor iam factus maior age-
bat spolio: hospitale excipiebat, quòd non poterat
agere spolio: quia ex contractu suo à possessione ceci-
derat:& sic non erat locus remedio possessorio, vt te-
net Soxin. in l. rem quæ nobis. colum. 4. versi. 5. dubi-
taui. ff. de excep. post Alexand. consi. 90. vol. 1. In vna
Romana ergò 30. Octobris, 1549. proposui dubium,
an Anton. possit agere contra hospitale remedio re-
stitutorio,& iste Antonius fuit minor, qui nulliter do-
mum

mum in Petrum hoſpitalis auctorem alienauerat. Pro parte affirmatiua, quod poſſet agere, dicebatur, quod
1 † ſi contractus erat nullus factus per minorem, quod ex eo non erat tranſlata poſſeſſio, vt per Alex. conſil. 59. circa princip. colum. 3. circa fin. verſicul. Secundò
2 adducebatur, quòd † poſſeſſio etſi eſſet tranſlata per minorem ad Eccleſiaſticum, non ſeruata ſolennitate, poteſt repeti conditione indebiti, ſecundum Iaſ. in §. ſic itaque num. 58. Inſtit. de action. & per Bartol. in l. indebiti. §. ſed & noſtrum. ff. de condit. indeb. & vbi competit talis condictio indebiti, videtur etiam competere remedium can. reintegran. vt videtur colligi ex his quæ dicit Alexander conſil. 10. colum. fin. verſi. circa 3. volum. 4. vbi in illo caſu conſuluit, quod pro
3 re † malè alienata & poſſeſſione. tranſlata in alium ex cõtractu inualido daretur remedium can. reintegran. & etiam condictio indebiti, vt videantur iſta ad inuicem per Alexand. æquiparata. Iſtis tamen non obſtantibus fuit contrarium deciſum: & fuit cauſa quædam
4 diſtinctio quia aut contractus factus † per minorem erat nullus ex defectu ſolennitatis, & tunc ex tali defectu eſſet tranſlata poſſeſſio, vt dicit Iaſon. in d. l. indebiti §. ſed & noſtrum. 2. notab. intelligen. de poſſeſſione, id eſt detentatione. & quod amittitur poſſeſſio per minorem ex contractu nullo, dum tamen ſit maior 14. annorum, tenet Ruin conſi. 173 num. 11. volum. 1. & ideo cum minor ceciderit à poſſeſſione facto ſuo non datur remedium reſtitutorium, vt etiam tenet Ruin. conſi. 32. col. 3. vol. 1. Et ideo licet contractus ſit nullus ex defectu ſolennitatis, tamen quia minor adultus non autem pupillus ea propria voluntate poteſt trauſ
5 ferre poſſeſſionem: ergò non datur remedium † poſſeſſorium, quod datur illis qui ex iniuſta cauſa ceciderunt. Non obſtat, quòd ex quo contractus eſt nullus, dicatur minor ea cauſa iniuſta cecidiſſe: quia reſpondetur, quod illud eſt falſum: cum talis maior 14. annorum poſſit poſſeſſionẽ amittere, prout dicit Ruin. in dicto conſi. 137. & nimis durum eſſet, quòd quando contractus eſſet nullus, daretur remedium poſſeſſo-
6 rium. Non obſtat, quod † per condictionem indebiti reuocetur poſſeſſio: ergo dicitur remedium poſſeſſorium verè: cum per illud non auocetur poſſeſſio, niſi prius cognoſcatur de inualiditate contractus, & tunc per condictionem indebiti auocabitur: & ideo tale remedium videtur habere mixtam cauſam. Si autem contractus eſt nullus ex defectu conſenſus, & tunc non transfertur poſſeſſio: & ita loquitur Alex. conſi. 69. colum. 3. in 5. volum. quod patet, dum allegat Bal. in l. non dubium. col. 2. verſ. vlterius oppono. 2. C. de legib. & ideo quia non eſt amiſſa poſſeſſio, & alius hodie poſſidet, dabitur ipſi minori remedium poſſeſſorium vt per Curt. Iun. conſi. 131. nu. 13. Fuit etiam dictum, quòd ſi iſte minor adhuc hodie eſſet minor, non poſſet ei ſuccurri per reſtitutionem in integrum etiam quòd contractus eſſet nullus ex defectu ſolennitatis, patet per ea quę dicit Soc. conſi. 266. in 2. vol. & Ruin. conſi. 32. in 1. vol. ſed quia non erat minor tempore iudicij nec infra quadriennium ideo iſtud remedium non poteſt ſibi competere.

EPITOME.

Agitur in cauſa Romana pintigliana de dote non ſoluta.

SVMMARIA.

1 *Dote non ſoluta an poſſit retineri pignus, etiam ſi reſtitutio detur.*

2 *Creditor qui pro vna re pignus accepit, poteſt pro alia, pro qua non eſt facta hypotheca, obligationem retinere.*

DECISIO. CCLXXVIII.

IN cauſa Romana Pintigliana dotis 30. Octo. 1549.
1 propoſui, præſuppoſito, † quòd D. Ioannes Antonius ſoluat Comiti reſiduum dotis non ſolutæ iuxta formam ſuæ obligationis, an ſi Comes velit redimere cenſum & terram Feliciani & ſoluen. ſummam pact. interim veniſſet caſus reſtitutionis dotis. D. Io. Antonius an poſſet retinere caſtrum Feliciani, donec integra dos fuerit reſtituta & fuit reſolutum, quod poſſet retinere & in hoc vtraque pars informans conuenit. Et ratio eſt, quia in inſtrumento facto 15. Octobris. 1544. fuit dictum non recedendo ab hypotheca prius pro dote facta, imo ibi ſpecialiter pro reſtitu-
2 tione dotis caſtrum Feliciani obligat. Item & † ſecundo quia creditor, qui pro vna re pignus accepit, poteſt pro alia, pro qua non eſt hypotheca facta, obligationem retinere.

EPITOME.

Reſtitutio in integram ſemel denegata iterum concedenda eſt ex nouis probationibus ſuper ætate, ſed etiam ſuper læſione licèt contrarium fuerit deciſum ſupra eadem deciſ. 229 & Put. de reſtit. in integrum deciſ. 13.

SVMMARIA.

1 *Sententia ſi tranſeat in rem iudicatam. & aduerſus eam petatur reſtitutio in integrum, ſed ea non probata procedatur ad executionem, an poſtea ſuperuenientibus nouis probationibus danda ſit iterum reſtitutio. & num. 3.*

2 *Probationes nouæ ſi ſuper ætate & non læſione minorum ſuperueniant, an nouam faciant cauſam.*

4 *Reſtitutio aduerſus rem iudicatam non datur etiam ob inſtrumenta de nouo reperta.*

DECISIO CCLXXIX.

ALphonſus Moram in cauſa beneficiali reportauerat ſententiam quæ tranſiuerat in rem iudicatam: aduerſus quam petebat reſtitutionem in integrum. Et cum in negotio reſtitutionis nihil probaret, fuit proceſſum ad executionem rei iudicatæ, & ſic tacitè fuit reſtitutio denegata. Poſtea ſuperuenientibus ſibi nouis probationibus commiſit iterum cauſam reſtitutoriam & ſignatura dedit, prout iuris fuerit. Fuit dubitatum per Dominum Peregrinum 3.
1 Octobr. 1549. an Alphonſus † iterum eſſet reſtituendus & videbatur quod ſic ex noua cauſa prout videtur text. in l. 2. & fin. C. ſi ſępius in integr. reſtitut. petat. cap fin. de reſtitut. in integrum. Et licet aliàs in vna Roman. domus, de qua dixi ſupra. 279. noua cauſa
2 † dicitur, quando ſuperueniunt nouę probationes ſuper ætate, non autem ſuper læſione, per Dominum Aog. in l. 1. C. ſi ſæpius in integ reſtitut. petat. Doctor. quos ibi allegaui, maximę Bartol. in l. fin. C. ſi minor ſe maiorem dixerit tamen illa opinio Angeli non placuit Dominis melius ſcrutantibus iſtam materiam quoniam contra Bartol. & angel. tenet Paul de Caſt. in dicta l. 1. C. ſi ſæpius. & in dicta l. fin. C. ſi minor ſe maior. dixerit dicens quod iſta diſtinctio nul-
3 lam habet in ſe rationem: & Salic. in d. l. fin. dum dicit hic fuit allegata noua cauſa licet teſtimonio falſa vel ætas non ſit reſtringenda ad probationẽ ſuper ætate, & in l. 2. & fin. C. ſi ſæpius in integr. cęteri generaliter de noua cauſa loquuntur, & nõ magis ſuper ętate quàm ſuper probationibus. Et etiã Bartol. ibidem generaliter loquitur in d. l. 1. Et iſtud patet ex exemplis de reſtitut. in integrum, quæ ponit Cynus in l. 1. in 6. conclusion. & etiam Abb. in cap. fin. de reſtitut. in integrum, col. 1. num. 4. Et in 2. not. vbi ex

L dictis

diƈtis exemplis patet, quod intelligendo quandonouæ probationes superueninnt super lęsione & ex diƈtis Domini recesserunt de illa distinƈtione Bart. in l. fi. C. si minor se. maior dixer. & Angel. vbi supra. Ta
3 men ex alia ratione fuit diƈtum, quod in † casu isto in beneficialibus non erat danda restitutio secunda Nã illa iura videlicet l. 1. & fin. C. si sępius & c. fin. de restitut. loquitur in Ecclesia & minore, quæ sunt personę priuilegiatę & hic eramus in maiori: & licet princeps ex iure speciali maiori concedat primam restitutionem parito iudicato: tamen cum hic essemus in secunda restitutione, quæ concedebatur prout de iure, tunc respondebatur, quod de iure maiori, & ex noua
4 causa restitutio esset danda Sicut diximus, quòd † post rem iudicatam etiam propter instrumenta de nouo repetta, non anditur aduersus rem iudicatam. Et iam alias fuerat resolutum coram Domino de Thanis in vna Cæsaraugustan. de Coralua, quod post quadriennium elapsum, etiam quod constaret de bono iure: Ita & etiã isto casu voluit denegare, vt sit litiũ finis.

EPITOME.

Hæredes Doƈtoris occisi an possint agere pro dãnis & interessè contra interfeƈtores pro tempore, quo verisimiliter occisus viuere potuissent.

SVMMARIA.

1 *Doƈtoris hæredes occisi possunt pro damnis & interesse contra interfeƈtores agere ad tẽpus quo de iure verisimiliter viuere potuisset, si agat vt filius: secus si vt hæres. & num. 4.*
2 *Homo non accipit extimationem*
3 *Hominis opera sunt incerta in homine vulnerato non autem occiso.*
5 *Opera non veniunt in hæreditate nec ad illas hæres extraneus agere potest.*
6 *Doƈtoris occisi filio debentur ab interfeƈtore alimenta, etiã si artificium habeat.*
7 *Doƈtoris occisi opera quomodo sint taxanda.*

DECISIO CCLXXX.

IN vna Tudertin. homicidij, 30. Oƈtobris, 1549. pro-
1 posui dubium, an † pro damnis & interesse Doƈtoris occisi hæredes possint contra interfeƈtores agere, vt occisores teneantur illa præstare pro toto tempore, quo de iure verisimiliter viuere potuisset Doƈtor occisus. Et pro parte affirmatiua, quod hęredes possent agere, & interfeƈtores tenerentur, fuit allegatus Speculator de iniuriis. §. 2. vers. sed nunquid. quem sequitur Gofredus in traƈt. de aƈtio. decret. l. Aquilia. §. 1. versic. sed pone quod liber homo. Abb. in c. 1. col. 2. in fin. ver. vlterius quæro. de iureiuran. Hyppol. consil. 115. nu. 19. & consil. 131. nu. 94. Gramma. consi. 92.
2 lib. 2. Non obstat, quod homo † non recipiat extimationem: quia non pro extimatione tenetur, sed ratione interesse, quod probant ob carentiam operarum, secundum Fulgosium post glo. ibi in d. l. qua aƈtione. §. si quis in colluƈta. quam videtur sequi Io. And. in addit. ad Specul. d. §. 2. de iureiuran. Fulgos. in l. ex hac scriptura. & in l. 1. §. 1. ff. de his qui satisdare coguntur. Et pro alia parte fiebant multa fundamenta per Dominum Michaelem Aduocatũ in informationibus: & inter cætera illud præcipuum erat, quòd iura, in quibus se fundabant Speculator, & alij, loquebantur in homine libero vulnerato, nõ autem occiso. Tamen istis non obstantibus maior pars Dominorũ inclinauit cum diƈto Specul. dicendo quòd iura, quæ loquuntur in vulnerato, quòd eadem ratione erat in occiso, vt etiam dicit Grammat. diƈto consil. 92. Non
3 obstat, quod † operæ hominis mortui sunt incertæ: quia incertitudo militat in homine vulnerato. Nec etiam obstat, quod aƈtio l. Aquiliæ non datur nisi pro damno de præterito sed istud erat damnum de futuro quia fuit diƈtum quòd trahebat damnum de pręterito & ab illo comprehendebat. Vnus ex Dominis distin
4 guebat, quod † aut iste qui petebat damnum & interesse agebat vt filius & isto casu esset vera opinio Abbas quam sequitur Specul. contra vulga, vt talis filius possit agere ad alimenta. & ita procederet text. in d. l. qua aƈtione. §. si quis in colluƈtatione qui loquitur in filio: vt Azo in summa & quod isto casu esset communis opinio: & ita hoc casu procederet opinio Pauli in trac. de feud. fol. 100. vers. quia pluries est diƈtum. & sentit Aymo. fol. 119. secus si iste egisset, vt hæres:
5 quia ex quo † operæ non fuerunt in hæreditate ad illas non poterat agere per text. in l. nam sicuti. §. si dominus. ff. ad l. Aquil. vbi illa aƈtio, quę non competat defunƈto, non datur eius hęredi. Tamen quia in casu isto egerat vt filius & hęres & spe probabili illę operę poterant dici esse in hæreditate, dicebat maior pars, quod agere potuisset: & ita textus procederet in hærede extraneo. Et dixerunt Domini, quod quoad
6 alimenta † non erat dubium q deberẽtur & liceat habeat filius artificium, quod illud habuerat necessitate coaƈtus. Non forsan si pater vixisset, illud minimè
7 sumpsisset: sed quoad † operas multorum, striƈtè procederem in taxatione computando in eis sumptus quos verisimiliter aduocatus ratione Doƈtoratus facere potuisset videlicet deducẽdo ex eo quod lucratus fuisset sumptus quos pro honore Doƈtoratus facere potuisset.

EPITOME.

Remissoria relaxata sine retardatione.

SVMMARIA.

1 *Mora quomodo remissoriã sine retardatione relaxari faciat*
2 *Procurator datus in remissoria quid facere teneatur vt moram euadat.*

DECISIO CCLXXXI.

IN vna Toletan. seu Gadizen. decimarum 4. Oƈto-
1 bris, 1549. proposui dubium, an quòd † Archiepiscopus fuerit in mora petendi remissoriam, ita vt hodie sit decernenda sine retardatione: & fuit resolutum quod constaret de mora pro parte Archiepiscopi, cũ in partibus fuerit Archiepiscopus citatus 11. Februar. 1547. vt assisteret executioni remissoriæ: vnde quis procurator interuenit, potuit Archiepiscopus certiorari de materiis articulatis, & quis esset causæ auditor & notarius: & ex ipsis materiis datis poterat percipi quod in contrarium quod pro parte Archiepiscopi esset probatum & articulatum. Vnde cum Archiepiscopus posteà de mense Martij, 1547. procuratorem constituerat, vt ad Curiã veniret de mense Mar. 1547.
2 & quia † procurator apparet de mense Iunij eiusdẽ anni, debebat esse instruƈtus saltem de nomine auditoris & notarij. Et ideo debebat perquirere registrũ causæ, vt posset defensiones, & articulos componere pro remissoria & non debebat expeƈtare pro decreto remissoriæ vsque ad 5. Iulij, 1549. & ideo remissoria erat relaxanda sine retardatione. Non obstat. decis. 170. in antiq. quia immo in fine, dũ loquitur de causis summariis. facit pro ista parte: & ista erant summaria. & licet ibi dicat, q nõ currat terminus, nec Rota etiã in hoc casu videbat q curreret terminus, ex quo volebat

remiſ.

remissoriam concedere, sed sine retardatione.

EPITOME.

Clausula in supplicatione de consensu Cardinalis quatenus requiratur, quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Prouisio sine consensu Cardinalis facta an sit valida si suppli catio habeat clauf. de consensu Cardinalis quatenus requiratur.*

2 *Clauf. de consensu facit conditionem, & ea non adimpleta non valet prouisio.*

3 *Consensus conditionem faciens expressè interuenire debet, nec tacitus sufficit.*

DECISIO CCLXXXII.

EAdem die 4 Octob. in vna Astoricen. canonicatus & præbendæ, in qua Ambrosio impetrante canonicatum per obitum Stephani de Contieras narrando in supplicatione, quod erat familiaris Cardinalis Hispalē. & in fine supplicationis videlicet in fine clausularum erat clausula, & de consensu præb Cardinalis
1 quatenus requiratur: dubitaui ego an † prouisio Ambros. sine consensu Cardinalis sit valida, attento, quòd habet clauf. & de consensu Cardinalis quatenus requiratur, poterat esse porrecta duplici de causa: vel quia familiaris Cardinalis, affirmatiuè non probatur, eò quia in supplicatione dicebatur vel ex eo, quod Do. Stephanus familiaris fuit Cardinalis, vel ex alia causa, quia Cardinalis erat absens & datarius, dubitauit an haberet breue præsentialitatis: quoad omnia certū
2 erat, quòd consensus requirebatur. Et ideò illa † verba, de consensu, faciunt conditionem. Nam deficiente conditione deficiebat prouisio: & casu, quo conditio defecisset, videlicèt quòd fuisset prouisum ad habendum consensum, ita infra modicum tempus, quo Cardinalis superuixit, vt notat. per Doctor. in l. 1. ff. de cō dit. instit. & per Ias. in l. 1. C. de institut. & substitut.
3 Non obstat, quòd illa † conditio, de consensu Cardinalis, & cùm Cardinalis mortuus esset, alio non nominato, quòd ille tacitus consensus sufficere debeat: quia fuit responsum, quòd vt conditio adimpleretur, necessarium erat, quòd expressè & non tacitè consentiret, ita Ias. in l. 2. §. voluntate. nu. 6. ff. solut. matrim. Sarnens. in regul. de non tollen. iure quæsit. q. 16.

EPITOME.

Sententia canonizatoria regressus, in qua procurator generalis & non principalis fuit citatus, est nulla.

DECISIO CCLXXXIII.

DIe 4. Octobris, 1549. fuit resolutū in vna Segobien. pensionis, coram Do. Peregrino, in quo fuerat canonizatus regressus ob non solutionem pensionis, citato procuratore generali pēsionarij, qui fuerat constitutus per duos menses, antequàm cōmissa esset causa: super canonizatoria regressus: & post causam commissam per octo menses post venit ad causam nō citatus ad defensionem causæ: & cum eo fuit processum ad sententiam canonizatoriam: & quia ab ea non fuerat appellatum, fuit processum ad omnes censuras vsque ad brachium seculare: Fuit dictum, quod ex quo eramus in causa priuationis, quòd licèt auditor canonizasset regressum, tamen in necessarium antecedens pronuntiabat super priuatione, quod principalis primò debebat citari, per decisi. Rotæ 150. & 471. in antiq. & ideò sententia exinde sequuta esset nulla. Benè verum est, quòd si apparuisset de aliqua citatione cōtra principalem, quòd tunc præsumeretur procurator à Domino aduisatus, per decisi. 207. & 871. in nou. & quod dicit Abb. in c. bonæ. colum. penult. versicu. in ea gloss. de elect.

EPITOME.

Potentia Capitularis manet in venientibus, qui sunt vocati ab habente potestatem.

DECISIO CCLXXXIIII.

TEnuimus in causa Genuens. iurisdictionis coram Do. Reomano 14 Octob. 1549. quòd quando Capitulum est conuocatū de mandato illius, qui potest conuocare, quòd licèt conueniant duæ partes capituli, tamē potentia capitularis manet in illis, qui veniūt, & gesta per illos valent tanquā gesta à capitulo, per ea quæ dicit Abb. in c. cùm omnes. colum. fin. versicul. tamen vnam difficultatem. de constitutionib. & latè Caccialup. in repetit. l. omnes attestantur de cō muni. quicquid dicat Decius in d. c. cùm omnes popu li. in 1. parte. vide ad propositum Cardinal. Iacob. in tractat. de consil. pagin. 170. colum. 2.

EPITOME.

Abbatissa sola potest procuratorem constituere ad agendum super hæreditate ex monialis successione ad monasteriū deuoluta.

DECISIO CCLXXXV.

IN vna Romana hæreditatis de Pelosiis, in qua hæreditas ex cuiusdam monialis habitu erat delata ad monasterium Sancti Laurentij in Palisperna & sola Abbatissa constituerat procuratorem ad agendum: & pro ea in fauorem monasterij fuerunt latæ duæ sentētiæ: & dicebatur coram me de nullitate sententiarum, ex quo cum Abbatissa non interuenerant duæ ex tribus partibus. Fuit coram me resolutum 18. Nouemb. 1549. quòd sola Abbatissa potuisset procuratorem cō stituere, ex quo ipsa habebat administrationem, & nō eramus in arduis, vt puta cùm ageretur de mandato ad lites, per tradita per Abb. in c. edoceri. num. 6. 4. q. de rescript. Bald. in l. neque tutores. colum. 2. num. 3. C. de procur. & ibi Aretin. circa princip. & Bald. in l. 1. C. de bon. mater.

SVMMARIA.

1 *Præscriptio quamuis currat contra hæreditatem iacentem si tamen præscribens eius contra quem præscribit fiat hæres & hæreditas iacens defensorem non habeat, dabitur aduersus præscribentem restitutio.*

2 *Ecclesia potest durante prælati alienantis vita restitutionē petere etiam quadriennio elapso.*

DECISIO CCLXXXVI.

IN vna Romana Castri Feliciani, dubitaui 8. Octo-
1 bris 1549. an † possit de iure diri Do. Franciscum præscripsisse in præiudiciū Ludouici. & ab eo causam habere Felicianum castrum, de quo in actis, ex paterna successione ad Dominum Ludouicum spectans: & circa istam præscriptionem fuit aliqua varietas inter Dominos: Tamen dixerunt quòd dato quòd adesset præscriptio quòd ex quo Ioannes Franciscus qui præscribebat, erat etiam hæres Comitis Ludouici, contra quem præscribebatur cum propter confectionem inuentarij hæreditas Comitis habebatur pro iacente, quod ex quo hæreditas nullum habebat defensorem, quòd semper poterat petere restitutionem: sicut dicimus

2 † in prælato alienante, vt semper durante vita eius Ecclesia posset petere restitutionem etiam quoad quadriennium elapsum

EPITOME.

Illerden pecuniaria.

SVMMARIVM.

1 *Pactum si fuerit me recuperaturum alteri omnes & singulas pensiones certe dignitatis sub certa regressus mihi reseruandi conditione an si alter propria auctoritate partẽ dictorum fructuũ recuperauerit & illos me non citato distraxerit ego sim à promissione mea liberatus & conditio ne quasi impleta ad regressum certæ summæ mihi reseruari promissum agere possim.*

DECISIO CCLXXXVII.

IN causa Illerdens. pecuniaris, inter Dominũ Ioannem Pola ex vna, & Carolum Sargan. ex alia, dubitaui 29. Nouemb. 1549. præsupposito, quod Do.
1 Paulus teneatur facere & curare, quod † Carolus recuperaret omnes & singulas pensiones Archidiacona tus, pacto adito, quod si vltra 1000. ascenderent, dictus Carolus teneretur restituere eidem Paulo totum illud plus: vsque ad summam 7000. ducat. essent ipsius Caroli, si vero non ascendebant ad 750. ducat. vsque ad dictam quantitatem D. Paulus reseruare teneretur & præsupposito, quod Carolus propria auctoritate partem dictorum fructuum recuperauerit, & illos nõ citato dicto Paulo distraxerit, an ex hoc sit liberatus Paulus à promissione, & an illam adimpleuerit, ita vt possit agere ex cedula ad 30. scuta: & Domini inclinabant ad illam partem, quod quia Paulus in exactione & distractione fructuum de eius interesse agebatur, non satis poterat dici esse satisfactus de summa per eum promissa, tamen fuit dictum quod si Carolus doceret de fructibus ex actis & legaliter venditis quod non ascenderent ad summam 1000. ducat, quod Paulus teneretur ei reseruare vsque ad summam 200.

EPITOME.

Scientia tituli superuenientis ex actis non probatur, & requiritur scientia tituli: causa iterum posita 17. Martij 1550. fuit idem resolutum

SVMMARIA.

1 *Tituli superuenientis scientia an mutet possessionis causam quæ pendet ab animo.*
2 *Publice quæ fiunt, omnibus, ad quos spectet negotium, nota esse præsumuntur.*
3 *Scire aut indagare præsumitur id quilibet, quod ad suum pertinet commodum & ad alterius præiudicium.*
4 *Possessionis mutatio antequã inducatur quid sit inspiciẽdũ.*
5 *Possessionem continuans dicitur de nouo acquirere, nec requiritur de nouo acquirẽdi sed possidendi animus si prius ex vna causa non possideret.*
6 *Opinio magis quàm veritas inspicitur in iis, quæ dependent ab animo.*

DECISIO CCLXXXVIII.

DIe Veneris, vltima Februarij, 1550. in causa Cæsarauguftan. Preceptoriæ del Villel proposui
1 dubium, an ex actis constet, quòd † Dom. frater Ludouicus habuerit scientiam tituli superuenientis ad hoc, vt ex causa superuenieote censeatur mutasse possessionem. Et fuit resolutum quod ex actis nõ constat de scientia. Non obstat, quòd expeditio literarum in 60. esset facta in Cancellaria, & literæ in locis prædi-
2 ctis retro restringuntur: & † quæ publice fiunt, præsumuntur nota omnibus, maxime his, quos negotiũ tangit, ad gloss. Bartol. & alios in l. si tutor. C. de pœn. tuto. Quia responsum fuit id esse verum, quando Lu-
3 douicus fuisset præsens. Non obstat, quod † quilibet præsumitur indagare & scire id, quod ad eius commodum spectet. Clemen. vnic. de concess. præbend. in fin. & ibi Card. in 7. nota. quia est verum, ad eius præiudicium, & ita procedit text. in d. Clemen. vnic. in fin. Non obstat tertiò, quòd in partibus pendente lite inter Ioannem Ludouicum & Hieronym. fuerunt productæ literæ: & videretur, quòd procurator adiuerat Ludouicum, iuxta consil. Roman. 480. quia reperitur
4 quòd procurator erat † assertus: & quoniam esset verus procurator, non sufficiebat, quòd procurator adiuisset dominum de expeditione literarum. sed & de summa, in qua erant literę expeditæ: & probandũ erat, quòd Ludouicus tunc temporis sciuisset Præceptoriam esse maioris valoris quàm summa expressa in expeditione literarum ad hoc vt sciret summam male expressam & consequenter præceptoriam iterũ vacare, & ideò ex tali causa possessionem mutasset. Et omnibus ista videbantur verisimilia: & quia Do. Paulus Pla. in informatione dicebat, quod non requirebatur licentia seu scientia tali causa superueniente ad hoc, & quatenus diceretur mutare possessionem, nisi causa superueniat: si ergo ex causa superueniente sic mutatio, ergo requiritur scientia. Non obstat, quod dicunt communiter Doctor. in l. 3. in prin. quod quis
5 † continuando possessionem dicitur de nouo acquirere: & Bart. ibi dicit, quod non requiritur animus de nouo acquirendi, sed possidẽdi & Ias. ibi sequitur nu. 28. quia fuit responsum, quod illa communis opinio loquitur in terminis illius gloss. quando quis prius nõ possidebat ex vna causa: nam si vult possidere ex alia, oportet quod superueniat: & sicut in casu nostro & illius gloss. non possidebat prius ex aliqua causa: Ideo animus possidendi operabatur nouam acquisitionem: quia habebat animum possidendi. Sed in casu nostro prius possidebat ex vna causa, si ex alia diceretur possidere, oportebat, quod causa superueniat. Non obstat quod dicebatur, quod iste esset vnus casus, in quo inspiceretur potius veritas tituli. quam opinio, iuxta text. in l. 2. §. si sub conditione. & ibi Barto, num. 2. ff. de vsucap. pro emptor. quia fuit responsum, quod
6 Bart. ibi istud declarat, dum dicit, quod in † his, quæ dependent ab animo, potius inspicitur opinio, quam veritas: & cum mutatio possessionis dependeat ab animo quia dependet à causa denuo superueniente data scientia, ergo inspicitur opinio, non veritas.

EPITOME.

Regulæ de non tollendo iure quæsito derogatum fuit etiã isto casu in quo deferebatur ius;

SVMMARIA.

1 *Derogatio regulæ de non tollendo iure quæsito an sit in resignatione & vnione in qua Papa sciente sit præiudicium necessaria. & nu. 3.*
2 *Regula de non tollendo iure quæsito, quando procedat.*
4 *Ius, quod defert causam dilationem efficit notabilem & maximi temporis.*
5 *Ius ita in parte tẽporis notabilis tollitur, sicut & in totum.*

DECISIO CCLXXXIX.

POmpeius de S. Seuerino commendatarius S. Antonij Parm. cui perpetuo vnita erat Præceptoria

ad

ad vitam Io.Baptistæ,vel illam quomodolibet dimi-
tte dictam Præceptoriam Regiens.reginauit,donec in
pristinum statum reuerteretur , vt prius,& vnita Præ-
ceptoria censeretur. Eo ipso dictus Ioan.Baptista illã
cesserat posteà in fauorem Cardinalis Farnesij,& præ
supponebatur, vt aliàs fuerat decisum in Rota,quod
in resignatione facta etiam in fauorem Cardinalis &
Camilli,quod Papa intellexisset illud decretum,quod
cedente vel decedente Ioan.Baptista Præceptoria e-
rat reuersura ad pristinam vnionem : & sic constabat
de mente Papæ,quod intellexerat præiudicium. Et
quia mortuo Io.Baptista commendatarius agebat ad
suam vnionem : Camillus ergo dicebat,non esse locũ
ex quo Papa intellexerat , & nihilominus resignatio-
nem admiserat.Dubitauit Do.Fabius in vna Regien.
Præceptoriæ 15.Martij 1550.an in casu,de quo agi-
1 tur,ita † fuerit sublatum ius,vt fuerit necessaria dero
gatio regulę de non tollen.iure quæsito. Pro parte ne-
gatiua,quod non esset necessaria derogatio,dicebatur
2 quod † regula loquitur,quando ius quæsitum tollitur
non autem vbi defertur,vt erat ibi de vno ad alium
transferebatur:& ita poterat mori Cardinalis vel Ca-
millus sicut & Io.Baptista & differentia erat inter tol
lere & deferre , gl.d.in l. quamuis.ff.de arbitris & in l.
quoties ff.de precib.Imp.offeren.& ita dicebatur tene
re Sarnen.in reg.de non tollen.iure quęsit.in 1. q.nu.
3 3.& 4.q.in fi.Istis non obst.fuit decisum † contrariũ:
quia isto casu,in quo agebatur de vita trium non erat
expectanda mors Io. Baptistæ reseruatorij fructuum
Cardinalis habentis regressum , & Camilli titularis,
4 sed requirebatur derogatio regulæ. Nam † licet ius
commendatarij deserat causam, dilatio erat notabilis
& maximi temporis:& ideo dicebatur in illo notabili
tempore ius tale quæsitum, & istud sentit Dominic.in
c.11.col.1.in prin.vers.nec obstat quod in exemplo.de
præben. in 6. & Fel. in c.in nostra. in 23. correll. de
rescrip.vbi intelligitur,quod ita tollitur ius per dila-
tionem,quando in totum: Et pro parte ista facit,quia
ista regula loquitur generaliter de non tollendo iure
5 quæsito quod quidem ius † ita tollitur in parte tem-
poris,saltem quando est tempus notabile,vt erat hic,
sicut quando tollitur in totum:& illa decisio Sarnen.
ideo erat intelligenda, quod illæ dilationes essent mo
dici temporis , prout ita loquebatur tex.in d.l.quam-
uis.& in l.quoties. superius allegatus.

EPITOME.

Regulæ de publican.an fuerit locus in casu, de quo hic.Ite
cũ articulo posito Domini fuerũt varij,& casus nõ erat decisus.

SVMMARIA.

1 *Resignatarius surrogatus etiam quoad executionem exe-cutorialium à resignante obtentarum, nondum tamen publicatarum ipso decedente potest possessionem petere.& resignationem publicare.*
2 *Resignatarius ad executorialium prosecutionem citatus diligentiam in possessione consequenda adhibitam à se docere debet.*
3 *Resignans in cessione meri iuris à possessione separati,sic vt nunquam vigore iuris cessi possessionem habuerit si decedat,non potest eius resignatarius possessionem petere , aut resignationem publicare.*
4 *Dictio vacare intelligitur tã de vacatione iuris quã facti.*

DECISIO CCXC.

FVit decisum in vna Salam. parochialis del Cãpo
coram Domino Achille, 5. Martij , 1550. quod si
1 Ioannes † de Legna, qui obtinuerat tres sententias &
executoriales , qui ante adeptam possessionem paro-
chialis vigore executorialium resignauit, seu cessit
in fauorem Ioanna Gomesij, qui Ioannes Gomesius
fuit surrogatus etiam quoad executionem executo
rialium:quod si Ioannes de Legna vigore concordiæ
posteà factæ inter eum & eius aduersarium possessio-
nem ingressus fuit , & eam per duos annos continua-
uit , & in ea mortuus fuit absque eo , quòd Ioannes
Gomesius resignatarius publicauerit resignationem,
nec possessionem petierit,quod talis resignatarius po
terat petere , cum esset surrogatus ad prosequutionẽ
executorialium possessionis parochialis. Item pote-
rat publicare resignationem , & si petiisset, resignans
non esset mortuus in possessione.Item militant ratio-
nes regulæ de non publican. videlicet ne expectans &
ordinarius fraudentur, vt hic fraudabantur, videntes
Ioannẽ de Legna resignantem habuisse tres sententias
& executoriales, eum possidere putabant ex illo iure
& esse verum electorem , vtpotè ignorantes resigna-
tionem per eum factam Et ideo ne ista fraus adesset,
2 debebat † resignatarius surrogatus ad prosecutionem
executorialium docere de diligentia per eum facta
quoad consequutionem possessionis. Non obstat, quod
dicit Sarnensis in regula de publican. quæst. 20.quia
3 Sarnens. ibi loquitur † in cessione meri iuris,separati
à possessione , Ita vt nunquam vigore iuris cessi resi-
gnans possessionem habuerit : & tunc procedebat e-
ius decisio : quia verba regulæ de publican. non con-
ueniunt:quia resignans non decessit in possessione.Et
hoc non sequitur , quod non militant rationes dictę
regulæ , quod ex vacatione dicti iuris cessi nec expe-
4 ctans nec ordinarius fraudatur. Cum † verbum vaca
re,intelligitur tam de vacatione iuris quam facti , &
per cessionem iuris particularis non dicitur vacare.

SVMMARIA.

1 *Filius si habitet à patre seorsum an alteri competat actio ad dotis residuum contra eum.*
2 *Filio habitanti seorsum à patre datur retensio,si pater dotẽ tenetur restituere nec onera matrimonij sustineat.*
3 *Pater sustinens onera matrimonij pro parte dotis recepta, videtur etiam alterius partis non solutæ administrationem tacitè suscepisse.*
4 *Coniuges si habent iustam à patre recedendi causam,an possit alter agere ad residuum dotis.*
5 *Fructuum transactio in dote an faciat constare de voluntate primum obscura.*
6 *Contractus dotis per inobseruantiam resolutis non iuuat coniuges contra patrem.*

DECISIO CCXCI.

IN vna Romana Pintigliana dotis 10.Martij , 1550.
1 proposui dubium,an † constet quod Do. Nicolaus
habitet seorsum à patre , ita vt per illum Comiti non
competit actio ad residuum dotis. & fuit dictum quod
si consideretur illa habitatio castri Pintigliani,& fru-
ctus dicti castri pro sustentatione ipsorum coniugum
quod talis habitatio & fructus assignatio non faciunt
quod esset actio dotis pro residuo.Nam Angel.& Dd.
in l.si cum dotem. §. transgrediatur.ff.solut matrim.quod
2 quando † filius habitat seorsum à patre quod datur.
filio retentio,si pater teneatur restituere dotem,habet
locum , vbi filius habitat seorsum , & pater non vult
sustinere onera matrimonij & in casu isto inter patrẽ
& filium est conuentum , vt pro dote recepta habeat
fructus, ergo nõ sumus in casu Doctor.in quo quãdo

filius habitat seorsum, nullos habet fructus, vel pater vult retinere dotem: quia tunc honestum est, ea quo pater non vult sustinere onera matrimonij. Nec obstat, quòd tantum sustineat pro parte dotis receptæ, & ideò alia videtur nolle curare: quia fuit responsum
3 quòd sicut pater † pro illa parte recepta elegit illam viam retinendi dotem, seu eius administrationem, ita etiam verisimile est, quod etiam voluit retinere administrationem alterius partis, quando solueretur: qua soluta tunc tenebitur dare fructus eius, si primo assignati non sunt sufficientes. Aut fiebat fundamentum in illo recessu Liuiæ & Nicolai, de anno 35. ad domum dicti Io. Antonij, in qua coniuges habitarunt vsque ad annum 41. quo tempore lis fuit inchoata coram Reuerendissimo tunc Cardinali de Monte: & isti coniuges nunquam per Comitem patrem fuerunt reuocati: & ideò colligitur tacita voluntas, quod puta non curareut dotali habitatione seorsum facta: quia fuit dictum, quod isto casu tantum est curandum de ista tacita voluntate, & filius ex causa iniusta recesserat, & maximè cum isto recessu non obstante Nicolaus dictos fructus Pintigliani & Soriani perceperit. Et ita fuit dictum circa istud caput quod erat dubitandū an filius haberet iustam causam recedendi à patre, vel an coniuges de anno 35. ea causa iniusta recesserint, ita vt actio ad residuum dotis Comiti non competat. Sed quia Dominus Michael in informatione sua faciebat duo fundamenta, per quæ intendebat probare.
4 quod dato, ꝙ † coniuges ex iusta causa recessissent, nihilominus Comes etiam ad residuum dotis agere posset: Fuit dictum quod daretur dubium, præsupposito quod coniuges ea causa iusta à patre recesserint, an Comiti nihilominus competat actio ad residuum dotis, Circa illud caput de fructibus assignatis in castro Morlupi & habitatione de anno 42. fuit dictum, quod
5 cum isti † fructus essent surrogati in locum fructuū assignatorum super castris Pintigliani & Soriani: quia sicut per illos fructus non constabat de voluntate patris, ita vt actio non competeret, ita etiam esset dicendum de illis fructibus loco illorum surrogandis. Item
6 fuit dictum, quod cum ille † contractus propter inobseruantiam esset resolutus quod ex illo contractu trāsactionis non poterant coniuges se iuuare, quia licet ex actu nullo colligatur voluntas, non tamen ea actu resoluto. Tota difficultas remansit in instrumentis de anno 1544. quando fructus castri Meani fuerunt dati loco fructus castri Morlupi attento quòd in instrumento permutationis dicitur, cum iisdem pactis & capitulis, de quibus in instrumento transactionis Et ideò erat dandum dubium, præsupposito, quòd fructus sint assignati coniugibus pro summa 5000. ducat. recepta, an ex instrumento permutationis de anno 1544. fructus Morlupi cum fructibus tenuatę ita constet de voluntate patris, quod Comes filius habitaret seorsum, vt amplius domino Comiti non cōpetat actio ad residuum dotis.

EPITOME.

In causa Romana medietatis Casalis della Bottachia.

SVMMARIA.

1 *Læsio enormis aut falsitas causæ venditionis decreta iudicis factæ non docetur etiamsi probetur aliasfuisse bona nisi sufficienter depanant alia minus fuisse damnosa si iuramentum minorum contractui interuenerit.*

2 *Minorū bona cum sunt ex decreto vendēda, an potius obligatio quam venditio fieri an mobilia an vero immobilia vendi conueniat iudicis est æstimatio nisi iuramentum solennitates suppleuerit.*

3 *Consensus defectus ex falsa causa arguitur.*

DECISIO CCXCII.

IN causa Romana medietatis Casalis della Bottachia, 10. Maij, 1550. proposui dubium, an domini della
1 Cithara † probauerint sufficienter falsitatem causę venditionis, aut enormē læsionem, ita quod propterea à iuramēto apposito in contractu ipsi excusentur à periurio & non possit agere ad resolutionem instrumenti. Et fuit dictum quod licet ipsi probauerint, ꝙ alia bona haberēt, puta domum, vineam, hortum, & scrita: tamē vltra hoc debēt probare ista bona minus damnosa, & quæ tertio alienari poterant. Nam in cōtractu inserto dicebatur quod facta discussione non fuerunt reperta alia bona minus damnosa quę alienari poterant quam dictum Casale. Tali narrationi insertæ standum erat, vt alias resolutum fuerat. Vnde probando, quod non erant alia bona nunc probatur priusquam in instrumento dicatur quod non fuerunt reperta alia bona minus damnosa, vnde præsupponebatur quod essent alia bona. Non obstat, quod læsio probaretur non solum in tertia parte, sed in totum, in quo non fuit forma seruata de qua in l. magis. §. nec
2 passim. ff. de reb. eorum vbi † prætor æstimare debet, an potius debeat fieri obligatio quam venditio, item potius vendere alia bona quam prædia, & alia de quibus ibi: quia fuit dictum, quod alias fuerat dictum, quod iuramentum minorum supplebat defectum solennitatum, de quibus in d. §. nec passim. Sed non
3 supplebat defectum consensus, qui † defectus consensus arguebatur de falsa causa: & ideò fuit iniunctum istis de Cithara, vt deberent probare istam falsitatem causæ de enormi læsione in contractu venditionis. Nihil fuit probatum, licet fuerit probata ipsa læsio in solutione: & ista differunt, vt per Bart. in l. si quidem. C. de preb. minor.

EPITOME.

Articuli super valore non fuerunt admissi stante suspensione petitorij etiam quod adesset commissio arbitrio auditoris.

SVMMARIA.

1 *Spoliatoris articuli contra valorem expectatiuæ producti non admittuntur, etiamsi incontinenti eos probare sit paratus, si suspensum sit petitorium.*

2 *Probationes extrinsecæ in petitorio suspenso non admittuntur, si nondum sint factæ.*

3 *Execrabilis non est restituendus si execrabilitas ante suspensionem petitorij sit probata non autem si super ea probanda dentur articuli.*

4 *Expectatiua ad tempus sex mensium concessa post illud non dat titulum coloratum si acceptatio sit extra tēpus facta.*

5 *Articuli ad infirmandam beneficij reseruationem, sic vt & titulus & possessio iis probatis discoloretur sūt admittēdi.*

6 *Articuli ad probandum reseruationem quod nempe tale beneficium sit dignitas principalis vel Auditoris Rotæ, admittuntur in suspensione petitorij.*

DECISIO CCXCIII.

IN vna Toletan. Parochialis de Gallapagar in qua Ludouicus de Heredia agebat spolio contra Ioannem Poggio Episcopum Teobien. Nam Ludouicus
1 docebat † de possessione sua, & quòd posteà fuerat spoliatus dicta parochiali: & pro titulo colorato docebatur

docebatur de expectiua ad summam ducatorum 100.
secundum taxam decimæ. Ex aduerso pro parte E-
piscopi fuerũt dati articuli, in quibus ad discolorandũ
dictum titulum deducebatur valor dictæ parochialis,
& quòd parochialis erat valoris 600. & quòd non
poterat comprehendi sub expectatiua. Item pro parte
eiusdem Episcopi erat præsentata commissio, eo quia
Ludouicus suspenderat petitorium: In qua cõmissio-
ne dicebatur, quòd procederetur ad expeditionem
causæ petitorij, & illius prosequutione omissa, & si-
gnatura manu Papæ respondit, placet arbitrio audi-
toris. Dubitauit D. Peregrinus 14. Maij 1550. stante
suspensione petitorij, & cõmissione vltimò præsenta-
ta, an artituli producti veniant admittendi. & vt dixi
articuli erant ad probandum valorem 600. ducat. cùm
expectatiua non daret nisi vsque ad summam 100. vt
supra dixit. Et fuit dictum, quòd articuli non admit-
2 terentur: quia ex quo † probationes erant faciendæ,
& quòd esset paratus probare in Curia in continenti,
tamen erant probationes extrinsecæ, & adhuc non
erant factæ. Et quia probatio non excludit probatio-
nem, & respiciebant petitorium, quòd tales probatio-
nes non admitterentur: sicut aliàs resolutum fuerat.
3 quòd licèt † execrabilis non esset restituendus, illud
erat verum, quando execrabilitas erat probata, secùs
quãdo articuli darentur ad probandum execrabilita-
tem: vt in excommunicato, & similibus. Et nõ obstat,
ꝙ aliàs in Ianuario 1545. coram D. Thoma de Tha-
nis in vna Astoricen parochialium fuit resolutum, ꝙ
4 † expectatoria, ad tempus sex mensium concessa, post
illud tempus non dedisset titulum coloratum: quia
fuit responsum in illo casu ex data concessionis expe-
ctatiuæ, vt ex acceptatione in actis producta appare-
bat, quòd acceptatio erat extra tẽpus facta: secùs erat
hic. Et ideò argumentum de tempore ad rem non va-
lebat. Non obstat, quòd fuerat coram me resolutum
in vna Cæsaraugusta. Præceptoriæ del Villel, quòd
5 fuissent admissi † articuli ad iustificandum reseruatio-
nem beneficij ad effectum discolorandi titulum Lu-
douici de Talauera: quia fuit dictũ, quòd in illo casu
apparebat de reseruatione beneficij in manibus Pa-
pæ, facta in fauorem certæ personæ: & tantùm Arti-
culi fuerant admissi ad iustificationem ætatis, vel
6 valoris expressi in resignatione. Item 2. articuli † ad
probandum reseruationem, putà quòd tale beneficiũ
esset dignitas principalis vel auditoris Rotę erant
admittendi: quia talis reseruatio nõ solùm discolora-
bat titulum, sed etiam possessionem.

EPITOME.

Cap. ad audientiam de cleric. non residen. locum habet in canonicatu doctorali & magistrali, non autem in duobus beneficiatis, necessitas ecclesiæ aliud exigat.

DECISIO CCXCIIII.

IN vna Placẽtin. fructuũ, die Vener. 14. Martij 1550. coram D. Fabio. fuit resolutum, quòd c. ad audientiam de cleric. non residen. locum haberet in canonicatibus doctorali & magistrali: quia loquitur indistinctè de duobus canonicis. Et vt qualitas Doctoratus seu magisterij in ipso canonicatu erat inuẽta, vt deseruiret Ecclesiæ: ita etiá in d. c. ad audientiam. per illam constitutionem erat inuẽtum, vt Canonici tenerẽtur ecclesiæ deseruire, non obstante cõstitutione debebãt fructus percipere: ita esset dicendum in canonicatu doctorali & magistrali, vt deseruiendo Episcopo diceretur Ecclesiæ deseruire. Et eodẽ fuit die decisum, quòd non haberet locum in duobus beneficiatis eiusdem Ecclesiæ. nisi necessitas Ecclesiæ vrgeret, quòd dicti beneficiati penes Episcopũ existerent, per ea quę dicit Abb. in dicto c. ad audientiam. circa fin.

EPITOME.

Scriptori apostolicos habeas expectatiuam ad largam præfertur Scriptori archiui habenti gratiá creationis in Canonicũ Iste punctus fuit iterum positus 17. Octobris 1550 & eodem modo resolutum.

DECISIO CCXCV.

DIe 17. Maij 1550. in vna Legionen. Canonicatus & præbend. proposui dubium, an creatio in canonicum pro scriptore Archiui præferatur gratiis expectatiuis ad largam scriptoribus Apostolicis cõcessis. Et fuit resolutum, quòd scriptor apostolicus, dato, quòd haberet gratiam expectatiuam ad largam præferatur per reg. Canll. Pauli de prælationibus siue prærogatiuis gratiis expectatiuis, vbi dicitur, scriptores apostolicos omnibus aliis qualitercunque qualificatis in executione quorumcunque beneficiorũ, quæ huiusmodi gratiarum vigore expectabant, quacunque diligentia, receptione, vel creatione in canonicum non obstante potiores examinãt. Et licèt. Cõmentat. super eadem reg. immò dicat, quòd regula loquitur, quãdo receptio & creatio simul concurrũt, per rationes, de quibus ibi per eum: Staphil. tamen in tractat. de lit. grat. & iustit. fol. 118. versi. 2. principaliter damnat illud dictum collectoris, & tenet, quòd regula habet locum, etiam quòd illa omnia concurrant. & ita Domini dictum Staphil. fuerunt sequuti.

EPITOME.

Capitulum id fecit, & Canonici capitulariter congregati id fecerunt, idem est dicere.

DECISIO CCXCVI.

FVit resolutum in vna Giennen. iurisdictionis, coram D. Thoma 1. Martij 1550. ꝙ idem esset dicere Canonici capitulariter congregati id fecerunt, quod Capitulũ id fecit, per cons. Oldrad. 100. incipien. in executione & per Panni. in tracta. de off. & potestat. c. in 1. prælud. nu. 10. vers. & ponderando, ꝙ capitulũ etiam vbicunque actus expedir, per consensum pręstitum in communi dicitur per collegium ipsum gestũ vt dicit Abb. in c. cùm omnes. col. 6. nu. 7. vers. ad vltimum an consensus. & ibi Felin col. 15. q. 41. vers. eadẽ glo. & per totá col. seq. constit. & ibi Abb. in c. fin. de sortileg. & tantò magis erat in casu illo, in quo pręcedebant omnia signa requisita, ad hoc vt actus per canonicos in vnum congregatos gestus dicatur Capitularis, videlicet sonus campanæ, vocatio pernunciũ, locus Capituli & alia, de quib. per Egid. decis. 10. incipien. canonici capitulariter. & per Fel. in c. 1. col. 10. nu. 13. vers. aliud singuli. de rescript. per Card. Paris. cons. 92. incip. primi dubij clariore resolutione col. 3. nu. 6. & nu. 17. in 4. vol.

EPITOME.

Regressui per decessum fuit locus in casu regulæ de infirmis resignantibus.

SVMMARIA.

1 *Resignans si moriatur infra 20. dies, habens regressum per decessum beneficium illud regressus vigore rapit.*
2 *Vacatio ficta nõ venit sub dispositione loquẽte de vacatione*

 per

per obitum, nisi Papa annullet collationes, si infirmus infra certum, dicm decedat.

3 *In his quæ sunt iuris paria sunt aliquid esse, & haberi pro tali*

DECISIO CCXCVII.

Regressui per decessum est locus in casu regulæ
1 de infirmis resignantibus: itaque † si resignans obierit infra 20. dies, habens regressum per decessum beneficium illud capit vigore regressus. Ita fuit decisum coram D. Achille 17. Martij 1550. in vna Bononien. regressus. Non obstant ea, quę dicit Sarnen. post Roman. in dicta regula de infirmis resignan. dum
2 dicit, quòd † ista vacatio est ficta, & ideò non venit in dispositione, loquente de vacatione per obitum: quia fuit responsum, quòd ex quo Papa annullat collationes, si infirmus decedat infra sex dies, & hic non admittat illam resignationem, ius beneficij dicatur esse penes resignantem, per ea quæ dicit Bisignet. decis. 1. de renuncia. Et cùm ius sit penes resignãtem, vacat per obitum, & ita intrat regressus. Non obstat, quòd regula dicat, & ita censeatur vacare, quod verbũ vide-
3 tur sonare insectionem, quia † in his, quæ sunt iuris, paria sunt aliquid esse, vel haberi pro tali.

EPITOME.

Quo casu iudicatum fuerit mandatum non esse sufficiens.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum substitutionis, interrogatoria, articuli, & positiones per substitutum facta an probent eum habuisse mandatum sufficiens in causa spolij.*

2 *Mandatum cùm constat esse in actis sufficiens, & aliud insufficiens agens habeat: videtur agere seu defendere vigore mandati, quod subsistit,*

DECISIO CCXCVIII.

IN causa Toletan. Beneficij S. Sebastiani de Madrid,
1 19. Martij 1550. an ex instrumẽto, † substitutionis factæ in persona Ioannis de Segobia de anno 1546. ex interrogatoriis, & articulis, & positionibus per ipsũ Ioannem factis, in actis, constet, quòd D. Ioannes habeat mandatum sufficiens in causa spolij, de quo agitur. Et fuit resolutum, quòd mandatum non esset sufficiens: quia Ioannes videbatur comparuisse vigore mandati, quod erat in actis, etiamsi esset insufficiens, non autem vigore mãdati, quod ignorabat. Non ob-
2 stat decisio 248. in antiq. quia procedit, vbi † cõstaret quòd aliud mandatum esset in actis: quia tunc videretur agere seu defendere vigore mandati, quod esset in rerum natura.

EPITOME.

Porrectio supplicationis isto casu non fuit præsumpta de mandato principalis.

SVMMARIA.

1 *Supplicatio præsente in curia principali porrecta, & ab eius sollicitatore scripta, an cẽseatur de mãdato ipsius porrecta.*

2 *Porrectio supplicationis de mãdato in curia præsentis principalis facta non præsumitur, si modica requiratur impensa, & de præiudicio principalis, nullo autem fauore agatur.*

3 *Argumentum à solitis optimè ducitur, nisi stat diuersa.*

DECISIO CCXCIX.

EAdem die 19. Martij 1550. proposui dubium in vna Legionen. canonicatus & præbẽdæ, præsupposito
1 quòd † tẽpore datæ supplicationis Gundissaluus esset prius in curia, & quòd supplicatio sit scripta per sollicitatorem D. Gundissalni, per quem aliàs diuersæ cõmissiones & supplicationes eiusdẽ Gundissalni scriptæ apparent: & stante mandato desuper ad præstandũ consensum post datam supplicationis, an præsumatur propterea supplicationem, de qua in actis, per eundem Gundissaluum, aut de eius mandato porrectam fuisse. Et fuit resolutum, quòd ex istis non præsumeretur porrectio de mandato Gundissalui: Non obstat, quòd
2 Gundissaluus esset in curia præsens, quo casu † præsumebatur de eius mandato porrectio, ad not. per Felin. in c. non sudi. §. sunt & alij. in 6. col. nu. 15 de rescrip. per Sarnen. in reg de publican. q. 5. num. 13. quia fuit responsum, quòd hic eramus in actu, in quo modica impensa requirebatur, & tractabatur de præiudicio ipsius Gundissalui, & de nullo eius fauore, vt putà de simplici resignatione absque eo, quòd aliquid in supplicatione reseruaretur: & ideò non præsumitur de mandato Gundissalni porrecta Non obstat, quòd secundo loco diecbatur, quòd præsumeretur ex scriptura sollicitatoris: quia aliàs scripserat, quibus Gun-
3 dissaluus vsus est: & † validum erat argumentum à solitis quia fuit responsum, quòd ex diuersa non sit illatio: & in illis animus Gundissalui non ex mandato sed ex ratificatione per vsum inducta colligebatur. Non obstat, quòd tertiò dicebatur, quòd ex mandato postea dato in personam sollicitatoris declararetur, quòd voluit, quòd de præterito porrexisset: quia ex sequentibus præcedentia declarant: quia fuit responsum, quòd potius istud retorquebatur: quia sicut post biennium Gundissaluus dedit mandatum, ita etiam dedisset ab initio, si voluisset: & ideò videntes isti, quod ex illa porrectione resignatio effectum sortiri non poterat, ideò procurarunt, quòd Gũdissaluus mitteret mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Executores ex concessione certa quartæ partis si iurisdictionem quoad valores habeant ex commissione illis cõcessa, illos exequi possunt, nisi super his in Rota agatur.*

DECISIO CCC.

DIe 20. Martij 1550. in causa Calagurit. subsidiorũ
1 proposui dubium, an † stante cõcessione quartæ partis fructuum, facta de anno 1539. & reductione ad certam summam, & solutione pro parte cleri super modo soluendi in curia introducta, potuerit posteà Cardinalis Hispalen. executor deputatus in concessione quartæ partis, facta de anno 1539. exigere ab eodem Clero de Haro & Brionis eo modo, quo fecit: & fuit dictum, vt viderem breue, circa quos valores daret iurisdictionem iudicibus de partibus, an circa valores beneficiorum, & tunc circa illos potuerint illi iudices exequi, ex quo causa in Rota nõ pendebat circa hoc, sed tantùm quòd onera non debebant diuidi pro tertio. Item veri valores Episcopatus erant liquidati, sed non veri valores singulorum beneficiorum, & ideò erat videndum & breue & commissio.

SVMMARIA.

1 *Commissio senatoria arbitrio iudicis non spectatur, si testes*

extra tempus & locum procuratore de nullitate & contradicente examinentur, nec sanari potest, nisi interrogatoria data respiciant tam testes inductos quàm in futurum inducendos. & nu. 3.

2 *Examen factum cum interrogatoriis etiamsi nulliter sit factum, sanatur, si interrogatoria dederit, sic vt tacitus interueniat consensus.*

DECISIO CCCI.

DE mense Aprilis 1550. in causa Toletan. decimarum, dubitaui, an ex processu remissoriali cõstet de aliqua nullitate, quæ non possit sanari per commissionem, de qua in actis. Et pro parte Episco-
1 pi dicebatur, quòd † testes examinati extra tempus & locum procuratore Archiepiscopi protestante de nullitate & contradicente, quòd tunc commissio senatoria arbitrio iudicis non debebat operari: quia q;
2 † examen factum cũ interrogatoriis etiamsi nulliter sit factum, sanetur, ideo est, quia dando interrogatoria videtur tacitè consentire: sed hic nullus erat cõsensus, sed potius dissensus expressus. Et ideò videbatur, q; nõ poterat sanari illa nullitas per dationem interrogatoriorum, quæ erat data, quòd testes erant examinati extra locum & tempus. Tamen Domini nõ obstante ista ratione dixerunt, quòd videretur inter-
3 rogatoria data: † quia si illa respiciebant tam testes inductos, quàm inducendos in futurum, ita quòd nihil aliud potuisset circa illos testes releuans adduci, quòd non fuisset adductum in illis interrogatoriis primò datis, quòd tali casu examen, etiam nullum per commissionem, arbitrio iudicis sanaretur, & esset validum.

SVMMARIVM.

1 *Claus. quatenus consensus Cardinalis requiratur, quomodo intelligatur.*

DECISIO CCCII.

IN casu Astoricen. Canonicatus, 2. Maij 1550. du-
1 bitaui hoc modo quæ fuerit † mens Papæ in appositione verborum, quatenus cõsensus Cardinalis, pro validitate prouisionis Antonij. Et fuit resolutum hoc modo, quòd illa verba, quatenus consensus Cardinalis requiratur, erant apposita propter narratam familiaritatem Cardinalis, & absentiam eius à curia: Sed quia poterat habere benè præsentialitates, ideò fuit appositũ verbum, quatenus cõsensus Cardinalis, requiratur, ita vt illa verba starent conditionaliter. Et fuit resolutum, quòd stãte familiaritate, & breui præsentialitatis, si illud breue erat validum, quòd requirebatur cõsensus Cardinalis pro validitate: & ita iam fuerat resolutum 4. Octob. 1549. vt suprà annotaui.

EPITOME.

Statutũ Iosannense excludens filiam propter filium masculum, non comprehendit filium legitimatum.

SVMMARIA.

1 *Filius legitimatus an excludat filiam legitimam ab intestato*
2 *Legitimatus quando non excludat fœminam.*
3 *Legitimatus vna cum filia ab intestato non succedit.*

DECISIO CCCIII.

IN causa Iosannensis hæreditatis proposui dubium 2. Maij 1550. an statutum productum comprehendat spurium legitimatum ad exclusionem filiæ legitimæ: & statutum dicebat, quòd filia dotata non succederet stante filio seu fratre, qui cum ea cõcurreret ad successionem ab intestato. Et fuit resolutum, quòd licet essent resolutiones, decisiones, etiam Doctores varij in eo, an statutum excludat filiam fœminam propter filium legitimatum, Tiraqu. in repet. l. si vnquam. C. de reuocand. donat. in gloss. in verb. susceperit libe-
1 ros. nu. 81. enumerat multos Doctores, quòd talis † filius legitimatus non excludat filiam legitimam. Sed oppositum tenet Albert. Brun. in tractat. statut. excluden. fœmin. propter mascul. in 12. artic. in 4. q. Tamẽ omnes Domini concluserunt in casu isto, quòd ex hoc quòd constabat de mente statuti volentis, quòd excluderentur propter masculum, qui cum ea ad successionem ab intestato concurrebat: & isto casu iste
2 spurius † legitimatus etiã sine præiudicio veniens ab intestato, per quam non clarè censebatur habilitatus ad successionem patris ab intestato, secũdum communem opinionem, vt per Decium in cons. 610. in princip. & cons. 52. nuo. 3. vers. ad confirmationem Chassan. in consuetud. Burgun. fol. 306. col. 1. ver. 3.
3 facit. Et ideò cùm † filius legitimatus non succedat vna cum filia ab intestato, & sic verba statuti non cõueniunt, ergò nec ipsius statuti dispositio.

EPITOME.

Præscriptio inter patrem & filium in aduentitiis, in quibus patri quæritur vsusfructus potest inchoari.

SVMMARIA.

1 *Præscriptio an potuerit à filio contra patrẽ inchoari & nu. 4.*
2 *Pater durante patria potestate non potest contra filium actionem exercere in rebus vsufructuariis.*
3 *Pater potest in filium manum exercere regiam cum officio iudicis: quod si non faciat, negligens habetur.*

DECISIO CCCIIII.

IN causa Romana Castri Feliciani dubitaui 5. Maij 1550. an cõstet ex actis, quòd Comes Ludouicus possit prætendere titulum ex persona propria, an ex persona Nicolai, minoris sui nepotis: & sic diuersum à prætensa donatione potuerit præscriptio inchoari. Quoad primam partem fuit præsuppositum constare ex actis, quòd Comes Ludouicus prætenderet titulũ diuersũ à donatione: quia Nicolaus fuerat institutus hæres per Henricum Comitem Nole dominum dictorum Castrorum: & Comes decessit antequam acciperet possessionem dictorum Castrorum: & Nicolaus posteà adiuerit hæreditatem Comitis Henrici. Et quoniam in hoc erat difficultas, videbitur in facto, q; dari veritatem. Quoad secundam partem quòd vide-
1 licet, an præscriptio † potuerit inchoari, dicebat D. Syluester, aduocatus D. Helenæ, quòd cùm inter Comitem Ludouicum patrem, & Io. Franciscum iudicium consisteret, non poterat, per text. in l. vis nulla. ff. de re
2 iudicat. etiam in omnibus † causis, in quibus patri quæritur vsusfructus, etiã si daretur patri aliquo casu actio, omninò durante patria potestate non posset illam exercere, vt declarat Ioan. Baptista de S Seuerino in l. frater à fratre. §. quæsitum. nu. 57. ver. 1. super 3. q. ff. de cond. indebit. Bald. in l. si pater. in fin. C. mandat. & idem Salic. & idem est de mente Bal. consil. 169. vers. præterea quando volu. 5. etiam non volenti agere non currit præscriptio. Istis non obstantibus fuit contrarium decisum, quòd præscriptio potuisset inchoari: quia totum fundamentum domini Syluestri consistit,

consistit,quòd patri nulla potest negligentia impota-
ri propter defectum exercitij actionis.Sed dixerunt
Domini,quòd licèt pater non posset exercere in filiũ
3 actionem,poterat † tamen manum Regiam,quam in
eum habet,exercere,vt dicit Iason in l.frater à fratre.
col.20.vers.sed etiam ista solutio.ff.de condi indebit.
etiam vigore eius poterat implorare officium iudicis
vt sententiam pro patre latam exeqoeretur,vt dicit
4 Barb.in l.fina.ff.de iudic.vnde † cùm pater istam ma-
num regiam habeat,& illam non exercuerit vna cum
officio iudicis,in hoc dicitur esse negligens.Et ideò
licèt non habeat exercitium actionis,tamen illud re-
medium habeat, & in hoc arguitur negligentia eius
& sic præscriptio inchoari potuit.

SVMMARIVM.

1 *Indultum præsentialitatis si sit validum requiritur ipsius consensus Cardinalis,cuius familiari facta est prouisio cum claus.quatenus consensus Cardinalis requiratur.*

DECISIO CCC V.

DIe 5.Maij 1550.in causa Astoricen.Canonica
1 tus dubitaui,an indultum † præsentialitatis sit va
lidum,ita q stante eo requiratur cõsensus Cardinalis.
Et fuit resolutum,quòd esset validũ quia indultũ Cle-
mentis:dabat Cardinali Hispalen.non solùm indultũ
quòad collationes in omnibus mẽsibus,prout omnes
Cardinales præsentes,sed etiam prærogatiuas,fauores
& gratias,quas præsentes habebant,etiam quoad re-
gulas Cancellariæ editas & edendas, excipien.tantum
quòad diuisionem emolumentorum.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Papæ certi quid afferentes quòad solutionem decimarum sufficiunt ad victoriam,cùm sunt antiquæ.*

DECISIO CCCVI.

IN causa Toletan.seu Gadizen.decimarum, inter
Ducem de Alua, & Archiepiscopũ Toletan.pen-
dente,9.Maij 1550.dedi dubium,an literæ Alexandri
de anno 1501.sufficiant ad victoriã:& sic an cõfessio
facta in literis Clementis per ducem Federicũ,quòd
literæ non sint in vsu in locis de Heustar,& Castillia
tollatur per probationes factas in remissoria,dicẽtes,
quòd in loco de Heustar & Castillia à nouiter cõuer-
sis exigũtur duæ tertiæ,& ab antiquis vna:ac gratia,
perinde valere,tempore Paul.expedita,in qua confes-
sio non vsus dictarum literarum per Ferdinandum
sanator,seu reuocatur.Et quòad primam partem fuit
1 resolutum,sicut & aliàs,quòd literæ † Alexandri re-
ferentes aliàs,ea quo continebant certum,videlicet
duas tertias,quales miatas personales,& reales,à qui-
bus videlicet à Christianis nouiter conuersis,in anti-
quis essent sufficientes ad victoriam,etiamsi de relato
non constaret.Quòad tertiam partem dubij fuit di-
ctum,quòd daretur dubium,an ex quo per longissimũ
tempus Dux non fuerat vsus priuilegio quòad duas
tertias decimarum in antiquis,non exigendo illud
amisisset.

SVMMARIA.

1 *Literæ relatiuæ an sufficiant,non constito de relatiuarum tenore,ad probandum duarum tertiarum decimas.*
2 *Ecclesia sufficiens & decens constructio arbitrio iudicis remittitur,quod certum est.*
3 *Claus.prout plenius in literis continetur,quomodo accipienda*
4 *Canonizationem literarum antiquarum qui petit, id quod in eis continetur,probare tenetur si dubitationem recipere possint,& respectiuæ sint.*

DECISIO CCCVII.

IN causa Toletã.decimarum 16.Maij 1550.proposui,
1 an attento quòd in literis † Alexandri,de quibus
non constat,conceduntur duæ tertiæ decimarum cũ
onere custodiendi Ecclesias ex propriis bonis ipsorũ
Regum:& in literis ipsius Alexandri de anno 1501.di-
citur contineri iuxta tenorem aliarum literarum,
sufficiant dictæ literæ non constito de tenore:& an
probetur priuilegium Alexandri de duabus tertiis,
exigendis ab antiquis de dicto anno 1501.concessum
non fore in vsu.Quòad partem primam dubij, quòd
verba,quæ loquuntur relatiuè,de quibus non con-
stabat,erant huiusmodi tenoris: Vna tertia parte di-
ctarum decimarum pro dote ecclesiarum remanente,
quas dictus Ferdinandus & Elizabetha Reges ex pro-
priis bonis sufficienter & decenter construere & æ-
dificare tenerentur,prout in literis plenius cõtinetur,
quòd quòad conseruationem sufficientem & decen-
tem literæ referentes certum quid referant: Nam te-
nebantur Ecclesias sufficienter & decenter cõstruere:
2 & ista † decens & sufficiens constructio arbitrio iu-
dicis remittebatur,iuxta notata per Bartol.in l.filius
familias,ff.de donatio.Ias.in l.si sic.num.3.4.col.ff.de
legat.1.Felin in c.1.col.2.de constitut.quod arbitrium
iudicis certum est ideo non est necessarium,quòd cõ-
3 stet de relato.Et illa † verba,prout plenius in literis
continetur,referebantur ad omnia præcedẽtia:& licèt
plenius de narratis in literis primis contineatur, suf-
ficit,quòd non in istis secundis plenius continetur.
Tamen dixerunt Domini,quòd quia † cõcessio dua-
4 rum tertiarũ erat facta respectiuè,& ex causa,vt Fer-
dinandus & Elizabeth tenerentur conseruare Eccle-
sias ex suis propriis bonis,quòd si dux agebat ad ca-
nonizationem literarum Alexandri, quòd debebat
docere de constructione de propriis bonis:cùm etiam
possit esse, quòd illa concessio duarum tertiarum esset
promissa vel conditionaliter,vel modaliter,id est,vt
duæ tertiæ concederentur,si construxit,vel postquã,
vel dummodò cõstruxerit.Circa secundum dubium,
quia fuit restrictum quis teneretur probare de iure
communi priuilegium non esse in vsu,nihil fuit pro
illa audientia decisum,sed mandatum quod reserua-
retur pro alia audientia.

SVMMARIA.

1 *Canonicatus vacans per obitum familiaris Cardinalis an dicatur reseruatus,etiamsi ex priuilegio alteri ius patronatus competat.& nu.4.*
2 *Iuspatronatus laicorum ex fundatione & donatione non cõprehendit dispositio generalis:secùs cùm iuspatronatus ex priuilegio speciali competit.*
3 *Iurispatronatus ex priuilegio non est in gratia Apostolica facienda mentio.*

DECISIO CCCVIII.

CLemens VII.concessit Marchioni Astoricen.eius
vita durante,ius patronatus in Canonicatibus &
præbendis Ecclesiæ Astoricen.sub istis verbis:Quæ
de cætero,quibuscunque modis,ex quorumcunque per
sonis

ſouis de tempore vacare contigerit,concedimus tibi
ius patronatus huiuſmodi,ac ſi tibi ex vera fundatio-
ne,& dotatione competeret,etiam per ſedē apoſto-
licam.niſi de toto tenore,& data præſentium plena,
ſpecifica,indiuidua,& expreſſa:de verbo ad verbū,nō
autem per clauſulas generales idem importātes mē-
tio fiat,& tuus ad id acceſſerit conſenſus,derogari nō
poſſit,nec derogatum cenſeri,ſicque per quoſcunque
iudicari &c.ac irritum &c.decernimus Dubitaui ego
1 16.Maij 1550.an † ſtāte priuilegio Marchionis Allo-
ricenſis,Canonicatus,de quo agitur,vacans per obi-
tum familiaris Cardinalis dicatur reſeruatus. Et pro
vna parte,vidalicet affirmatiua multa fuerūt allegata.
quod canonicatus diceretur reſeruatus. Nam licèt ge
2 neralis † diſpoſitio nō cōprehenderet ius patronatus
laicorum ex fundatione & dotatione,tamen ſecùs eſt,
quando eſt ius patronatus competens ex priuilegio,
vt Abb.poſt Ant.& Alcia.in c.dilectus.in fi.de offic.
3 deleg.& † de iurepatronatus ex priuilegio in gratia
apoſtolica non eſt facienda mentio,ad conſ.Federi c.
64.nu.2.Dec.conſ.149.Roch.in tractat.de iurepatro.
in verb.competens alicui.q.24 verſ.limita. Lamber.
in tract.iuriſpatro.in 3.part.lib.2.col.3.8 q.in princip.
Item licèt c.2.de præbend.in 6.non comprehendat
beneficia de iurepat.de priuilegio,Domi in d.c.2.nu.
13.poſt Archid.de præb.in 6.& ibi Franc.& Dec.cōſ.
149.num.6. Tamen hoc non obſtan fuit concluſum
4 pro parte negatiua, † propter clauſulam derogato-
riam contentam in dicto priuilegio,in quo contine-
batur,quod derogari poſſet,niſi de toto tenore &
data præſentium mentio facta eſſet:quæ inducebat
proteſtationem voluntatis defectus in diſpoſitione
ſequen.niſi expreſſè fiat reuocatio, vt per Bartol. &
alios in l.ſi quis in princip.text.de leg.3.& in regula
reſeruatoria nulla clauſula erat derogatiua,nec ei
derogatum fuerat.

SVMMARIA.

1 *Canonizationem literarum antiquarum petens poſt lapſum longi temporis modum in iis relatum docebit eſſe adimpletum,alioquin non audietur.*
2 *Priuilegium conceſſionis gratiæ qui habet,poteſt agere ad contenta in gratia,etiamſi modus ſeu onus adiectū non ſit adimpletum,dummodo offerat ſe onus iniunctum expediturum.*
3 *Priuilegium ſi nulla in parte ſit ſortitum effectum,contendenti pro eo incumbit onus probandi priuilegium in vſu fuiſſe:ſecus ſi pro aliqua parte ſortitum eſſe effectum conſtiterit.*

DECISIO CCCIX.

DIe tertia Maij 1550.in cauſa Toletan.decimarū,
1 propoſui,an dux † agens ad canonizationem
literarum Alexandri teneatur de conſeruatione Ec-
cleſiarum docere abſque eo,quòd dominus teneatur
docere de tenore literarū Alexandri. Ad primam par-
tem maior pars Dominorum tenuit,quòd ex quo poſt
lapſum longi temporis agebatur ad canonizationem
literarum,& conſtructio modaliter in literis relata
erat concepta,tamen quòd ſi modus non erat adim-
pletus,putà ipſa conſeruatio,quòd dux non poterat
agere ad canonizationem: quia propter non imple-
mentum modi executio gratiæ poterat deferri: Se-
2 cùs dicebatur,ſi eſſemus in priuilegio † conceſſionis
gratiæ:quia tūc etiam quòd modus ſeu onus adiectū
non eſſet adimpletum,tamen poterat quis agere ad
contenta in gratia,& ſe offerre adimpleturum onus
iniunctum. Ad ſecundam partem dubij omnes dice-
3 bant quòd † ſi priuilegium Alex.in nulla ſui parte erat
ſortitum effectum,quòd ad ducē ſpectaret onus pro-
bandi priuilegium fuiſſe in vſu:ſecùs ſi cōſtaret pri-
uilegium Alexandri pro aliqua parte fuiſſe ſortitum
effectum:quia pro parte ducis dicebatur, quòd pri-
uilegium Alexandri quòad vnam tertiam erat ſorti-
tum effectum ſuum:licèt pro parte Epiſcopi dicere-
tur,quòd licèt Dux ſeu Reges exegiſſent duos noue-
nos,tamen quod illos duos nouenos exegerunt non
vigore priuilegij Alexandri, ſed vigore priuilegij
Innocentij VIII.

EPITOME.

In cauſa Romana medietatis Caſalis,quod iuramentum in parte nullum præſumptione per ſtatutum non ſit in totum nullum.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum minorum ſi reperiatur inualidum,& pro parte tantum obligatorium an aliis in inſtrumento contentis quoque præiudicet.& nu.5.*
2 *Iuramentum ratione ſtatuti pro parte præſumptiuè inualidū non reddit cætera inualida.*
3 *Iuramentum etſi ſuper pluribus rebus & capitulis interpoſitum,eſt tamen vnicum.*
4 *Iuramentum cùm in parte verè eſt nullum propter vnitatē totum inſtrumentū annullat:ſecus ſi præſumptiuè ſit nullū.*

DECISIO CCCX.

IN cauſa Roma medietatis della Bottachia,dubita-
1 ui 28.Maij 1550.an ex quo † iuramentum reperitur
inualidum.& non obligatorium pro parte, reſpectu
duorum millium præiudicet quoad alia contenta in
inſtrumento, Et fuit deciſum,quòd iuramentum ſu-
per confeſſione duorum millium interpoſita erat
inualidum ex præſumptione ſtatuti:quòd ex quo nō
erat ſeruata,forma ſtatuti requirentis interuentum
propinquorum,& aliarum ſolennitatum,præſumeba-
tur iuramentum,eſſe dolo & metu extortum. Vnde
dicebant Domini,quòd iſta præſumptio non erat ex
tendenda vltra eum,etiamſi illud verum eſſet,quòd
venditio eſſet ſequuta: Item quòd dicti de Cithara
350.ducat.recepiſſent: Vnde cùm iſta vera eſſent,non
2 poteramus dicere,quòd licèt † iuramentum erat pro
parte inualidum ratione ſtatuti præſumptiuè,quòd
ideò deberemus dicere in reliquis eſſe etiam inualidū.
Non obſtant not.per Innoc.in c.fraternitatis.de hæ-
ret.& Archid.in c inter cæteras.quem refert Iaſon in
l.ſcire debemus.col.4.num.6.in verſ.nunquid autem
reg.huius text.de verb. obliga.dum iſti Dd dicunt
3 quòd † iuramentum eſt vnicum,etiam ſi ſit ſuper plu-
ribus rebus & capitulis interpoſitum,vt per Iaſ.in d.
l.ſcire debemus & ideò Innocen.& alij in d.c fraterni
tatis.dicunt,quòd ſi dictum teſtis eſt in parte nullum
erit in totum nullum propter vnitatem iuramenti:
4 quia illud procedit,quando iuramentum † in parte
verè eſt nullum,tunc in totum erit nullum:ſecùs ſi
iuramentum,in parte præſumptiua ſit nullum, quia
tunc non erit nullum in reliquis, ita Felin.in dicto c.
fraternitatis,col.3.in 1.limitat.de hæret. Et ideò cùm
5 † iuramentum in noſtro caſu in parte per ſtatutum
præſumptiuè eſſet nullum,non debebamus extēdere
illam præſumptionem ad reliquas partes inſtrumenti,
in quibus non militabat eadem ratio ſtatuti.

EPITOME.

Appellatio extra iudicialis quo caſu non deuoluerit.

SVMMA

SVMMARIA.

1 *Appellatio in fine actus interposita cum clauf. in cõtrarium faciendo appellat &c. an operetur deuolutionem causę, sic vt à victore appellationis causa cõmitti, & per contradictas procedi potuerit appellante non citato.*
2 *Appellatio conditionalis non operatur deuolutionem.*
3 *Clauf. si contrarium fiat appello. quomodo intelligatur.*
4 *Appellatio à futuro grauamine d uoluit, etsi tempus tacitã habeat conditionem.*

DECISIO CCCXI.

EAdem die 28. Maij 1550. proposui dubium in vna
Giennen. Scholastriæ, an appellatio interposita
1 † per Gabrielem in fine actus, ibi, in contrarium
faciendo appellat &c. operata fuerit deuolutionem
causæ inter Gabrielem & Solanum ita vt per Solanũ
appellationis causa committi, & per cõtradictas pro-
cedi potuerit, Gabriele aliter non citato. Et fuit re-
solutum, quòd dicta appellatio nõ erat operata deuo-
2 lutionem, ex † quo erat conditionalis, videlicet con-
trarium faciendo, quæ verba resoluebantur condi
tionaliter, si contrarium fecerit. Et cùm Capitulum
nõ fecisset contrarium: nam Gabriel dicebat, quòd
Capitulum non traderet vigore regressus possessionẽ
Scholastriæ Solano, sed quòd eum daret in compe-
3 titorem, & † si contrarium faceret, quòd appellabat:
etiam quia Capitulum respondit procuratori Solani
quòd non poterat spoliare Gabrielem non citatum,
sed quòd eum dabat in competitorem: & ideò non
fecisset contrarium eius, quod dixisset Gabriel, ideò
quòd illa appellatio sub conditione non deuoluebat.
Non obstabat, quòd appellatio extraiudicialis à fu-
turo grauamine deuoluit, & tamen tempus habet ta-
4 citam conditionẽ, & grauamen † sequitur, quòd fuerit
dictum, quòd quando quis appellat à futuro graua-
mine, semper instat tenor illius futuri grauaminis,
nimirum si talis appellatio deuoluit, & hic est appel-
latum, si contrarium fecerit, & sic expresse sub illa cõ
ditione: & isto casu taciti & expressi non eadem ratio.

EPITOME.

Præsentatio nomine Antonij facta quo casu non censeatur ratificata

SVMMARIA.

1 *Præsentatio ab vno patronorum tam sua quam alterius compatroni nomine facta an valeat, si ex actu de ratificatione tantum alterius constiterit, & de mandato eiusdem aliter non doceatur.*
2 *Patronus non præsentando dicitur post lapsum quadrimestris consentire præsentationi per alterum ex compatronis factæ, non tamen ratificare quod ignorabat.*

DECISIO CCCXII.

DIe 30. Maij 1550. in vna Valentin. beneficij S.
1 Laurentij, proposui, an † constet in actis de ra-
tificatione Antonij alterius ex patronis, ita quòd præ-
sentatio per Didacum Vasco alium patronũ, tam suo
quàm dicti Antonij nomine facta valeat, non aliter
docto de mandato eiusdem Antonij. Et fuit resolutũ,
quòd ex actis non constaret de ratificatione: quia ap-
positio edictorum erat generalis, & non concludebat
ad præsentationem factam per Didacum Vasco no-
mine Antonij. Item responsio facta per Antonium
ad articulos nihil concludebat ad ratificationem, ex
quo in articulis nihil dicebatur de præsentatione
ipsius Antonij nomine facta. & ideò quod ignorabat
Antonius ratificare non poterat. Non obstat, quòd
2 † per lapsum quadrimestris patronus non præsen-
tando dicitur consentire, quòd illa præsentatio per
vnum ex cõpatronis facta valebat: Sed ex hoc non
sequitur, vt dicatur ratificare factum nomine suo, quod
ipse ignorabat: & ita præsentatus per illam taciturni-
tatem non poterat dicere, quod ipse habebat duas voces.

EPITOME.

Appellatio extraiudicialis vbi interponitur non sequuto grauamine non currit tempus ad prosequendum.

SVMMARIA.

1 *Appellatio extraiudicialis an possit prosequi, antequàm subsequatur grauamen.*
2 *Appellatio extraiudicialis à possessione tradenda nõ sequuta grauamine resoluitur: si autem tradatur possessio sequitur grauamen, & procedit appellatio.*
3 *Appellationis conditionalis prosequendæ terminus à die illati grauaminis currit.*

DECISIO CCCXIII.

DIe 13. Iunij 1550. in causa Giennen. Scholastriæ
dubitaui, presupposito sine veri preiudicio, quòd
1 † stante appellatione Gabrielis, si possessio fuisset tra-
dita Ioanni Solano, fuisset attentata, an Ioannes po-
tuerit prosequi dictam appellationem, ante quàm se-
queretur grauamen Gabrielis. Et fuit resolutũ, quòd
non sequuto grauamine Ioannes Solano nõ potuerit
prosequi, per Clem. sicut appellationem, & ibi glo. in
verb. extraiudicialem. & in verb. a futuro de appellat.
2 Non obstat, quòd † Ioannes Solano præsentando li-
teras regressus, & petendo possessionẽ, quam Gabriel
iustè tenuit, & respectu istius tenoris potuit appellare
prout fuit appellatum, dicẽdo ex nunc pròut extunc:
quia fuit responsum, quòd ex quo grauamen non fuit
sequutum, quòd illa appellatio fuit resoluta. Non ob-
stat præsuppositum in dubio, quòd si possessio fuisset
Ioanni Solano tradita, fuisset attentata: si ergò præ-
supponitur lis, illa non potuit interuenire, nisi per ap-
pellationem extraiudicialem: quia fuit responsum, quod
si possessio fuisset tradita, tunc sequutum fuisset gra-
uamen, nimirum si causa fuisset deuoluta, & per con
3 sequens † terminus ad prosequendam appellationem
à die illati grauaminis cucurrisset: vt fuit dictũ, quòd
sicut non sequuto grauamine appellans non poterat
suam appellationem prosequi, ita nec appellatum.

EPITOME.

Ecclesiæ præsumuntur constructæ ab eis, qui tenebant illas construere.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiarum condecens ac sufficiens constructio à personis in priuilegio Papæ nominatis longissimo tempore facta per duos testes præsumitur, si de iure conseruando, non autem quærendo agatur.*
2 *Præsumptio duplex cũ ex diuerso fonte procedit, valida est.*
3 *Ecclesia si habuerit constructionis tempore bona, præsumitur potius ex propriis bonis constructa.*

DECISIO CCCXIIII.

EAdem die 13. Iunij 1550. in causa Toletan. deci-
1 marum, dubitaui, an † stantibus duobus testibus
depónẽtibus quòd à 37. annis citrà sunt duę ecclesię
in

in Ciuitate de Huescar, præsumatur dictarum Ecclesiarum facta concedens & sufficiens constructio à personis, de quibus in priuilegio Alexandri. Et fuit resolutum. quòd præsumeretur à personis de quibus in priuilegio ex quo priuilegium erat acceptatum pro parte Regum, & vigore illius erant in possessione exigendi decimas, licèt non integraliter per doctrin. Bar. in l. cùm seruus. de verb. obligat. & licèt allegaretur, quòd doctrin. Bar. procederet, quando ageretur de iure conseruando, & non quærendo: fuit dictum, quòd hic ageretur de iure conseruando, postquàm priuilegium erat in vsu. Nam tunc ageretur de iure admittendo respectu ipsius ducis. Nam ex quo Dux per vsum ipsius priuilegij ius acquisiuerat, iam tractaretur de damno ipsius, si illud admitteret. Item quòd esset decens & sufficiens conseruatio, præsumebatur pro-
2 pter visitationem ordinarij. Non obstat, quòd † duplex præsumptio non esset sumenda & quòd ex bonis propriis, & quòd esset decens: quia quando procedunt ex diuerso fonte possint procedere: & præsumptio decentiæ procedit ex capire visitationis. Et ista resolutio fuit facta præsuppositis duobus, & quòd non constaret, quòd tempore quo præsumuntur ecclesiæ
3 cōstructæ, ecclesiæ haberet aliunde, vnde si † ex actis constaret, quòd ecclesiæ illo tempore haberent bona tunc præsumerentur potius ex bonis propriis cōstructæ: & secundò quòd priuilegium esset in vsu, priuilegium Alexandri quòad duos nouenos percipere poterat vigore alterius priuilegij.

EPITOME.

In causa Romana Casalis Fabij potuerunt adimplere contractum, & cogere illos della Cithara ad traditionem.

SVMMARIVM.

1 *Venditores quando possint ab emptoribus ad traditionem compelli, & ad implementum contractus nominati cogi.*

DECISIO CCCXV.

Die 16. Iunij 1550. in causa Romana Casalis della
1 Bottachia, dubitaui, stantia † sciente Dominorū de Fabiis, stante instrumento venditionis de anno 1527. ex commissione Dominorum della Cithara, præfixionis termini de anno 1526. & solutione 300. ducat. & contractu in instrumento venditionis apposito, an Domini de Fabiis possint hodie contractum pro parte eorum adimplere, ita vt possint Dominos de Cithara ad traditionem Casalis cogere. Et fuit resolutum, quòd possint adimplere, & cogere ad traditionē: quia eramus in contractu nominato, in l. non licet pœnitere. & maximè stante constituto, per quod & dominiū & possessio erat tradita: & si illi della Cithara aliquid prætendebant, poterant ad interesse agere, si contra eos de adimplemento non fuerat exceptum, vt per Alexan in l. si filiæ. C. de collation. Non obstat etiam commissio de anno 46. quia ibi dicitur, quo elapso ab soluat, prout iuris fuerit, & absolutio erat danda vel ab obseruatione iudicij, vel quòd si emptor volebat rem consequi, teneretur ad pretium, quod hodie Fabij adimplere volebant.

SVMMARIA.

1 *Prouisus de dignitate si in instrumento alleget se prouisum, & in possessione esse, supplicet q; à bullis & recessu ad Papam & Auditores Rotæ, postulans effectum bullarum suspendi, an deuoluta sit causa.*

2 *Supplicans ab actu principis ad principem non appellare sed supplicare dicitur.*

3 *Supplicatio non deuoluitur, nisi per eundem principi sit porrecta.*

DECISIO CCCXVI.

In causa Giennē. Scholastriæ dubitaui ego 20. Iunij
1 1550. ex quo Gabriel † vt in instrumento dixit & allegauit fuisse sibi prouisum de Scholastria, & esse in possessione illius, & supplicauit à bullis & regressu ad Papam & auditores Rotæ, & voluit, quòd ex huiusmodi supplicatione suspenderit effectum bullarum, an ex istis & aliis in d. instrumento sit causa deuoluta. Et
2 fuit resolutum, quòd ex quo erat † supplicatum à bullis & regressu, & sic ab actu principis ad ipsum principē, quòd esset supplicatio, & non appellatio: cùm appellatio sit ab inferiori ad superiorem: & sic suppli
3 catur ad eundem & cùm † esset supplicatio non deuoluitur, nisi quando est porrecta principi per eundem.

EPITOME.

Noua prouisio an suppleat regulæ de publican diligentias.

DECISIO CCCXVII.

Eadem die 20. Iunij 1550. dubitaui in vna Abulen. præstimoniorum, an noua prouisio obtenta per resignationem suppleat diligentias regulæ de publicandis resignationibus. Et in isto puncto Domini fuerunt varij, attento, quòd eramus in præstimoniis, & ideò nil fuit resolutum: licèt maior pars inclinauerit, quòd non esset satisfactum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento possessionis & arrendamenti trium annorum, an satisfactum sit regulæ de publicandis.*

DECISIO CCCXVIII.

In causa Abulen. præstimoniorum dubitaui 23. Iunij
1 1550. an ex instrumento † possessionis & arrendamēti trium annorum pro parte Gabrielis producto sit satisfactum regulæ de publicandis. Quòad secundam eius partem Domini inclinabant, quòd ex quo possessio erat petita ab executore sententiæ vigore clausulæ, quòd esset petita ab his, quos tangebat, & ideò esset satisfactum secundæ parti regulæ: Tamen quia causa erat exemplaris nolui habere punctum pro resoluto, quia erant colores.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ regibus & eorū successoribus datæ an possint percipi ab iis, qui aut causam aut dominia temporalia ab ipsis habent, si ex Papæ literis aut prioribus aut posterioribus aliquid constiterit.*

DECISIO CCCXIX.

Die 23. Iunij 1550. in causa Toletan. decimarum pro Duce de Alua contra Archiepiscopum To-
1 letan. proposui, an † stantibus literis Alexandri de anno 1494. in quibus motu proprio datur Regibus & successoribus suis citrà facultas percipiendi partes tertias nuncupatas decimarum in regno Granatæ, prout percipiunt in regno Castiliæ, in quibus nulla fit mentio, quòd habentes causam à Regibus possent illas percipere: & stantibus literis Innocentij narratis per Ducē ex priuilegio Clem. loquen. de vna tertia, tertias

M vulga-

vulgariter nuncupat. & etiam aliis literis eiusdem Alexandri de anno 1507 in quibus ad Regum supplicationem datur de regibus, & successoribus, & aliis ab eis dominia temporalia habentibus ius percipiendi duas partes integrales dictarum decimarum à nouis & antiquis Christianis in locis, in quibus habitabant Saraceni. Et præsupposito, quòd in ecclesia Beatæ Mariæ oppidi de Hebita, quod oppidum aliàs fuit de locis prædictis Saracenorum, Dux perceperit duas ex nouem partibus ab antiquis Christianis, quarum literarum vigore dicitur perceptio facta. Iste punctus fuit positus, & varia fuerunt vota: & nihil resolutum, vnde reseruabatur resolutio ad Calendas Octobris.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta duo antiquissima, facta à tribus viciniis seu parochianis, quando magis collationem seu prouisionem de cōsensu parochianorum factam, quàm præsentationem sapiāt.*

DECISIO CCCXX.

IN causa Bou. parochialis de Masella, dubitaui 23.
1 Iunij 1550. an † instrumenta de anno 1443. & 1473.
habeant vim præsentationis: & aduertendum est ꝙ instrumentum siue mandatum ad præsentandum de anno 1443. erat factum per tres vicinos seu parochianos: & ideò non inferebatur ex hoc ad actum communitatis: & ideò Domini dixerunt, quòd illa duo instrumenta potius sapiebant collationem seu prouisionem factam de consensu Parochianorum quàm saperent præsentationem: & dicebant Domini, quòd illa instrumenta dedissent posteà causam aliis præsentationibus, vnde videbatur constare de vsurpatione certo modo.

EPITOME.

Locatio, seu verius cessio ad vitam Petri, post mortem eius non reuertitur ad Antonium: & quando domus fuisset reuersa, non fuisset datum remedium possessorium.

SVMMARIA.

1 *Cessio ad vitam quando post mortem eius ad cedentem non reuertatur.*

2 *Cedenti qui facto suo semel possessionem amisit, non datur remedium possessorium, etiam si res ad vitam cessa post mortem ad eum redeat.*

DECISIO CCCXXI.

IN causa Romana domorum pro Antonio Cōtieras contra administratores S. Iac. Hispanorum. 6. Oct. 1550. proposui, an cessio domus & melioramentorū facta ad vitam tantùm ipsius Petri, ita vt post mortem Petri ipse Antonius potuerit agere remedio possessorio contra administratores S. Iac. & detur copia instru-
1 menti. Et fuit primò resolutum, quòd † ex quo venditio seu cessio erat facta reseruato consensu administratorū, & administratores consenserant: quia cessio erat in vtilitatem ecclesiæ, & non in incōmodum, ex quo fiebat in seniorem, ꝙ ista verba declarabant præcedentia, quòd Antonius, qui volebat cedere de consensu administratorum, quòd ipse cessisset ad vitam Petri, ita vt Petro moriente domus non reuerteretur ad Antonium. Quod etiam declarabatur ex procemio & petitione Curatoris, dū curator petitus fuerat per Antonium ad vendendum & non fuerit dictum, ita vt post mortem emptoris domus reuerteretur: sed simpliciter fuit dictū de venditione. Item & secundò fuit di-
2 ctū, ꝙ dato, quod † domus esset reuersura ad Antoniū per mortem Petri, tamē ei non cōmpeteret remedium possessorium, ex quo Antonius semel cecidit facto suo à possessione, & tempore, quo administratores ingressi fuerunt, ipse non erat in possessione.

EPITOME.

Nominandi facultas ad collectorem habens ius conferendi vltra sex beneficia incombit onus probandi nominato, quòd ille collator habeat conferre vltra sex beneficia.

SVMMARIA.

1 *Nominatio si fuerit respectu priuilegij facta, tenetur nominatus priuilegium verificare.*

2 *Impetrans certi valoris gratiam, tenetur valorem & omnia in ea expressa verificare.*

3 *Nuncius si habeat facultatem conferendi beneficia ad certū valorem, obligatus est prouisus probare collationem esse infra illum valorem.*

DECISIO CCCXXII.

EAdem die 6. Octobris 1550. in causa Leodien. seu Traiecten. Canonicatus & præbendæ dubitaui, an Ioanni Iodoco incūbat onus probandi, quòd Præpositus, ad cuius collationē nominatus est, habet conferre sex beneficia. Et casus est, quòd Vincētius Louanien. habet facultatem nominandi ad quemcunque collatorem, dūmodò habeat ius cōferendi vltra sex beneficia: Iodocus fuit nominatus ad primū beneficium vacaturum in Ecclesia beatæ Mariæ, oppidi Traiecten. & non verificauit, quòd Præpositus collator posset conferre vltra sex beneficia. Et dicebatur, quòd non tenebatur verificare: quia ex quo actus & nominatio reperiebantur facta, & præsumebantur facta prout de iure fieri debeant, ad not. in c. præsentia. de probat. & in c. viduam. de reg. iur. in 6. cum multis aliis concordan. allatis in informationib. Istis non obstan. fuit decisum contrarium, per dictum Ioan. Andr. relatū per Felin.
1 in c. constitutus. in princip. de rescript. Nam cùm † nominatio fuerit facta respectu priuilegij, & sic relatum sit in referente debebat agere ex ipsa nominatione: si-
2 cut dicimus quod † impetrans gratiam debet verificare valorē & omnia expressa in gratia. Et ero ista parte
3 fuit dictum decis. 348 in nou. de nuncio, † qui habet facultatem conferendi beneficia certi valoris, prouisus debet probare esse infra illum valorem.

EPITOME.

Inhibitio vigore cōmissionis, quatenus causa nō sit instructā non facit, quòd si attentatum, quod fit post illius inhibitionem.

DECISIO CCCXXII.

SI vigore commissionis āuocatoriæ causæ de partibus cum clausula, quatenus causa non sit instructa, sit inhibitum iudici de partibus illud, quòd fit post inhibitionem, non est attentatum, quādo notoriè cōstat tempore præsentationis inhibitionis, quòd causa erat instructa. Ita fuit decisum in vna Algarē. beneficij Sanctæ. Ant. coram Domino. Fabio Decano 16. Octobris 1550. vt erat in illo casu, in quo inhibitio erat præsentata post sententiam latam tam in prima instantia coram ordinario. quàm etiam in causa appellationis contra Metropolitan. quæ sententia Metropolitan. transiuit posteà in rem iudicatā: & ideò inhi-

inhibitio facta post istas sententias, ex quo notoriè constabat iudici de partibus, quòd causa erat instructa, ideò executio facta per Metropolitan. putà immissio in possessionem post inhibitionem non fuit reuocata per viam attentati.

EPITOME.

Administrationis ratio quomodo sit reddenda,

SVMMARIA.

1 *Administrator tenetur librum conficere, & ex eo rationem reddere.*

2 *Amicus in administratorem electus tenetur quidem administrationis suæ reddere rationem, sed vt solitus est de rebus suis: adeò vt si librum de rebus suis non conficiat, non teneatur quoque in rei alterius administratione.*

DECISIO CCCXXIIII.

EAdem die coram eodem D.Fabio in vna Romana prætensæ administrationis fuit dictum, quòd
1 † licèt quilibet administrator teneatur reddere rationem administrationis, & sic librum conficere: Tamen
2 vbi quis amicum elegit † administratorem, ille tenetur reddere administrationis rationem, prout est solitus reddere de rebus suis: ita vt si in rebus suis non est solitus librum conficere, ita ex isto casu: dum tamen reddat rationem administrationis.

SVMMARIVM.

1 *Testes remissoria vigore examinati, qui sunt in causa, & cum vniuersitate supplicarunt, quòad attentatorum causam soli sufficiunt & sunt idonei, si vniuersitatis non agatur interesse: quòad negotium verò principale soli non sunt idonei, sed vna cum aliis probant.*

DECISIO CCCXXV.

DEcima Octobris 1550. in vna Tirasonen. erectionis, proposui, an † testes examinati vigore remissoriæ pro parte vicariorum, & beneficiatorum, & vniuersitatis, & hominum oppidi de Corella, qui sunt in causa, & supplicarunt pro erectione, sint idonei, & illis sit adhibenda fides. Et fuit resolutum, quòad causam attentatorum, ex quo non agebatur de interesse hominum, & vniuersitatis, quòd essent idonei testes: Sed quòad negotium principale, & sic actiones, ex quo supplicarunt pro erectione, & sic agebatur de eorum laude vel vituperio: Item de eorum interesse, quia erant in sententia ad expensas condemnati, & in bulla poterant ad nutum eorum remouere Capellanos, & alios ponere, quòd ipsi soli non essent idonei testes, sed vna cum aliis, qui non erant de vniuersitate, danda esset fides: quia fides eorum ex dictis aliorum supplenda erat.

SVMMARIVM.

1 *Vendito prædio rustico cum omnibus terris & pascuis an veniat in venditione via pro illius medietate, attendi debet mensura & pretium.*

DECISIO CCCXXVI.

EAdem decima Octobris 1550. in causa Roman. Casalis della Bottachia, proposui, an † attento situ Casalis, prout habetur in designo, & quòd non detur pro confini via, neque Bottachia, & consideratis verbis instrumenti videlicet quòd venditur medietas Casalis, seu tenementi della Bottachia, cum omnibus terris, pascuis, intelligi debeat comprehensa in venditione etiam dicta Bottachiola pro illius medietate, & fuit resolutum, quòd pro resolutione huius puncti deueniretur ad mensuram & pretium, & ex qualitate pretij iudicaretur, quòd in venditione veniret. vide infrà decis. 341.

EPITOME.

Expectans pauper quando sit præferendus alteri expectanti pauperi diligentiori in processu.

SVMMARIA.

1 *Pauper expectans habens tria beneficia in gratia sua præfertur alteri pauperi in processu diligentiori, si habeat in gratia claus. sit primus. & nu. 1.*

2 *Diligentior in processu alteri est præferendus si sint ambo pares: secùs cùm primus est prærogatiua prioritatis munitus.*

DECISIO CCCXXVII.

IN vna Cæsaraugustan. vicariæ de Megallo, coram. Do. Reomano, 10. Octobris 1550 fuit resolu-
1 tum, quòd † pauper expectans habens in gratia sua tria beneficia, & sit primus: & alter pauper habens beneficia constituit, legit, & cantat, & sic secundus, qui licèt pares sint in data, tamen secundus erat diligentior in processu, quòd non obstante tali diligentia primus esset præferendus: quoniam illa verba, sit primus dicunt prærogatiuam: & sic D. Ponens informauerat se ab Abbreuiatoribus. Benè verum est, quòd Domini dicebant, quòd non referebat, an primus haberet tria beneficia, & secundus haberet tantùm vnum beneficium: quia istud beneficiũ secundi, ex quo erat in principio, referebatur ad omnia sequentia, & æquipollebat tribus beneficiis. Et ad regulã secundam expectatiuarum, dum loquitur de tribus beneficiis, dicebatur, quòd dicetur ad differentiam illius, qui habet duo beneficia, & vnum competenter. Et ad aliud, quod quia
2 diligentior † in processu esset, præferendus erat, per c. duobus. de rescript. in 6. & vide Staphil. in tracta. lit. grat. & instit. fol. 92. pag. 1. nam dicebatur, quòd procedit, quando sunt per omnia pares: Secus est, quando primus pauper est prærogatiuatus, & per consequens gratia sua est pinguior, vt dicit Fran. in d. c. duobus. in glo. in verb. concurrit. Et quòd iste expectans pauper habebat tria beneficia, fuit etiam diligentior in acceptatione, & noua prouisione, ista non fuerunt considerata, sed tantùm illud, quod fuerat dictum, sit primus.

EPITOME.

Intrusio Præstat legitimum impedimentum, vt quis non incidat in pœnam Decret. posit. in duello.

SVMMARIA.

1 *Prouisum, qui infra sex menses à die prouisionis non obstãte, quã docuit, intrusione literas expedire super noua prouisione tenetur, an intrusio excuset.*

2 *Intrusione probata potest cum cautione literas super noua prouisione expedire, nisi decretum expressè ad soluendas annatas obligat.*

DECISIO CCCXXVIII.

IN vna Abulen. parochialis S. Ioannis 10 Octobris
1 1550. proposui, an † Franciscus Ferechilla, stante decreto indulti, teneat. infra sex menses à die prouisionis, non obstãte intrusione: de qua docuit, expedire literas super noua prouisione & iura Cameræ soluere, & si non fecit, an beneficiũ iuxta formã dicti decreti

vacauerit. Et fuit resolutum, quòd ad effectum amissionis iuris intrusio baberetur pro legitimo impedimento: Nam cùm in decreto diceretur, quòd à die prouisionis teneretur nouas prouisiones & literas expedire, & iura Cameræ cum effectu soluere, nisi legitimo impedimento essent detenti, Domini dixerunt, quòd ad excusandum Franciscum, ne incideret in pœnam, quòd intrusio esset legitimum impedimentum. Quia cùm annata esset soluenda de fructibus, quos intrusus percipiebat, non tenebatur de suo illos sol-
2 uere. Non obstat, quòd † probata intrusione poterat
expedire cum cautione: quia dicebatur, quòd decretũ obligabat ad soluendum cum effectu annatarum. ita quod ad realiter soluendum obligabat. Vnde cùm essemus in pœnalibus, non debebamus facere extensionem ad causam, in qua sub obligatione quis expedire tenebatur. Item dicebatur, quòd Franciscus forsan non poterat intrusionem probare, nec cautionem: & ideò non erat priuandus iure suo. Et ita causæ bis posita fuit resolutum.

EPITOME.

Lis ex quibus non fuerit inducta.

SVMMARIA.

1 *Possessio an sit interrupta, sic vt regulæ de triennali in possidentis fauorem locus non esset, si commissio nomine possidentis, decretum citationis, & eius pro parte possessoris executio, cùm notarij ex dictis testium assertione interuenerint.*

2 *Claus. pro parte possessoris, quomodo in executione intelligi possit.*

3 *Notarij assertioni lite pendente & parte non citata facta non facit fidem in executione decreta.*

4 *Regula de triennali ex coniecturis non infringitur.*

DECISIO CCCXXIX.

IN vna Salamantin. Parochialis de Mercadillo, 20.
1 Octobris, 1550. proposui, an † stante commissione
nomine Didaci, ac decreto citationis, & illius executione pro parte eiusdem Didaci, nec non assertione notarij ex dictis testium, & aliis in actis deductis interrupa fuerit D. Didaci possessio, vt regulæ de triennali in eius fauorem locus esse non possit. Et fuit resolutum, quòd possessio non esset interrupta. Non obstat executio facta pro parte Didaci: quia fuit dictum,
2 quòd † illa dictio, pro parte Didaci, esset æquiuoca,
3 & intelligi poterat, id est, nomine Didaci. Item † as-
sertio notarij in partibus facta erat lite pendente parte non citata, & ideò non faciebat fidem: & testes in Curia examinati non probant illud, quod dicebatur, quòd executio facta ad instātiam illius, cuius intereat, maximè quia requirebat expensam: Fuit responsum,
4 quòd hic eramus in præiudicialibus: & † vt facere-
mus beneficium litigiosum ad effectum, vt Didacus non posset se tueri regula de triennali, quo casu non erat iudicandum ex coniecturis.

EPITOME.

Cap. 1. de cleric. pugnan. in duello locum habet in quocunque duello.

SVMMARIVM.

1 *Duellum non tam propter scandala quàm mortis periculum cùm sit prohibitum, omne duellum generaliter prohibitũ esse censetur.*

DECISIO CCCXXX.

FVit resolutum in vna Dertusan. Sacristiæ pro Gulielmo Cassadoro cōtra Ioannem de Mile, corũ D. Achille, de mense Octobris 1550. ꝙ cap. 1. de cleric. pugnan. in duell. sine solenni fine fuit, non vt erat in illo casu, in quo Ioannes prouocauerat quendam Gasparen, & ambo extra ciuitatem pugnauerant: & ideò quia lex loquitur generaliter, ideò de quolibet duello intelligi debebat: tum quia definitio duelli tradita per Hostien. in summ. illius tituli, & per Ioān. de Leg. & Martin. Lauden. in tract. de duel. cōueniebat huic casui
1 quia † duellum non erat prohibitum tam propter scā
dalum, quàm quia ex eo mors prouenire solet, prout dicit Pontifex in c. 1. de torneamen. vnde cùm ex quocunque duello mors prouenire soleat, sequitur, quòd ille textus loquitur in quocunque duello.

SVMMARIVM

1 *Debitori an possit simul donari creditum, & legari aliud sic vt vtrunque capiat.*

DECISIO CCCXXXI.

IN causa Romana hęreditatis ꝑ Rocho Blanchalaua contra Ioannem Baptistam Belaguisa, 24. Octobris
1 1550. dubitaui, † an Io. Baptista Belaguisa possit habere
donationem crediti Montis, & vineam legatarij: Et fuit resolutum, quòd si Rochus erat institutus in illis 500. ducat. Baptistæ, quòd isto casu non possit habere vtrunque: quia ex quo in instrumēto donationis testabatur, debebat amittere vineam. Sed pro parte Io. Baptistæ dicebatur, quòd Rochus erat tantùm institutus in pecuniis Montis, existentibus sub nomine Ioan. Francisci: & dicebatur ex eius parte, quòd statim, quòd erat facta nominatio pro Ioannem Franciscum in illis 500. quòd ex forma priuilegiorum dicebatur Ioan. Baptista descriptus in monte fidei: & ideò non dicerentur illæ pecuniæ existere sub nomine Ioan. Francisci: & ideò institutio facta de Rocho non poterat dictas fœminas comprehendere: & ideò fuit dictũ, quòd videretur priuilegium, an illud esset verum.

EPITOME.

Priuilegium de anno 1501. quòad duos nouennos in vsu.

SVMMARIA.

1 *Priuilegia Papæ duo, quorum alterum antiquius concedit decimarum tertias, prout in certo loco recipi consueuerũt, & alterum recentius casdem pro loci istius, in quo dantur, qualitate concedit, si Regibus & ab iisdē causam habentibus dentur an decimas percepisse ex veteri an ex nouo priuilegio censeantur. & numer. 4.*

2 *Priuilegium datum regibus & successoribus intelligendum an sit de vniuersalibus tantùm.*

3 *Appellatione successoris venit etiam particularis.*

5 *Decimarum quota vnius priuilegij si alterius quotæ non conueniat, dummodò posterior minor sit, maiori priori includitur.*

DECISIO CCCXXXII.

IN causa Totalen. decimarum 27. Octobris 1550. pro-
1 posui, an stantibus † priuilegiis Alexandri de anno
1494. in quo dantur Regibus illæ partes decimarum, tertiæ nuncupatæ, in Regno Granatæ, quas percipiūt in regno Castiliæ & Legionis, eò quòd testes deponāt illas tertias esse in pluribus locis regni Castiliæ &

Legionis

Legionis duos nouenos, & quòd in pluribus locis in
regno Granatæ duos nouenos:& stante alio priuile-
gio Alex.de anno 1501.in quo in locis Sarracenorũ,
regni Granatæ dantur Regibus & ab eis causam habẽ
tibus duæ tertiæ partes decimarum: An dux de Alua,
qui in Ecclesia Beatæ Mariæ de Huercos,qui erat lo
cus Sarracenorum,recepit duos nouenos, dicatur il-
los percipere vigore priuilegij de anno 1494.vel 1501.
præsupposito etiam,quòd vsus priuilegij de anno 1501.
probetur ex pluribus locis circumuicinis. Et fuit re-
2 solutum,quòd ex quo † priuilegium de anno 1494.
loquebatur de Regibus & successoribus, secundum
subiectam materiam non poterat intelligi nisi de suc-
cessoribus vniuersalibus, alia causa,pro qua erat illud
priuilegium concessum pro custodia regni. Et quia in
tendebat Bellum contra infideles gerere:quæ omnia
ad vniuersales successores,& non particulares specta-
bant. Et licèt textus in l.fœminarum §.adiicitur ff.ne
quis in flumi.public.ædif. dicat quòd † appellatione
successoris veniet etiam particularis,illud verum est
secundũ subiectã materiam quę in casu illo conuenie-
bat particulari. Et ideò cùm Dux de Alua vigore il-
lius non posset percipere,dicendum erat,quòd non dice-
4 retur percipere † nisi virtute priuilegij de anno 1501.
Imò si dua ante illud priuilegium de facto percepisset,
adueniente priuilegio de anno 1501.per illud priui-
legium,habens causam à Regibus , statim secundum
intelligentiam Rotæ absq; alia declaratione diceretur
sibi mutasse possessionem, vtpote de illicita in licitã.
6 Non obstat,quòd † quota decimarum non conueni-
ret illi quotæ decimarũ priuilegij anno 1501. in quo
conceduntur duæ tertiæ:quia fuit dictum, quòd cùm
duæ tertiæ faciant sex nouenos, quòd Dux de Alua,
qui vigore posterioris priuilegij potest percipere sex
nouenos potuit etiam duos nouenos percipere:cum
in maiori summa minor insit. Item etiam fuit pro re-
solutione considerata vltima pars dubij,in qua præ-
supponitur,quòd in multis locis circumuicinis priui-
legium erat in vsu. Nam vtendo in partibus vicinis ap
parebat de mente,quòd etiam in loco malo vti licet
non eadem qualitate.

EPITOME.

Regula reseruatoria octo mẽsium aduenientibus expecta-
tiuis expirauit,dato, quòd in loco non sint expectantes.

DECISIO CCCXXIII.

IN causa Pampilonen. Prioratus,coram D. Vesta,
fuit resolutum,quòd regula reseruatoria octo mẽ
sium non haberet tempore expectatiuarum, & in lo-
co,vbi non erant expectatiuæ:vt erat in illo casu,non
approbat,quòd in diœcesi Pãpilonen. essent conces-
sę expectatiuę:Et tamen Domini voluerunt,quòd ex
quo de anno 1546.erat facta generalis expeditio:Itẽ
quia reseruatio fit ad effectum, vt donec fiat generalis
expeditio, Papa prouideat pauperibus clericis: Cùm
ergò per concessionem expectatiuarum clericis pau-
peribus sit prouisum,debet cessare ipsa reseruatio.

EPITOME.

Regulæ de triennali prorogatio quo casu non profuerit
cessionario.

SVMMARIA.

1 *Cessionario non prodest prorogatio regulæ de triennali cedẽ-
ti concessæ,in cuius ius omne,quod ipsi tempore cessionis cõ-
petebat,ipse est surrogatus.*

2 *Cedentis consensus posteà sequens, sed ad cessionem limita-
tus nihil de nouo tribuit, si ius superueniens in cessione non
comprehendatur.*

DECISIO CCCXXIIII.

DIe 29.Octobris 1550.in causa Salamantin. paro-
chialis de Mercadillo dubitaui,an prorogatio re-
gulæ de triennali prosit Ioanni de Scalona. Et fuit re-
1 solutum, quòd ea † quo cessio erat facta 21.Augusti,
1542.& prorogatio regulæ erat facta pro Antonio
cedente de mense Nouembris posteà sequente,dato
quòd in cessione daretur surrogatio Ioanni in omni iu-
re, & ad omne ius,quod ipsi Antonio tempore cessio
nis competebat, non prodesset cessionario. Non ob-
stat,quòd consensus fuerit præstitus de mense Decẽ-
2 bris posteà sequentis:quia † consensus erat tantùm,
quòd Antonius consentiebat cessioni,& literarum ex
peditioni:vnde cùm in cessione ius superueniens non
comprehenderetur,ideò consensus posteà sequens ad
cessionem limitatus nihil de nouo tribuebat.

SVMMARIA.

1 *Administrator an teneatur rationem reddere de hypotheca
pensionibus,quam testator ab aliis conduxerat.*

2 *Apocha certo pretio singulis annis locata,tenetur illius ra-
tionem reddere administrator,nisi ea se spoliatum doceat.*

DECISIO CCCXXV.

DIe 5.Nouemb.1550. in causa Romana redditio
nis administrationis,dubitaui,an D.Io.Andreas
1 † teneatur reddere rationẽ de pensionibus hypothe
cæ,quam testator habebat conductam ab ipsis de Ia-
cobatitiis, & ipsam apocham restituere,nec non gẽ-
mas siue lapillos preciosas,de quibus in actis & inuẽ-
tario constat de redditione rationis de prædictis fa-
2 cta.Ad primum dubium dicebatur, quòd † quia Io.
Andreas locauerat de anno 1535.apocham pretio 46.
duca.singulo anno,quòd de illis tenebatur reddere ra
tionem,nisi Ioannes Andreas doceret,quòd illa apo-
cha fuerat spoliatus. Item circa lapillos fuit dictum,quòd
teneretur reddere rationem, & iustificare intentio-
nem suam.

EPITOME.

Sententia lata contra proprietarium non nocet vsufructua-
rio ignoranti etiam à proprietario causam habenti.

SVMMARIA.

1 *Sententia contra proprietarium sciente vsufructuario lata,
ei nocet:sed eo ignorante,minimè.*

2 *Sententia contra vasallum lata nocet domino venire volen
ti ex iure vasalli condemnati.*

3 *Sententia contra eum lata , de cuius interesse principaliter
agitur,nocet omnibus interesse prætendentibus,si saltẽ per
contradictas fuerint citati omnes interesse prætendẽtes.*

DECISIO CCCXXVI.

EAdem die 5.Nouembris,1550.in causa Roman.
domus,proposui,an sententia & res iudicata con-
tra Laurentium proprietarium noceat vsufructuario
habenti causam à dicto Laurentio,etiam quòd. Desi-
derius ignorauerit causam contra proprietarium agi.
Et fuit decisum, quòd non noceret, Marian. Socin.
& Ioan.de Imol.in l.sæpè.& ibi Alexan. num.108. ff.
de re iudic.& Afflict. decisi.496. num. 4. loquuntur
1 quando † sententia est lata contra proprietatem sciẽ-
te vsufructuario , & tunc noceat: sentiunt ergò isti,
quòd si lata est ignorante vsufructuario non noceat
ipsi. Non obstat tex.in c. 1.§.si vasallus.in fi.si de feod.

fuerit controuers.inter dominum & agnat. Nam ille
2 text. loquitur quando † vult venire ex iure vasalli cō-
demnati, tunc sententia lata contra vasallum noceat
domino. Sed in casu nostro, quando Desiderius ve-
niebat ex iure damnato Laurentij, si veniebat ex
iure quòd competebat sibi antequam ius Lau-
3 rentij esset condemnatum. Non obstat, quòd † sentē-
tia lata contra eum, de cuius interesse principaliter a-
gitur, nocet omnibus prætendentibus interesse in cō-
sequentiam, vt per Felin. in c. quamuis col. 4. & col. 15.
circa fin. de re iudic. quoniam ad istud fuit responsum
quòd istud procedit, quando illi habentes interesse se-
cundario fuerunt citati saltem per contradictas, & tūc
sententia lata contra prætendentem habere principa-
liter interesse præiudicat omnibus qui prætendunt in-
teresse in consequentiam: & ita aliàs fuerat decisum
coram me in vna Nouarien.

EPITOME.

An casu isto resignans dicatur decessie in possessione.

SVMMARIA.

1 *Resignantem in possessione vel non obiisse an ex instrumen-
tis apprehensionis & arrendamenti probari possit. & nu. 4.*
2 *Resignatio quando ciuiliter & naturaliter in resignatarium
transeat.*
3 *Cedens si fructus tanquam reseruatarius percipiat, præsu-
mitur esse in possessione.*
5 *Regula de publicandis resign. quòad decedentes in resigna-
tione quomodo operetur.*

DECISIO CCCXXVII.

DIe 11. Non. 1550. quæ fuit dies Mercurij, in cau-
1 sa Abulen. præstimoniorum, dubitaui, an † stan-
tibus instrumentis apprehensionis possessionis, & ar-
rendamenti pro parte Gabrielis productis dici possit,
quòd Didacus resignans obierit in possessione vel nō.
Aliqui ex dom. dixerunt, quòd sic: quia fatebantur,
quòd per instrumentum possessionis captæ de consen
su Didaci, & per arrendamenta facta per Didacum,
2 quæ † resignatio transit ciuiliter & naturaliter in re-
signatarium, iuxta decis. 1. de renunciat. immò etiam
hic interuenerat apprehensio possessionis, & ideò dici
posset, quòd resignatarius ciuiliter & naturaliter pos-
sideret: tamen quia regula dicit, quòd resignantes in
possessione nō decedant: & aliud sit possidere, & aliud
decedere in possessione: Cùm aliud respiciat detenta-
3 tionem. Et propter † fructuum perceptionem, quam
faciebat Didacus tanquam reseruatarius, non pote-
rat negari, quin Didacus esset in possessione. Ideò ve-
rum erat dicere, quòd Didacus decesserat in posses-
sione: & sic licèt Gabriel possideret, tamen Didacus
erat in possessione: cùm ista differant, iuxta tex. in l. si
quis autem. ff. de acquirend. possess. & in terminis vi-
deatur cons. Corn. 137. in 3. vol. Quia stante
illa detentatione reseruatarij ita decipiebantur expe-
ctantes, & ordinarius credebat, quòd Didacus resi-
gnans esset præstimoniarius: & ideò si non erat satis-
factum aliis duabus partibus regulæ, puta publicatio-
ni, vel quòd possessio fuisset petita ab his, quos tan-
gebat, quòd esset locus regulæ. Alij verò Domini
4 dicebant, quòd † ad effectum regulæ de publican.
Didacus diceretur decessisse in possessione, ex quo cū
per resignationē & consensum ipsius Didaci postea
præstitum in capienda possessione Didacus desuisset
possidere. Et licèt postea fuisset in possessione perci-
piēdi fructus, illud erat propter reseruationē fructuū,
5 & sic ex titulo nouo quæsito, intelligentes † regulam,
quando quis decederet nō habito titulo de nouo. Et
ideò erat addendus punctus post illa verba, decesserit
in possessione, ad effectum, vt iuxta regulam dicatur re
signans decessisse in possessione non obstante reserua
tione fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Narratiuæ Papæ motu proprio non factæ non statur.*

DECISIO CCCXXVIII.

EAdem die in causa Segob. parochialis de Momū-
cillo, dubitaui, præsupposito, quòd Petrus Martini
fuerit eiectus de capella tempore Clem. VII. vtrum
1 narratiuæ † Pauli III. in prouisione facta Antonio de
Oliuedo, in qua narratur Petrum esse capellanum Ca-
pellæ, sit fides adhibenda: & si nō, an magister Cappellæ
potuerit validè præsentare prædictum Antoniū, atten
to, quòd Petrus desierat esse capellanus tempore Cle-
mentis. Et fuit resolutum quòad primam partē, quòd
narratiuæ non esset standum, ex quo nō erat motu pro
prio. Ad secundam partem fuit dictum, quòd melius
informaretur, & quòd viderentur verba priuilegij
Cantorum.

SVMMARIA.

1 *Dos non est diutius soluenda patri sustinenti pro parte dotis
solutæ onera matrimonij, sed filio, qui ex iusta causa à patre
secessit, & seorsum habitare incepit.*
2 *Pater concedens dilationem ad soluendum dotem tenetur ad
integra coniugum alimenta.*
3 *Filio seorsum de patris voluntate habitanti competit dotis
actio, & non patri.*

DECISIO CCCXXXIX.

DIe Veneris 14. Nouemb. 1550. in causa Roman.
Pintigliana dotis, dubitaui, an exceptio opposita
1 † per illustrem Dom. Io. Antonium, quòd illustris Do.
Comes Anton. non sustineat onera matrimonij nisi
pro parte dotis solutæ debeat impedire executionem
obligationis in forma Cameræ. Contra illustrem D.
Ioan. Anotonium multa fuerunt dicta per informan
tes hinc inde: Sed quia pro parte Domini Ioannis
Antonij fuit dictum, quòd Comiti fuerāt soluta 3500.
in tempore: & de reliqua summa vsq; ad summā 1200.
scut. fuerat habita fides vsque ad certa tempora: & ideò
2 † Comes, quia dederat dilationem ad soluendum, tene
batur dare integra alimenta: & antequam veniret tem
pus solutionis propter carentiam victus, tenuitatem a-
limentorū, & mala portamenta coniuges discesserant
à Comite, meritò dicebatur, quòd non ampliùs dos e-
rat soluenda Comiti, sed filio sustinenti onera matri-
monij. Itē dicebatur per Do. Io. Anton. Gabrielium,
3 quòd † filius decesserat de voluntate patris, & habita
bat seorsum à Patre, & ideò propter talem habitatio-
nem seorsum actio competebat filio, & nō patri. Ideò
ex istis duobus nō possunt firmari duo dubia: primùm
propter alimēta & habitationē in castro Morlupi assi-
gnatam, & deindè tenutam Meane loco illarum assi-
gnatam, ita dicatur filius à patre de voluntate patris
seorsum habitare, vt actio de dote nō competat patri,
sed filio. Item secundò præsupposito, quòd testes dicāt
& hic ponantur dicta testium, vt actio de dote ipsi filio
competat. Item & tertiò, an Comes & filius hodie sint
in tali casu constituti, vt Dom. Linia neutri eorum te-
neatur dotem soluere.

EPITOME.

Data compulsata quo casu fuerint validè extracta.

SVMMARIA.

1 *Compulsor in partibus, euocata ab vno Auditore causa, & alteri commissa, si longum post tempus ad iurium extractionem procedat, an validè sint iura extracta parte non opponente & nu. 4.*

2 *Index auocatùs post auocationem causæ nihil potest facere, nec iurisdictionem perpetuare, si nihil antea egerit.*

3 *Auditores omnes vnum constituunt tribunal, & alter alterius dicitur esse surrogatus.*

DECISIO CCXL.

IN vna Salamantin. canonicatus, coram me, eadem die 14. Nouẽb. 1550. casus erat: quia pro parte Antonij de Vega, qui causam cõmisceat D. Pighino contra Michaelem Aluaro, & eius surrogatum Dom. Antonium Augustinum, decreuerat literas cõpulsoriales, & citationem ad partes. Posteà videns idem Antonius de Vega, ꝙ pro parte Antonij de Suarte procedebatur super eodem canonicatu contra eundem Michaelem, ideò Antonius auocauit causam à Dom. Pighino,
1 & eam mihi commisit. Compulsor† verò in partibus, postquam causa fuit auocata à Pighino, & mihi commissa, longè pòst processit ad extractionem iurium. Dubitaui ego, an dicta iura sit cõpulsata essent validè
2 extracta. Et ratio dubitationis fuit: quia sicut † post auocationẽ causæ factam à D. Pighino, ipse D. Pighinus nihil poterat facere, ita à fortiori index delegatus cõpulsor, maximè cùm nihil anteà fecisset, per quod dici possit, quod eius iurisdictionem perpetuasset. Do
3 mini tamen voluerunt, quòd ex quo † omnes Auditores faciunt vnum tribunal, & vnus alterius dicitur esse surrogatus, quòd si in partibus iura essent extra-
4 cta, parte † non opponente, extractio esset valida: secus si pars opposuisset.

SVMMARIA.

1 *Prædia rustica an & quomodo probentur esse diuisa aut vnita.*

2 *Locatio duorum prædiorum rusticorum & separatorum, sed coniunctim locatorum an probet prædia esse vnita.*

3 *Copula, &, quæ ponitur inter duo diuersa, resoluitur in duas singularitates.*

DECISIO CCCXLI.

IN causa Romana casalis della Botachia, die 17. No
1 uembris, 1550. proposui, an † ex dictis testium, & iuribus nouiter deductis productis probetur casale Botachiolæ seu Botachiæ esse vnum, & idem, quod casale Botachiæ, an verò quòd erãt diuersa casalia. Quòd esset vnum & idem adducebantur multæ locationes per illos de Cithara factæ, & multi actus de anno 1534. 40. 41. 44. in quibus illi della Cithara locabant herbas Botachiæ, & Botachiolæ: itẽ in mandatis de immittẽdo in possessionẽ dicebatur casal Botachiæ & Botachiolæ: ex quo inferebant illi de Fabiis, quòd illi de Cithara habuissent pro vno & eodem casali, vocando in singulari casale: quia in locatione facta Sebastiano Buteanello dicebatur, ꝙ illi de Cithara locauerãt herbas casalis Botachiæ, & Botachiolæ pretio 620. scut. & posteà in rationibus suis fecerãt debitorẽ Sebastianũ de dictis 620. occasione locationis factæ de herbis casalis Botachiæ & Botachiolæ. Ecce ergo quòd illa duo habebantur pro vno casali. Item & tertiò dicebant etiam isti, quòd instrumentum cum fontibus & aquarum decursibus, qui erant in casali Botachiolæ & non Botachiæ: ergo habebantur pro vno & eodem casali, aliàs ista qualitas non posset verificari. Istis tamen nõ obstantibus cõtrarium fuit resolutum, ꝙ essent diuersa casalia & non vnum: tum propter diuersitatem nominum, tum propter situ͂: quia in casali Botachiolæ erat turris, sicut in casali Botachiæ, quæ turris non solet esse impedita: Tum quia testes deponebant solere pro diuersis teneri. Item quia etiã de anno 1544. in dicto registro producto pro parte Fabiorum erant etiam multi actus, in quibus constabat, quòd illi della Cithara appellabant illa casalia in plurali: item quia etiam istud multum mouit Dd. quòd fuit productum instrumentum per dominos de Cithara, in quo ipsi ante tempus vẽditionis, ꝙ fuit de anno 1522. hypothecauerant casale Botachiolæ pro precio 2000. ducat. Ecce ergo habebant illud pro separato à casali Botachiæ, & illud erat tempus ante venditionem. Non ob
2 stat modò, quòd post † duodecim annos à tempore vẽditionis isti locauerãt herbas casalis Botachiæ, & Bo-
3 tachiolæ: quia † propter illam copulam, &, quæ ponitur inter diuersa, resoluitur in duas singularitates. Non obstat, quòd illi de Cithara in rationibus posuissent herbas Botachię & Botachiolæ: quia fuit dictum, ꝙ non simpliciter illud dixerant, sed referendo se ad cedulam locationis, & cùm relatũ sit in referente ergo, &c. Non obstat, quod dicebatur de fontibus & aquarum decursibus: quia illud non verificabatur in facto, imò pro parte illorum de Cithara dicebatur, quòd fontes oriebantur in casali Botachię, & decurrebant vsque ad casale Botachiolę.

SVMMARIA.

1 *Mandatum originale quomodo & vnde constet esse productum & nu. 3.*

2 *Notarius de præsentatione sed non tenore mandati fidem facere potest.*

DECISIO CCCXLII.

EAdem die in vna Giennen. Scholastriæ proposui,
1 an ex † actu vltim Augusti per procuratorem Solani facto constet, mandatum originale ipsius fuisse productum in capitulo: Et fuit resolutum, quòd sic: quia ex verbis notarij expressis in actu constabat de
2 præsentatione coram capitulo: quia † notarius certum est, quod facit fidem de præsentatione: & licèt nõ faciat fidem de tenore: quia tamen tenor mandati erat insertus in alio actu facto per Sebastianum etiam pro-
3 curatorem vna cum Didaco substituto, & hodie † constabat in actis, quòd mandatũ originale de illo tempore erat in rerum natura, pro validitate actus præsumẽdum erat, quòd notarius intelligeret de mandato originali, & non de inserto & inualido, maximè cùm notarius dicit, quòd per publica documenta, quæ ostendit. item cùm pluralitas non præsumitur, quòd illud mandatum productum sit istud, maximè cùm insertum cũ eo conueniat.

EPITOME.

Filius isto casu non dicitur ita seorsum à patre habitare, vt actio de dote patri non competat.

SVMMARIA.

1 *Filium de voluntate patris seorsum habitare an constet per alimenta, habitationem separatã, & transactionem cũ patre factam, sic vt patri amplius dotis actio non competat.*

2 *Transactione iuxta promissa non ad impleta si contrahens fiat periurus non potest aliquo istius pacti cõmodo gaudere.*

5 *Voluntas colligitur ex actu nullo, sed non ex resoluto, in quo partes à priori voluntate recessisse videntur.*

4 *Filius seorsum à patre habitans de voluntate ipsius, si solus per se onera matrimonij sustineat, & nihil à patre accipiat, dotis solutionem sibi vendicat.*

DECISIO CCCXLIII.

IN causa Romana Pintigliana dotis, 24. Nouembris,
1 1550. proposui, an per † alimenta & habitationem in
castro Morlupi assignatam, & deinde tenutam Meane
loco illorum assignatam, ita dicatur filius de volunta
te patris seorsum habitare, vt actio de dote non competat
patri, & D. Ioan. Antonius dicatur excipere de
iure tertij exclusiuo in totũ iuris agen. Et fuit resolu
tum primò, quòd Ioan. Antonius ad demonstrandũ
voluntatem patris fuisse, seorsum à patre filium habi-
2 tare, non posse se fundare in † instrumento transactio
nis coram Papa, in quo Comes assignauit fructus, &
habitationem castri Morlupi: ex quo in tempore octo
dierum non fecerat ratificare Dominam Liuiam,
prout ipse promiserat: & ideò cùm ex non implemen
to diceretur esse periurus, non poterat aliquo com-
modo illius cõtractus gaudere, per l. si quis maior. Et
minus se poterat Do. Ioan. Antonius fundare in in-
strumentò permutationis tenutæ Meane, ex quo erat
surrogatio in fructibus castri Morlupi: & ex quo illo
tempore Comes ignorabat Do. Antonium adimple-
uisse, pro parte sua erat nulla: & hæc ratificatio per
Comitem inducebatur, cùm statim, quod intellexit
Dom. Ioan Antonium non impleuisse, potuerit & cõ
tra transacturam & contra instrumentum permuta-
3 tionis tenutæ Meane venire. Non obstat, quòd ex †
actu nullo colligitur voluntas: quia fuit responsum,
quòd licèt ex actu nullo colligitur, non tamen ex actu
resoluto. Et ratio est, quando resoluitur, per non im-
plementum, & altera pars acceptet, videntur partes à
priore voluntate recessisse. Non obstat, quòd volun-
tas saltẽ facto durauerit, ex quo per permutationẽ Ni
colaus & Liuia fructus tenutæ Meane percipiebant:
quia illa volũtas etiam facto declarata durauit, quous
que Comes ab ipsis contractibus propter non imple
mentum sequutum voluit recedere. Et vltra fuit di-
ctum, quòd quando constaret de voluntate, tamen il-
la voluntas patris erat limitata, dummodò coniuges
de manibus suis alimenta perciperent, & ideò imperi-
4 ti debebant habere dotem. Et dictum † Angel. & alio-
rum in l. si cùm dotem. § transgrediamur. ff. solut. ma
trim. locum habet, quando filius seorsum à patre habi
tat, ita vt per se onera matrimonij sustineat, & nihil à
patre habet: & ita etiam in isto casu aliàs resolutum
fuerat. Item actio ex stipulatu sine dubio erat patri
quæsita: & licèt filius posset contra patrem agere, & si
bi actionem cedere, certè Dominus Ioannes Anto-
nius in hoc dabat de iure tertij, quod non excludebat
intentionem agentis: quia poterat dicere Comes, ve-
niat filius & petat cessionem actionis.

SVMMARIA.

1 *Sentẽtia lata an ex defectu iurisdictionis seu pœna iudiciaria sit nulla.*

2 *Appellationis causa deserta an quoque negotij principalis causa deserta videatur.*

3 *Iniustitia & nullitas ex eadem sententia procedunt: sed non negotij principalis & appellationis causa.*

4 *Appellationis causa, quando cum negotio principali committitur, & si nil appareat de appellatione potest, in negotio principali auditor procedere.*

DECISIO CCCXLIIII.

IN causa Britonorien. Monasterij, 24. Nouembris,
1 1550. proposui, an † sentẽtia lata sit nulla ex defectu
iurisdictionis seu pœnæ iudiciariæ. Quòd ex defectu
iurisdictionis non esset nulla, probabatur, quia licèt
causa appellationis esset commissa inter Carolum &
congregationem: tamen tertius poterat venire ad cau
sam pro suo interesse, iuxta dictum Abb. & ibi Felin. in
c. veniens. 2. de testib. suspensio petitorij dicebatur e-
tiam reuocata per sermonem Dominorum, prout in
prima, & quia etiam respiciebat petitorium: cùm ter-
mini essent seruati sub hac intitulatione Britonoricẽ.
Monasterij, & non spolij. Defectus pœnæ iudiciariæ
non obstabat, ex quo tertius semper dicitur venire in
eo statu, &c. & non est necessaria alia seruatio termi-
norum, per decis. Rotæ 456 in nou. in fin. & per Fe-
lin. in c. cùm super. col. penultim. de re iud. Nõ ob
stat, quòd tempore, quo Camerarius venit ad litem es-
2 set deserta † causa appellationis, & per consequens e-
tiã causa negotij principalis: sicut dicimus, quòd de-
serta causa appellationis censetur deserta causa nulli-
tatis, quæ venit æquè principaliter: quia fuit respon-
sum, quòd istud non erat bonum simile: quia cùm in-
3 iustitia † & nullitas ex eadem sententia procedunt, ni-
mirum sit deserta causa appellationis censeretur de-
serta causa nullitatis. Et in casu nostro causa negotij
principalis nõ oriebatur ex sententia: Cũ illa tantũ in
possessorio esset lata, & penes primum iudicem reman
sisset, nisi in commissione esset commissa causa appel-
lationis vna cum negotio principali: & ideò videbũt.
4 Et † quando committitur causa appellationis à senten
tia lata partibus vna cũ negotio principali, licèt nõ
appareat de appellatione, potest auditor procedere in
negotio principali.

SVMMARIA.

1 *Restitutio in integrum an & quando detur aduersus regulam de triennali iuxta formam commissionis impetrata a cessionario. & nu. 4.*

2 *Restitutio ex iusta causa negari non potest, & quænam habeatur iusta causa.*

3 *Actus impensam requirens præsumendus est ad cedentis instantiam factus, potissimum si ille non alteri quàm cedenti conuenire queat.*

5 *Cessionarius vt à negligentia excusetur, ad quæ teneatur.*

6 *Executio citationis neglecta quando non excusetur.*

DECISIO CCCXLV.

DIe 28. Nouembris 1550. dubitaui in causa Sala-
5 mantin. parochialis de Mercadillo † an Ioann. de
Solano aduersus regulam de triennali, iuxta formam
commissionis pro eius parte præsentatæ, & ex causis,
de quibus in actis, debebat in integrũ restitui. Et pro
parte affirmatiua, quòd deberetur, dicebatur, quòd
2 † ex iusta causa restitutio negari non poterat: & iusta
causa erat, si Ioannes Solano in actis viderat pro par-
te Didaci commissionem præsentatã, citationem de-
cretam, & in partibus pro parte Didaci executam, &
3 cùm esset † actus, qui requirebat impensam, debebat
præsumi ad instantiam Didaci factus, & maximè cum
ille actus non poterat alteri conuenire, quàm ipsi Di-
daco. Sed istis non obstan. fuit resolutum pro negati-
4 na, quòd † non daretur restitutio: quia Ioannes cessio
narius veniens ad causam commisit illam infra trien-
nium, & tali tempore infra quod citatio exequi con-
tra Didacum poterat, imputandum est ergo sibi, si nõ

fecit

fecit,etiam cùm impedimentum à iudice vel parte nõ
prouenerit,iuxta decis.2.Cassad.de resti.in integrum.
Non obstat illa executio,de qua in actis , in qua dici-
tur pro parte Didaci:quia resolutum fuit in Rota, vt
5 non intelligeretur ad instantiam Didaci:& ideò† Ioan
nes poterat consulere in iure peritiores , & in facto à
notario exequente& testibus sciscitari:Secundò,an es
set citatio exequuta ad instantiam Didaci vel proro-
gationem regulæ de triẽnali obtinere vt ista interim
6 faceret.Item negligẽtia† Ioanni imputari poterat,ex
quo videbat, quòd Antonius auctor eius prorogatio-
nem regulæ de triennali obtinuerat , quæ tamen ipsi
Ioanni non profuit,vt dixi suprà:& ideò sicut auctor
suus non obstante illa executione prorogationem ob
tinuerat, ita etiam ipse obtinere debebat : Item ipse
Ioannes causam infra triennium obtinuerat commit-
ti,vnde debuerat diligentiam fecisse de exequi facien
do dictam citationem.

EPITOME.

Receptio gratiosa non trahenda est in consequentiam.

DECISIO CCCXLVI.

EAdem die 28.in causa Adrien denegationis serui-
tij,dubitaui,an ex capitulis Cleri. Adriens. fuerit
recessum per receptionem sedecim,qui fuerunt absen-
tes,& sine licentia promoti : & quòd nullus inuenia-
tur exclusus.Et fuit resolutum pro parte negatiua:nã
cùm illa receptio redeuntium fuerit gratiosa , prout
testes dicunt,illud, quod ob gratiam aliquibus con-
cessum fuerat, non debebat in consequentiam : & in
exemplum ab aliis trahi, Cardin. consil.130. in quadã
Eccles.Cathedrali.colum. 2.

EPITOME.

Sequestrum in causa ista iudicatum fuit validum.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum post sententiam in possessorio latam appositum,*
an sit validum.& nu 4.
2 *Sequestrum vt contra triennalem pacificum possessorem*
non potest decerni,ita nec contra eius cessionarium , nisi
beneficium possessionis triennalis sit personale.
3 *Beneficium in persona auctoris litigiosum si transeat in vi-*
tio litis ad cessionarium,non potest dici triennio pacificè
possessum.

DECISIO CCCXLVII.

IN causa Britonorien.Monasterij dubitaui 10. De-
cembris,1550.an sequestrum sit nullum.Et pro par
1 te affirmatiua,quòd† esset nullum,allegabatur, quòd
esset lata prius sententia in possessorio in Monasterij
fauorẽ:ergo non debebat poni sequestrum in fauorẽ
Camerarij,fuit ad istud responsum,quòd licèt senten
tia esset lata,in possessorio in fauorem monasterij , ta-
men ista erat prima in petitorio contra monasterium,
& vna sententia lata in petitorio vel possessorio de-
bet poni sequestrum,secundum Clemen. 1. de seque-
strat.possess. Item & secundò dicebatur , quia Petrus
Franciscus auctor fratrum ante motam litem pacifi-
2 cè triennio possederat:ergo† sicut contra Petrum Frã
ciscum auctorem pacificum triennalem sequestrum
decerni non poterat, dicta Clemen. 1.ita nec contra
eius cessionarium. Fuit responsum, quòd beneficium
possessionis triennalis erat personale, & Petro Fran-
cisco suffragabatur,ex quo ipse ante cessionem fuerat
triennalis pacificus: at in isto casu nõ poterat suffraga
ri congregationi, ex quo congregatio tanquam trien
nio pacificè possederat. Tertiò dicebatur , ꝙ congre-
gatio à die cessionis factæ,quæ fuit de anno 1528.vs
que ad annum 1535.pacificè triennio possederat, quia
de dicto anno 35.fuit mota lis contra congregationẽ.
3 Ad istud fuit responsum,quòd ex quo† beneficiũ erat
litigiosum,in personam Petri Frãcisci auctoris, quòd
beneficium transibat in vitio litis in cõgregationem:
& ideò non poterat dici beneficium triennio pacificè
possessum,ex quo congregatio beneficium effecerat,
etiam in casu q.Sain.super reg. de triennali q.41.ibi
ille,qui acceperat beneficium , non illud receperat de
manu collitigantis: Et ideò remotis istis fundamentis
4 fuit resolutũ,quòd† sequestrum esset validè appositũ.

EPITOME.

Priuilegium datum Magistro Capellæ quomodo intellectũ.

SVMMARIA.

1 *Præsentandi potestatem habẽs ad beneficium per certæ per-*
sonæ obitum vacans,si ea tempore mortis fuerit eiectus,
an æquè potuerit conferre.
2 *Clausul.per obitum Capellanorum,quomodo accipiatur.*

DECISIO CCCXLVIII.

EAdem 10.Decembris, 1550.proposui in vna Sego
biens.parochialis de Mõtoncillo,an magister Ca-
pellæ Cantorum ex forma priuilegij Innocẽtij VIII.
1 †potuerit præsentare ad beneficium vacans per obitũ
Petri Martini , qui tempore obitus sui erat eiectus à
Capella.Et fuit resolutum,quòd non potuerit:quia il
2 la verba posita †in principio,per obitum Capellano-
rum qui fuerũt ad beneficia vacãtia,oportebat , quòd
essent tempore vacationis in possessione: & sic intelli-
gebatur,quòd tempore vacationis,& sic tempore obi
tus esset Capellanus.Cùm autem in casu isto tempore
Petri Martini non esset Capellanus sed eiectus à Ca-
pella,qualitas requisita nõ verificabatur tẽpore vaca-
tionis,ergo ex forma priuilegij præsẽtare nõ poterat.

SVMMARIA.

1 *Scientia litis an in vsufructuario probetur per inquilinum*
examinatum,& dicentem vsumfructuarium post,motam
litem notarium causa conuenisse , vt merita causæ ab eo
sciret,& per alia adminicula.
2 *Litis scientia ex coniecturis probatur.*
3 *Lis à patrono vsufructuarij in Rota translata si fuerit,præ*
sumitur vsufructuarius eius habuisse notitiam.

DECISIO CCCXLIX.

IN causa Romana prætensi spolij domus pro Desi-
derio contra Io. Iulianũ 18.Decemb. 1550.propo-
1 sui,præsupposito, quòd† inquilinus domus nouissimè
examinatus dicat,quòd ipse post motam litem coram
Gubernatore dixerit,dictum Desiderium ad notariũ
causæ accessisse,vt merita causæ ab eo scire posset, An
ex huiusmodi dicto & aliis,de quib. in actis,ita cõstet
de scientia litis,vt sentẽtia lata contra proprietarium
noceat Desiderio vsufructuario, & mẽs puncti in hoc
vertebatur,vt quia Desiderius dicebat , quòd attento,
quòd executio erat facta in domo,ipse tanquàm spo-
liatus volebat restitui,Ideò datum prædictũ dubiũ,&
2 voluerunt Dd.quòd† quia ex coniecturis scientia pro
batur,quòd satis est dictum istius testis,vt quòd Desi-
derius

inationem perdidi, voluerat, ꝙ illa verba testatoris, & per chelo herede cine Glo. Baptista può morire sen xa figlioli in tal caso distribuisco la mia hæredita, &c. & primò fuerunt facta legata, & post illa legata dicit, del restante lasso la mitta à mia figlia & laltra mitta al monte, importarent compendiosam substitutionē propter illa verba, fine liberis, quæ verba habent tractum in futurum, & verbum commune reliquo inſtō vniuersitati bonorum, & quòd ista compendiosa con tineret sub se vulgarem, quæ ex capite impotentiæ, id est, quia Io. Baptista tanquam incapax, id est, spurius, esset isto casu locus substitutioni, & ab illo gradu testamentum incipere poterat, Dubitaui 19. Decembr. 1550. an substitutio vulgaris, quæ prætenditur esse in testamento Do. Danielis sub illis verbis, si sine liberis, &c. habeat effectum priusquam scriptus hæres, id est, Io. Baptista sine liberis decedat. Et pro parte negatiua, quòd non haberet locum, dicebatur, quòd substitutio vulgaris quæ continetur sub illis verbis, sine liberis, decesserit, non habet effectum, non supplicatur conditio deficientiæ liberorum, Bar. in l. centurio. nu. 32. de vulg. Oldrad. consil. 139. Thema tale est. Anch. cons. 151. Io. And. in trac. de test. §. 1. Soc. cons. 140. nu. 9. lib. 1. Soc. l. 1. in 2. q. prin ff. de vulg. & in l. cum auus. nu. 20. de cond. & demonst. & in terminis Ruy. consf.
1 93. nu. 11. lib. 2. pro quo facit, quia † cùm cōditio, sine liberis, non sit necessaria ad actum, sed sit voluntaria, nō debet trahi ad alios actus, sed est implēda in forma specifica, Bart. & alij in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. Sed istis non obstan cōtrarium fuit conclusum per rationes, quas adducit Dec. cōtra hoc consf. 416. per tot. in 1 vol. Curt. Iun. consf. 3; col. 2. vers. sed quid. Parisf. cons. 19. col. 3. nu. 93. vers. & licet Soc. vol. 2. Marian. Iun. consf. 100 col. 2. nu. 3. vers. placent tamen, &c. vol. 1. & idem Ruyn. sibi contrarius videtur. consf. 92. nu. 7. vol. 2. & in cōsf. super quo emanauit, Ruyn. consuluit, & contra Soz. & Dec. quod placent sibi rationes Rny contra Soz. & pro ista parte fuit pro
2 ducta viua ratio, † quòd in vulgari non est expectādus euentus deficientiæ liberorum, quia dato, quòd filij extarent, si est locus vulgari, vel quia hæres nolit vel nō possit, certi liberi isto casu possunt habere, & ideo ille
3 euentus non est attendendus, quod secùs † est in fideicommissis, quia in ea stantibus liberis videntur ipsi saltem ab intestato vocati: & ideò talis euentus esset expectandus.

EPITOME.

Regula de publican. acceptation. locum non habet non solum in expectatiuis, sed etiam in reseruatis.

DECISIO CCCLIII.

Eadem die 19. Decemb. 1550. fuit resolutū in vna Legionen. Sacristæ de Villel, coram D. Prospero, quòd licèt regula de puclican. acceptationibus loquatur in expectatiuis, tamen haberet etiam locum in reseruа habenti clausulam acceptādis dato quòd nō caueretur infra certum tempus acceptare, per decisf. 25. Cassf. in reg. Canc. incip. firmum est. & similiter adducta fuit alia decisf. Simonet. quæ idem attestabatur ita tentum fuisse, quia reserua est pinguis expectatiua: nec Dd. voluerunt facere differentiam, an reserua haberet certum tempus acceptandi, an verò esset sine tempore, quia vtroque casu dixerunt, quòd regula haberet locum, maximè ponderando, ꝙ regula dum loquitur de acceptatione nullum tēpus ei præfigit. Item ratio, quæ militat in expectatiua vt teneatur publicare acceptationem, ne expectans inuolnat multa beneficia, militat & in reseruatiua, etiam quòd non habeat certum tempus ad acceptandum.

EPITOME.

Lis tantum per commitentem introducta an per cessionem beneficij sit extincta, non facta litis mentione resignante.

SVMMARIA.

1 *Cessio non facta litis mentione est subreptitia, & nulla. & nu. 3.*
2 *Collitigantibus duobus mortuis extinguitur lis, & beneficium fit liberum.*
4 *Cedens pro mortuo habetur, si cessio sit valida, secus si sit nulla.*
5 *Cessio nulla litem non extinguit, secùs si sit valida.*

DECISIO CCCLIIII.

IN causa Britonor. Monasterij, dubitaui 9. Ianuarij, 1551. an lis per Petrum Frāciscum introducta per resignationē Monasterij factā, nō facta mentione de lite, fuerit extincta, & in facto præsupponebatur, quòd per Francisf. commendatum Monasterij præd. Mariæ de Diana Britonor. fuerat per 15 annos pacificus possessor dicti Monasterij: & ꝙ posteà de anno 1517. cōmisit causam molestationis super dicto monasterio contra quen. Io. Ant. omnesq; alios, &c. & obtinuerat decretū citationis, sed non apparebat, ꝙ vnquā dicta citatio fuisset executa: posteà de an. 1528. D. Petrus Francisf. renuntiauit dictum Monasterium in fauorem congregationis Camaldulan. non facta mentione de lite: & quia dicebatur, ꝙ ex quo monasterium erat litigio
1 sum, saltem quoad Petr Franciscum, & † nō fuerat facta mentio de lite, ꝙ cessio erat surreptitia, & per consequens nulla. Dubitaui ego, an per cessionem seu renuntiationem factam esset lis extincta. Et ratio dubi
2 tandi fuit, quòd sicut quando † lis est inter duos super beneficio, mortuis ambobus collitigātibus, lis extinguitur, & beneficiū manet liberū, Clem. vnic. in prin. vt lit. pen. ita videtur, ꝙ quando est lis pro parte vnius introducta, quòd per cessionem eius lis dicatur extincta: cùm mors naturalis & ciuilis æquiparētur ad Clē. si de procu & est decisf. Rotæ in nou. Et non est dubiū, quòd cedēs beneficiū dicitur quoad beneficium mori ciuiliter. Hoc non obst. Domini inclinarunt in partem contrariam per ea, quę dicit Sar. in compen. sig nu. 64. & 65. & Staph. in trac. de literis grat & inst. fol. 144. in quibus locis videntur sentire, quod etiam
3 quando est † introducta lis pro parte Actoris tantùm, quòd cedendo, non facta mentione litis, cessio sit nul
4 la. Et ad illud quod dicebatur, quod cedens † habetur pro mortuo, respondebatur, quòd illud verum erat, quando cessio erat valida, sed ea quo beneficium erat litigiosum, & non erat facta mentio illius litis, cessio est nulla, per tex. in c. 2. vt lit. pen. in 6. ergo cessio nulla non poterat operari illum effectum, quē operatur mors naturalis vera. Tamen fuit dictum quia causa erat exemplaris, melius informaretur, fuit iterum posita 19. Ianua. 1551. & resolutum, quòd esset extincta: quia per commissionem cum decreto citationis erat lis quoad committentem: & ex quo in cessione non
5 erat facta mentio de lite, cessio erat nulla: & ideò † cessio nullo modo poterat litem extinguere: sed benè cessio valida, & istud est quod dicit Sarn. & Staph. in locis hic allegatis.

EPITOME.

Citatio in casu isto benè est executa.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Executio facta in habitationis domo, etiamsi in particulari non fiat, nulla est.*
2 *Dispositio legis aut hominis intelligenda est prout consuetum est fieri.*
3 *Executor prout sibi mandatum est exequendo nihil peccat.*
4 *Sigillum in citationis executio e appositum habet locum decreti.*

DECISIO CCCLV.

IN vna Perusina liquidationis fructuum, pro Bra-
chio Ballono cõtra Rodulphum Ballionum & litis
consortes, 25. Ianuar. 1551. proposui, an citatio fuerit
benè execnta. Et casus erat, quòd iam 18 annis ela-
psis Brachius Ballonus commiserat causam contra
Rodulphũ & litis consortes: & assertus procurator ob
tinuerat decerni citationem cum inhibitione. Posteà
notarius in extẽsione citationis dixerat, q̃ si eos com-
modè habere poteritis in eorũ propriis pèrsonis, sin
autem, in domo habitationis, si ad eam vobis tutus pa
teat accessus: & non apposuerat illa verba, quę sunt so
lita apponi communiter de stilo Curiæ in omnibus ci
1 tationibus, & in particulari, &c. & ideò † executor, qui
viderat, quòd in citatione erat dictum, in domo habi-
tationis, tantum facta diligentia de reperiendo, & nõ
inuento Rodulpho, & aliis consortibus citauit eos in
domo habitationis, & non particulari, ex quo non di-
cebatur in citatione. Postea vigore illius executionis
fuerat processum in causa, & lata sententia contra Ro
dulphum & litis consortes, quæ transiuerat in iudica-
tum: & cùm ageretur cõtra Rodulphum ad executio-
nem rei iudicatæ, Rodulphus dixit de nullitate senten
tiæ, ex quo citatio tantùm fuerat executa in domo, &
non in particulari. & iudex decernẽdo citationẽ visus
2 erat decreuisse iuxta formã solitã: cùm quęlibet † di-
spositio hominis siue legis semper sit intelligenda,
prout est consuetum fieri, Abb. in c. certificatum, de se
pul. Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. col. 3. vers. 3.
principaliter. & c. ff. si cer. pet. Tamen istis non obstan.
3 contrarium fuit decisum: quia † executor exequendo,
prout sibi erat mandatum, in nullo peccauit. Nec ob-
stat, q̃ iudex non decreuit nisi citationem: ex quo in-
telligendum erat iuxta formam solitam mandasse, &
ideò notarius ita debebat extẽdere, quia fuit dictum,
4 quòd ex quo † citationes, antequam mittantur, sigillo
Auditoris sigillãtur, quod sigillum habetur loco de-
creti. & tũc demum, quãdo literæ sunt sigillatæ, vide-
tur Auditor mandasse, & ideò cũ mãdauerit ita citare,
debet valere talis citatio, & tãto magis cũ talis citatio
fuerit executa iuxta formã iuris cõmunis volẽtis, q̃ si
non reperiatur particularis, fiat domi, iuxta not. per
Bart. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infect. & de iure cõ
muni non requiritur, quòd fiat in parochia. & Clem.
causam, loquitur in beneficialibus, nos autem eramus
in prophanis.

SVMMARIA.

1 *Stipulationi propter inopiam quando locus non sit, vt detur dotis retentio & executio instrumenti impediatur. & nu. 3.*
2 *Prouisio in euentum restitutionis dotis inopiæ causam non comprehendit, sed consignatio potius dicitur.*
3 *Nurus an possit executionem instrumenti venditionis census per socerum petitam impedire, ratione dotis aut donationis propter nuptias, aut alimentorum.*
4 *Filius tenetur patrem, si pauper sit, alere.*

DECISIO CCCLVI.

IN causa Roma. dotis 12. Ianuar. 1551. dedi dubium
partibus, an per causam inopiæ sit commissa stipula
tio venditionis panni, de qua agitur in instrumentis
census cum D. Horatio, & hodie cum Do. Io. Ant. Et
1 præsupposito, quòd non, an † per dicta instrumenta sit
taliter prouisum Do. Liuiæ quoad dotem, vt non pos
sit iuuari iuribus, de inopiã loquentibus, ad impedien
dam executionem instrumenti contra D. Io. Ant. pro
residuo dotis non solutę. Et pro intelligentia dubij est
sciendum, quòd in instrumento census in fauorem D.
Horatij super fructibus castri Feliciani vẽditi, in quo
dabatur facultas Do. Comiti redimendi dictum cen-
sum vsque ad 12. annum, quia fuit cogitatum, quòd in
terim infra dictos 12. annos, antequam Comes redime
ret dictũ censum, vt etiam post lapsum termini 12. an-
nor. postquàm illum dictus Comes infra dictum ter-
minũ non redemisset, posset venire casus restitutionis
dotis, & quòd esset locus hypothecę, quam super Ca-
stro Feliciani Do. Liuia pro d. dote habebat, & recur-
reret ad dictum Castrum: ideò in istis casibus euenĩẽ
tibus consuleretur restitutioni dotis D. Liuiæ, ac etiã
indẽnitati D. Horatij. Dicti Comes & Horatius in eo-
dẽ instrumento conuenerunt, quòd in singulos casus
prędictos, videlicèt quòd interim pẽdẽte termino 12.
annorũ, ad redimẽdũ veniret casus restitutionis dictę
dotis, quòd d. Comes infra 10. annos non redimeret
100. in vtroq; dictorũ casuum Castrum ipsum Felicia-
ni esset venditũ socero 9500. duc. in quibus cõputarẽ
tur 2500. pro censu, & census extingueretur, & pari-
formiter Comes consensit & mandauit: quòd de eodẽ
pretio 3500. duc. solueret dotem tũc solut. ad soluen.
adueniente casu restitutionis vt sup. dixi: & sic intra
dubiũ, an propter inopiam Comitis dicatur cõmissa
stipulatio, videlicèt, vt dicatur esse locus repetitioni,
& à fortiori, retentioni, & ita retinendo poterat impe
diri executio instrumẽti cõtra D. Io. Ant. super isto pri
mo capite, quòd propter inopiã nõ esset locus tali sti-
pulationi, allegauit D. Michael Bart. & ibi Paul. Cast.
2 in l. si quis stipula. ff. sol. mat. vbi prouisio † in euentũ
restitutionis dotis non comprehendit causam inopię
cũ tunc potius dicatur cõsignatio, quã restitutio, dec.
Neap. 199. Alex. cõs. 542. vol. 5. & hanc opinionẽ affir-
mat Ripa esse communem in l. si constante. nu. 95. ff.
sol. mat. & multa alia iura, & doctrinas, quas tũc D. Mi
chael allegauit. Et hoc stante, quòd non esset locus re
stitutioni, sequebatur, quod cùm D. Ioan. Anto. esset
subrogatus in laudum D. Horatij, & sic in euentum
restitutionis, ipse haberet, quicquid soluisset Co-
miti pro dote Liuiæ de illis 3500. duc. dicebat ip-
se, quoad sortem erat cautum D. Liuiæ, & tanto
magis cum d. surrogatio D. Io. Antonij in locum D.
Horatij esset facta de consensu D. Liuię, quod appare
bat ex instrumento mandati, vbi patet, quòd ipsa con
sentit, quòd D. Io. Anto. solus emat eisdem pactis &
conditionibus, quibus emerat D. Horatius: & ideò
3 † si ipsi D. Liuiæ erat de voluntate sua cautum, non
est locus iuribus de inopia loquentibus quia in casu
inopię iura ideò volunt, vt sit locus repetitioni dotis
ad effectum, vt dos in tuto ponatur: Sed hic erat in tu
to, cùm esset super castro Feliciani, quod erat in ma-
nibus D. Io. Anton. Hanc informationem dedi Aduo-
cato D. Ioan. Ant. & falsi fuerunt, quod non erat locus
restitutioni, & quod quoad dotem, & sic sortem, prin
cipalem, erat cautum: tamen dixerunt ipsi, & infor-
marunt, quod non erat cautum quoad donationem
propter nuptias & quoad alimẽta: & ideo trãsmiserũt
ad me punctũ sub alia forma proponendum, vt infra
Præsup

Præsupposita inopia soceri, & commissionibus per nurum præsentatis, & inhibitionibus illorū vigore
4 factis, an † nurus in casu nostro possit executionem instrumenti, per socerum contra dictum Io. Ant. petitā impedire, tam ratione dotis & donationis propter nuptias, quàm ratione alimentorū, non obstante cautione dotis, de qua in instrumento venditionis census. Istud dubium fuit positum 29. Ianu. 1551. & fuit resolutum, quòd nō possit impedire. Non enim ratione dotis, ex quo de ea erat cautum in instrumento venditionis census, vt supr. dictum fuit, nō etiam ratione donationis propter nuptias: quoniam dona tio propter nuptias de iure super bonis soceri constituitur: & ideò cùm in euentum restitutionis dotis castrum Feliciani sit venditum pretio 3500. duc. & detractis 1500. pro censu, & 1200 pro dote, quæ cōstituunt summam 2700. remanet summa 8000. soluenda Do. Comiti, certè donatio propter nuptias, quæ est operata pars, & sic summa 3000. de iure super illis 8000. censetur esse constituta, & sic respectu donationis propter nuptias dicitur etiā ipsi Liuiæ esse cautum. Nec etiam debet impediri respectu alimentorum: quoniam pro summa 1500. coniuges habebat fructus tenutæ Meanæ, & pro reliqua summa D. Nicolaus habebat fructus Pitigliani & Sorani, quorum partem à principio pro alimentis Comes Nicolao filio assignauerat: & si † nūc habet fru-
5 ctus, in totum debet illis esse contentus, maximè quādo filius habet, vnde se alat, & pater est pauper, non solum tenetur vxorem & filios, sed etiam patrē alere, secun. Rot. in rep. l. fratris à fratre. ff. de cond. indeb. Non obstat etiam, quòd Comes possit infra 12. annos redimere, & si infra 12. annos redemerit, D. Io. Ant. non possit retinere, nisi summam 5500. duc. prout est in instrumento dictum, qui etiam poterit retinere aliam summam 6500. soluen. per tex. in l. vnic. C. de chirog. pecunia.

EPITOME.

Agens ex contractu debet probare se prius impleuisse.

DECISIO CCCLVII.

IN vna Roman. rescissionis contractus pro Andrea Guetro contra Doctorem Castillo, proposui 23. Ianuarij, 1551. præsupposito sine veri præiudicio, quod fuerit promissum tradere summam 185. pro complemento duc. 500. & quòd illa non sunt soluta, an agi possit pro duc. 315. præsertim non refectis expensis. Et casus erat, quòd Marina mulier vendiderat Iulio Albizino bona mobilia videlicèt massaritias, suppellectilia & vtensilia domus, quæ æstimata fuerunt ad dictam summam 500. Sed pro parte Iulij erat probatum, quòd in contractu fuerat conuentum inter Marinam & Iulium, quòd ad facien. dictam summam 500. Scut. Marina teneretur numerare eidem Iulio summam 185. qui simul cum summa 315. duc. faciebant summam 500. quam Iulius promiserat soluere: & huic obligationi accesserat Doctor Castillo, qui cùm contra eum ageretur vigore obligationis in forma Cameræ, apposuit dictam summam 185. non fore solutam, & præsupponebatur fore probatam. & stante huiusmodi præsupposito, fuit resolutum, quòd non posset agere Andreas Guetrus hæres Marinæ ad illam summam 185. quia quando quis agit ex contractu reciproco non debet probare se impleuisse, l. Iulianus. §. offerri. vbi Bart. & alij. ff. de act. emp. & in specie in fideiussore. Soc. con sil. 23. col. 2. vers. 2. principaliter. vol. 2. in tantum quod propter vnum minimum capitulum non obseruatum obstat exceptio agenti, ad Bald. in l. pacta conuenta. in 2. no. ff. de contrah. empt. Ias. consil. 4. colum. pen. vol. 4. & consi. 41. vol. 3.

EPITOME.

Resignans post resignationem percipiens fructus non dicitur decedere in possessione beneficij.

DECISIO CCCLVIII.

EAdem die in causa Abulen. præstimoniorum proposui, an stantibus instrumentis apprehensionis possessionis & arrendamēti pro parte Gabrielis productis dici possit, quòd Didacus resignans obierit in possessione. Et casus erat, quòd Didacus resignauerat multa præstimonia in fauorem Gabrielis nepotis, qui facta resignatione expedierat bullas, & processum fulminauerat, & vigore literarum & processus Gabriel de consensu Didaci acceperat possessionem de manu Rectorum seu locatenentium Ecclesiarum, in quibus dicta præstimonia cōsistebant, verùm etiam quod fuit factum coram notario & testibus duobus, itaque non erat signatio publicata: & istud fuit de anno 1538. postea de anno 1540. Didacus, qui in resignatione reseruauerat fructus de consensu Gabrielis arrendauerat fructus ad triennium, & ista sunt instrumenta apprehensionis possessionis, & arrendamēti, de quibus in dubio est, per quæ instrumenta liceat, iuncta resignatione, & sine ea, apparet clarè, quòd Didacus possessor commisisset, tamen quia resignatio non erat publicata, nec etiā petita ab his, quos cōtingebat vt aduersarij prætendebant. Dicebant etiam, quòd ex quo Didacus semper fructus perceperat vsque ad eius obitum, qui fuit de ann. 45. quòd diceretur decessisse in possessione, per consequens quòd ex omni parte locus esset regulæ de publicandis, & præstimonia vacassent per eius obitum, non autem per resignationem: & considerabant, quòd licèt Didacus per resignationem & eius consensum præstitum, tam in resignatione quàm apprehensione possessionis & arrendamenti perdidisset possessionem tam naturalē quàm ciuilem, tamen propter perceptionem fructuum diceretur esse in possessione, quæ sufficit per regulam: & aliud est possidere & aliud esse in possessione, l. si quis autem. ff. de acq. poss. & Corn. in terminis regulæ de publican. consil. 137. vol. 3. Tamē istis non obstantibus fuit per omnes Dominos resolutum, excepto vno, quòd non diceretur Didacus decessisse in possessione, ad effectum vt regula intraret. Nam licèt Didacus diceretur decessisse in possessione fructuum, non tamen in possessione beneficij, prout à regula requirebatur, quæ tanquam exorbitans in terminis nostris erat tenenda. Non obstat, quòd in terminis possessio præstimonij non sit considerata, ex quo non requirit residentiam, neq; aliquod seruitium præstare tenebatur: quia fuit responsum, quòd licèt non requirat residentiam, tamē potest præstimoniarius intrare chorum, & seruire Ecclesiæ tanquam præstimoniarius: & cùm Didacus nunquam aliquid tale fecisset, non poterat dicere decessisse in poss. ssione beneficij, sed tantùm in possessione fructuum ex causa de nouo superueniē-

te, videlicet vigore reseruationis fructuum positæ in resignatione præstimoniorum: & ideò regula intelligitur, quando quis non obstante resignatione beneficij posteà remaner in detentatione beneficij, vtputa vt beneficiatus deseruiendo quod non erat, vbi si percipiebat fructus, ex causa reseruationis percipiebat.

EPITOME.

Repetitio dotis ex causa inopiæ non potuit impediri data cautione etiam in isto casu.

SVMMARIVM.

1 *L. si constante ff. sol mat. quomodo intelligenda.*

DECISIO CCCLIX.

IN causa Rom. seu Pintigliana dotis 26. Ianuarij 1552. dubitaui nunquid Liuia teneatur dare dotem suam socero vergenti ad inopiam sub euictione. Et
1 pro parte Liuiæ dicebatur, quòd † remediis l. si constante. ff. solu. mat. l. vbi adhuc. & in l. reis. C. de iur. dot. est locus, quando socer incipit vergere ad inopiam contra ipsum socerum, vt post gl. tenet Cyn. & alij in l. vbi adhuc. Bart. in l. si constante. in 7. q. 1. partis. & ibi Alex. num. 2. versi. in gloss. 2. dicit quod cùm Bart. transeunt alij & Ias. ibi. nume. 44. Tamen ista non procedunt, vt possit agere contra socerum vergentem ad inopiam, etiam quòd filius sit diues, gloss. in §. illud. in verbo, inchoante. in auth. de æqu. dot. & ibi sequuntur Iacob. de Bell. & Angel. idem gloss. in l. vbi adhuc. & in l. si constante. & ibi Bart. in 8. q. & ibi erat in 1. lectur. in 8. q. num. 35. cōtra igitur vergentem ad inopiam non est verū, quòd mulier possit vti remediis dictarum legum, nec dicta remedia excluduntur per oblationem fideiussoris de dote conseruanda, vt post gloss. & Cyn. & Bartol. in d. l. si constante. in 10. q. 1. partis. & ibi Alexan. nu. 19. vbi dicit hanc esse communem: quia mulier non habet se committere fragilitati cautionis, & ibi Crot. in 1. lect. num. 63. Nam vt dicit Abb. in c. per nostras. not. 12. de don. inter vir. & vxo. secundum iura haud est locus remediis dictarum legum, quando incipit vir malè vti substātia sua: licèt ipse vir sit ditissimus, vt habeat bona sufficientia pro dote assecurāda, & pro alimentis. & sequitur Bartol. & alij in l. si constante. iura simpliciter non considerant cautionem dotis & alimenta, sed considerant id, quod deuenire potest, & malos euentus: & quòd mali euentus sint in consideratione in materia dotis, & quòd hoc sit speciale in ipsa dote, tenet Bal. Nouel. in tract. de dot. in 2. part. in 12. priuil. & Alexan. in l. si cùm dotē. §. si maritus in 1. not. ff. solut. matr. & Crot. in l. si constante. in 1. lect. num. 24. Ad excluden. ergo dicta remedia non sit fundamentum per Doct. in cautione: nec etiam sit fundamentum in alimentis de præsenti, quia de facili potest deficere; sed sit fundamentum in eo, quod euenire potest, & in hoc iura fauebant mulieribus. Item pro parte Liuiæ dicebatur, quòd dos etiam non erat soluenda Nicolao, imò si esset, locus esset repetitioni, ex quo notum erat, quòd filius malè vtebatur substantia sua: & ideò cùm tam respectu sororis quàm Nicolai locus esset repetitioni, à fortiori non solutioni: quia cui damns actionem, tantò magis exceptionem, nec soluenda erat sub cautione, per superius dicta. Sed pro parte Comitis respondebatur ad ista, quòd cautio seu prouisio data in instrumento venditionis census super castro Feliciani in fauorem D. Io. Antonij, non erat simplex cautio, sed habebat vim solutionis: cùm D. Ioan. Ant. in emptione ipsius castri, quæ censebatur esse facta in eius fauorem, teneretur excomputare 1200. duc. pro parte Liuiæ Sed pro parte Liuiæ replicabatur, quòd licèt respectu Ioan Anton. haberet vim solutionis, tamen quòd respectu ipsius Liuiæ, D Ioan. Anton. erat fideiussor, seu expromissor, & ipsi fideiussori Liuia non tenebatur stare. Secundò dicebat Comes, quòd opinio prima non obstante sit locus repetitioni, nec habet locum, quando mulier acceptauit expromissorem, seu fideiussorem, vt dicit Bald. in l. & hæred §. filius. ff de pact. Alex. refert & sequitur in d. l. si constante. nume. 17. dicta autem Liuia in dicto instrumento census Feliciani consensit, quòd dos in euentum restitutionis esset penes patrem, ergo debet stare ipsi prouisioni: & sic sumus extra dictam communem opinionem, quæ habet, quòd non sit locus cautioni: quia istud esset verum nisi semel per dictam Liuiam esset approbata. Sed ad istud fundamentum fuit pro parte Do. Liuiæ replicatum, quòd ideò de anno 1544. ipsa in instrumento venditionis census consenserat, attento quòd Comes de anno 1542. in transactione dixerat, quòd respectu residui illud petere non intendebat. Cùm autem post annum 1544. Comes incepit de nullitate transactionis dicere, & volebat residuum dotis petere, tunc quia intererat ipsius Liuiæ illud residuum conseruare, ideò voluit stare illi consensui per eam præstito. Quia tunc ideò consensit: quia Comes nolebat petere residuum: & ideò ipsius Liuiæ non intererat. Secundò dicebatur pro parte D. Liuiæ, quod ipse consenserat in euentum restitutionis, & eramus in stipulatione, quæ est stricti iuris: & nos eramus nunc in casu repetitionis, vt suprà fuit dictum, quòd de vno ad alium casum non referebatur, vt per Bart. in l. si quis. ff. solut. mat. Tertiò pro parte Comitis dicebatur, quòd quando dicta Liuia fuit contenta prouisione facta in personam D. Io. Ant. quòd iam comes inceperat malè vti substantia, videlicèt cùm non poterat opponere de eius inopia, per ea quæ dicit Bart. & post eum Ias. qui reprobat Bart. in l. si constante. in 6. q. 1. partis. ff. sol. mat. Sed ad istud pro parte Liuiæ fuit replicatū, quòd de ista scientia Liuiæ non constabat: secundò, quia dato, quòd constaret, tamen quia post illum contractum de anno 1544. an ex quo ipsa Liuia consenserat, & Comes in deterius verterat, ideò hodie poterat venire contrà, quia sufficit quòd aliquantisper conditionem suam deteriorem à priori faciat. Et ita in omnibus istis fuit conclusum contra Comitem, vt non esset locus solutioni, etiam cum ista cautione D. Io. Anto.

SVMMARIVM.

1 *Heres filius an donationem & præscriptionem allegando contra factum patris sui veniat.*

DECISIO CCCLX.

EAdem dic in causa Romana. Castri Feliciani pro
1 posuit, an † D. Comes allegando donationem & præscriptionem dici possit venire contra factum patris, cuius est hæres, & quæ dedit in solutum autbori

thori Do.Helenæ.Et fuit resolutum ex vno tantum fundamento, cùm reliqua fundamenta fuerint reputata friuola, quòd Comes non diceretur venire contra factum patris sui. Nam cùm inter dationem in solutum factam de 1516. & donationem factam Comiti per Archiepiscopum factam de anno 25. interuenerint anni 10 & in illa donatione Archiepiscopus asseruerit se Dominum Castrorum, quòd idem asseruit in testamento per eum posteà facto: quam assertionem posteà Henricus adeundo hæreditatem ex testamento sine beneficio legis & inuentarij probauerat, ex quo contra eum venire non poterat. Ex isto facto legitimè Comes poterat donationem & præscriptionem allegare & non diceba-tur assertionem patris in datione in solutum impugnare: quia ista poterant stare: & quod Ludouicus de anno 1515. esset dominus illius castri, vt posteà tempore assertionis de anno 25. Archiepiscopus esset dominus, ex quo illa assertio erat per Comitem Henricum acceptata, quam impugnare non poterat: ex quo erat hæres Archiepiscopi sine beneficio legis & inuentarij. Et aduerte ad informationem facti, quam ista die facit D. Octauianus Vestrius: quia ponit totum factum ipsius causæ.

EPITOME.

Surrogatus in omni iure, & ad omne ius, etiam quòad actionem spolij isto casu non cessit, vel non censetur ad fructus præteritos surrogatus.

SVMMARIA.

1 *Surrogatione in omni iure & ad omne ius etiam quòad actionem spo'y veniunt fructus quando sunt petiti.*
2 *Reseruans fructus futuros an præteritos quoque reseruasse censeatur.*

DECISIO CCCLXI.

In causa Pientium fruct. 30 Ianuarij, 1551. proposui, an Marcus Antonius surrogatus in omni iure Patri Francisci sibi competen. in Ecclesia vel ad Ecclesiam, & prout in supplicatione de qua dubitur copia, censeatur etiam surrogatus ad perendum fructus, in quibus aduersarij condemnati fuerant per vnam sententiam: ex quo Petrus Franciscus sibi reseruauit fructum & administrationem. Et fuit resolutum, quòd non censetur surrogatus: nam licèt
1 † in surrogatione in omni iure & ad omne ius etiã, quòad actionem spolij veniant fructus, quàdo sunt petiti: & tantò magis in isto casu, in quo in fauorem Petri Francisci erat lata prima sententia cum condemnatione fructuum, & in eius fauorem erat decretum sequestrum, & post sequestrum cesserat omne ius sibi competens cum surrogatione, etiam quòad actionem spolij, sic vt in tali surrogatione venirent fructus, per decisionem Egid. 387. Tamen quia in casu nostro Petrus Franciscus cedendo ne nimium dispendium pateretur, reseruauerat sibi omnes fructus, ergo intelligendum erat, quòd reseruasset non solùm fructus futuros sed etiam præ-
2 teritos. Nam si † propter dispendium euitandum reseruat secundum intelligentiam aduersariorum fructus futuros, à fortiori intelligendum est sibi voluisse reseruare fructus præteritos, qui iam sibi quæsiti fuerant. Non obstant illa verba in supplicatione posita, etiam propria auctoritate: & etiam illa verba, ita quòd per Marcum Ant. & eius successores molestari non poterit, quia id erat ex quo reseruabat fructus propria auctoritate perceptos: Quia fuit responsum, quòd etiam poterat referri ad fructus præteritos, quia poterat velle illos percipere sine ministerio Marci Ant. sed propria auctoritate post condemnationem secutam. Item etiam & in dictis fructibus præteritis nolebat molestari per Marcũ Ant. nec eius successores. Non obstat illa clausula in clausulis supplicationis posita, & de reseruatione fructuum ad vitam cum derogatione regulæ de præstan. consensu in pensionibus, per quam videbatur quòd posset referri ad reseruationem fructuum futurorum. Quia fuit dictum, quòd per hoc non censebatur esse recessum à reseruatione omnium fructuum. Et quia etiam veniebant futuri, ideò fuit petita clausula, vel potiùs derogatio dictæ regulæ.

EPITOME.

Lis vbi est quòad actorem tantum, & cedit beneficium in alium, non facta mentione debiti, cessio est nulla.

SVMMARIA.

1 *C.2. lit pend. in 6, an procedat, vbi lis est quòad actorem tantum, & nul us est reus.*
2 *Cessio facta non habita mētione litis, in qua solus actor aduersario non citato ligat, an reus & possessor de ta lis cessionis subreptione dicere possit.*
3 *Beneficium de quo lis est inter actorem & reum, vt nō potest in fauorem alt. rius cedi, ita quando so'us litigat actor, non potest in fauorem alterius beneficiam litigiosum cedere.*

DECISIO CCCLXII.

In causa Britonoricen. 4. Februarij 1551. proposui,
1 an † c.2. vt lit. pend. in 6. locum habeat, vbi est lis quòad actorē tantùm, & nullus est reus: & si nõ alibi caueatur, quòd stante lite, quòad committentem tantùm cedēdo beneficium super quo per eum est introducta lis, tantùm de lite mentionem facere. Pro parte negatiuà adducebatur, quòd text. loquitur quando hic cōntra quem est lis mota, cedit vel decedit, & tex. loquitur in actore & reo. Item dum tex. dicit, ne nouus aduersarius detur: & in casu nostro ista verba verificari non possunt, cùm Actor nullum aduersarium haberet, ex quo eum non citauerat. Et istud videtur dicere expresse Arch in d. c. 7. col. fi. vers. sed quòd hic dicitur intelligi in casu, in quo loquimi, vide quando est lis inter actorem & reum. Item adducebatur cons. Oldrad. 299. circ. fi. vbi vult quòd c. 2. vt lit pen. in 6. locum habeant, quando res est in iudicium adducta & durabat litem prosequens. At in casu nostro non erat superstes litem prosequens, quia actor cedendo demonstrabat animum suum se velle amplius litem prosequi: ergò non eramus in terminis dicti c. Item pro ista parte adducebatur, quòd licèt Sarnē. in comp. sign. c. 68. & Staph. in tract. de lit. gras. & Iost. fol. 544. ponant tres effectus istius litis moræ per actorem contra reum: & in tertio effectu ponunt, quòd
2 † quando cessio fit non facta mentione de tali lite, quòd reus & possessor potest dicere de surreptione talis cessionis, quòd si vnde viderentur verba istorum Dd. quòd ipsi loquebantur in fauorem

ipsius rei & possessoris, ita quòd nominatim in cõmissione & contra eum citatio non esset executa, sed tantùm decreta, poterat, si volebat Papa acta reuocare. Item quòd cessio non facta mentione de huiusmodi lite annullaretur, sed cum ista essent in fauorem istius rei nominatim in commissione, non poterat tertius nominatus petere, quòd ista cessio per viam surreptionis reuocaretur. Istis nõ obstan. Dd. concluserunt contrarium. Nam licèt ex verbis illius tex. non essemus in terminis illius c. 2. tamen ex interpretatione Palatij, volentis, quòd in odium cõmunitatis & obtinẽtis decretum citationis dicatur esse lis, vt dicit Egid. decis. 345. in fi. & sunt multæ decisiones. Et si Palatium tenet, quòd sit lis, ergo in impetratione, & successione, de lite pendente erat mentio facienda, vt per plura, vltra Sarnen. & Stapbil. superius allegat. firmat Fel. in c. super literis col. 1. vers. 6. regul. de rescript. vbi dicit, quòd lis dicitur pendere per citationem decretam quóad ipsum actorem: sed certè illud dictum Fel. non videtur ad causam nostram allegatum, quia loquitur de præscriptis ad lit. causa pend. alteri committente, non autem de præscriptione rerum pro confitente, prout dicit ipse Fel. in d. c. super lit. col. 8. vers. & adde, quòd per appellationem etiam ipse Fel. in 3. reg. loquitur in rescript. ad lites sed pro ista parte extat auctoritas Sarnen. & Staph. supra alleg. Pro quibus facit, quòd sicut quando est lis inter actorem & reum in odium ipsorum gratiæ pendente lite impetratæ non valet, cap. fin. vt lit. penden. & ibi Abb. c. fin. & Fel. c. 1. colum. 10. vers. fallit 6. de re-
3 script. & sicut † quando lis pendet inter actorem & reum super beneficio, beneficium non potest in fauorem alterius cedi, vt est decis. Rotæ 56. in nou. ita quando est lis quóad actorem, in odium ipsius actoris non poterit ipse actor in fauorem alterius ipsum beneficium cedere, maximè reseruata pensione in fauorem suum, vt erat in isto casu, in quo Petrus Franciscus cesserat in fauorem Monasterij notabilem pensionem, & ideò ex quo erat lis in odium ipsius, quicquid fiebat posteà in fauorem ipsius non facta mentione de lite debet annullari, & tantò magis, ex quo cedendo in monasterium videbatur cedere in potentiorem, & ita faciebant conditionem omnium interesse putantium deteriorem: & cùm in isto casu Petrus Franciscus commisisset causam contra Ioannem Antonium, & interesse putantes licèt acta sic non essent tamen ex quo erant nominati isti denominationi, isti erant rei: ideóque poterant petere cessionem in Monasterio factam tanquam in præiudicium ipsorum reuocari. Sed ad istud fundamentum puto aduertendum, quòd quando est lis inter actorem & reum, ex quo beneficium est litigiosum, in præiudicium litis cessio fieri non posset; quia cum vnus sine alio liti renunciare non potest, & ideò cùm actor vel reus sine alterius consensu aliter cedere non possit, non est mirum, si beneficium nõ potest in alterum tanquam vitio litis affectum cedere. In casu autem nostro licèt actor obtinuerit decretum citationis, tamen poterat ibi renunciare, vt dicit Egid. decis. 456. quod videtur fecisse cedẽdo beneficio: nam isto modo videtur declarare animũ suum quòd ipse non vellet litigia: & ideò si tacitè renunciat per cessionem litis, non est necessaria mentio de litis pendentia. Sed ad istud replicabant, quòd per cessionem benè factam lis non dicitur instructa, sed oportet expressè renunciare ipsi liti: quia possent omnes isti, contra quos causa est commissa venire ad litem. Et licèt condemnatio super beneficio fieri non posset, tamẽ iudicium valeret etiam quóad expensas. Ad id quod dicebant, quod Sarnen. & Staph. dicunt, cessionem esse nullam in fauorem nominati in commissione, non autem tertij, vt erat Camerarius, fuit responsum, quòd ex quo de litis pendentia nõ erat facta mentio in supplicatione, gratia erat surreptitia & nulla: & cum gratia esset ipso iure nulla de tali nullitate quilibet iudicare poterat, iuxta Dd. Bart. in l. 2. ff. de except. re iud. Ad consi. Oldrad. 290. dicebant Domini, quòd eramus in re in iudicium adducta: & actor donec renunciaret liti, dicebatur in lite remanere: & ideò cons. Oldrad. extorquebatur in contrarium: & si vlterius super ista lite esset informandum, erit dubitandum stante lite per Petrum Franciscum quóad eum tantùm introducta an sit talis lis, vt non facta mentione de ea in cessione per eum facta cessio sit nulla: & an de tali nullitate non solum per nominatos in commissione, sed hodie per Camerarium dari posset.

EPITOME.

Mandatum in actu extra iudiciali etiam cum lapsu 75. annorum enunciatum non fuit præsumptum.

DECISIO CCCLXIII.

IN vna Rhodien. seu Maioricen. casus erat, quòd notarius in vna quitantia 5500. ducat. faciebat fidem, quòd procurator Ioannes de Tarzan. de cuius mandato asseruit docuisse publico instrumento exhibito & ostenso sano & integro, nec in aliqua sibi parte suspecto, subscripto, & signato manu & signo publici notarij, qui bona fide recognouit, & confessus fuit à religioso habuisse, & realiter accepisse summam 5500. ducat. Dubitauit D. Peregrinus 4. Februarij 1551. an quitantia pro parte Magistri & Conuentus releuet religionem pro summa in ea contenta, id est, probet solutionem illorum 5500. Et tota difficultas erat, an ex quo mandatum enunciabatur, & eramus in tempore 75. annorum an mandatum enunciatum probetur interuenisse. Et pro parte affirmatiua adducebatur consi. Curt. Senen. 77. super motiuo. & consil. Dec. 36. & Cass. 4. de procur. sed ad ista fuit dictum, quòd non faciebant ad propositum in decisionibus eorum. Nam decidebant casum, in quo interuenerant vltra 100. anni benè tamen fuit dictum, quòd rationes eorum faciebãt ad propositum, dum Curt. Sen. Cass. & omnes circa princ. dicebant, quòd per lapsum 30. annorum vel 40. solennitas extrinseca præsumebatur, prout latius declarat Aym. in tracta. de antiq. temp. 7. q. in princ. & cum hic essemus in tempore vltra 40. anno. præsumendum erat solennitas mandati, & tantò magis dum eramus in mandato enunciato, prout in casu isto. Et per illam decis. Cassad. Rota pluries tenuerat, quòd vbi mandatum erat enunciatum, & erat lapsum longissimum tempus solennitas extrinseca præsumeretur, quando interuenit scientia, & patientia eius, de cuius præiudicio agitur, vt optimè declarat Aym. vbi sup. fol. 82. pag. 7. Sed in casu nostro nulla scientia & patientia lo. interuenerat, ergo non debebamus præsumere

sumere mandatum. Idem etiam fuit dictum quòd decis. Cassad. non faciebat ad propositum: quoniam loquitur in actu iudiciali: & noa eramus in actu extraiudiciali: vnde non erat conueniens, vt tanta fides danda esset mandato contracto à notario quàm à dubitur nominato à iudice. & ita dicebat Aym. vbi supra 2. pag. fol 174. pag. 1. & licèt in instrumento interueniant testes, non tamen adhibentur ad istam narratiuam notarij: Et licèt cons. Curtij 77. & decis. 36. loquantur in aliis actibus, quàm iudicialibus: tameo loquuntur in tempore antiquo, & vltra antiquitatem temporis admittunt alias coniecturas: & taotò magis in casu isto erat præsumendum pro mandato, quia, vt dicit Dec. d. q. 36. colum. 5 io princ. quòd dicitur quòd ex antiquitate non præsumatur mandatum, procedit in tali actu, ad quem verisimiliter quit etiam sine mandato accederet, vt erat in casu nostro tam respectu recipientis quàm illius, qui p æstendit soluisse: ex quo in casu nostro non constabat de reali solutione, sed tantùm de confessione. Et licèt in quitantia diceretur, io veritate & realiter confessua est recepisse, quæ verba viderentur importare realem solutionem, prout Bald. io c. ex insinuatione. quam dicitur sequi Ias. in l. 2. §. creditum. ff. si cert. petat. tamen illud dictum Bart. declarat ibi Purp. nume. 92. & quia d. § in l. 2. C. si ex fal. instu. communiter tenetur. Vnde ex antiquitate tēporis mandatum non præsumitur, prout illud dicit commune Abb. & Brun. in trac. de for. & solen. fol. 80. col. 3. Godefted. cons. 11. col. 3. & Franc. Bal. in tract. præscript. in part. 3. princ. q. o. col 3. & saltem illud dictum habet locum in actu extraiudiciali, vt erat iste. Ideò Domini concluserunt pro parte negatiua, quòd isto casu maodatum non præsumeretur, & quitantia noo releuaret religionem ad præsumendum solutiooem.

SVMMARIA.

1 *Prouisio seu dispositio pro cōseruatione dotis an ex mandato a matre seu viro concesso, & permutationis instrumento probari possit.*

2 *Dotis repetitioni an propter mutationē status sit locus.*

3 *Mulier an possit ob inopiam seu mutationem status à cautione seu dispositione aut prouisione partis dotis etiam post mandati interuentionem, & transactionem recedere.*

4 *Mulier sibi in dote praiudicare an possit.*

DECISIO CCCLXIIII.

SEcunda Februarij 1551. in causa Roman. Pintigliana dotis proposui, an ex † maodato per D.
1 Liuianum concesso, & instrumentum permutationis subsecutū probetur, quòd Liuia cōsenserit prouisioni seu dispositiooi pro cooseruatione dotis: & si sic, an attenta mutatione status D. Liuiæ possit declinare à cautiooe, prouisione, seu dispositione partis, in quas semel consensit, hodie cedere. Et fuit resolutum, quòd si instrumentū dicti mandati à principio, id est promissione in auctoritate data ad remedium posteà secutum, videlicet in instrumento permutationis, ex quo consensus Liuiæ non potest colligi, quod interuenerit pro summa 3500. soluta. Nam licet sit in dicto instrumento permutationis dicta auctoritas redimendi cum eisdem pactis, conditionibus, modis, & formis, prout in instrumento facto D. Horatio: tamen subiungitur hoc pacto adiecto, quòd in euentum restitutionis dotis D. Ioan. datum possit excomputare vltra summam 1500. ducat. quæ summa erat pretium census venditi, prout aliam summam solutam pro dote excomputare: ergo residuum dotis à contratio noluit ex eo computare, & sic in illam summā restantem nō consensit, quòd solueretur. Item si videatur benè instrumentum factum D. Horatio, nil nocebit D. Liuiæ. Nam in eo dicitur, quòd in euentum dotis restitutionis possit D. Horatius dotem solutam & soluendam retinere, & in pretio 3500. ducat. excomputare. Dato ergo, quòd D. Liuia huic pacto consenserit in mandato, tamen D. Liuia tempore illius mandati non se obligauit in plus, quàm prius tenebatur: & census, ie st, quòd si ipsam dotem totam soluerer, vult, quòd D. Io. Ant. possit totam retinere,
2 sicut potuit D. Horat. Cùm † ergo D. Liuia per d. mandatum non in plus obligaretur, quàm anteà per suam obligationem erat, sed io sua facultate posset totam dotem soluere, ponimus, quòd dictū mandatum non sit factum: certum est, quòd propter mutationem status Comitis poterat dicere Liuia, quod propter iura loquētia de inopia, esset locus repetitioni, ita etiā poterit stante mādato: cùm consensus, qui ex mandato colligitur circa residuū dotis non solutæ, non sit pura & libera, sed potius euentualis & conditionalis, si solueret. Circa secun-
3 dam partem dubij dixerunt Domini, quòd † dato, quod Liuia consensit, quòd propter mutationem status Comitis, cùm ab illo tempore consensus præstiti Comitis fortuna deterior effecta fuisset, poterat Liuia ab ipso consensu recedere, per ea quæ dicit Bart. io d. l. si constan. in 2. lect. nu. 54. vbi dicit, si post approbationem maritus aliquam speret conditionem, & suā deteriorauerat, quod mulier noo obstante approbatione sua potest agere de remedio legis loquentis de inopia. Et ratio, quia dispositio
4 intelligitur, rebus sic stantibus: & † quia mulier in dote non potest sibi præiudicare, vt idem Crot. dicit ibidem communem. & Alex. in d. l. si constante, allegat multos Doct. tenen. contra Bart. dicentem, quod mulier potest sibi præiudicare. tamen Alexan. ibi ponit, istud esse in electione mulieris ipsius. Item dicebatur, quòd tēpore consensus præstiti per Liuiam filius & pater erant amici, & pater possidebat castra multa. Itaque stante concordia inter patrem & filium, non solùm quia erat tuta quóad dotem, sed etiam quóad alimenta, & de præsenti & de futuro, & quando pater & filius recusarent præstare alimenta, posset ad præstationem per Pontificem compelli: cùm adhuc non esset derectum, quod illa castra essent Imperialia: hodie verò stātibus inimicitiis capitalibus inter patrem & filium, item & inimicitiis exortis inter vasallos & Nicolaum, Liuia non est tuta quóad alimenta de futuro: & in ista materia multi euentus sunt in consideratiooe, maxime cùm sint in potentia illa propinqua. Item & quod facilè erat, si dos solueretur D. Comiti, quòd Nicolaus in odiū eius potest expellere eius vxorē, & tunc de facili recursum ad Cæsarem ipsa Liuia habere non posset.

EPITOME.

Statutum Siciliæ, quod minor 13 annorum haberetur pro minore seruandum io vrbe, vt huiusmodi minori non sit deputandus curator.

DECISIO CCCLXV.

IN vna Panormitan. feudi, in quo erat producta constitutio Regni Siciliæ, quod ita dicebat: Minores, tam masculos quàm fœminas, intelligimus eos, qui vel quæ nondum ætatis suæ ann.18.excesserint: quo completo ipsos tam in contractibus, quàm in iudiciis, & in omnibus perfectæ ætatis volumus reputari. Dubitauit D. Guidobonus, 23. Februarij 1551. an stante præscripta cõstitutione, an in iudicio pro Matthæo contra Petrum minorem 18. ann. in Rom. Cur. mota lite fuerit deputandus curator, ita quòd eo non deputato processus & omnia cõtra Petrum lata essent nulla. Et fuit resolutum, quod non: quia statutum habilitana personam habilitat eam vbique etiam extra territorium, Bald. in l.1.q. 23. C. de sum. trini. maximè in casu isto, in quo fuerat actum inter subditos ipsius regni, & de bonis subditorũ statuen. & maximè cùm ipse minor existens in partibus dedisset mandatum ad litigandũ. Vnde ille locus erat attendendus, prout ita in terminis determinat Ioan. Bapt. de S. Seuerino in rep. d.l.2. nume. 152. vers. sed quid dict. per totam illam col. C. de sum. trinit.

EPITOME.

Noualia quomodo intellecta.

DECISIO CCCLXVI.

IN causa Malacitan. dubitaui 27. Februarij 1551. præsupposito, quod priuilegium Innoc. etiam quòd ex causa remunerationis foret concessum, non intelligitur de decimis noualiũ: ac etiam præsupposito, quod extet memoria de cultura illarũ terrarum, de quarum decimis agitur, ex quo testes dicunt audiuisse à suis maioribus terras esse cultas, qui viderũt calculũ, an ex eo, quòd isti testes dicant, quòd à tempore deposition. post 100. annos fuerant cultę, & ex signis apparet ex nunc, ex dictis terris post dictas terras à manibus infidelium per Christianos expugnatas, & dictum priuilegium in noualibus laicorum contra Ecclesiam concessis prouenien. dicantur prouenire ex noualibus, per text. in c. quod si nõ aliter. de verb. sig. & licèt ille text. non loquatur in priuilegio concesso contra ecclesiam, & in fauorẽ Ecclesiæ accipit, illa interpretatio est contraria, & à iure ciuili extranea: & vbi dicitur, quòd ibi generaliter ponitur, interpretatio istius verbi noualis, ita generaliter in omni materia debet intelligi: & ibi text. exemplifican. posuit contingentiam facti. Non obstat, quod deberet habere vim noualium, per text. in c. fin. de priuil. quia fuit dictum, quòd si ille text. inspiceretur, nõ faciebat ad propositum: Non obstat, quòd testes deponentes de 700. annis, quòd terræ non fuerunt cultæ, videantur deponere memoriam non stare: cùm memoria hominis non transgrediatur 100. ann. secundum Innoc. & alios, in c. venimus. de verb. signifi. quia fuit responsum, quod illud est verum, nisi alio modo probaretur stare, vtputà per testes, qui dicebant audiuisse à maioribus suis, qui videtant eos coli, prout in memoriam stare dicit probare Inno. & alij, in c. quod per notat. in verb. memoriam. de verbor. sign. imò ex signis memoria probatur, aut quod non sit nouale, vt per Specul. tit. de probat. 81. col. 12. nume. 21. versi. quod si non est. quem videtur sequi Anto. in cap. 1. col. 3. vers. sed quærit Spec. de verb. signif. Non obstat, quod recuperatæ fuerant à manibus infideliũ: quia & ipsi etiam tenentur, dato, quòd nõ soluant de terris, Beleng. de charit. subsid. q. 67. in fin. versic. 10. q. 7. num. 4.

EPITOME.

Procedi an possit super exceptione debita apposita ad processum & negotium principale.

DECISIO CCCLXVII.

EAdem die dubitaui in vna Roma. Portanũ, præsupposito, quòd exceptio transactionis sit apposita ad processum, & non contineat læsionem in possessorio an stante statut. 77. & 4 Inno. refor. sententia Capitolina sit valida & ad nullitatem ipsius sententiæ tria deducebantur. Primum stante appositiõe d. exceptionis in vim declaratorię iudex pronunciasset etiam in negotio principali, quòd non poterat facere, ergo sententia nulla fuit, respectu quòd imo iudex potest procedere super vtroq; secundum communem opinionem, & tenet Card. in c. exhibita. de iud. & ibi col. penul. & Felin. col. 3. in fin & Aret. qui dicit communem, consil. 106. col. 2. versi 3. casus. item & 2. per Fel. in c. suborta. de re iudic. dum dicit, quòd si per aliquem actum contra sententiã insurgit tacita pronunciatio [illegible]nergente, hæc sufficit: & cùm in casu isto post productam transactionẽ contra eum multa apposita fuerunt, & super illis facta decis. iudex dissentiendo & ad vlteriora procedendo videtur ab ea recessisse. Ideo fuit dictum, quòd cùm transactio fuisset apposita post litem contestatam, videntur magis esse apposita ad instructionem causarum, quàm in vim dilationis, vt dicit Bar. in l. cùm quærebatur. ff. de iud. & dilationes aliquando apponuntur ante litẽ cõtestatam: fuit adducta nullitas, de qua per stat. 4. In no. reformat. vbi dicit, quòd in casu isto erat apposita ad refectionem translationis, à qua per dictum statutum poterat appellari: ergo pendente appellatione non poterat iudex in negotio principali procedere. Sed fuit resolutum, quod non erat verum, quod ante correptionem foret appellatum sed ante sententiam diffinitiuam. Tertia nullitas adducebatur, quòd processus & sententia erant latæ vigore rescripti subreptitij: dum in rescripto nõ esset facta mentio, vel non concessisset, vel difficilius. Ad istud fuit responsum, quòd ante transactionem causa pendebat in curia Capitolina, & post transactionem multæ commissiones factę fuerunt pro vtraque parte faciendo mentionem de transactione.

EPITOME.

Scriptores absentes gaudent priuilegiis suis quòad prærogatiuas descriptas.

DECISIO CCCLXVIII.

IN vna Legionen. car. proposui, 2. Martij 1551. an scriptores Apostolici absentes gauderent priuilegiis suis, iuncta maximè clausula derogationis suæ de prærogatiuis. Et fuit resolutum, quòd sic, prout aliàs fuit resolutum in vna Leodien. coram

D. Ant.

D.Ant.Aug.prout supra. Non obstant iura nec doctrinæ, quæ volunt, quòd priuilegia, quæ secularibus & militibus intelliguntur cõcessa, illis qui exercent officia sua concessa videntur: quia fuit responsum, quòd illa procedunt in his priuilegiis, quæ dãtur ratione laborum: sed ista priuilegia dantur ex conuentione inter Papam & scriptores, pro quibus scriptores soluunt singulis annis cyphum aureum Papæ. Item dantur, vt facilius inueniantur emptores: & sic dantur pro pecunia, in qua interueniunt secundum præsentes. Non obstat, quod dicebatur, quòd vel regula præcedebat priuilegia, vel sequebatur de actu scribentis, ita erant etiam intelligenda priuilegia, etiam quòd generaliter loquerentur, vt videlicet ipsa priuilegia à regula interpretationem sumere deberent. Quia fuit respõsum, quòd alia erat ratio regulæ, & alia priuilegiorum: quando regula loquebatur de prærogatiuis datis ob labores, vt patet, dum ibi enumerantur auditores, vt: Referendarij, & illis erant concessi ex gratia, & ideo iidem scriptores: quòd illæ prærogatiuæ non suffragabantur omnibus scriptoribus, sed tantùm actu seruientibus, ideò voluerunt transigere cum Papa, & voluerunt sibi alia priuilegia & prærogatiuas accumulare: & istud non est contrarium in cumulando sibi plures gratias.

SVMMARIVM.

1 *Cambium propriis soluendum an ad soluentem, an verò ad committentem damnum fallimenti spectet.*

DECISIO CCCLXIX.

Eadem die in vna Florentin. Cambij proposui, dato quòd Pau. solueret de † propriis pecuniis
1 super his Cambiis, an damnum fallimenti spectet ad ipsum vel ad Bartholum. Et fuit dictum, quòd primo debebat produci prima commissio data per Bartholum ipsi Paulo: quia illa de die 9. Septẽbris non erat prima per Bartholum, cùm eadem die esset data in ciuitate Florentina: quia fuit factũ Cambium hic in vrbe: & quando procederet prima cõmissio, & diceret id, quod dicit commissio data die 9. dum dicit, procurabitur exactio, & postea mittatur: erit dubitandum an cambium factum per Paulum de propriis pecuniis sit quid diuersum à commissione data per Bartholum Paulo.

EPITOME.

Titulum coloratum quoad effectum regulæ de triennali, præstat secunda resignatio.

DECISIO CCCLXX.

Eadem die in vna Placẽtin. Parochialis de Valuenda: in qua quidam primo resignauerat parochialem in fauorem vnius: & die sequenti in fauorem alterius: & ille resignans possidebat ipsam parochialem per 5. annos: & secundo notario agens opponebat de regula de triennali: & pro titulo colorato deducebat suam resignationem. Fuit dubitatum coram D. Ant. Augustino an illa secunda resignatio præstaret titulum coloratum. Et pro negatiua adducebatur, quòd ex prima resignatione beneficium erat plenum, & sic resignatio facta de beneficio pleno, & sic viuente nõ valebat, per text. in c. 1. de concess. præbend. Item dicebatur, quòd ita aliàs coram me fuerat resolutum in vna Hispalen. dimidiæ portionis. Iis non obstantibus fuit resolutum, quòd ista secunda resignatio præstaret titulum coloratum ad effectum regulæ de triennali: cùm esset facta ab eo, qui dare titulum poterat. Et quia poterat euenire, vt prima resignatio ex defectu resignatarij non teneret, quod satis colligebatur ex taciturnitate quinquennij: aliàs si diceremus, quod resignatio non præstaret titulum coloratum, nunquam esset locus regulæ de triennali: cùm ferè in omnibus semper sint plures prouisi prius & posterius: & ex hoc quòd alicui sit prius vni quàm alteri prouisum, non potest per hoc dici beneficium plenum: & ad id quod dicebatur fuisse aliàs coram me resolutum, contrarium fuerunt reperta computa mea, & inuentum, quòd erat casus diuersus.

EPITOME.

Regul. de publican. quoad illa verba, in possessione beneficiorum decederent, quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Resignans quando in præstimoniorum possessione decessisse præsumatur & nu. 3.*

2 *Præstimonia nec residentiam nec seruitium requirunt: nec in iis alia possessio quàm fructuum perceptio considerari potest.*

DECISIO CCCLXXI.

Die 6. Martij 1551. in causa Abulen. præstimoniorum, de quibus agitur ex continuata pos-
1 sessione Didaci, habentis illos reseruatos auctoritate apostolica, vsque ad eius obitum: & ex testibus productis examinatis in actis super vacatione, & super eo quòd Episcopus Abulen. habita notitia vacationis misit ad Curiam pro habendis dictis præstimoniis pro Reuerendissimo Farnesio tanquam vacante per obitum Didaci, censeatur idem Didacus obiisse in possessione eorundem præstimoniorum iuxta formam regulæ. Pro parte affirmatiua, quòd Didacus censeatur obiisse, dicebatur quòd ipse resignauerat de ann. 1537. vsque ad 45. quo obierat, semper fuerat tentus & reputatus pro domino & possessore, vt constabat ex literis, in quibus dicebatur præstimonium Didaci de Hindebio &c. iuxta not. in rub. de no. oper. nunc. Item ex testibus examinatis, quorum vnus deponebat ex publica voce & fama in partibus, tertius quòd audiuerat à pluribus hic in Curia, quòd vacabant per obitum Didaci, & ideo licet per renunciationem Didaci desiisset ciuiliter & naturaliter possidere, tamen ex quo remanserat in perceptione, cùm aliud sit possidere, aliud esse in possessione. l. si quis ante. ff. de acquiren. possess. & tanto magis cùm Episcopus seu verius eius vicarius post eius obitum miserit ad Curiã pro impetrandis dictis præstimoniis: & ex hoc sequitur, quòd ordinarius & alius ex illa possessione fuerunt delusi: & ideo ratio regulæ de publican. militat isto casu, quæ est, vt quis teneatur, ne aliàs ordinarius expectando & Parochiani decipiantur: &

2 cùm † præstimonia non requirant residentiam,
nec aliquod seruitiũ, ille, qui decedit in possessio-
ne fructuum decedere in possessioue præstimonij
censetur. Cùm in præstimoniis nulla alia possessiò
considerari possit, quàm fructuum perceptio. Istis
tamen non obstan. per omnes nemine discrepante
3 fuit resolutum pro negatiua. quòd Didacus † non
diceretur decessisse in possessione: quia quantum-
cunque resignatio sit nulla, videlicet non publica-
ta, si resignans decedit in possessione, non est locus
regulæ de publican. Ideò omnia fundamenta supra
adducta, quòd resignatio non fuerit mota, & Epi-
scopus miserit cursorem, & reputaretur in retru-
den. Didacus vt possessor, non faciebant ad du-
bium, quòd veritas erat in casu isto, quòd Gabriel
resignans expediuerat literas suæ resignationis, &
sic non fraudabantur officiales. Item Gabriel ex-
pressè narrata resignatione & reseruatione fru-
ctuum in fauorem Didaci, præsente Didaeo &
consentiente, constituerit procuratorem ad capien
dum possessionem præstimoniorum: qui procura-
tor posteà illam accepit de manu Rectoris, & lo-
cumtenen. de anno 1540. Item Didacus tanquam
resignatarius de consensu Gabrielis domini & tu-
toris donauerat fructus præstimoniorum ad trien-
nium. Vnde cùm ex istis constaret, quòd perceptio
fructuum erat facta ratione resignationis, & ex no
ua causa, non erat locus coniecturis: cùm veritas
appareat, quòd Didacus non esset in possessione,
nec detentatione præstimoniorum. Nec obstat in-
scripno dantis, qui in libris scribebat præstimoniũ
Didaci: cùm talis inscriptio non posset veritatem
mutare, & tanto magis cùm per vnum testem ex
aduerso examinatum etiam probaretur, quòd re-
uidentiæ etiam dabantur seu reseruationes fructuũ
pro rato, & darentur literæ reuidentiæ: & ideo illa
verba, præstimonium Didaci, intelligenda erant ra
tione illius reseruationis fructuum, quam Didacus
habebat. Et licèt præstimonia non requirant resi-
dentiam nec seruitium, tamen nulli dubium est, ꝙ
præstimoniarius in illa ecclesia, in qua habet præ-
stimonium, potest vt præstimoniarius deseruire,
putà intrando chorum, & vt horis præstimoniarius
interesset, quod tamen Didacus post resignationẽ
non fecerat: & ideo aliud est, quòd Didacus deces-
serat in possessione beneficiorum, quòd regula re-
quirat, quòd Didacus non fecerat.

SVMMARIA.

1 *Coniectura plures simul iuncta an probent literas rela-
tiuas ante certi temporis lapsum aut 50. annorum
cursum esse concessas.*
2 *Prioritas seu pracedentia ex coniecturis probatur.*
3 *Instrumentum quod habet adiunctam horam prafer-
tur non habenti adscriptam.*
4 *Priuilegium relatiuum ad quẽ probare spectet, & quã-
do onus probandi transferatur.*

DECISIO CCCLXXII.

IN causa Toletan. decimarum, eadem die 6. Mar-
1 tij 1551. dedi † idem dubium, quod supra, post illa
verba, ex lapsu 50. annorum, & ea instrumento ere-
ctionis nouiter producto, an ex his omnibus sit
probatum literas relatas esse concessas ante præce-
dentem conuersionem Sarracenorum: Et maior
pars inclinauit, quòd ex omnibus illis coniecturis
probaretur. Et quia non habui punctum pro reso-
luto, sed fuit dictum, vt iterum informaretur: ideo
non pono motiua. Posteà 18. Martij proposui idem
dubium: & fuit resolutum pro Duce de Alua, quòd
ex omnibus probationibus simul iunctis probare-
tur relatiuas esse concessas ante conuersionem Sar
racenorum: motiua erant infradicta. Primum, quod
hic non agebatur de probando priuilegio relati:
quia per relationem factam in referente priuile-
gium relatum erat probatum, vt aliàs fuerat re-
solutum: sed tantùm agebatur de quadam priori-
2 tate ante conuersionem, quia † prioritas ex con-
iecturis probari potest, secundum Dec. in Rubric.
3 de constit. in 2. lect. in fin. num. 17. prout † ex appo-
sitione horæ præsumitur instrumentum præcessisse
aliud non habens horam, vt per Doct. in l. 1. ff. solut.
matrimon. & ex instrumento possessionis præsu-
mitur prioritas inter gratias, cap. si à sede. de præb.
in 6. Item & secundò cùm præsumptiones sint
mundissimæ probationes, l. licet. ff. de leg. 1. & Dec.
in rubr. de consti. Cùm priuilegium sit de nouiter
conuertendis, & postquam conuersi fuerint: & ista
loca de Friueste & Castillez sint loca vltimò ad fi-
dem conuersa, & priuilegium det in locis, in qui-
bus infideles ad fidem post datam conuersi fuerint,
certè si priuilegium non præcederet conuersionẽ,
esset frustratorium & superfluum impetrare, nec
præsumendum est Reges ita frustratos fuisse. Ter-
tio cùm in præsupposito dicatur, quòd Reges sta-
tim post conuersionem perceperunt duas tertias,
certè vt excludatur delictum, dicendum est, quod
vigore tituli præcedentis & alius titulus præcede-
re non poterat, nisi priuilegium: ergo vigore il-
lius. Nec obstat, quòd à conuersione, quæ fuit de
mense Martij 1501. ad aliud priuilegium, quod fuit
de mense Nouembris, & vsque ad exactionem de-
cimarum, quæ fuit de mense Augusti seu Septem-
bris, sit notabile tempus: & ideo potuit illud pri-
uilegium post mensem Martij superuenire. Quia
fuit dictum, quòd hoc modo præsumeretur deli-
ctum, quod tam in Catholicis Regibus præsumen-
dum non erat, maximè cùm videremus, quod Re-
ges ipsi semper ad sedem Apostolicam pro impe-
trandis huiusmodi priuilegiis recursum habuis-
sent: quod si sibi decimas vsurpare voluissent, non
erat necessaria impetratio priuilegij. quoniam
4 † ponderabant Domini testes, qui viderant datam
in libris Regiis, & vltimo instrumentum exactio-
nis, in quo executor datus ad exigendum & dotan-
dum ecclesias, attestabatur de eius data ante con-
uersionem, qui executor erat Archiepiscopus Hi-
spalen. Et pro facto executionis tam probi viri
præsumendum erat. Item diligentia hic in Curia &
in partibus, licèt non esset in partibus plenè facta.
Ista omnia mouebant Dominos ad transferen-
dum saltem onus probandi contrarium in aduer-
sarium, quod priuilegium non præcessit conuer-
sionem. Non obstat confessio Ducis Federici,
quod literæ non erant in vsu in locis de Huessar &
Castillez: quia erat reuocata per modernum Du-
cem in gratia, perinde valere, propter errorem:
& de errore constabat per testes, dicentes quòd
Reges erant in possessione statim post conuer-
sionem

ſionem exigendi duas decimas à nouiter conuerſis. Non obſtat, quòd ageretur contra Archiepiſcopum poſſeſſorem ſaltem ab antiquis: quæ poſſeſſio erat longa, putà 30. annorum: quia dictum fuit, quòd cùm præſumptiones violentæ ſint liquidæ probationes, etiam poſſeſſor ex illis commendari poterat. Nam ipſe poſſeſſor probaret continuum. Non obſtat, quòd alia priuilegia eſſent producta pro parte Ducis, & iſtud non eſſet productum, & ideò erat præſumptio, quòd in eo eſſet aliqua clauſula, quæ ei nocere debebat: quia replicabatur, quòd ea, quæ potuit producere, produxit: & ad euitandum iſtam ſuſpitionem fuit dictum, quòd Dux deberet iurare, quòd ipſe non habebat notitiam de ipſo priuilegio, nec ſciebat vbi eſſet.

EPITOME.

Ratificatio commiſſionis per mandatum ſubſequens non inducta.

SVMMARIA.

1 *Mandato generali ad omnes cauſas præſentes, & futuras, motas & mouendas actiuè & paſſiuè non cenſetur ratificari id, quod ignoratur.*

2 *Valor intra 10. annos probari debet.*

DECISIO CCCLXXIII.

IN cauſa Auguſten. Præpoſituræ dubitaui 13. Martij 1552. an per mandatum conceſſum per Epiſcopum ſub 7. Februarij 1546. ſit ratificata cauſa commiſſa per aſſertum procuratorem: & an, valor in reſignatione expreſſus ſit probatus. Fuit reſolu-
1 tum, quòd per † mandatum generale ad omnes cauſas præſentes & futuras motas & mouendas actiuè & paſſiuè Epiſcopus Vormatien. non cenſebatur ratificaſſe illud, quod ignorabat, & non probabatur ſcientia illius commiſſionis præcedentis: & tantò magis cùm Epiſcopus per mandatum non conſtituiſſet procuratorem aſſertum, qui impetrauerat commiſſionem, ſed alios procuratores, iuxta not. per Paul. Caſtr. in l. Paulus. ff. rem ratam hab. & in l. Iulia. ff qui ſatiſd. cog. & tantò magis, cum vnus ex dictis conſtitutis producentibus mandatum proteſtatus fuiſſet, quod non intendebat ratificare commiſſionem per aſſertum procuratorem impetratam quoad valorem expreſſum in ſupplicatione reſignationis pro parte magni Magiſtri & 150. marchas argenti puri. Non obſtat quod pro parte ipſius diceretur, quòd probabatur per aliam impetrationem factam per Epiſcopum, in qua narrabat fructus Præpoſituræ non excedere 150. marchas ſimpliciter: & ideò ex confeſſione Epiſcopi dicebatur valorem expreſſum in regnatione
2 eſſe probatum: fuit reſponſum, quòd cum † ab illa reſignatione ad tempus impetrationis eſſet effluxum tempus 24. ann. quòd illa probatio non erat bona: cùm valor debeat probari à 10. annis citrà, ad not. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Fal. & tantò magis dediſſet mandatum ad conſentiendum ex cauſa dictæ reſignationis in fauorem dicti Epiſcopi annuatim recipere 1200. duca. ſuper Præpoſitura, & tamen 150. marchæ argenti puri conſtituebant 900. duc. Item in ſupplicatione reſignationis erat dictum, quòd 1200. duca. non excedebant medietatem fructuum. & ſuper illa ſupplicatione procurator magni Magiſtri præſtiterat conſenſum, & ſic cauſam approbauerat.

EPITOME.

Expenſæ in mutatione iudicij quando non ſint reficiendæ.

DECISIO CCCLXXIIII.

IN cauſa Roman. della Bottachia 9. Martij 1551. propoſui, an Domini de Fabiis teneantur de iure reficere expenſas iudicij hactenus agitati: & ſi ſic, an teneantur illa reficere de præſenti, vel ſi ſit ſimultaneè procedendum etiam iuxta formam commiſſionis pro ipſis Fabiis deſuper præſentatæ. Et fuit reſolutum, quòd licèt ex vigore eſſet aliquod dubium, an expenſæ venirent reficiendæ: quia videbitur mutare iudicium, iuxta not. in l. edita. C. de edend. & etiam per ſtatutum vrbis Innoc. refer. cap. 1. in fi. tamen quia fuit conſideratum quod pro parte filiorum nulla temeritas interueniſſet, tamen iuſtiſſimam cauſam habuiſſent litigandi, & articulus nimium fuerit dubius & in iure & in facto: in iure. nam fuit dubitatum, an contractus emptionis ex capite falſæ cauſæ narratæ fuerit nullus: & multum ſuper his fuit diſputatum. Et in facto, videlicet an caſale vicarij, & facile eſſet vnum & idem caſale: & propter probationes de nouo factas per illos de Cithara fuit probatum de diuerſitate caſalium: & ideò attenta bona fide Fabiorum, licèt in Rota non conſideretur iuſta iſta cauſa litigandi quoad condemnationem expenſarum: tamen quoad hoc ſimultaneè eſſet procedendum, ſic conſiderata iſta cauſa litigandi: & quòd quando mutans non fuit temerarius, non debet in expenſas condemnari, fuit alleg. Purpur. in l. edita. C. de eden. colum. penult. verſi. limitatur tertiò. Et tantò magis fuit dictum in iſto caſu procedere: quia iſtud quod modo petebatur, erat dependens à primo iudicio, dando optionem aduerſario, vel vt traderet caſale, vel reſtitueret pretium & animalia cum fœtibus, aliàs in ſolutum data ſolita dari.

EPITOME.

Teſtis varius in ſua depoſitione non habetur pro integro.

DECISIO CCCLXXV.

IN vna Parmen. diſtrictus, dubitaui 16. Martij 1551. an initium famulatus Pagani cum D. Bernardo intelligatur poſt conflictum Gerole: & propterea ex varietatibus & mendaciis, quæ reſultant ex dicto Pagani eiuſdem, dicatur non idoneus teſtis. Et fuit reſolutum, quòd recordatus inciperet poſt conflictum Gerole, propter verba teſtis, qui dicit in primo, quòd non recordatur de quanto tempore, ſed quòd recordatur de conſultatione Rodulphi Gerole, in qua interfectus fuit Rodulphus Mantuæ, & ab inde citrà recordatur, maximè iuncto interrogatorio, in quo interrogatus, de quo tempore recordetur, & de vltimo anno,

quo ipsi recordantur, quòd denotabant exprimendum millesimum: & cum hic testis de vltimo anno, de quo ipse recordatur, & millesimo, voluit exprimere conflictum Gerole, pro anno millesimo, quo ipsi recordantur, & ab inde citrà, & dinumerando tempora sui famulatus secundum eius dinumerationem initium famulatus sui cum Bernardo de anno 15. vel circa, & tamen quando deponit de raptu, qui fuit de anno 1490. item Pasainus deponit, quòd ipse erat familiaris Bernardi, & existens in famulatu interuenit in raptu armatus, & transiuit foueas, sustinendo nauiculam, & sic in hoc videtur varius, & non deponens verisimilia, vt ita iuuenis in simili casu armatus incederet, & foueas transiret, vt ipse fecit. Non obstat, quòd pro parte Rangonotum diceretur, quòd ipse baberet contestes, qui dicebant, quòd Pasainus interuenerat raptui: quia fuit dictum, quòd ipse post recordatum suum, qui incipiebat de an. 1490. quo tempore fuit factus conflictus Gerole, dinumerauit tot famulatus & annos, vt meliorem colorem daret literis, quas depositurus erat, & vt magis sibi crederetur. Nã cùm in recordatu suo, videlicet de anno 1495. qui recordatus potest esse in infante, maximè de facto tam notabili, vel io existente in decem annis raptus fuerit factus de ann. 1496. & sic per annum post suum recordatum non deposuisset verisimilia, de his, quę dicebat, quòd interuenisset ita armatus, & transisset foueas plenas aqua: & ideò tot famulatus dinumerauit, vt pateret, quòd quando venit ad famulatum Bernardi iam esset grandior effectus. Item ponderabatur alia suspicio in eo, cùm deponeret de anno 1532. & dixerunt, quòd sunt anni 25. circa ex indicio testis quod cognouit Martham vxorem cuiusdam, qui vocabatur Elfra notarij: & dinumerando Rota 25. ann. in circà percuteret tempus annor. 1509. 1510. & tamen Elfra notarius erat defunctus de anno 1497. & ab illo tempore citrà fuerat maritus ipsius Marthæ quidam Ioan. Iacobus de Leonardis: & sic ex istis varietatibus, & quòd iste testis erat subditus, & rusticus, Domini dixerunt, quòd non habebant eum pro integro teste, & candido sed imbrattato: & ideò fuit dictum, quòd viderentur alij testes.

EPITOME.

Extimatio bonorum in dote in solutum datorum quando emptionem non constituat, & an res vnà cum fructibus sint restituendæ, aut saltem earum pretium, permutatione dissoluta.

DECISIO CCCLXXVI.

IN Roman. Casalis della Bottachia 16. Martij 1551. dubitauit an Domini de Cithara teneantur restituere animalia habita in solutum vna cum fructibus & fœtibus illorum, vel pretium tantùm. Et pro parte negatiua, quòd non tenerentur restituere animalia, dicebatur, quia illa animalia fuerunt per prius extimata, & data in solutum pro pretio casalis: & datio in solutum facit compositionem: & ideò periculum transit in emptoré, vt per plura consuluit Paris. consil. 64. col. pen. lib. 4. Alexan. consi. 68. eleganter. Tamen istis non obstantibus ex pluribus aliis, quæ fuerunt deducta, fuit resolutum, quòd illi de Cithara tenerentur restituere animalia cum fœtibus, per text. in l. in rebus. §. 1. ff. de iure dot. quamuis & aliàs extimatio faciat emptionem, per text. in l. 5. §. sumunt. & §. extimatio. C. de rei vxor. act. Tamen mulier extimata dedit bona in dotem, si nuptiæ secutæ non sint, vel quia nulla, vel quauis alia ratione non extimatæ restituendæ sint res datæ: vt assignat text. duas rationes. Prima est hoc tacitè actum inter partes, videlicet vt ita demum extimatio rata sit, si nuptiæ sequantur. Secunda, quia nulla alia ratio fuit contrahentium quàm ipsæ nuptiæ: & vtraque ratio in isto casu militat, & ideo in d. l. in rebus. §. 1. not. ex illo tex. habere hanc tacitam conditionem, si contrahẽtes ipsi principaliter agerent, sequebatur etiã res, licèt extimata reperitur, & non pretium, si nuptiæ non sequantur: & alia etiam allegata fuerunt, vt in informationibus.

EPITOME.

Clausula subreptionis & obreptionis & defectus intentionis, & sic per quoscunque iudices &c. in coadiutoria posita, quomodo sit intellecta.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor futuram successionem canonizari petens coadiuti ætatem docere tenetur, nisi propter clausulam, quòd literæ coadiutoriæ non possint impugnari vitio nullitatis, subreptionis, &c. teneatur impugnans habere commissionem, quæ de subreptione dicendi facultatem præstaret.*

DECISIO CCCLXXVII.

IN vna Hispalen. portion. in qua Gaspar del Rio agebat contra Georgium Vasquez & Alexium Ronero vigore coadiutoriæ, in qua ipse Gaspar erat reputatus coadiutor cuidam Ioanni Martinez: & in coadiutoria narrabatur, quod Ioannes Martinez erat annorum 60. vel circa. Et ideo petebat sibi Gasparem in coadiutorem: & cùm Gaspar attentasset ætatem Ioan. Martinez, & illam non probasset: & Alexius replicaret, quod si † volebat canoni-
1 zari futuram successionem, quæ erat pars ipsius coadiutoriæ, quod debebat ætatem narratã probare, per not. per Ioan. Andr. in c. 1. de lit. contest. lib. 1. & Felin. in c. constitutus. in princ. de rescript. Voluerunt Domini, quod ex quo in literis Coadiutoriæ erant clausulæ, quod literæ non possent impugnari vitio nullitatis, vel surreptionis, obreptionis, & defectus intentionis, sicq; per quoscunq; iudices, &c. quod Alexander non esset audiendus etiã per viam replicationis, nisi habita commissione, quæ aperiret ius dicendi de subreptione: & ita resolutum fuit coram D. Peregrino 16. Martij 1551.

EPITOME.

L. si infanti. C. de iur. delib. per ius auth. correcta.

DECISIO CCCLXXVIII.

IN vna Roman. Dotis, coram D. Reomano 16. Martij 1551. fuit resolutum, quod l. si infanti. C. de iure deliberan. quæ transmittit hæreditatem delatam infanti non adita ad annum, qui habet infantem in potestate, & non ad patrem, esset correcta per authentic. de fund. C. ad Tertull. vsque transmitteretur ad patrem: & fuimus secuti gloss. Bald. & Bart. ibi, prout in d. l. si infanti. col. 2. ponit Cornel.

Cornelius qui dicit, quod in practica non est recedendum ab opinione gloss. & Bart. Non obstat, quod illud ante ius auth. iam esset dispositum de iure, videlicet quod hæreditas filij ad patrem, & non ad auum spectaret, ergo correctio non inducebatur per ius auth. Et fuit responsum, quòd non erat inconueniens, quòd d. l. si infanti. & per consequens corrigeretur etiam l. quod seiuit. C. de bonis quæ lib. quæ erat lex eiusdem Imperatoris, qui l. si infanti. ediderat: & ideo poterat seipsum corrigere: & vltra hoc non inconueniebat, quòd per ius auth. corrigeretur.

EPITOME.

Appellari non potest à sententia lata in possessorio Castri, licet titulum pro colore requirat.

DECISIO CCCLXXIX.

IN vna Tiburtin. coram D. Capisucho, in qua D. Camillus Pardus obtinuerat se immitti in possessionem dicti Castri remedio adipiscendæ: & dubitabatur, an D. Iulius delle Riuera, contra quem sententia erat lata, posset ab huiusmodi sententia appellare, in qua agebatur de possessione Castri, quod de natura videbatur habere mixtam causam proprietatis, per decis. 1. Cassa. de restit. spol. Tamē hoc non obstante 10. Martij 1551 fuit resolutum, quòd non: quia licèt in his possessoria requiratur titulus pro colore, vt dicit ibi Cass. tamen non ex hoc sequitur, quòd sit possessorium habens mixtam causam proprietatis, secundum decis. in antiquis. Imò isto casu posset possessorium à proprietate separari, quo casu appellatur, iuxta Doct. & Dec. in l. 2. de bon. pos. sec. tab. Item hic non agebatur possessorio contra Principem, sed contra tertium: quo casu nec color tituli erat necessarius, per id quod dicit Ripa in §. nil commune. nu. 78. 4. vers. intellige 9. & c. & ita aliàs in vna Sarsinaten. Castrorum contra D. Vespasianum de Tiberis in remedio recuperandi fuit decisum, quam decisi annot. in lib. 2. annotationum mearum incipien. in vna Sarsinaten.

EPITOME

Testis, de quo hic, an sit omni exceptione maior.

DECISIO CCCLXXX.

DIE 13. Aprilis 1551. in causa Parmen. status propositum, an ex dicto Angelini eliciatur non esse idoneum testem, & verisimilia non deponere: & tria adducebatur contra ipsum. Primò quòd erat vasallus: Sed fuit dictum, quòd istud non obstabat, ex quo non probabatur terribilitas domini feudorum: Secundū quod adducebatur contra eum, erat, quia dicebatur primò, quòd ipse deponebat, quòd inuenerat in ciuitate Bernardum existentem in lecto cum Margarita nepote Cather. Secundò deponebat, quòd alia via inuenerat Bernardum tenentem brachium ad collum Margaritæ. Tertiò deponebat, quòd inuenerat Bernardum in loco Salignani tenentem brachiū ad collum Margaritæ. Quartò deponebat, quòd alia vice audierat in loco suspecto Bernardum dicentē, Quare tristis es? & illa respondit, Quia non seruasti quod mihi promisisti: quia promisisti te me ducere in vxorē, & hoc non facis, &c. Et cùm iste Angelinus non esset seruitor D. Bernardi, verisimile erat, quod toties in tot locis reperisset Bernardum exercentem istos actus illicitos, quasi esset vmbra sequens hominem: sed ad istud respondetur, quòd erat possibile: & ideò ex quo ita fuisse deponebat, quòd erat verisimile. Tertiò dicebatur contra istum testem, quòd eius depositio non erat verisimilis: dum dicit, quod Margarita dixit Bernardo: quia promisisti me ducere in vxorem, & non fecisti. Nam non videtur verisimile, quod mulier maritata peteret, vt alius vir duceret eam in vxorem, & maximè in loco, vbi erant personæ notæ, & matrimonium erat omnibus notorium. Ad istud tamen pro parte Raugianorum respondetur, quod sunt multa iura in decretalibus, in quibus dicitur, quod de facto mulier seu vir secundo contraxit. Quarto dicebatur contra testem, quod erat rusticus: & ideo omnibus istis consideratis, Domini non habuerunt eum pro omni exceptione maiorem. Sed dixerūt, quod videndi essent alij testes, ex quibus prætendebatur ista datio fidei probata, vt videretur, an iste testis vnà cum aliis probaret dationem fidei.

EPITOME.

Euictio vbi fit facto Principis, non tenetur venditor ad restitutionem pretij.

SVMMARIA.

1 *l. Lucius ff. de euictionib. quo casu locum habeat.*
2 *Emptor potest ad rei euictæ pretium agere cōtra fiscum non autem contra debitorem, si euictio ex Principis restitutione oriatur.*
3 *Princeps quando teneatur ad pretium rei euictæ.*

DECISIO CCCLXXXI.

IN causa Bononien. Palatij 13. Aprilis 1551. proposui, præsupposita palam euictione absque citatione 40. & immiss. in poss. per breue, an Domini 40. tenea̅tur saltem ad pretium. Et causa erat, quòd de anno 1506. Iulius I I. cōfiscauerat bona Bentiuolorum de anno 1508. Domini 40. dederunt in solutū Cardinali Papien. pro summa 2600. duc. eis mutuata dictum palatium & omnia bona. Posteà Leo X. de anno 1514. restituit Bentiuolos, & per suū Breue dedit facultatem Commissario, vt statim absque dilatione immitteret in possessionem bonorum Bentiuolos. quod etiam fuit factum à Commissario: vnde † cùm euictio facta fuisset ex facto Principis, & ex certa causa post venditionē, certè venditor non tenebatur de euictione, per text. in l. Lucius. ff. de euictio. Nec bona erat responsio, quòd ille text. loqueretur de stipulatione de duplo: cùm imò ille text. dicat, quòd venditor potest agere ad pretium, multò fortius si fuerit debitori soluendo potest illud retinere. Nec obstat, quod dicit Innoc. in cap. quia diligentia de elect. & Dec. in c. fi. col. 3. 2 de const. quòd isto casu, † quo res euincitur, quòd emptor potest agere ad pretium: quia ibi Imol. dicit, quòd emptor potest agere ad pretium cōtra fiscum, non autem dicit contra debitorē. Et quia isto casu Camera Bononien. est diuersa à Camera Apostolica, idcò dicebatur, quòd Camera Bonon. non

tenebatur

tenebatur: quia aut Camera Bonon. dederat illa bona tamquam deuoluta & cōfiscata ad Cameram Apostolicam, & Princeps, qui restituebat ad illa bona confiscata, debebat soluere pretium, vt dicit Inno. in d. c. quia diligentia. Aut † Camera Bonon. dederat illa bona in solutum tanquam bona sibi donata: & tunc quia restitutio eius intelligitur sine præiudicio tertij, & quando de plenitudine potestatis vult præiudicare, quoad restitutionem bonorum, tunc etiam honestum est, quòd ipse Princeps teneatur ad pretium: & ita etiam potest intelligi dictum Inno. in d. c. quia diligentia. aliàs obstatet text. in d. l. Lucius. qui vult, quòd secuta euictione ex facto Principis, quòd venditor potest pretium petere, à fortiori ergo & retinere.

3

EPITOME.

Sententia ante relationem peritorum, de qua hic, reuocanda.

DECISIO CCCLXXXII.

PRoposui 17. Aprilis 1551. in vna Florentin. pecuniaria dubitaui, an stante relatione peritorum sit reuocanda sententia saltem pro summa debita ante diem instrumenti. Et fuit resolutum, quòd sic: quia instrumentum erat in forma Cameræ, quod non admittebat nisi exceptionem solutionis & falsitatis: & exceptio falsitatis contra instrumentum apposita erat etiam resoluta in fauorem antiquorum agentium ex instrumento, ita vt sententia absolutoria à falsitate transisset in rem iudicatam. Item fuerat coram D. Anto. Augustino resolutum, quòd huic instrumento non obstat statutum Ferrariæ requirens certam solennitatem propter iuramentum, quod suppler omnes solēnitates: & ideò cùm ex libris productis per Auditores cessaret illa suspensiò, quæ alias fuerat orta ex non exhibitione librorum, & perin retulissent, quòd in libris apparebat, quòd vsque ad 6. Iun. 1518. isti fratres de Benedictis erant debitores in summa 2300. ducat. & postea instrumētum confectum fuit sub 15. Iunij 1528. quòd pro ista summa liquida erat danda executio instrumenti, nec erat honestum, quòd ex quo erant producti libri, quòd deberet fieri calculus de omnibus illis partitis, etiam quòd deberet tolli executio instrumenti: cùm potius dicendum esset, quòd prius erat agendum ex instrumento, & illis satisfaciendum per Benedictos propter obligationem in forma Cameræ: & postea ipsi Benedicti, si quid prætendebant, ex libris repeterent.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius, si ante institutionem hæredis testator quamcunque donationem inter viuos causa mortis factam reuocauerit, an donationē & legatum simul habere possit contra testamenti priorem clausulam.*

DECISIO CCCLXXXIII.

EAdem die 17. Aprilis 1551. in vna Roman legati pro Rocho Blancalana, contra Io. Balagusam,
1 proposui, an † stante reuocatione donationis, de qua in instrumento, Rocbus per illa verba, posita in institutione hæredis per ipsum Rochum d. q. Io. Franc. facta, & in pecuniis existen. sub nomine ipsius in monte fidei tam emptis quàm donatis. Et si non, an Ioan. Baptista pretium 500. dona. sibi & legat. in testamento valeat accipere contra testamentum. Et fuit resolutum, quòd Rocbus censeretur institutus in 500. per prius donat. Ioan. Bapt. Ratio: quia cùm testator ante institutionem D. Rocho factam reuocauetit quamcunque donationem inter viuos causa mortis factam, & per alia verba prægnantia in reuocatione facta, licèt verba non potuerint reuocare istam donationem inter viuos acceptam, tamen certum est, quòd extimationem illam reuocauit, & præsentauit, vel quoad eum est habenda pro reuocata: & cùm postea sequatur institutio hæredis de ipso Rocho facta sub illis verbis, de omnibus bonis mobilibus & immobilibus, & in pecunia sub nomine ipsius in monte existente: cùm illæ pecuniæ tunc temporis essent sub nomine Ioan. Franc. attento quòd adhuc non erat ipse Ioan. Baptista descriptus in monte, sed ipse Ioan. Franciscus post donationem descriptus remanserat propter vsumfructum pecuniarum dictarum sibi reseruatum, sequitur, quòd Rochus distinctionem ipsius Ioannis Francisci in illis 500. donat. consequi voluisset: tamen causatiuè poterat institui, id est, si Ioan. Baptista legatum in testamento factum consequi voluisset. Cùm de iure sit, quòd non solùm hæres, sed etiam legatarius, si hæreditatem vel legitimā consequi voluerit, etiam in propria grauari possit, l. Imperator. §. si certum. ff. de leg. 2. iunct. gloss. in d. §. si certum. in verb. propria. & tantò magis isto casu, in quo dicitur, & caso quo contrauenerit, vigore cuiuscunq; testamenti, seu assertæ donationis, quòd amitteretur legatum. Itaque ex verbis testatoris cōstabat de voluntate, quòd vtrunque haberet & donationē & legatum.

SVMMARIA.

1 *Erectionis instrumentum non est in forma probanti, si nil constet de subscriptione nec sigillo notarij.*

2 *Executori de pacto proprio attestanti cum eius sigillo creditur.*

3 *Instrumentum subscriptione & sigillo deficiente non est authenticum.*

DECISIO CCCLXXXIIII.

IN causa Toletan. decimarū proposui 20. Aprilis
1 1551. an instrumentum † erectionis, pro parte ducis productū sit in forma probante: & fuit decisum quòd non, attento quòd in fine instrumenti dicebatur: in quorū fidem volumus per infrascriptum Notar. subscribi, & sigillo nostro communiri: Et cùm non constaret de subscriptione nec sigillo, ergo instrumentum non erat in forma probanti.
2 Nec obstat, quòd † creditur executori attestanti de facto proprio cum eius sigillo, quia dicebatur, quòd hic non erat sigillum. Item executor hic volebat, quòd ita demum credatur instrumento, si Notarij subscriptio esset apposita. Quod cùm factum non fuisset, non erat authenticum, nec poterat facere fidem: ex quo dicebatur esse extractum ex archiuo, potest esse scriptura non authentica. Item dicebatur, quòd non erat archiuum: cùm non esset locus publicus, sed domus priuata Francisci de los Rios, nec iura erant publica, sed priuata ad Regem pertinentia: nec persona publica à Principe approbata. Item necessariū erat, quòd apponeretur ma-

nus

nus Petri archiuist. attestans extractum ex archi-
uo : quod hic non erat. Sed ista non sunt necessa-
3 ria, quæ dicuntur de Archiuo: cùm † deficiente
subscriptione & sigillo instrumentum non erat
authenticum.

S V M M A R I A.

1 *Bona fides in præscriptione quando in malam commu-
tetur: & mala in bonam.*
2 *Præscriptionem interrumpit quilibet actus, qui malam
inducit fidem.*
3 *Citatio sola cùm sit actus, qui malam fidem generat, præ-
scriptionem inchoari impedit.*
4 *Ciuilis interruptio quóad illum tantùm, contra quem
lis est mota, operatur.*

DECISIO CCCLXXXV.

IN causa Roman. Castri Feliciani dubitaui 14.
Aprilis 1551. an stantibus præsertim iuribus pro
parte D. Helenæ vltimò productis D. Io. Franc.
1 potest † se tueri præscriptione 10. vel 20. annor. Prò
parte Comitis dicebatur, quòd ipse poterat se tue-
ri præscriptione 10. vel 20. annor. quia habebat ti-
tulum videlicet donationem, bonam fidem resul-
tantem ex assertione Episcopi in donatione facta:
dum asserit Castra esse sua : quæ assertio fuit com-
probata per aditionem hæreditatis Henrici sine
confectione inuentarij factam, aderat etiam vltra
10. annos: & cùm esset interpretandum, erat tem-
pus sufficiens ad præscriptionem. Fuit pro parte D.
Helenæ replicatum, quòd ista bona fides erat subla-
ta ex literis patentibus per Henricum factis &
subscriptis per Comitem Ludouicum, & Io. Fran-
ciscum. Nam cùm ipse Henricus in dictis literis
donauisset certa bona existentia in Castro Feli-
ciani cuidam familiari suo: in qua donatione plu-
ries Henricus asserebat Castrum ad se pertinere, &
Comes Io. Franciscus dictam schedulam seu lite-
ras patentes subscripsisset: ergo videbatur appro-
basse contenta in scriptura, & per consequens de
mala fide Ioan. Francisci constabat. Sed quia ad
istud fundamentum fuit responsum, quòd verum
est tempore subscriptionis factæ per Comitem Io.
Franciscum quæ fuit de anno 1526. constabat de
scientia rei alienæ: sed quia interuenit actus inter-
medius, videlicet de ann. 1526. in quo Archiepi-
scopus etiam in donatione facta Comiti, & in testa
mento facto in fauorem Henrici asseruit Castra
ad eum spectare, & posteà hæres simpliciter illam
assertionem videretur acceptasse : ergo ex actu in-
termedio mala fides Comitis fuit mutata in bo-
nam fidem. Fuit dictum, quòd istud fundamentum
non obstat. Sed secundò pro parte D. Helenæ di-
cebatur, quòd in Actis nouissimè erant producta
duo breuia, ex quibus inducebatur mala fides ipsius
Comitis. Nam primum Breue erat de anno 1527.
post mortem Archiepiscopi, in quo Comes Henri-
cus actor D. Helenæ timens, ne via facti molesta-
retur à Comite Ludouico, patre Ioannis Francisci,
obtinuerat Breue à Clemente directum omnibus
legatis Gubernatoribus, ne permitterent D. Co-
mitem Henricum via facti molestari. Et posteà fuit
pro parte eiusdem D. Helenæ productum aliud
Breue, in quo de anno 1528. dicebatur per Clemen-
tem, quod conquestus ei fuerat Ioan. Franc. quòd
per dictum Breue fuisset ei inhibitum, ne liceret si-
bi via facti molestare ipsum Henricum : cùm pro-
pter donationem sibi ab Archiepiscopo factam, &
propter ciuilem possessionem in eum translatam
liceret sibi debere Episcopum in possessione natu-
rali. Ideò Clemens ipsum Henricum monet, vt
compareat cum iuribus suis: & sic ex istis duabus
rationibus breuis, præcipuè secundi, in qua dicitur,
conquestus fuit, apparet, quòd Ioannes Franciscus
notitiam habebat de primo breui : cùm sit narrati-
ua de facto proprio. Nam Papa ibi attestabatur,
quòd de querela sibi facta per Io. Frãc. & per illam
querelam videbatur introducta lis coram Clemen
2 te super dictis Castris: & de † iure Canonico quili-
bet actus, qui sit aptus introducere malam fidem,
interrumpit præscriptionem, Bar. in l. naturales.
col. 2. vers. quæro vtrum superueniens. ff. de vsuca-
pio. Bald. de præscript. 3. part. 6. par. prin. fiebat enim
res litigiosa quóad ipsum Ioannem Franciscum,
qui Papam adiuit, commissionem citationis impe-
trauit, & inhibitionem, & si nulliter non esset exe-
cuta, vel deuenisset ad notitiam Comitis, notat
Rot. 426. in antiq. cum vulg. Itaque ex isto actu in-
ducebatur mala fides in Comite, quæ impediebat
initium & cursum præscriptionis: cùm præscriptio
cum mala fide nõ currat. Et ideò si præscriptio erat
inchoata per dicta in litem introducta, non erat in-
3 terrupta: quia † sola citatio cùm sit actus, ex quo in-
ducitur mala fides, impediebat illam inchoari. Nec
4 obstat quod ista erat † interruptio ciuilis, quæ non
interrumpit nisi quóad illum, contra quem lis est
mota, vt tractat Bal. in præscrip. 3. par. 6. prin. & ideò
quod esset interrupta contra Comitem Io. Fran. de
quo nunc agebatur: quia duobus modis fuit respon
sum. Et primo quia si erat hic introducta mala fi-
des per illum actum, dicebatur interruptio genera-
lis: & ideo contra omnes interrumpebat, vt per
Bald. vbi suprà. Secũdò, quia interruptio facta con-
tra Henricum, qui erat cessionarius Comitis Ludo-
uici, qui cedebat cedenti, cui directè remanserat,
secundum Bart. in l. cùm quis. § si quis pro reo. col.
2. vers. sed hoc dico. de solut.

S V M M A R I A.

1 *Gratia posteriorem habens datam an priorẽ suspendat,
etiam si non fiat prioris in secunda mentio, & prior ha-
beat clausul. sine præiudicio similes gratias prosequentiũ.*
2 *Clausul. sine præiudicio similes gratias prosequentium,
quomodo intellecta.*

DECISIO CCCLXXXVI.

EAdem 24. Aprilis 1551. in vna Roman. Cleri-
1 catus S. Petri dubitaui, an † gratia Petri Aloy-
sij, qui habet posteriorem datam, suspendat gra-
tiam Bernardini. Pro parte Bernardini diceba-
tur, quòd non : quia de sua gratia non fiebat men-
tio in gratia posteriori Petri Aloysij de gratia
Bernardini: & de iure id non debebat fieri, aliàs se-
cunda gratia nihil valet, Sarn. in reg. de non tollen.
iur. quæst. 4. & in reg. de surrog. q. 8. Secundò di-
cebatur, quod gratia Aloysij erat cum clausula, sine
præiudicio similes gratias prosequentium. Et
cùm Bernardinus similem gratiam prosequeretur,
etiam anteriorem, ergo non erat illi derogatum.
Tertiò, gratia Petri Aloysij restituebat ad to-

g am

gulam reuocatoriã, non autem aduersus alias gra-
tias. Istis tamen non obstantibus, quòd gratia Pe-
tri Aloysij suspenderet gratiam Bernardini: Tum
quia saltem de ea per verba generalia fiebat men-
tio, reuocabat quascunque gratias, ex quibusuis fa-
cultatibus suis concessas: Tum quia non solùm re-
stituebat ipsum Petrum Aloysiũ aduersus regulam
reuocatoriam, sed etiam aduersus regulas medio
tempore concessas, vel à tempore reuocationis vs-
2 que ad tẽpus reualidationis: & illa † verba, sine præ-
iudicio similium gratiarũ referebantur ad tempus,
quo primo loco gratia fuit concessa: aliàs esset re-
pugnantia in regula, videlicet quòd voluisset alias
gratias præseruare, & posteà reuocasset gratias con
cessas à tempore regulæ reuocatoriæ vsque ad tem-
pus reualidationis.

EPITOME.

Alternatiuæ non suffragantur ante expeditionem lite-
rarum.

SVMMARIA.

1 *Collatio ante literarum expeditionem in mense al-*
ternato non valet.
2 *Iurisdictio si alio modo quàm de iure competat, re-*
quiritur quoque alia literarum, quam de iure necessa-
ria est, expeditio.
3 *Literarum expeditio quòad secundam concessionem*
an sit necessaria.

DECISIO CCCLXXXVII.

CОram D. Achille 28. Aprilis 1551. in vna Pla-
centin. Paroch. fuit resolutum, quòd alterna-
tiua concessa Episcopo Placentin. non suffragatur
ei ante expeditionem literarum: & ideò collatio
1 † ante dictam expeditionem in mense alternato
non valeret: quia soleret dici, quòd alternatiuæ sint
remotiuæ obstaculorum, & sic nil videtur de nouo,
nec aliquam iurisdictionẽ Episcopo tribuere: cùm
ex iurisdictione ordinaria illud sibi competat. Ta-
men dicebatur, quòd alio modo competebat, vide-
licet priuatiuè ad Papam propter decretum irritãs
in alternatiua, quod decretũ ligabat manus Papæ:
2 & ideò † cùm alio modo, quàm de iure competeret,
ad exercitium illius iurisdictionis, alio modo, quàm
de iure competebat, requirebatur expeditio litera-
rum, vt notæ sunt decis. Rotæ. quòd ante expeditas
& præsentatas literas executor & iudex delegatus
nihil potest. Item quia in literis solet apponi clau-
sula, quòd ordinarius renunciet quatuor mensibus
sibi per regulam concessis: quod non est in suppli-
catione, ergò cùm alia forma soleat in literis appo-
ni, necessaria videtur expeditio literarũ. Item quia
in illa supplicatione Placentin. super alternatiua,
de qua agebatur, dicebatur, ac super præsentibus
conficien. literas &c. & alibi in eadem supplicatio-
ne erat alia clausula, ac literas desuper expedire
mandare. Itaque ista verba videbantur importare,
3 quòd † necessaria erat literarum expeditio: Tum
quia idem Episcopus tempore Clem. habuerat al-
ternatiuæ supplicationem, super qua literas expe-
diuerat, etiam licèt Paulus alternatiuas per regulas
reuocasset. Tamen quia in eadem supplicatione re-
-ua'' labantur dictæ alternatiuæ per Clem. concessæ
Paul. dicebat, intentionem fuisse & esse prædictam
alternatiuam per hoc nunquam reuocasse nec re-
uocare voluisse. Domini dixerũt quòd attentis istis
verbis non erat necessaria expeditio istius secundæ
concessionis. Nam Episcopus Placentin. poterat
vigore indulti seu alternatiuæ per Clem. concessæ
conferre: & si opponeretur de regula reuocatoria
alternatiuarum, satis erat docere de supplicatione
declaratoria mentis Papæ, in qua volebat dictam
alternatiuam reuocare.

EPITOME.

Processus ad vlteriora factus habuit in isto casu vim
erectionis.

SVMMARIA.

1 *Exceptio transactionis à reo ad processum si sit appo-*
sita, & posteà super trãsactione processum fuerit co-
ram iudice, an exceptio transactionis reiecta dica-
tur. & ad processum apposita.
2 *Iudex si ex interuallo & non incontinenti proposita*
exceptione processerit ad vlteriora, videtur per talem
processum de exceptione emergente cognouisse, & ex-
ceptioni proposita renunciasse.
3 *Processus reo petente nullus est, si iudex exceptione*
apposita per reum ad processum, & super negotio
principali actore petente, vbi simul & semel proce-
ditur, pronunciet.

DECISIO CCCLXXXVIII.

1 IN causa Romana Portarum dubitaui 4. Maij 1551.
Istante exceptione transactionis apposita per In-
nocentium reum ad processum: & posteà fuerit
processum super transactione coram iudice, an ad
informationem aduersariorum super dubiis pro-
ductis dicatur reiecta exceptio transactionis, & ap-
posita ad processum. Et fuit resolutum ex his, quæ
dicit Franc. in cap. ex parte. 2. col. 3. versic. aliquãdo.
in 1. oppo. cum seq. ver. aliquo. & 2. de appellat. vbi
dicit, quòd si est cognitum super exceptione emer-
gente proposita, quòd tunc procedendo ad vlte-
riora talis processus est validus: & procedendo vi-
detur exceptionem propositam reiicere, cùm ces-
satum esset appellare, aliàs processus est validus.
Inno. & Coll. super hac difficultate dicunt, quòd si
2 ex † interuallo & non incontinenti proposita ex-
ceptione iudex processit ad vlteriora, præsumitur
de exceptione emergente cognouisse, & per talem
processum videtur renunciasse exceptioni propo-
sitæ. Ergo cùm isto casu iudex cognouit super ex-
ceptione trãsactionis, vt patet ex dubiis productis
quia verba tendunt ad validitatem vel inualidita-
tem transactionis cognoscendæ: & sic per varias
disputationes fuerit cognitũ de inualiditate ipsius
transactionis. Posteà iudex cùm sibi loqueretur de
negotio principali citando ad sententiã, super ipso
negotio principali videtur exceptionẽ transactio-
nis ad processum propositum concessisse: & valet
talis processus, si fuit appellatum, vt dicit text. in
dicto cap. ex parte. & per Felin. in ca. suborta. col. 4.
versic. & cum istis concordat Imol. & c. vbi dicit,
quòd quando est executa exceptio, & iudex pro-
cedit ad vlteriora, processus non est nullus, nec
annullandus: quia tacitè pronunciat ipsum non
obstare,

obstate, in eadem col.versic. limita primò. Non
5 obstat, quod dicebatur, quòd ista † non procedunt, vbi simul & semel proceditur, & super exceptione apposita ad processum per reum, & super negotio principali actore petente: nam tunc & reo petente processus est nullus, vt notanter tenet Inno. in l. si quæramus. col. 2. versic. si autem proponatur à diuersis. ff. de testamen. & sequitur Aretin. consil. 73. in 3. colum. in 1. versi. sed dubium remanet respectu Anton. quem allegat in addi. Abb. in cap. 1. super verb. condiction. & in col. penult. in verb. oppositum. de ordin. cog. & sentit Felin. in dicto cap. suborta. col. 21. in princip. versic. limita 2. de iureiur. Quia fuit dictum, quòd non erat verum, quòd isto casu simul & semel super exceptione per reum apposita & negotio principali fuisset cognitum. Imò vltimò dubia omnia disputata de consensu partium concernebant inualiditatem transactionis: & super illis dubiis datis, & discussis, non constabat de antiqua proclamatione partium: imò semper vtraque pars informauerat: Imò si Innocentius reclamasset, cùm ob exceptionem transactionis per eum propositam cogebatur super validitate ipsius informare: cum non nisi transactio foret valida, non poterat processus ad vlteriora retardari: & ideò cùm cognitum fuisset super dicta exceptione apposita ad processum, & constaret, quòd erat inualida, & negotium principale: quòd erat immittendus in possessione portarum ex statuto vrbis: an ex actis meritò omissa permutatione super dicta executione potuit iudex super negotio principali pronunciare: quia per talem processum videbatur exceptioni appositæ renunciare, postquàm de illa erat cognitũ: & voluit processisse, per Franc. in d. c. ex parte. 2. & Felin. in c. suborta. in 4. col. in 2. limit. de re iud. vide infrà decis. 400.

EPITOME.

Commissionis forma in cambio, quãdo dicatur seruata.

DECISIO CCCLXXXIX.

DIE 11. Maij 1551. in vna Florent. Cambij dubitaui, an Cambium factum per Paulum de propriis pecuniis sit quid diuersum in commissione datum per Bartolum Paul. Et pro parte Bartoli quòd esset quid diuersum, dicebatur, quòd duo erant remedia. Primum, quòd exigeret 400. sibi transmiss. in Benedictũ Clauerium. Secundò, quòd dictam summam remitteret. Vnde cùm Paul. dictam summã non exegisset prius, si posteà de propriis pecuniis cambium facit, dicitur quid diuersum à forma commissionis fecisse, & tunc subintrat, quòd forma mandati est seruanda diligenter, etiam si melius complectatur, l. prætereà. & ibi Fulgo. ff. mandat. Paul. Castrens. in l. si quis mihi bona. §. penult. ff. de acquirend. hæredit. Petr. de Anchar. consil. 332. 5. col. Bartol. consil. 93. num. 3. & volum. 1. Hoc non obstante fuit contrarium decisum. Et est præmittendum, quòd 26. Augusti fuit dicta commissio data per Bartholum Paul. in qua dicebatur, quòd curaret hodie pagamentum 400. sibi transmiss. & posteà remitteret cum possibili auantagio, quo posset, idem rescripsit idem Bart. 7. Septembris, & ideò Paul. 9. Septembris, qui erat dies sabbathi, manualiter fecit cambium, etiam soluendo incontinenti pecunias: licèt de more Vrbis sit soluere in sequenti sabbatho, tamen propter solutionem manualiter factam fuit factum auantagium in cambio. Item præsupponendum erat, quòd licèt 9. Septembris fuit factum cambium, & pecuniæ non essent exactæ: Tamen die Lunæ sequen. cadebat, & dicebatur dies solutionis ipsorum 400. qui realiter à Paulo 13. fuerant exacti: 16. eiusdem fuit secutum fallimentum, videlicet cùm esset modicum interuallum ad diem Cambij ad diem solutionis per Benedictum factæ, poterat dici, quòd Paulus fuisset secutus formam commissionis, videlicet quòd de pecuniis exactis cambium fecisset, ex quo Paul. de soluendo eadem die promissionem habuisset, & tempore facti Cambij dies solutionis erat de proximè ventura. Item dicebatur, quòd pro Paulo nullus dolus considerari poterat: cùm illud fecisset ad vtilitatem committentis cui posteà casus superueniens decoctioni imputari non debebat.

EPITOME.

Mandatum possessoris an extendatur ad personam competitoris dati ab eo contra quem mandatum est directum.

DESISIO CCCXC.

VNdecima Maij 1551. in vna Giennen. Scholastriæ dubitaui, an mandatum Solani in personam Alphonsi Aluarez sit restrictum tantum contra Capitulum, vel extendatur etiam contra Gabrielem. Et fuit resolutum, quòd non: sed extenderetur ad Gabrielem, propter illam clausulam, quasdam literas, & processum desuper fulminatum in omnibus & per omnia prosequẽdo & pertractando: etiam per aliam clausulam, & si necesse fuerit pro præmissis omnibus & singulis in quocunque iudicio comparen. &c. Nam cùm processus ratione essent directi omnibus & singulis, quorum interest &c. ne debeant molestare Solanum in euentum regressus: & pro promiss. dabatur mandatum ad lites contra Gabrielem. Item fuit dictum, quòd per illam dictionem ab Episcopo & Capitulo &c. veniebat augmentatio. vide suprà decis. 311. & 313.

EPITOME.

Decretum in reseruatione positum ligat manus inferioris, licet reseruationes non acceptet, non autem manus Papæ.

DECISIO CCCXCI.

IN vna Calaguritan. Archidiaconatus 11. Maij 1551. coram D. Achille fuit dictum, quòd licet decretum positum in reseruatione liget manus inferioris: & quod reseruans non acceptet infra mensem, non tamen ligabat manus Papæ, si non acceptet: quia dicitur ligare reseruatio acceptando, vt per Felin. in c. ex officio. correll. 9. de præscript. & Cassad. 1. & 2. de decret. in reser. & not. per Gem. & Franc. in c. quoddam. de concess. præben. in 6. intelligitur reseruatio acceptando: & ita fuit decisum.

EPITOME.

Regul. de interpretando certo modo vltra impetrationem requirit molestiam.

DECISIO CCCXCII.

Eadem die in vna Astoricen. parochialis de Congesto, coram Dom. Chisan. fuit resolutum, quòd regula de impetrandis non habet locum in eo, qui impetrauit, & causam commisit, & decretum citationis obtinuit: si tamen per talem impetrationem nulla alia molestia possessori annali illata fuit, sed impetrans, vt fuerat in illo casu, litis cessit: quia fuit dictum, quòd regula de impetrandis certo modo locum habet, quando vltra impetrationem interuenit etiam molestia: & quòd hoc requirunt verba dictæ regulæ. Et ita aliàs fuit decisum coram Domino Reomano, in vna Florentina aliàs Feretran.

EPITOME.

Probatio quæ sit sufficiens ad dissolutionem matrimonij.

DECISIO CCCXCIII.

Dvbitauit In vna Hispalen. matrimonij Dom. Vestan. 12. Maij 1551. an ex vno teste cum fama, & testibus de auditu, ac confessione coniugum stante contra matrimonium, an ex testibus Remissoriæ nulliter examinatis inducatur plena probatio dissolutionis matrimonij. Et sciendum est, quòd coniunx fatebatur consanguinitatem in tertio gradu. De hoc etiam erat probatio fama vnius testis, & aliæ probationes, de quibus in informationibus. Et fuit dictum, quòd glo. in cap. super eod. ibi, quod dixi. & glos. in cap. requisisti. in versi. 7. nume. 33. q. 2. in cap. fin. distin. 35. vbi volebat, quòd sufficeret, cùm fuerit coniugatorum fama: tamen Dd. in dict. cap. super eo dem in hac materia varij erant, & quasi maior pars contrarium tenebat. Nam quia in isto casu vltra confessionem & famam aliæ cõiecturæ concurrebant, fuit dictum, quòd ista esset sufficiens probatio ad dissolutionem, ex quo vltra confessionem & famam concurrebant aliæ coniecturæ, de quibus in pactot & Ita dicebat Anton. Butri. in dict. cap. super eod. Neguf. & Card. & etiam Præpos. idem videntur sentire.

EPITOME.

Fideicommissum si sit particulatim factum non instituto hærede vniuersali, & canonizatum, fideicommissarius non detrahit Trebellianicam, nec Falcidiam.

DECISIO CCCXCIIII.

Decimaquinta Maij 1551. In vna Romana seu Venetiarum aut Burgen Bonorum proposui, an fideicommissum canonizatum in Rota sit particulare: & dato quod sic, an sit locus Trebellianicæ. Et fuit resolutum, quòd esset particulare, & per consequens non esset locus Trebellianicæ nec Falcidiæ. Et casus erat, quòd Nicolaus Vrsinus Comes Pitiglianus senior, habens tres filios, vnicuique reliquit certa bona, videlicèt Ludouico castrum Pitigl. & Sorani: D. Ant. nepoti suo ex filio præmortuo, videlicèt generali dimisso comitatu, inde sic recuperare poterit: & si non recuperetur, reliquit Castra ipsius existentia in terris Ruin. quod primò Ludouico reliquerat cum castro Pitigliani & Sorani: Sed filio Bastardo Cypriano nuncupato reliquit bona existentia in partibus Lombardiæ: & ista diuisione bonorum inter filios facta, non aliter aliquo eorum constituto hærede vniuersali, aliàs Rota canonizauerat diuisionem habeo. vim vltimæ voluntatis in genere: & ista voluntas fuit facta de anno 1524. Postea de anno 1509 volens proficisci scribit quasdam literas ad suum amicum. Vnde in euentum mortis suæ commendat etiam Cyprianum filium suum. Et dato quòd in euentum mortis filij Cypriani sine filiis, tantum illud quod esset in partibus Lombardiæ pro medietate spectat ad filios Ludouici, & pro alia medietate ad Henricum alium filium Gentilis filij præmortui, & quia aliàs Rota canonizauerat fideicommissum retenta tantum legitima & Trebellianica, quatenus deberetur: & ideò fuit datum prædictum dubium, & dictum, quòd erat facta in minus solemni voluntate, & non per totum, sed per certa corpora nullo hærede vniuersali instituto, q. tunc illi, quibus erant illa corpora legata, non haberentur pro institutis, sed pro legatariis, seu particularibus fideicommissariis, iuxta glo. communiter approbatam in l. quotiens. in gl. in verb. diuid. C. famil. herc. & ibi posui vnã add. ad illam glo. & habetur in l. si quis seruum. §. si cui certum. cum l. seq. ff. de leg. 2 & ibi Paul. Castren. facit l. quotiens. §. fin. ff. de vsufruct. & ideò cùm essent legatarij, sequitur, quòd particularis legatarius non detrahit Falcidiam nec Trebellianicam: quod cessat non aditione hæreditatis. Et pro hoc est text. in l. Falcid. §. fin. ff. ad leg. Falcid. & ita per illum text. dicit Salic. in d. §. fin. colum. 9. versic. sed dic. & ibi Ias. col. 6. versic. 2. principaliter. vide Cassand. cõsi. 67. videtur. colum. 19. & est tex. in l. mulier. §. fi. ff. ad Trebell.

EPITOME.

Noua prouisio ordinarij non facta expressa familiaritatis mentione non est subreptitia, si sit motu proprio facta.

DECISIO CCCXCV.

In vna Abulen. paroch. Sanctæ Mariæ, dubitaui 20. Maij 1551. an prouisio Francisci de Frechilla sit subreptitia, attento quòd in dicta prouisione non fuit facta de familiaritate Q. Matthæi, protonotarij & scutiferij Apostolici mentio. Et fuit resolutum, quòd prouisio ordinarij, dato quòd in ea non sit expressa familiaritas Matthæi protonotarij, tamen per hoc non subreptitia fuit: quia prouisio ordinarij fuit motu proprio facta, & ordinarius prouidit Ecclesiis, & non personis: & causa præsumitur, quòd ordinarius habet notitiam personarum habentium beneficia in sua diœcesi propter visitationes, quando ordinarius confert ad impetrationem alicuius, sed motu proprio præsumitur habere notitiam illius personæ, per cuius obitum vacat: & ideò non est exprimenda qualitas illius personæ, nec quòd beneficia propter protonotariatum & familiaritatem aliquo modo fuerunt reseruata: sufficit enim, prout in casu isto, quòd ordinarius amplissimam habeat facultatem conferendi beneficia quãtumcunque reseruata etiam per obitum familiarium:

rium:quod secus erat in Papa. Nam cùm Papa præ-
sumatur ignorare ea, quæ in facto consistunt, debet
ei qualitas reseruationis proponi: quia si Papa pro-
uidet ad impetrationem partis, & narratur, quòd
talia beneficia sint reseruata per obitum familia-
rium, vel protonotariorum, difficilius huiusmodi
beneficia concederet. Ad secundum fuit dictum,
quòd in vna noua prouisione non erat dictum,
prout dicitur in dubio, videlicèt quòd fuisset dictũ,
quòd ordinarius prouidisset per obitum protono-
tarij, & scutiferi. Benè verum est, quòd fuit dictum,
quòd beneficia seu parochialia, vacātia per obitum
familiaris & protonotarij, quòd ordinarius sede va
cante de illo prouiderat Francisco Garziæ, verum
plura dubitabat &c. & ideo noua prouisio non erat
subreptitia. Et valor 80. duc qui narratur, cùm in
noua prouisione verificabatur, quòad prouisiones
ordinarij videndum erat, an Matthæus, qui resigna-
uerat in fauorem Marthię eius nepotis, nam id pro
betur per testes, quod decesserit in possessione pa-
rochialis: quia hoc viso, locus erat regulæ de publi-
candis.

EPITOME.

Prouisio seu collatio facta cum onere illicito est nulla.

DECISIO CCCXCVI.

Eadem die 20. Maij, 1551. in vna Pampil. Prio-
ratus de Velate, dubitauit Domin. Vestan. an
prouisio Episcopi facta Ioan. de Falces de dicto
Prioratu cum vinculo obligationis, & onere legen
di, & Sacram scripturam interpretandi esset valida.
Et fuit resolutum, quòd gloss. in c. per. & ibi Cassa.
sequitur & Io. de Anan. & Host. & Imo. in c. signi-
ficauit col. 2. versi. in gloss. 1. de præben. & Abb. ibi.
nume. 7. per communem doctr. quòd collatio est di
cenda libera, & pura, vt per gloss. quam sequun-
tur Dd. in c. 2. de elect. in 6. & ibi Francisc. colum. 2.
qui respondet ad c. significasti. de electin. & ad c. si-
gnificauit. de præbend. licèt in d. c. significasti. vide-
tur huic decisioni obstare, tamen cùm ille text. ha-
beat duas lecturas, vt ibi gloss. dicit, tenenda est pri-
ma lectura, quæ vult, quòd res ibi annexa & ad præ-
bend. vacan. & cæt. quicquid dicat ibi Deci. qui di-
cit quòd ille intellectus est in se diuinatus: & quòd
istud est verum, patet ex tex. in c. ex multis. §. con-
stituimus. 1. q. 3. vbi non valet collatio cum onere,
vt aliquid det pro fabrica Ecclesiæ. & pro pauperi-
bus: Et ideo ex istis, non obstante consi. Paris. 20.
vol. 4. maximè cùm secundũ gloss. in d. c. 2. de elect.
in 6. collationes dicantur in se puræ & liberæ, fuit
dictum, quod nisi ostenderetur, quod onus legendi
esset annexum illi Prioratui per prius, quod Car-
dinalis prouisio esset nulla, etiam quod contineret
onus licitum.

SVMMARIA.

1 *Legatarius si cognito legato ab illo rursus cadat, an sit locus iuri accrescendi in collegatarium.*

2 *Appellatione vineæ non venit cannetum.*

DECISIO CCCXCVII.

In causa Rom. legati pro Rocho Blanchalana
contra Franciscum & Ioannem Baptistam de
1 Balagusis 22. Maij, 1551 proposui, † an ex quo Ba-
ptista cognouit legatum, conuenienter ab illo ce-
ciderit, & an sit locus iuri accrescendi in perso-
nam Francisci collegatarij, qui appellauit à man-
dato de immittẽdo in possessionem, & adhuc pro-
rogat fatalia. In isto puncto adducebantur duo fun
damenta pro parte Rochi: primùm, quod Franci-
scus contrauenerat, & non solùm non debebat sibi
portio Baptistæ accrescere, sed etiam sua portione
erat priuatus. Fuit responsum, quod iam erat resolu
tum, quod Franciscus non contrauenerat: quia pro-
babilem causam habebat dubitandi, an appellatio-
ne vineæ venisset Cannetum: & an Rochus esset
institutus in illis 500. scutis, vt supra. Non obstat,
2 quòd hodie sit resolutum, quod † cannetum non
venit appellatione vineæ, & etiam quod Rochus
est institutus in illis 500. ducat. & ideo hodie susti-
nendo litem & prorogando fatalia dicatur contra-
uenire. Quia fuit responsum, quòd donec feratur
sententia, Franciscus potest sperare, quod Domini
possunt contrarium resoluere: dato de nouo pũcto,
difficultas remansit, an quia legatum per Baptistam
erat cognitum, esset locus iuri accrescendi. vide
infra decisi. 401.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ subscriptio, quæ lata est in fauorem eius, cui remissoria erat decreta, & præfixo ad illum expeditionem termino effluxo petita, prætextu iurium post sententiam productorum sit impedienda.*

DECISIO CCCXCVIII.

In vna Oueten. releuationis indemnitatis, dubi-
1 taui 22 Maij, 1551. præsupposito, quod † remissoria
fuerit Aluaro decreta, & illi terminus præfixus ad
illius expeditionem, & transacto tempore ad peti-
tionem eiusdem Aluari pronuntiatum fuit, an præ-
textu iurium post sententiam productorum sit im-
pedienda subscriptio sententiæ in fauorem Ferdi-
nandi latæ. Et fuit resolutum, quod sic: quia cum 3.
Maij, 1540. fuerit facta ratificatio in Curia per Al-
uarum, & alium confideiussorem: & 12. Martij, in
partibus Camillus fuerit carceratus: quia non caue-
bat pro summa 200. duca. aliàs posteà 16. Martij
Camillus pro summa 200. duc. arrestatus fuit, licèt
Camillus posteà 29 Martij relaxatus fuerit, sequitur
quod Camillus iam conditionem suam, propter
dictam suam carcerationem, deteriorasset: quam
deteriorationem si fideiussores ita subito factam
sensissent, nõ est verisimile, quod illam solutionem
extra tempus factam approbassent. Sed ad istud
fundamentum posset pro parte Ferdinandi respon
deri, quod cùm tempore ratificationis Camillus es-
set idoneus, & post paucos dies effectus fuit de-
terioris conditionis, tamen non ita conditionem
suam deteriorauerat, vt pro summa 116. florenorum
Camillus non possit satisfacere. Sed pro parte
fideiussoris additum fuit, quod posteà in men-
se sequenti, videlicèt in Mense Aprilis fuerunt
examinati testes, ex quibus constat, quod Camil-
lus de illo Mense Aprilis à Valliadolid se absenta-

uerat, & pro facto prætendebatur:& ideo prætermissis testibus decernit mandatum, quod vbicũque reperiretur Camillus, caperetur: ideo stantibus istis probationibus, quæ erant sufficientes ad decernendum mandatum contra Camillum, quòd non sufficienter fuerant examinati, parte nõ citata, tamen satis erant sufficientes ad decernendum remissoriam ipsis fideiussoribus ad probandum fallimentum de illo mense Aprilis.

EPITOME.

Appellatio extraiudicialis isto casu deuoluit causam ad Curiam, ita vt possit procedi per contradictas.

SVMMARIA.

1 *Appellatio extraiudicialis præsente appellato facta causam deuoluit ad Curiam, & vim citationis habet. & num 6.*
2 *C.1 de elect. in 6. quomodo sit accipiendum.*
3 *Clem causam. de elect. quomodo procedat.*
4 *Superior cùm potest pro tertio appellare, & appellat. non à superiore sed à tertio appellatum censetur, siue de iudiciali siue extraiudiciali appellatione agatur, & tertius, pro quo ille actus gestus est, pro appellante habetur.*
5 *Competitio per superiorem data quomodo causam ad Curiam in appellatione extraiudiciali deuoluat.*

DECISIO CCCXCIX.

Die 25. Maij 1551. dubitant in causa Giennen. Scholastriæ, an appellatio pro parte Io. Solano interposita deuoluat causam ad Curiam contra Gabrielem, ita vt per contradictas contra ipsum, procedi potuerit. Et fuit resolutum, quòd appellatio extraiudicialis deuoluerit causam ad Curiam contra Gabrielem, ita vt per contradictas per ipsum procedi potuerit. Et fuit resolutum quod appellatio taliter deuolueret causam, vt potuerit procedi per contradictas. Ratio:
1 † quia in beneficialibus appellatio extraiudicialis, in præsentia appellati interposita, deuoluit causam ad Curiam, & habet vim citationis, c.1. de elect. in 6. iux. Cle-
2 men. causam. de elect. in princ. quia † Clem. causam, ad interpretandum d.c.1. fuit edita, vt ibi dicunt communiter: & per dictam appellationem extraiudicialem afficiuntur illi, qui impugnant prouisionem, & propter illam appellant: & etiam afficiuntur illi, quibus prouisio est facta, & illam defendunt: necnon illi afficiuntur, quorum interest, prout dicit text. in d. c. statuimus. in versic. iam qui apponit, quando is, qui defendit, & generaliter omnes alij, quorum interest, & cæt. & licèt text. in d.c. statuim. velit, quòd appellatio interposita afficiat dictas personas, non intelligeretur ita indistinctè, vt ex interpositione d. appellationis dicta persona afficeretur: ideo superuenit dicta
3 † Clem. causam. quæ ponit tres casus, primus, quando appellatio interponitur in persona appellati: secundus, quando in absentia, & tunc requiritur intimatio: tertius, quando non fuit facta intimatio, sed ad appellatum deuenit plena notitia. Hic autem appellatio interposita fuit à capitulo in præsentia Gabrielis, ergo appellatio deuoluit causam taliter, quòd procedi potuit, per d.c. statuimus. cũ d. Clem. causam. Non obstat, quod dicebatur, quòd appellat. isto casu fuit interposita à capitulo, & nõ à Gabriele: & ideo capitulum nõ autem Gabriel pro appellato
4 haberi debeat: quia fuit responsum, quòd † in omni appellatione, siue iudiciali, siue extraiudiciali, quando potest appellari à superiori, qui fecit actum in fauorem & vtilitatem tertij, tunc à superiore non autem à tertio est appellatum: & ille tertius, in cuius fauorem actus gestus est, pro appellantu habetur. c. appellatio. vbi gloss. Gem. & Francisc. de appellat. in 6. Hic autem superior erat capitulum, ad quod spectabat traditio possessionis: & cùm capitulum grauasset Solanum in non tradendo possessionem eius procuratori in fauorem Gabrielis, dicendo, quod non poterat tradere possessionem Solano, (quia illud faciendo spoliasset Gabrielem, qui erat prouisus & possessionem habuerat.) ideo licuit ipsi procuratori Solani à capitulo seu verius à denegata possessionis traditione per capitulum in fauorem Gabrielis appellare: & illa appellatio Dominum Gabrielem affecit, vt in d.c. appellatio. & tanto magis cùm procurator Solani contra appellasset petens possessionem Scholastriæ nomine Solani sibi tradi, & contrarium faciendo appellabat:
5 quando † ergo capitulum respondit, quod non poterat ei tradere possessionem, quia iam erat tradita Gabrieli, tunc dicitur dicta appellatio interposita: & cùm tunc Gabriel esset præsens, & esset in fauorem eius denegatio facta, ergo appellatio deuoluebatur contra eum: quia dicebatur actum defendere, & sic contra Gabrielem. Non obstat, quod Gabriel esset vt capitularis, & non vt pars: & ideo appellatio contra capitularem non debebat eum defendere, vt particularem: quia fuit dictum, quod ex quo Gabriel quando fuit ei præsentata Bulla tanquam procuratori dixit, quod habebat pro interesse, & ideo delegauit alium in prouisorem. Item & secundo 19. Martij comparuit in capitulo, & dixit, quòd non darent possessionem Io. Solano, & ideo, quod daret in competitorem dicto Io. Solano. ex istis apparet, quod Gabriel voluit esse pars, & ideo in isto casu non poterat esse in capitulo, vt capitularis, sed particularis: quia non poterat esse pars & iudex: & tanto magis quia in responsione, quam fecit capitulum procuratori Io. Solani, ipsum capitulum dat in cõpetitorem ipsum Gabrielem: & ideo
6 ex † istis fuit resolutum, quòd appellatio de nouo deuoluit causam ad Curiam, ita vt per contradictas procedi potuerit. vide suprà decis. 311. 315. & 390.

EPITOME.

In causa Ruman Portarum appellatio fuit necessaria isto casu.

SVMMARIA.

1 *Exceptione transactionis à reo ad processum adiecta, si coram iudice procedatur, an valeat processus ad vlteriora. sic vt exclusis exceptionibus appellare fuerit necessarium.*
2 *Causa specificè est exprimenda cùm appellatur ab interlocutoria.*

DECISIO CCCC.

Eadem

EAdem die 25. Maij, 1551. dubitaui in causa Ro-
1 man. Portarum, an † sententia, de qua agitur, sit Rotalis vel Capitolina, & Do. Senator sit iudex, quod etsi sententia est Capitolina & senatus iudex, stante statuto, quod seruatur ius ciuile, & commissione, quod senator procedat de voto Domin. Anton. an dubia data per Anton. ad informandum Rotam, de quibus in Actis, habeant vim processus ad vlteriora, qui excludebat exceptiones, ita quòd opus fuerit appellare. Et fuit resolutum, quòd dato, quod sententia esset Capitolina, quod dubia data habeant vim processus ad vlteriora, & quod necesse erat appellare, prout dicit statutum in nou. reformationibus, c. 49. & quod illa appellatio interposita per Inno. reum à denegatione publicationis, & aliis grauaminibus ex actis collegia-
2 libus non esset bona: quia † causa est specificè exprimenda, quando appellatur ab interlocutoria. vide sup. decisi. 388.

S V M M A R I V M.

1 *Causa probabilis veniendi contra testamentum quomodo excuset legatarium, ne legatum suum amittat.*

DECISIO CCCCI.

IN Causa Roman. bonorum pro Francisco Balagusa contra Rochum, dubitaui 29. Maij 1551. an stantibus verbis donationis, ibi, donec aliter disposuerit: & aliis verbis testamenti, de pecuniis
1 extan. in monte &c. Franciscus † dicatur habuisse probabilem causam contraueniendi: & non dicatur cecidisse à legato. Et fuit resolutum, quòd Franciscus habuisset probabilem causam contraueniendi, vt non dicatur cecidisse à legato. Tum primo, quia probabile fuit dubium, an appellatione vineę veniret cannetum, ex eo quòd eadem emptione & vinea & cannetum esset emptũ: Tũ quia cannetum erat emptum ad vsum vineæ. Tum & secundo, quia cum 500. essent donati Francisco, donec aliter per ipsum Ioannem Franciscum donantem ordinatum foret, probabile dubium erat, an illa ordinatio debebat esse specialis, specialiter disponendo de ipsis 500. Tum & tertio, quia ex quo Ioannes Franciscus erat creditor in monte & in aliis creditis, & sic haberet alia credita, quóad proprietatem & vsumfructum, & in istis 500. tantùm erat creditor quóad vsumfructum & Franciscus Balagusa esset descriptus in vita Ioannis Francisci, licèt descriptio eius diceret: quod ita demum haberet effectum, quando Ioannes Franciscus esset mortuus: tamen quia illa verba, sub nomine eius existentibus, poterant verificari in illis pecuniis existentibus sub nomine Ioannis Francisci, quóad proprietatem & ad vsumfructum, licèt Rota resoluerit contrarium, tamen probabiliter per Franciscum erat dubitatum: Ideò cùm haberet causam probabilem dubitandi, non cecidit à legato suo.

EPITOME.

Intimatio legitima ex trina præsentatione quomodo ad effectum deuoluendi causam non fuit iudicata sufficiens.

DECISIO CCCCII.

PRima Iunij 1551. in causa Giennens. Scholastriæ, proposui dubium, An constet de aliqua legitima intimatione mandati originalis, quæ sufficiat ad deuolutionem causæ. Et cùm in processu de partibus esset triplex præsentatio mandatu. Prima fuit die vltima Augusti 1548. in qua comparuit Voluensula Procurator substitutus, vt docuit per publica instrumenta: Et Domini tenuerunt, quòd licèt iste docuisset, quod esset procurator, tamen quia de mandato suo dicebat ante obitum Iuliani de Olmedo ad effectum, quòd succedente obitu daretur possessio Scholastriæ Io. Sols no, cùm tunc illo casu Don Gabriel de Sanava nullum in Scholastria ius haberet, quòd dicta præsentatio eam afficere non debebat, vt particularem: sed si eam afficiebat, id erat vt vnum de capitulo, & tamen contra eum vt particularem processum non erat. Secunda præsentatio mandati fuit facta sub die 18 Martij 1549. quo tempore iam Iulianus obierat: cùm mortuus esset 14. Martij. & licèt Domini dicerent, quòd illo tempore essent præsentata capitulo instrumenta publica mandati & substitutionis: tamen notarius faciebat fidem de præsentatione huiusmodi mandatorum: tum quia mandatum vna cum substitutione erant registrata: tum quia etiam tertio mandatum originale cum substitutione in calce hodie coram me productum erat: tum quia illa productio illorum mandatorum facta fuerat ad effectum vt notarius intimaret literas regressus, & processum fulminatum super illis ad effectum, vt daretur possessio procuratori Ioan. Solano, non autem ad effectum appellandi: cùm etiam istud posset fieri sine mandato, videlicèt, intimatio illa potuit efficere, vt Don Gabriel, qui erat præsens in capitulo, iustam causam haberet non perscrutandi totum mandatum, videlicèt an ad effectum appellandi sese extenderet. Tertia autem præsentatio mandati pro parte Io. Solano fuit sub die 22. Septem. 1548. quo die fuit appellatum: & isto tempore nulla fuit facta præsentatio mandatorum, nec illorum repetitio in capitulo: quia Sebastianus Martinez procurator substitutus comparuit in capitulo, & fecit productionem cuiusdam scripti, & cuiusdam testimonij, in quo quidem scripto ponitur, quòd iste Sebastianus Martinez dicebat, quorum mandati & substitutionis facio præsentationem & ostensionem: & licèt ista essent verba istius Sebastiani, tamen ipsi non erat credendum, cùm notarius nõ faceret fidem de dicta præsentatione, nec etiam faceret fidem dictorum mandatorum: & poterat esse, quòd dicta mandata originalia non essent in manibus notarij: & quando fuissent, non tenebatur credere Don Gabriel illi verbali assertioni procuratoris id asserentis. Et ideo concluserunt Domini, quod ex ista trina præsentatione non constaret de aliqua legitima intimatione sufficienti ad deuolutionẽ causæ. vide infra decisi. 405.

S V M M A R I A.

1 *Ratificatio solutionis extra tempus facta per procuratores creditoris an valeat.*
2 *Creditoris de solutione extra tempus facta, notitia eius ratificationem non inducit.*

DECISIO CCCCIII.

DIe 9. Iunij 1552. in causa Oueten. releuationis indemnitatis, proposui dubium, an constet
1 ex † actis de aliqua ratihabitione Aluari & Christophori ante diem tertiam Martij 1545. quæ sit sufficiens ad exclusionem remissoriæ. Et fuit resolutum, quòd non constaret: quia illa verba prolata per Augustinum de Saraualis in fine quitantiæ Camilli Saraceni, dum dicit, quòd ipse non acceptabat solutionem in partibus factam: & quòd erat hic satisfactus ab ipso Aluaro & Christophoro: & quòd erat paratus dare literas suis procuratoribus in partibus, non nocebat: quia non cōstabat, quòd de illis ipse Aluarus & Christophorus habuissent notitiam de solutione in partibus facta extra tem-
2 pus: tamen talis † notitia non inducebat aliquam ratificationem. Quia ipsi non habebant ratificare solutionem, sed Augustinus qui erat creditor. Et dato, quòd ipsi habuerint notitiam, quòd Augustinus non acceptauerit, non sequitur, quòd ipsi acceptarent solutionem extra tempus factam: quia ad eos non spectabat talis acceptatio. Non obstat, quod dicebatur, quòd vltra scientiam fecerunt etiam ipsi Aluarus & Christophorus actum positiuum, videlicèt acceptando literam scriptam per Augustinum sub die 8. Octobr. 1544. in qua litera per August. scribitur Camillo, quòd soluat pecunias procuratoribus Aluari & Christophori. Sed fuit responsum pro parte aduersa, quòd non constat, quod de illa habuerint ipsi notitiam: & quòd nec eam acceptauerunt. Cùm Ferdinandus dictam literam in actis produxerit, & sic illam Ferdinandus aliunde quàm ab ipsis habuit. Non obstant ea, quæ dicuntur per Aluarum & Christophorum in mandato facto 3. Martij 1548. dum faciunt mentionem de quitantiis & literis Augustini: quia de illis faciunt mentionē quoad hoc, vt Augustinus noluerit acceptare quitantias, non autem quòad hoc, quòd ipsi acceptauerint literas, in quibus dicebatur, ꝙ solueretur procuratoribus ipsorum.

SVMMARIA.

1 *Hæres protestationis biduo ante testamentum confectū interposita ignarus, an aditione sine beneficio inuentary celebrata possit ipse aut causam ab eo habens venire contra factum aut quamcunque confessionem ex dicta aditione resultantem.*

2 *Testamentarium rerum dispositio facienda si est vana & fictitia, institutio quoquè vana erit, & nihil operabitur, poteritq́; hæres contrauenire defuncti testatoris facto.*

3 *Aditio hæreditatis si sit erronea non tenetur hæres ad aliquod factum defuncti, & confessio ex eadem aditione resultans nulla est.*

4 *L. fin. C. de iure delib. quomodo procedat, & quo casu non.*

5 *Minor hæreditatem sine tutore vel curatore si adeat, aditio ex defectu consensus nulla est, si deceptum se inueniat, & vtrum confectum sit inuentarium, necne, nihil refert.*

DECISIO CCCCIIII.

IN causa Romana castri Feliciani, dubitaui die 8.
1 Iunij 1551. an stante † protestatione biduo ante cōfectionem testamenti factam, & aditione per Henricum dictæ protestationis ignarum, sine beneficio inuentarij facta, possit hodie D. Henricus seu habēs causam ab eo, aduersus factum Henriel seu quancunque confessionem ex dicta aditione sine beneficio inuentarij resultantem venire. Pro parte Dominæ Helenæ tria fundamenta fiebant. Primum erat, quòd si Archiepiscopus protestatus fue-
2 rat, quòd dispositio † de dictis castris facienda esset fictitia, & colorata ad effectum, ne castra depopularentur à militibus Cæsarianis, ergo institutio de dictis castris facta erat vana, & nil debet operari: & sic Henricus posset venire contra factum defuncti, & eius confessionem à dicta aditione resultantem. Sed ad istud fundamentum respondetur, quòd licèt institutio fuisset quòad castra fictitia & simulata, tamen quòad reliqua bene erat valida, & respectu aliorum bonorum institutio operari debebat: vt ex quo sine inuentario hæreditatem adiuerat, sibi erat imputandum, & ideò contra factum defuncti deuenire non poterat. Secundum fundamentum pro parte Henrici adducebatur, quòd aditio esset erronea: cùm Hēricus iustè crediderit maiorem partem hæreditatis ad se spectare, quæ verè spectaret ad alium, ex quo simulatè in illis castris instituerat, & in testamento expressè nominauerat, & non obstante institutione volebat castra ad alium spectare, l. si quis mihi bona. §. pater Seio. versi. sed si mādauit. ff. de acquirend. hæred. & quod dicunt Angel. Imol. & Paul. in l. si quis extraneus. §. sciendum. ff. de acquirend. hæred. Deci. consi. 14. col.
3 1. in princ. & ideò † existente erronea aditione, non potest dici Henricus teneri quoquo modo seruare aliquod factum defuncti. neque etiam ex confessione resultante ex aditione, quæ nulla est, l. 4. §. condemnat. ff. de re iudic. Et quia ad istas auctoritates non puto bene fuisse responsum, dum dicebatur, ꝙ imputandum erat sibi, quia hæreditatem non adiuit cum beneficio inuentarij, & sic Comiti Henrico videbatur obstare l. fin. C. de iur. delib. Nam vide-
4 tur mihi, quòd illa l. fi. nihil facit. Nam illa † lex præsupponit aditionem validam: & tunc stante aditione valida Imperator consulit, quòd si quis non vult teneri ad onera, seu debita improuisa, & incerto exitu obuenientia, quòd tunc adeat cum inuentario: Sed in casu nostro dicit Henricus, aditio non tenuit, à principio cùm putasset hæreditatem adire, quia ex maiori parte inueni me esse institutum, propter auctoritates superius allegatas. Et stante aditione nulla, non refert, an inuentarium confe-
5 cerim, vel non: sicut si minor † hæreditatem adiisset sine tutore vel curatore, certè talis aditio ex defectu consensus est nulla: & tunc non attenditur, an sit confectum inuentarium vel non. Et ideo videtur mihi dubium restringendum esse, an ista aditio eo modo, vt fuit facta, sit erronea, & per cōsequens nulla. vide infra decis. 421.

SVMMARIA.

1 *Scientia mandati concessi quæuis post trinam præsentationem sufficiat ad deuoluendum causam ad Curiam in appellatione extraiudiciali.*

2 *Appellantis mandatum in appellatione porrigi & legi debet, vel saltem posteà intimari, nec ille, contra quē appellatur, mandatum requirere tenetur. & nu. 5.*

3 *Notitiam habens vnius partis mandati, an alterius quoque*

quoque notitiam habere præsumatur, nec ignorantiam allegare possit.

4 *L. non est ferendus ff de transaction. quomodo intelligatur.*

6 *Gloss. in Clem. causam. de appellat. quomodo sit accipienda.*

7 *Appellatio si interposita fuerit per appellantem in appellati absentia necessarium est eam appellato intimare: si autem id fieri non possit, sufficit appellatum eius habere vel habere debuisse notitiam.*

DECISIO CCCCV.

IN causa Giennens. Scholastriæ, die 8. Iunij 1551. du
1 bitaui, an probetur talis † scientia Don Gabrie-
lis de mandato concesso per D. Io. Solano ad appel-
landum, quòd sit sufficiens ad deuolutionem causæ
contra Don Gabrielem: vel responsio per capitu-
lum procuratori Io. Solano facta sit sufficiens ad de
uolutionem dictæ causæ. Nam præsentatio manda
torum facta die vlt. Augusti 1548. dum intimauit
Bullas processus, & mandata, fuit facta ad effectũ,
vt sibi daretur possessio post mortem Iuliani: & li-
cèt capitulum & singulares possent credere, quòd
intimans haberet mandatum ad illum actum, ta-
men non tenebatur capitulum, nec singulares cre-
dere, quòd procurator haberet mandatum ad actũ
appellandi: cùm quis non teneatur istud perquire-
2 re. Sed † quando appellatur, debeat mandatũ por-
rigi, vel legi: Quod in casu isto tempore appella-
tionis non fuit factum. Et idem fuit dictum in se-
cunda præsentatione, facta 18. Septembris 1548. per
obitum Iuliani: dum fuerunt præsentata mandata
petendo possessionem sibi tradi: quia poterant cre-
dere capitulum, & singulares, quòd ad illud manda
tum haberet: & ideo etiam tempore appellationis
eandem productionem mandatorum debebat fa-
cere quod non fuit factum: sed tantùm procurator
dixit verbo, quòd faciebat ostensionem & produ-
ctionem mandatorum in cedula per eum exhibita.
& notarius non attestabatur, quòd talem ostensio-
3 nem & productionem fecisset. Non † obstat, quòd
dicebatur pro parte Ioan. Solani, quòd si capitulũ
& singulares habebant notitiã de mandato quòad
illam partem traditionis possessionis, quòd non
poterant allegare ignorantiam quòad aliam par-
tem appellationis, videlicèt, quòd procurator ha-
beret mandatum ad appellandum, ad text. in l. non
est ferendus. ff. de transact. quia fuit responsum, ꝙ
4 in † l. non est ferendus. ille transigens habuerat no-
titiam de testamento, quia non visis cognitisque
verbis testamenti transigi non potest, l. de his. ff. de
transact. Ideò nil mirum, si nõ poterat dicere, par-
tem vidi, aliam non. Item in l. non est ferendus. ille
generaliter transegerat super contentis in testamẽ
to: & ideò non poterat dicere, quòd super conten-
tis in priore parte, & non in posteriore parte. At
in hoc casu quando mandata fuerunt producta su-
per traditione possessionis, licèt quòad illum effe-
ctum quis teneretur videre, an haberet mandatum,
tamen non teneretur reliqua videre: & potuit abs-
que visione credere, quòd mandatum ad illum ef-
5 fectum haberet. Sed cùm † tempore appellationis
mandata non forent intimata, non tenebatur ipse
perquirere, si in mandatis primò productis facultas
appellandi adesset: cùm debeat tempore appellatio
nis porrigi, vel perlegi, vel saltem post intimari,
Clem. causam. de appel. Nec reperitur, quòd suffi-
ciat ante appellationem mandatum ad alium effe-
ctum intimasse, si tempore appellationis de tali
mandato non fuit admonitus, per ea quæ dicit Bat.
in l. furiosu. in vltimis, de re iud. quando fertur sen
tentia contra præsentem, quia necessarium est, ꝙ
ad hoc moneatur. Non obstat notitia, quæ allega-
batur pro parte Io. Solano in comparitione, quam
fecit Gabriel de Senara in capitulo die 19. Septẽbr.
dum dicit, quòd per partem in tempore nec in for
ma opponebatur: quia dicendo per partem, videba
tur Gabriel fateri, ꝙ comparens pro parte Io. Sola-
no die 18. Septẽbr. erat procurator, si erat pars. quia
fuit responsum, quòad illum actum petitionis pos-
sessionis potuit credere, quòd ille esset procurator,
sed non tenebatur credere quòad actum appella-
tionis: & illa verba, quòd darent eum in competi-
torem, nõ excludebant nouam citationem, & om-
nia quæ de iure erant necessaria. Non obst. 4. loco
responsio capituli, dum dicitur in primo respon-
dendo procuratori Io. Solano: quia illa verba erant
notarij, non capituli, vt apparebat ex lectione di-
ctæ responsionis: & illa verba, quæ dabant ipsum
in cõpetitorem, & prosequeretur appellationem,
restringebantur, prout iuris fuerit, prout etiam in
6 respõsione dicebatur. Non obstan. † gloss. in Clem.
causam. in verb. plana & certa, dum dicit: certa di-
cit, vt indubitanter sibi sit vel esse debeat: ergo ex
productione mandatorum facta in aliis præsenta-
tionibus, puta vlti. Augusti, 1548. vel 18 Septembr.
eiusdem anni indubitanter esse sibi debebat, &c.
quia gloss. dicta verba prosequendo declarat, quan
do posteà dicit: posset autem hoc constare, quia su-
per appellatione consuluit aduocatos, amicos, vel
simili modo, fortè per amicum proprium, vel ami-
cum appellantis sibi plenè fuerit intimata: quia di-
cta gloss. iuncta ad d. Clem. causam. loquitur, quan-
7 do appellatio sit interposita † per appellantem in
absentia appellati: & tunc requiritur, quòd intime-
tur appellatio: quòd si per potentiam non possit in-
timari, sufficit, quòd appellatus habeat, vel habere
debeat notitiam. quod est, quando consuluit super
appellatione aduocatum, amicum, vel sibi vel pro-
prium amicum, vel per amicum appellantis fuit in-
timatum: quod in casu nostro non fuit. Nam non
constat, quòd Gabriel super mandato consuluerit
aduocatos, vel amicos, nec ei de mandato quicquã
per amicum proprium, vel appellantis aliquid fue-
rit intimatum. vide supra decis. 401.

SVMMARIA.

1 *Legatum agnitum an probetur ex possessione legatarij ante & post publicationem testamenti.*

2 *Legatarius ex titulo legati possidere præsumitur, si alius validus non appareat titulus.*

3 *Defuncti voluntati quomodo contrauenisse censeatur legatarius, sic vt à legato cadat.*

DECISIO CCCCVI.

IN causa Romana legati pro Rocho contra Vala
1 gussam, dubitaui, an † ex actis cõstet, quòd Bapti-
sta ante & post publicationem testamenti posse-
derit, vt dicatur propterea agnouisse legatum vi-
neæ, & ideo teneatur dimittere 500 non obst. reuo-
catione confessionis, de qua in actis. Et fuit reso-

lutum, quòd non probatur, quòd Baptista agnouisset legatum: quia de legato nullibi apparebat, nisi in responsione data per procuratorem, quam con-
2 fessionem Baptista reuocauerat: cùm † constaret de possessione vineæ post obitū Io. Fräcis. & de nullo alio titulo valido appareret, quàm de titulo legati, quòd præsumeretur vigore illius tituli possidere, ad l. quædam mulier. ff. de rei vend. Quia fuit responsum, quòd illud erat in dubio: Sed hic eramus in casu claro, in quo apparebat ex articulis medio iuramento datis per Valag. quòd ipse possidebat ex titulo donationis, & non ex titulo legati: & licèt de illo titulo donationis non appareret, sufficit, quòd ipse Io. Baptista putaret ex illo titulo possidere. Et
3 in omnem euentum, † & ex protestatione per procuratorem facta, etiam quòd non esset reuocata, & ex articulis datis constabat, quòd Baptista possederat vineam contrauenieudo, & non acquiescendo voluntati testatoris, quia in omnibus locis dicit, quòd possidet vineam, & creditum montis, quod prius agnouerat, vtputà cùm per duos dies ante obitum Io. Francisci, foret descriptus in monte, quòd illud creditum volebat vna cum vinea retinere, & sic contrauenieudo voluntati Ioan. Francisci defuncti, & ideo satis erat, quòd caderet à legato.

SVMMARIVM.

1 *Legati portio amissa an accrescat conlegatario an hæredi, mens testatoris est considerandai.*

DECISIO CCCCVII.

1 Die 19. Iunij 1551. in causa Roman. legati pro Rocho contra Francis. Valag. dubitaui, an † portio vineæ habitæ accrescat Francisco. Et fuit resolutum, quòd non accresceret, sed ex mente testatoris, qui reuocauit omnia præcedentia, videlicèt donationem testamenti præcedens quodcunq; ad vtilitatem hæredis, vt esset pinguior hæreditas, in fauorem hæredis: & ideo testator mandauit, quòd legatarij deberent assistere testamento, quatenus legata consequi vellent: quòd attenta tali mente testatoris illa portio debeat accrescere hæredi, non autem coniuncto, per ea quæ dicit Bart. in l. post legat. §. amittere. nu. 2. ff. de his quib. vt indig. & Bar. in auth. de hær. & Falcid. §. si quis autem non impletis. col. 2. vers. sed illud verum est.

SVMMARIVM.

1 *Seruus Domini qui raptui adest, an ex raptu teneatur.*

DECISIO CCCCVIII.

1 Die 22. Iunij, 1551. in causa Parmens. status propo sui dubium, an † Pasainus tanquàm socius in raptu Catharinæ iuxta formam eius dicti repellatur à testimonio in causa, de qua agitur. Et fuit resolutum quod ex quo Pasainus erat seruitor Bernardini, cum quo Beruardinus non erat verisimile quod consilium raptus communicasset: quia seruitor sequitur dominum quocunque vadit, quod pœnæ contra auxiliantes in raptu non habeant locum in casu isto. & tantò magis cùm à tempore raptus ad tempus depositionis legitimum tempus esset elapsum, & non fuisset processum contra Pasainū, neque de tali delicto fuisset inquisitus.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad recipiendum solutionem quando procuratoribus datum non censeatur.*

DECISIO CCCCIX.

1 IN causa Oueten. releuationis indemnitatis, dubitaui die 21. Iunij 1551. an ex epistola † producta veniant condemnandi Christophorus & Aluarus. Et fuit resolutum, quòd venirent condemnandi: quia ex ea apparebat de ratificatione facta per eos accceptando illam literā ab Augustino de Cranalis, sub die 8. Octob. 1544. in qua dicebatur, quòd solueretur procuratoribus Aluari & Christophori: & tamen illam cessarunt mittere vsque ad diem 15. Martij 1545. Non obstat, quòd in literis dicerent Aluarus & Christophorus, quòd Ferdinandus in partibus solueret, & recuperaret à Camillo pecunias etiam solutas: quia Ferdinandus non poterat recuperare absque mandato Augustini & Augustinus dederat mandatum ad recuperandum procura toribus Christophori & Aluari: & isti Christophorus & Aluarus sub die 3. Martij 1545. constituerunt procuratores particulares ad exigendum in partibus: & ideo epistola, in qua dicebatur, quòd Ferdinandus exigeret, non dabat mandatum ipsi Ferdinando, quod nomine eorum exigeret: & quando dedisset mandatum, fuit nimis tardè, cùm Camillus de ea decoxerit posteà sub die 18. Aprilis. 1545.

EPITOME.

Retrocessio si est nulla, remanet ius in resignante.

SVMMARIA.

1 *Prouisio per resignationem ab altero factā an possit canonizari, etiamsi petita sit remissoria.*
2 *Regressus sib malè expressum valorem sit nullus, non abdicatur ius à resignante.*
3 *Regul. de publicandis, etiam ex regressu nulliter reseruato excusatur.*

DECISIO CCCCX.

1 PRopos[u]i 26. Iunij 1551. in causa Pāpilnnen. Prioratus dedi mandatum, an † prouisio Ludouici per resignationem Sanctij facta possit canonizari, non obstante, quòd pro parte Io. de Balancha petitur remissoria. Et fuit conclusum, quòd prouisio Ludouici per resignationem, in qua erat expressus valor 430.
2 duc. posset canonizari: quia † si regressus reseruatus in retrocessione facta per Ludouicum in fauorem eiusdē Sanctij erat nullus, eo quia in ipso erat malus valor expressus: (nam fructus erant expressi ad valorē 150.) & cùm retrocessio esset facta reseruato regressu, si regressus non erat validus nil erat abdicatum à Ludouico; & ideo Ludouicus poterat vigore resignationis in eum factæ capere Prioratū.
3 Non obstat † reg. de publican. quia ex quo Ludouicus cesserat seu retrocesserat in fauorem Sanctij, licèt nulliter, tamen, quia quælibet causa excusat à pœna, stante dicta retrocessione, erat Ludouicus excusandus à pœna regulæ: & stantib. istis remissoria non erat concedenda Io. Balancha.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 Testes in probanda domus ruina qui ei interfuerunt, in restitutione quando non sint idonei.

DECISIO CCCCXI.

1 EAdem die dubitaui in vna Anagnina castri Lancati, an † testes de Lancato sint idonei testes in causa restitutionis pro illis de Annibalis: & an testes, qui interfuerunt ruinæ, sint idonei testes pro Luca & litis consortibus? Et fuit resolutum, quòd illi de Lancato essent idonei testes, eò quia nullus poterat melius deponere, quàm ipsi de Lancato, qui essent tempore ruinæ possessionis: quia nullum lucrum ex eo ipsi consequebantur, siue essent illi de Annibalis, siue illi de Comitib. Econtra verò fuit dictum, quòd illi, qui interfuerant, eò, quia criminosi de per se non erant idonei testes, sed adminiculatiuè cum aliis. Non obstat, quòd Prosper potuisset recuperare naturalem ratione ciuilis, & ideo potuit secum milites adducere: quia fuit responsum, quòd verum erat, quòd illud poterat, sed non licuit Prospero, & militibus deripere bona, interficere, incendere, & castrum solo æquare. Et ista ratione erant criminosi, & ideo de per se non erant idonei, vide infra decisi. vltim.

EPITOME.

Ecclesiam fundare quomodo quis dicatur.

DECISIO CCCCXII.

EAdem die 26. Iunij, 1551. in vna Malicitan. decimarum dubitaui, an ex quo narratum fuit, quod Io. N. proponebat Ecclesiam parochialem ædificare, erigere, & fundare de propria bonis in oppido de Oluera, possit dari absolutoria, aliter non iustificata narratiua, quàm per testes legendos in Rota. Et fuit resolutum, quòd ex testibus iustificabatur narratiua: cùm ipsi dicerent, quod Comes de Viegna dederat Mosguit. ex qua facta erat Ecclesia, & amplauerat eam, iungendo duas domos, & faciendo Capellam magnam: & ille, qui dat domum, vt ex ea Ecclesia fiat, dicitur fundare Ecclesiam, vt per Rochum in tract. iuris patron. in vers. & fundauit. in 9. q.

SVMMARIVM.

1 Retrocedens cum verbis, reseruata sibi accessu, & non aliter, si sciẽter in supplicatione falsum expressit valorem, an sub prætextu isto, quòd noluerit cedere nisi accessu valdè reseruato, possit ad primam suam redire prouisionem.

DECISIO CCCCXIII.

1 DIe 1. Iulij. 1551. dubitaui in causa Pampilon. Prioratus, an † retrocedens cum verbis, reseruato sibi accessu, & non aliter, qui scienter in dicta supplicatione expressit falsum valorem, possit velle redire ad suam primam prouisionem sub prætextu dictorum verborum, quòd noluerit cedere, nisi accessu sibi valdè reseruato, stantibus præsertim regulis de ann. & de public. resign. Et fuit dictũ, quòd regula de ann. isto casu non obstabat, quia retrocessio facta per Ludouicũ erat facta in fauorẽ possessoris: regula verò loquitur quando fit in fauorẽ alterius, qui non est possessor: Sed quòad regulam de publicandis his Domini dubitârunt, data scientia ipsius Ludouici in expressione, quia decis. Cassad. 27. super regulis, quòd cedens infradictus non teneatur ad publicationem, videtur intelligẽda de cedente in alium validè: secùs quando scienter inualidè: aliàs aperta esset via fraudibus, vt quilibet, qui nollet publicare, resignaret nulliter: & ideò quia est istud dubiũ probabile, fuit remissum ad Calend. Octob. sed quia ista scientia nõ probabatur ex isto capite, fuit mandatum, quòd causa expediretur.

SVMMARIA.

1 Possessio pendente ad appellandum termino capta, si sententia nulla sit, attentata dicitur.

2 Claus. appellatione remota si procedatur, nihil operatur, vbi quis notoriè grauatur.

3 Restituendus si multis sit implicitus vitiis, ad euitanda scandala non restituetur, sed sequestranda est ad manus Rotæ possessio, nisi alio modo euitari possit sequestrum ex breui perpetuum imponente silentium.

DECISIO CCCCXIIII.

EAdem die 1. Iulij, 1551. in causa Mantuan. prioratus, proposui dubiũ, an possessio capta per Monettum tanquàm attentata sit reuocanda, vel desuper decernendum sequestrum: an verò dictus Petrus possessor sit absoluendus ab hac molestia: Et quia septem vel octo testes præsupponebantur validè examinati, vt priùs à Benedicto citato in contumaciam per affixionem ad valuas prioratus, & isti testes deregebant malam vitam ipsius Cropelli. Et

1 postea quàm † Cropellus comparuit per legitimũ procuratorem, & petiit testes repeti cum interrogatoria, & dilationem ad faciendum defensiones suas, & testes non fuerunt repetiti, nec dilatio data, immò statim lata sententia priuatoria, & pendente termino ad appellandum erat capta possessio. Domini dixerunt, quòd propter denegatam defensionem, sententia videbatur nulla: & iam propter dictam nullitatem, quàm etiam quòd possessio erat capta durante termino ad appellãdum, quòd pos-

2 sessio esset attentata. Et licèt † in breui diceretur, quòd procederet appellatione remota, tamen dicta clausula nihil operatur, vbi quis notoriè grauatur, ad glo. iunct. text. in l. ex conquestione. de resti. spol. & not. in c. pastoralis. in princ. de appellat. Et licèt ista possessio esset attẽtata: tamen quia per testes probabatur, quòd † Benedictus erat multis vitiis implicitus, dixerunt Domini propter vitandum scandalum, quòd non erat restituendus, sed possessio sequestranda ad manus Rotæ, nisi istud sequestrum posset euitari ex illo Breui, in quo imponitur perpetuum silẽtium ipsi Benedicto. Vide etiã an Benedictus fuerit à principio citatus personaliter, ex qua causa est priuationis, & sufficiant diligentiæ factæ à principio: quia isto modo si non sufficiunt, fuerunt testes contra ipsum examinati.

SVMMARIVM.

1 Diligentia extraiudicialis quomodo in fructuum perceptione probetur facta esse.

DECISIO CCCCXV.

Eadem 1. Iulij, 1551. in causa Mantuana fructuum
1 dubitaui, an Reuerendissimus Pisanus † habens facultatem propria auctoritate fructus Abbatiæ, donec sibi esset satisfactum, percipiendi, dicatur fuisse diligens in exactione dictorum fructuum: & per duos testes de visu de interpellatione facta reuerendissimo Cardinali Mantuano, & illustri Caguino Gonzaga, & reuerendissimo Salinati bis examinatis, dixerunt Domini, quòd satis apparebat de diligentia facta. Non obstat, quòd requirebatur diligentia iudicialis, puta committendo causam, & procedendo: quia contra Caguinum plus operabatur diligẽtia extraiudicialis, maximè mediante persona reuerendissimi Salinati, quàm diligentia iudicialis: cùm fuisset homo paratus sufferre omnes censuras, & eas paruifacere, maximè quòd Cardinalis habuit probabilem causam credendi, quòd satisfecisset, postquàm ita promittebat, & ista causa à iudiciali diligentia Cardinalem excusabat.

EPITOME.

1 Procurator constitutus ad exigendum confitens se recepisse, quo casu præiudicet constituenti.

SVMMARIA.

1 *Procurator datus ad recipiendum & exigendum confitendo se recepisse & exegisse non præiudicat principali, sic tamen vt iudicis arbitrio potissimum relinquatur, an talis præiudicet confessio constituenti.*

2 *Confessio procuratoris Domino præiudicat, si à confessione facta 25. anni effluxerunt, ex quo nec ipse nec heredes eius creditum exegerant.*

DECISIO CCCCXVI.

Prima Iulij 1551. in vna Maioricen. seu Rodiens. pecuniaria pro religione contra Matthæ. Tagamauert, dixerunt & voluerunt Domini quod licèt
1 † procurator datus ad recipiendum & exigendum confitendo se recepisse & exegisse non præiudicet principali, per not. per Bar. in l. 2. §. fi. ff. si cer. pet. vbi Alex. Ias. & Purpur. & istam opinionem ponit vt communem Tiraquel. in tracta. de retract. fol. 374. pagin. 1. & 2. vbi infinitos authores pro & contra allegat. Tamen quia ibi Tiraquell. post Alciat. in d. l. 2. §. final. dicit, quòd istud multum consistit in arbitrio iudicis, qui ex variis coniecturis debet arbitrari, an talis confessio præiudicet principali: ideo concluserunt Domini, quòd ex quo in casu isto confessio facta fuerat per mercatorem, qui non est verisimile, quòd voluisset obligari religioni vel Guilielmo ex sua confessione. Item licèt confessio non præiudicet principali, tamen potest debitor assumere onus probandi, vel per libros mercatoris confitentis, vel per testes in banco existentes, quòd interuenerat realis solutio: vel etiam per testes instrumentarios. Sed
2 cùm in † casu isto Gulielmus principalis & eius heredes cessarent per 25. annos petere eorum creditum, ex ista cessatione tanti temporis erat sublata religioni probatio, & tollebatur modus probandi, quòd interuenisset realis solutio. Et ideo voluerunt, quòd talis confessio præiudicaret principali. Et concurrebat alia coniectura: quia cùm Gulielmus fuisset diligens exactor contra religionem, & in triennio, quod superuixit post confessionem factam per procuratorem, non apparebat de aliqua contradictione ipsius Gulielmi, & ideo ex tanto tempore præsumebatur auisatus de confessione procuratoris: ex qua auisatione vel præsumebatur satisfactus, ex quo non apparebat de aliqua contradictione: vel erat negligens ex quo non contradixit: & quia non contradixerat, ex quo concernebat eius commodum, videbatur illam confessionem approbasse, iuxta doct. Bart. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. vel ex quo tacebat, tollebatur per taciturnitatem tanti temporis, videlicèt 25. annorum probatio religioni, quòd talis confessio procuratoris præiudicaret Domino: quod secùs fuisset, si fuissemus in tempore de recenti: quia ex quo religio potuisset contrarium probare, tunc cõfessio procuratoris ad exigendum non præiudicasset Domino.

SVMMARIA.

1 *Creditum an sub eodem hæreat territorio, in quo celebratus est contractus.*

2 *Debitoris magis quòad territorium, quàm creditoris consideratur persona: & eò pertinet, vbi de iure & facto fieri potest exactio.*

3 *Bannitis quando æquiparentur deportatis.*

DECISIO CCCCXVII.

In vna causa Amatricis coram me penden. extra Rotam inter illos de Franchis ex vna, & communitatem Amatricis ex alia, tota difficultas re-
1 ducebatur, an † creditum 600. duc. de quo agitur, ex quo contractus eius fuit celebratus in ciuitate Amatricis, censeatur inhærere territorio, in quo actus fuit celebratus. Et quòd censeatur inhærere territorio Amatricis, est consil. Alexand. 31. colū. 3. versic. & prædicta tanto fortius. vol. 1. quod est duplicatum consi. 111. vol. 4. & idem Alexand. in addit. ad Bartol. in l. ex facto la 2. in addi. magna, post medium, versic. & idem duo. ff. de hæredib. instituend. Et licèt Alexand. in dict. consil. 31. & 111. sequatur dictum Bald. in l. mercatores. C. de commer. & merca. tamen ab illo recedit idem Alexand. in d. addit. & contrarium tenet Bald. in c. 1. colum. 3. versi. item nota, quòd bona mobilia, & c. xi. de pact. & tantò magis cùm ista actio, ex quo competit ad quantitatem in genere, & iudicatur vt res immobilis, concernit territorium, & sic sequitur ius territo-
2 rij, in quo est. Et quòd † persona debitoris & non creditoris consideretur, tenet Pau. de Cast. consi. 319. primum quæsitum. col. 2. post not. 3. vol. 1. iuxta nouissimam impressioné & Lup. allegat. 91. circa fin. versi. modò est quæstio, dum dicit, quòd nomina debitorum ad illum locum pertinent, vbi de iure & de facto exactio fieri potest. Isto præsupposito, quòd istud nomen debitoris dicatur esse in loco, vbi celebratus est contractus, tunc dicitur, quòd istud nomen debitoris venit in publicatione facta de anno 1530. Quia ex quo Ioannes Vincentius erat tempore contractus in ciuitate Amatricis, pecuniæ mutuatæ præsumuntur de bonis, quæ ibi habebat procedere: cùm statim quòd ipse commiserat crimen læsæ Maiestatis esset ei interdicta administratio, l. fi. C. ad leg. Iul. maiest. Vel si voluimus dicere, quòd illæ pecuniæ peruenerint aliunde, & fuerint de nouo acquisitæ, & illæ post mortẽ rebellium spectant ad filium regium,

regum, per text. in l. 2. C. de bo. præscrip. Nec obstat, quòd ille textus loquatur in deportatis: nos autem
3 sumus in bannitis, quo casu † æquiparatio deportati ad bannitum nō est bona, vt per Ang. & Sal. in d. l. 2. Respondetur, quòd Ang. & Salic. loquuntur in bannitis in contumaciam tantùm: & tunc verum est, quòd non æquiparantur deportatis. Sed nos sumus in bannitis propter delictum notorium, & qui ciuitatem amiserunt, & eorum bona sunt publicata: quo casu tales banniti deportatis æquiparantur, glo. in §. relegati. Inst. quib. mod. ius patr. po. sol. Bal. in auth. item nulla. C. de episcop. & cleric. & Chass. super consuetud. Burg. fol. 92. pag. 1. col. 2. vers. & pro clariori, &c. Et ita cùm isti sint banniti propter delictum & bona confiscata, & ciuitatem amiserunt, æquiparantur deportatis: ita vt eis mortuis bona existentia in territorio regio, etiam quòd essent quæsita post confiscationem, tamen ad fiscum regium deuoluantur, & ita dicit Salic. in d. l. 2. ponendo solutionem communem in oppositione facta de text. in l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. mād. & in d. § relegati. cuius dictum Bald. in l. eius qui. § 1. ff. de testamēt. nihil facit, imò retorquetur: cùm ibi Bald. loquatur in condemnato secundam formam iuris municipalis, & in contumaciam. Nos autem sumus in condemnato secundum ius commune ex prob. factis, imò ex facto notorio, & ita seipsum declarat Bald. ibi. Imo Bald. fatetur, quòd quandò esset condemnatus secundum formam iuris communis, quòd non potuit disponere de bonis existen. in territorio confiscantis. Et iste est casus noster. Minus obstat dictum Salic. in authen. bona damnatorum. quia contra communem opinionem Salic. tenet Bald. vbi attestatur de communi in d. l. eius qui. § 1. col. 2. in versic. quæro nunquid hodie. ff. de testam. & quamuis dictum Salic. esset verius, tamen non procederet in crimine læsæ Maiestatis, per dict. auth. bona damnatorum. in fin. & Angel. de Aretio. in tracta. malefic. in versic. & eius bona publicamus. ver. & quod bona damnatorum.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum valor ad quem quis condemnatus est, quomodo sit probandus.*

DECISIO CCCCXVIII.

IN Piennin. liquidationis fructuum die 5. Octobris, 1551. coram me fuit resolutum, quòd stante confessione Ioan. de Venturis, qui in articulo dixerat, quòd fructus plebis non excedebant valorem 90. quinimò sub dicto valore comprehensi sunt per expeditionem literarum, in qua expresserat & soluerat annatam ad 90. Item stantibus duobus testibus examinatis de anno 40. qui dicebant, quòd ex possessionibus & decimis dictæ parochialis deductis oneribus anno sterili &c. 31. modia cum dimidio frumenti, nouem cum dimidio bladi, & hordei modium vnum: & isti duo testes fuerant affictuarij ab anno 24. vsque ad annum 27. & sic per tres annos: & alter testis examinatus de anno 1551. pro parte Archiepiscopi dicebat, quòd de anno 47. 48. 49. quibus fuerat affictuarius, collegerat modia duodecim, vel circà, frumenti singulis annis. Item quòd erat vnus testis de publica voce & fama, quòd in illis partibus communiter dicebatur, quòd plebeius valebat 100. ducen. & alius testis pro parte Ioan. de Venturis dicebat, quòd in illis partibus audiuit à pluribus personis, quòd parochialis valoris erat centum ducat. vel circa. Item quòd licèt ageretur de fructibus annorum 33. 34. 35. & 36. tamen quia Ioan. de Venturis fuerat morosus, & contra eum protestatū de pretio quantiplurimi, & erat probatum per duos testes, quòd modium de anno 40. valuerat 16. vel 17. ducat. propter tot coniecturas dixerunt Dd. vel maior pars eorum, quòd licèt in illis 4. annis reducendo illa 31. modia cum dimidio ad partem tertiam, videlicèt ad decem modia pro singulo anno, & posito quòd de anno 1540. modium non valuisset nisi decem ducat. certè valor ascendisset ad 100. Nihilòminus Domini propter expeditionem illius in 90. concluserunt. nunc videndum est, an ipse Ioan. de Venturis probauerit se non percepisse fructus: quia vt dicit decis. 183. in nou. condemnatus in fructibus perceptis in articulo executiuo potest probare se non percepisse. Item secundo, quia D. Marcus Ant. vult, quòd fiat discussio prius de bonis Io. de Venturis, antequam deueniatur ad executionem contra Archiepiscopum. Replicaui ibi, quòd ex confessione Io. de Venturis constabat, quòd esset paulisper videndum, vbi constet de ista paupertate: deinde videndum est, si constat de inhibitione facta Archiepiscopo, ne solueret pensionario, & quantum tempus est, & de brachio seculari decreto contra Io. de Venturis.

SVMMARIA.

1 *Regula de non tollend. iur. quæsit. an noceat ei, qui gratiam habet restrictam.*

2 *Gratia aliis fieri solita si habenti gratiam restrictam denegetur, potest ad superiorem appellare, & admissionem impetrare, nisi iusta subfuerit denegandi causa.*

DECISIO CCCCXIX.

NOna Oct. 1551. in causa Adrien. denegationis
1 fructuum, proposui dubium, an † regula de non tollendo ius quæsitum noceat Dom. Sebastiano. Et fuit resolutum, quòd non noceret: quia cùm gratia Sebastiani esset restricta, quòd constito mihi, quòd omnes fuerint admissi, & nullus fuerit exclusus, cōmitterem capitulo, vt ipsum Sebastianū deberent admittere: & illud in remissoria capitulo concessa erat probatū, quòd omnes, qui petierant ex gratia admitti, illud obtinuerant, & quòd nullus fuit exclu-
2 sus. Ideò cùm † gratia esset solita fieri, denegando facere gratiā Sebastiano, faciebat illi iniuriam in tantum, quòd poterat ad superiorem appellare, per text. in l. 1. §. permittitur. de aqu. quotidia. & æstiu. Et ideò Sebastianus iuridicè ad Papā recurrit: & Papa legitimè rescripsit, quòd constito, quòd nullus esset exclusus, quòd similiter ipse debebat admitti: & in hoc nulli dicitur tollere ius. Imo defendit Sebastianum in iure suo. Dicebant Domini, quòd erat videndum, an per testes probaretur, an esset aliqua causa in Sebastiano, propter quam Canonici possent moueri ad denegationem gratiæ: quia tunc existente causa legitima Canonici poterant ei denegare, quod aliis concesserant.

SVMMARIA.

1 *Articuli pro remissoria producti an prosint & sint releuantes. & num. 4.*

2 *Ordinarius non potest beneficij resignationem admittere ab illo, qui ab ordinario est exemptus, antequam illam Papa approbet & admittat.*

3 *Beneficium superueniente noua prouisione non vacat, si ordinarius resignationem admittere non potest: & noua prouisio facta vacationis mentione est subreptitia.*

5 *Notarius laicus non potest coram se resignantis clerici renuntiationem admittere.*

DECISIO CCCCXX.

Die 25. Octob.1551. in causa Leodien.Canonica-
1 tus Sancti Martini,dubitaui,an † articuli pro
remissoria per Liuinum producti prosint, etiamsi
probarentur eum releuare, attento maximè,quod
Leonardus erat cantor in Capella, & familiaris Papæ. Et pro parte Nicolai contra Liuinum,
quod non essent releuantes, adducebatur decis.
Bisig. 4. de renun.& 573. quidam Cardin.in antiqu.
2 vbi dicitur,quod † ordinarius non potest admittere resignationem beneficij illius,qui erat exemptus
ab ordinario:& in casu nostro Leonardus,quia cantori non solùm beneficium erat reseruatum, sed
etiam ipse erat exemptus propter priuilegia cantorum: vnde ordinarius non potuit resignationem
3 admittere: & si non potuit, beneficium † non vacat tempore,quo superuenit noua prouisio ipsi Liuino: & ideò noua prouisio superueniens, in qua
fit mentio de vacatione, erat subreptitia. Sed istis
non obstantibus per easdem decis. fuit resolutum,
4 quòd articuli † essent releuantes:quia licèt non posset ordinarius admittere dictam resignationem,illud est verum,antequam Papa illam resignationem
approbet,& admittat. Et in noua prouisione sunt
verba generalia,siue præmisso siue alio quouis modo vacet, etiam corá notario & testibus: & certum
5 est, quòd † notarius, cùm sit laicus,non potest admittere resignationem clerici coram eo resignantis. Et propter verba generalia patet,quòd Papa illam resignationem admittit, ita vt in casu isto &
istud dicunt illæ decisiones,si benè videantur.

EPITOME.

Aditio hæreditatis tanquam erronea est nulla, & l.fin.C. de iur.delib.non habet locum.

DECISIO CCCCXXI.

IN vna Roman.castri Feliciani,die 26.Octob.1551. proposui dubium,an stante donatione & protestatione, ac testaméto Archiepiscopi, in quo Henricus fictè institutus fuit in castris Morlupi, Fiani & Feliciani, aditio Henrici de huiusmodi ficta institutione ignari tanquam erronea, sit nulla, & ei non obstet l.fin.C.de iur.delib. Et in facto est sciendum,quòd Archiepiscopus de ann.1526. donauerat donatione inter viuos ista tria castra Dom. Ioann. Francisc.Comiti Pitigliani.Posteà de anno 27.cùm esset infirmus, & volens condere testamentum, in quo volebat instituere hæredem vniuersalem Henricum Comitem Nolæ,biduo ante confectionem testamenti fecit quandam protestationem coram notario & duobus testibus, quòd per quamcunque dispositionem per eum in fauorem Henrici faciendam non intendebat recedere à donatione de dictis castris facta in fauorem Comitis: cùm illa institutio esset fictè facienda in fauorem Henrici, vt sub nomine suo castra defenderentur, ne diriperentur à militibus Cæsareanis: cùm ipse Henricus esset in castris eorum. Posteà Archiepiscopus præmissa dicta protestatione instituit Henricum hæredem vniuersalem, & præcipuè in dictis castris nominatim expressis, & ei substituit Comitem Pitigliani, in euentum, in quem Henricus decederet sine filiis. Hac institutione visa Henricus sine beneficiis legis & inuentarij adiuit hæreditatem,fuit dubitatum, an ista aditio tanquam erronea esset nulla: & pro nullitate allegabatur, quòd propter defectum verisimilis consensus & voluntatis aditio esset nulla per gloss. in l.ex semisse. ff. de acquirend.hæredit. Paulus de Castr.in l.si quis extraneus. §. sciendum. eod. titul. Imo etiam si esset verisimilis voluntas, quòd adiuisset, quia tamen non est ita vehementer verisimilis, corruit aditio, vt per Aretin. in d. §. sciendum. Sed ad istud pro parte Comitis respondebatur, quòd text. in l.ex semisse. & not. ibidem loquuntur, quando error est in quota. Hic autem non erat error in quota, sed in corporibus: & ideò obstat l.fin. C. de iur. delibe. quia imputandum erat Comiti Henrico, qui cùm haberet prouisionem legis, videlicèt beneficium inuentarij, adiisset sine beneficio ipsius: & ideò damnum, quod quis culpa sua, &c. Tamen hoc non obstante maior pars Dominorum fuit pro nullitate aditionis. Nam certum est, quòd l.ex semisse, non corrigitur per textum in l. fin. C. de iure deliberan. & licèt illa l. loquatur in quota, tamen Domini nesciebant considerare rationem differentiæ, quando error est in quota, vel in corporibus: dum tamen ille error ex parte instituti proueniat ex facto ipsius testatoris. Nam in casu isto Henrici erat, quòd illa corpora erant in hæreditate Archiepiscopi,& tamen ignorabat donationis præcedentiam, & sic factum testatoris: & ideo ex facto ipsius testatoris cadit error in aditione. Vnde ex defectu consensus & voluntatis ipsius adeuntis aditio vitiari debet, & ita non habeat locum text.in l.final.C.de iur.delib. quæ præsupponit aditionem valere: & illa l.final. prouidere voluit,quando hæres dubitat hæreditatem grauatam inuitis creditoribus & legatariis adire, quæ credita & legata non tendunt immediatè ad deceptionem hæredis: & ideo aduersus ista onera voluit lex prouidere per beneficium inuentarij. Sed in casu isto illa protestatio Archiepiscopi immediatè tendebat ad deceptioné Henrici: & Henricus certus erat,quod ista bona erant in hæreditate, unde aduersus istam deceptionem l.final. non prouidebat. Nam nullibi legitur, quod si testator expressit etiam bona, in quibus instituit talem hæredem, & hæres sciat illa bona esse in hæreditate, si ex facto testatoris deficientis effectum est, quod illa bona desierint esse in hæreditate, quod l. fin. aduersus istam fraudem voluerit prouidere. vide decis.404.suprà.

EPITOME.

Transumptum extractum ex registro Cameræ quo casu non faciat fidem.

DECISIO CCCCXXII.

IN causa Toletan.decimarum die 26. Nouembris, 1551. proposui dubium, de quo supra, nisi quod post illa verba, ex lapsu 50. annorum, addidi, & stantibus literis Alex. vltimò productis ex archiuis regalibus per iudicẽ compulsorem extractis, in quibus Alex. sub data 4. Idus Nouembris, 1550. asserit concessisse duas partes decimarum regibus, & tertiam ecclesiis, de cuius bulla data fit mentio in dicta erectione ecclesiarum, & sumpto dictarum literarum Alexan. ex Camera extracto, quod fuit registratum in libris Cameræ ex Camerali decreto pendente lite & scripturis, pro parte Archiepiscopi nouissimè productis, an ex omnibus simul iunctis probetur præcedentia literarum Alex. de quibus non apparet ad conuersionem. In ista positione casus fuit oblitus facere mentionem de sumpto literarum Alex. extracto per compulsorem, sed tantùm fecit mentionem de sumpto literarum extracto ex Camera & registrato in libris Cameræ ex decreto Camerali. Et fuit dictum, illud sumptum licèt sit registratum in libris Cameræ nullam tamen fidem facere: quia si illud in partibus extractum lite pendente, & ex libris regiis parte non citata non faciebat fidem: ergo nec istud registratum ex illo: & ita fuit resolutum contra Ducem, quòd non probaretur præcedentia literarum.

SVMMARIA.

1 *Transumptum vigore compulsorialium generalium in partibus extractum an sit in forma probanti, sic vt coniunctum cum alijs coniecturis semiplenis fidem faciat de decimarum tertijs à papa concessis.*

2 *Transumptum validè quidem sed non ex originali & per notarium publicum collationande extractum fidem non facit.*

DECISIO CCCCXXIII.

POsteà 30. Octobris, 1551. in eadem Toletan. deci-
1 marum posui dubium, an † transumptum Bullæ Alex. sub data 4. Idus Nouembris, 1550. de quo in paruo registro de partibus fol. 53. vigore compulsorialium generalium in partibus extractum sit in forma probanti, ita vt coniunctum cum aliis coniecturis datis in præcedenti dubio probet præcedentiam literarum Alex. ad conuersionem: & sic in isto dubio dubitaui particulariter de eo, quod omiseram in præcedenti dubio informationis casus. Et Dd. primò inclinabant pro nullitate istius sumpti extracti in partibus per compulsorem, ex quo in prima citatione non erat inserta facultas iudicis delegantis, cùm essemus in longinquis partibus, iuxta not. in cap. cùm in iure peritus. de offic. deleg.
2 Sed vlterius præsupposita † valida extractione dicti sumpti dixerunt Dd. quod illud sumptum dato quòd per compulsorem esset validè extractum, tamen non probaret, ex quo est extractum ex libris regiis, & non ex originali: & sic sumptum ex sumpto: quo casu non probat, Purpur. auth. si quis in aliquo. C. de eden. Imò dixerunt Dd. quòd cùm illud sumptum esset simpliciter registratum in libris regiis, & non per notarium publicum, qui diceret esse collationatum cum originali, dixerunt, quòd esset simplex copia, & ideò nullam fidem faciat.

SVMMARIA.

1 *Legatarij à legato suo cadentis portio an collegatario, an verò heredi accrescat.*

2 *Legati onus, quod in dando consistit, per alium impleri potest sicq́; ei adimplenti accrescere alterius portio.*

3 *Onus vnicuique legatariorum nominatim impositum*
4 *non transit ad alterum, nisi consistat in dando.*

4 *Onus acquisitioni legati appositũ ad alium non transfertur.*

DECISIO CCCCXXIIII.

IN causa Rom. legati seu vineæ pro Rocho contra Frãciscum Balagussam, proposui dubiũ die 4.
1 Octob, 1551. an ex † deductis colligatur mens testatoris, quòd voluerit portionem vineæ accrescere coniuncto collegatario, aut hæredi, vel saltem sit aliquod onus, cum quo ipsa portio accrescere debeat. Et incipiendo à secunda parte dubij, fuit resolutum, quòd esset tale onus, cum quo portio debeat accrescere. Nam certum est, quòd testator grauauit legatarios supradictos, & quemlibet eorum, vt deberent assistere præsenti testamento: in quo testamento testator quascunque donationes reuocauerat, ad effectum, vt illę ad hęredem spectarent. Et ideò licèt quóad formalitatem verborum illa verba, quòd legatarij, & quilibet eorum debeat assistere, videtur onus personale, & respicere personam cuiuslibet legatarij: ita quòd tale onus non possit implere per aliũ: cùm consistat in faciendo, & non contraueniendo: tamen quóad effectum illa verba continent onus in dando. Nam reuocata donatione tenebatur Ioã. Baptista dare 500. si volebat
2 portionem legati: & cùm † istud onus consistat in dando, potest per alium impleri, & sic portio accrescit Franc. cum onere dandi 500. & ita colligitur ex his quæ dicit Corne. in l. vnica §. ne autem. nu. 2. & 3. de cad. toll. cuius dictum sequitur Bald. ibidem ante Corn. nu. 5. & 19. Itẽ si Baptista agnouisset legatum, non est dubiũ, quòd hæres ratione illius portionis habuisset 500. Ergo si portio accrescit Francisco, debet accrescere cum onere suo, secũdum Crot. in l. re coniunctĩ num. 105. & ibi Rip. nu. 194. de leg. 3. Non obstat, quòd pro parte contraria dicebatur, quòd onus esset personale, id est, assistere & nõ contrauenire: quia prout verba sonant, verum est: sed quóad effectũ non respicit personam, sed consistit in dando, quòd per aliũ impleri poterat. Nec quicquam facit, quòd sic Franciscus duplici onere grauaretur: Primò pro portione sua in dimittẽdis 500. & pro alia portione in aliis. Quia fuit responsum, quòd illud procedit, ex quo Franciscus vult habere duas portiones, nimirũ si duplicatum onus sentit.
3 Non obstat, quòd † onus nominatim vnicuique legatariorum esset impositum: & ideò non transit ad alium per iura, quæ allegabantur in inform. Quia fuit responsum, quòd non est verum, quando onus est in dando, vt suprà, ex quo per alium
4 potest impleri. Non obstat etiam, quòd † onus sit impositum acquisitioni legati: cùm testator dixerit, & quatenus legatum consequi velint, &c. & quando onus est impositum acquisitioni legati, non transfertur in alium, secundum Socin. consil. 236. col. 2. versic. aliquando. vol. 2. per text. in l. pen. §. fi. de leg. 3. Respondetur, quòd ille text. & consil. Socin. non faciunt ad casum nostrum. Nam nos habemus conclusionem, quod in iure accrescendi

portio

portio accrescit portioni cum onere suo: Socin. autem loquitur in legato relicto vni cum onere, an si tale legatum transferatur in alium, censeatur cum onere translatum: & sic diuersa materia. Et ita postquam fuit decisum secundum dubium, quia ponebat gladium ad radicem, & ex eo constabat, quòd Franciscus tenebatur ad onus impositum Baptistæ. non fuit vlterius quæsitum super prima parte dubij.

EPITOME.

Operarius effectus titularis Canonicusque non dicitur habere duplicatam portionem.

DECISIO CCCCXXV.

EAdem die 4. Nouembris 1551. in vna Cæsaraugustan. subreptionis literarũ seu operariæ dubitaui, an ratione gratiæ, vbi confertur Michaeli operaria in titulum, quam habebat in commendam, sibi debeatur portio canonicalis, quam etiam operarij titulares non solent habere: Et casus erat, quòd Michael Ortiz habens in commendam operariam, quæ est officium in ecclesia Beatæ Mariæ de Pilari ordinis Canonicorum regularium ciuitatis Cæsaraugustanæ impetrauit à Papa, vt postquàm habitum per religiosos dictæ ecclesiæ gestari solitum & professionem emisisset, quòd haberet operariam in titulum, & vteretur omnibus priuilegiis, & iuribus, quibus reliqui Canonici dictæ Ecclesiæ vtuntur, & potiuntur: & posteà dicebatur in gratia, quòd posset eligere personam in dignitate vel Canonicatu constitutam, in manibus cuius habitum suscipere & professionem emittere posset: & postquàm illud fecisset, quòd aggregaretur consortio Canonicorum derogatione statut. de certo numero Canonicorum, &c. dato quòd ibi non esset certus numerus, sed numerus indeterminatus Canonicorum: & sic ex ista gratia dicebat Michael Ortiz, quòd cùm ipse vltra quod habebat operariam in titulum, efficiebatur Canonicus, statim quòd erat Canonicus vltra fructus operariæ debebat habere portionem Canonicalem: cùm statim quòd est Canonicus debet habere talem portionem, secundum Abbat. in capitulo dilectus. de præbend. Sed contrarium fuit resolutum, quia in dubio non præsumitur duplici onere velle eundem respectu vnius grauare: & ideò operarius vel debebat esse contentus fructibus operariæ, ex quo illi fructus pro vita operarij erant assignati: vel portione Canonicali. Nam statim quòd operarius professionem emittebat, statim erat Canonicus regularis, licèt illud officium operariæ vltra Canonicatum haberet. Non tamen ideo duplicatam portionem habere debebat. Nam in istis regularibus, dato, quod quis sit professus, & etiam officium in Monasterio habeat, non tamen per hoc duplicatam portionem consequitur.

EPITOME.

Pendente iudicio caducitatis iniusto potest quis de nouo in commissum incidere.

DECISIO CCCCXXVI.

EAdem die 4. Nouembris 1551. coram D. Anton. Augustino fuit resolutum in vna Bononien. locationis pro Bentiuolis contra Peregrinos, quod licèt Bentiuoli ab initio iniustè egissent ad caducitatem bonorum locatorum ob census non solutos, tamen quia pendente lite super illo iudicio iniustè moto cessauerant per biennium soluere, quod stante commissione de nouo impetrata per Bentiuolos, super noua caducitate, quod Peregrini dicerentur lite pendente in commissum incidisse, per decis. Cap. 16. & iura ibi alleg. Nam in l. si rem. §. fin. de pign. act. ibi ab initio iudicium erat iniustè motum: & tamen ibi conualidabatur, ita & hic. Nam dato, quod Bentiuoli ab initio iniustè egissent: tamen cessantibus Peregrinis biennio soluere, causa iniusta agendi efficiebatur iusta: & ideo data de nouo iurisdictione, prout erat data, Peregrini erant declarandi in commissum cecidisse. Nec obstat quod Peregrini dicerent eos excusari, ex quo Bentiuoli semper egerunt ad caducitatem petendo rem & fructus: & ideo excusari debebant ipsi, si pensionem interim non soluerent, quasi ipsi non seruauerint instrumentum. Sed potius dicerentur Peregrinos molestasse: quia tunc fuit responsum, quòd cùm ipsi in bonorum possessioné non molestarentur, sed ipsis fruerentur, licèt Bentiuoli etiam falsa causa adducti agerent ad caducitatem, tamen Peregrini, qui nitebantur contractui & instrumento emphyteosis, de cuius natura est, quòd emphyteota pensiones etiam non interpellatus debet offerre, l. 2. C. de iur. emphyt. debebant soluere, vel saltem offerre legitimè: aliàs sequeretur magnum inconueniens, quòd Peregrini niterentur validitati contractus & instrumenti fructum percipiendo, & tamen debiti canonem non soluerent. Et ideo fuit dictum, quod videretur, an Peregrini aliquam aliam excusationé habere possent, quare non soluerent.

EPITOME.

Regul. de verisimili, opponens tenetur probare quòd impetratio præcedit obitum.

DECISIO CCCCXXVII.

COram D. Rossanen. die 13. Nouembris 1555. in vna Cremonensi S. Petri fuit dubitatum, an onus probandi verisimilem notitiam obitus incumbat impetrãti vel danti de regula. Nam ex quo constabat, quod obitus præcedebat impetrationem & aduersarius obiiceret tantum temporis non intercessisse inter obitum & impetrationem, vt verisimilis notitia obitus haberi potuerit: & propterea opponeret de regula, de non verisimili notitia, propterea ipse debet probare, cùm sit fundamentum intentionis suæ: & quòd sit merè negatiua, siue agat siue excipiat, Innoc. in c. super his. de accusat. Bart. in l. in illa. de verb. oblig. Maximè quia præsumitur pro impetrante, quod impetratio sit valida, & legitimo tempore facta, Bart. in l. non solùm. §. sed & probari. ff. de no. oper. nunc. & quod dixit Deci. in c. in præsentia. in 10. limi. de probat. Abb. in cap. viduam. de regul. Propter quod dixit Cassad. decisio 3. super regul. quod si constat de commissione causæ, & literarum expeditione, & non constet, quod fuerit prius impetrata commissio, quod literæ præsumuntur expeditæ tempore legitimo, & sic ante Commissionem, quod voluit idem Sarnen.

Samen. in regul. de non iudic. iuxt. form. suppl. q. 151. & in compend. resign. num. 54. Non obstat, quod Samén. testetur in reg. de verif. notit. q. 6. quod contrarium fuit tentum; quia non fuit tenta illa decis. & expressè reprobata per prædictas rationes, & alias, de quibus in information.

SVMMARIA.

1 *Testes numero pares & super eadem re diuerse deponentes quinam sint preferendi. & num. 3.*
2 *Testis deponens de visu in tempore immemorabili quomodo sit intelligendus.*
4 *Nota in libro Cameræ reperta quando non probet.*

DESISIO CCCCLXXVIII.

IN causa Castri Lancati disputata coram me de mense Iunij 1551. postquam iura Cardinalis An-
1 nibalis habent † octo testes, probantes, quòd in transitu Regis Caroli ipsi Annibali erant Domini & possessores Castri Lancati, & quòd Prosper expulit eos: qui postea recedens cum exercitu ipsius Regis Caroli, versus Neapolim, reuersi sunt in Castrum, & expulerunt officiales positos ibi per Prosperum: & Prosper rediens à regno Neapolis videns rebellionem ad Castrum Lancati accessit, illud capugnauit, & solo æquauit, ac combussit. Et licèt Alphonsus Biancaleonus, & Lucas de Victoricis habeant sex testes benè probãtes: & vnum, qui non benè probat, & sic septimus, & octauus qui est homicida duorum, quòd in aduentu Regis Caroli in possessione Castri erant Andreas & Iacobus de Comitibus, qui fuerunt expulsi per Regem à dicto Castro, eò quòd fraudauerant pagam acceptam à Rege: tamen dixi, quòd melius probabant possessionem illi de Annibalis: quia erant meliores testes, & octo numero: alij verò sex, & hi non omni exceptione maiores. Nam vnus homicida, alter non bene probabat. Item dicebam, quòd illi octo, pro parte Annibalorum examinati, erant meliores: cùm essent vel omnes vel maior pars eorum de Castro Lancati, & deponant de actu specifico possessionis: quia dicunt soluisse responsiones quartæ seu quintæ partis territorij, & recognitionem dominij: in Natiuitate Domini præsentasse ipsis Dominis spatulas porci, & cætera munera, & ipsi Domini dabant eis collationem. Testes autem aduersariorum deponunt de possessione in genere, porò quia viderunt Iacobum & Andream possidere, vel factores eorum exigere: & si bene videantur, non ita specificos possessorios deponunt: & nullus melius, quàm ipsi poterant deponere de possessione Castri tempore expulsionis factæ per Prosperum, cùm omnes dicant, quòd illo tempore erat in Castro Lancati, & ipsi melius scire possunt, quàm alij testes, pro parte Alphonsi examinati, qui non fuit de Castro. Item testes Annibalorum verisimiliora deponunt. Nam plenè probatur per testes, quòd ipsi Annibali expulerunt officiales positos per Prosperum, & possederunt vsque ad ruinam Castri: & certè si Comites fuissent prædicti possessores primo tempore, quo Prosper expulit dominos & possessores Castri sicut Annibali in recessu Prosperi versus Neapolim expulerunt officiales Prosperi, ita, fecissent & ipsi Comites: & tamen nullus testium deponit, quòd Comites vnquàm redierint post primam expulsionem. Item D. Iannella de domo Comitum examinata pro parte Annibalorum deponit, quòd Comites nunquam fuerunt Domini, nec possessores, neque aliquid agere habuerunt in dicto Castro. Item accedit, quod Alphonsus & Lucas variè articularunt. Nam aliquando articularunt dando articulos medio iuramento per principales, quòd ante aduentum Regis Caroli Prosper per decennium fuit in possessione dicti Castri, & illud probauit per duos testes: cùm tamen alio tempore prius articulassent, quòd Comites erant in possessione ante aduentum dicti Regis. Et sic ex ista varietate colligitur, quòd hoc ipsi articulantes sciebant veritatem rei: & faciebant deponere testes eorum modo. Non obstat, quod diceretur, quòd Georgius de Valmontone, vnus ex testibus Annibalorum de illis octo super 13. interrogatorio deponeret quod Annibali fuerunt possessores ante aduentum Regis dicti Castri Lancati vsque ad ruinam ipsius, cùm tamen non constet, quòd medio tempore per expulsionem factam per Prosperum per appositionem officialium, ipse Prosper possederit: quia si videatur benè dictum dicti Georgij in dicto 13. interrogatorio non dicit Georgius istud: & quando dixisset, quia propter reditum Annibalorum ipsi Annibali non habuerunt se pro spoliatis, potuit dicere testis, quòd vsque ad ruinam possederunt. Non obstat, quòd Iacobus Falconellus super 2. articulo examinatus pro parte Annibalorum, qui est vnus de octo deponat, quòd Annibali possederunt vsque ad ruinam: quia responderat, vt supra, quia propter possessionem ciuilem Annibalorum, ex quo non habuerunt se pro spoliatis, ita deponunt. Non obstat quòd Georgius, de quo supra in primo articulo, in quo pro parte Annibalorum articulatur, quòd † à tempore
2 immemorabili, & à 50. & 40. annis Annibali possederunt, dicat articulum verum, ex visu, & sic cùm visus non possit esse ab immemorabili, sequitur, quòd iste testis videtur falsus, seu saltem nimis affectionatè deponere: quia dicitur, quòd ex quo deponit de visu, debet referri ad illud tempus, ad quod visus se potest protendere. Non obstat, quòd Iacobus Lanfr. testis inductus pro parte Annibalorum fuerit accusatus de subordinatione: quia dicitur, quòd iste comparuit coram Auditore Cameræ, & nihil confessus est, sed data cautione fuit relaxatus: & accusatio si videatur, non tendit ad subordinationem. Item dicto eius isti Annibali non vtuntur. Et sic ex omnibus istis fuit conclusum
3 pro parte Annibalorum, quòd † melius & verisimilius probauerint: & ideo fuerint restituti. Non ob-
4 stat, quòd † post duos annos post latam sententiam & inde de mense Iunij 1551. fuit data quædam fides mihi extraiudicialiter ex libris registri, vbi de anno 1498. & sic tempore trãsitus Regis Caroli inter Castra Iacobi Conte reperiatur annotatum istud Castrũ Lancati: quia fuit dictũ, quòd est productum post sententiam. Item quòd nescitur, per quẽ fuerit annotatum in libris Cameræ, & ad quem finẽ: quia non constat, quòd illa nota in libris Cameræ fuerit data per ipsummet Iacobum, cuius nomen in nota scriptum fuit: quo casu posset dubitari, an liber Fisti probet dominium seu possessionem eius, qui

patitur describi nomen suum in illis rebus, de quibus agitur: at in casu nostro potuit illud nomen Iacobi dari per aliquem Commissarium, qui non potest deponere nisi de auditu: quo casu nihil probat. & tanto magis, cùm ipsi Brancaleoni & Lucas de Victoriis in eorum articulis dicant, quòd Castrum Lancati per Iacobum & Andream tunc pertineret. & ideo nota sub nomine Iacobi non videatur vera, & testes pro maiori parte, quòd ad Andream pertineret, deponunt. Item quia illa annotatio nihil infert ad possessionem Castri. Item quòd testes Anniballorum verisimiliora deponant, constat, cùm nullus pro parte Comitis agat: & si fuisset Castrum, ad litem pro eorum interesse venissent, & isti Alphonsus & Lucas per istam sententiam releuantur à peccato, cùm sint successores in spolio. Nam succedunt Prospero violento possessori. Vide suprà decis. 411.

Finis Libri Tertij Decisionum R. P.
Iacobi Putei.

LAVS DEO SEMPER.





450










RESTAURO DEL LIBRO
GIUSEPPE LELLI